toda la obra 852!

124093403
B
50
75

DON MICHAELIS

DE CORTIADA

DECISIONES CATHALONIÆ,

In Quatuor Tomos distributæ.

REAL DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

N
187(1)

DON MICHAELIS

DE CORTADA

DECISIONES CATHALONIÆ

In Quatuor Tomos distributæ.

R. 38.888

DON MICHAELIS

DE CORTIADA

REGIAM CANCELLARIAM

Regentis in Regia Audientia Cathaloniæ

DECISIONES

CANCELLARII & SACRI REGII

SENATUS CATHALONIÆ,

SIVE

PRAXIS CONTENTIONUM

& Competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum ſuper reciproca in Laicos & Clericos Juriſdictione:

TOMUS PRIMUS.

EDITIO NOVISSIMA PRIORIBUS ACCURATIOR & correctior, prætereà aucta Indicibus Argumentorum & Rerum Notabilium locupletiſſimis.

048.19 = 71



FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

VENETIIS, MDCCXXVII.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

DON MICHAELIS

DE CORTIADA

REGIAM CANCELLARIAM

Regentis in Regia Audientia Cathaloniæ

DECISIONES

CANCELLARII & SACRI REGII

SENATUS CATHALONIÆ,

SIVE

PRAXIS CONTENTIONUM

& Competentiarum Regnorum Inclyto Coronæ Aragonum

super recurrens in Unicos & Clericos Jurisdictione:

TOMUS PRIMUS.

EDITIO NOVISSIMA PRIORIBUS ACCURATIOR

& correctior, præterea cuncta Indicibus Argumentorum & Rerum

Notabilium locupletissimus.

VENETIIS, MDCCXXVII.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

LECTORI.

FREQUENTIA contentionum, quæ in his Regnis ſuſcitantur, me impulit, ut praxim contentionum, & competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum elaborarem. Sed anceps fui, ſi jam in vulgus mitterem. Verùm hac in re Collegarum meorum efflagitatio ita me coegit, ut ampliùs non dubitaverim, facturus rem amicis gratiſſimam, & Reipublicæ neceſſariam. Illud tamen Typographorum hujus Civitatis Barcinonenſis paupertate aſſequi non potui: Qua de cauſa hujuſmodi praxim per ducentum octoginta ſeptem capita diſtributam, ſub titulo Deciſionum Reverendi Cancellarii, & Sacri Regii Senatus Cathaloniæ mutavi: ut D. Deputati Generalis Cathaloniæ in obſervantiam conſtitutionis unicæ titulo, de Deciſionibus Regiæ Audientiæ, ſumptu publico ederent. Quod libentiſſimè cum conſilio Joannis Baptiſtæ Ruffac Civitatis Balagarii, & Joſephi Soler Civitatis Barcinonæ, ſuorum Aſſeſſorum, & Alexii Triſtany Civis Honorati Barcinonæ Fiſci Advocati fieri decreverunt. Declarando, quòd dicta conſtitutio quæ ſolùm loquitur de Deciſionibus Regii Senatus, comprehendit ex identitate rationis Cancellarii Deciſiones. Si bene de hac praxi ſentis, fruere; ſin minùs, aliam meliorem ede. Erratis tamen parce. Decreveram enim nulla colligere; tum quia nullus ferè legentium ſit, qui librum pervolvens, in ea incidens, ad eam pagellam recurrat, ubi corriguntur; tum quia nulla ratione fieri poſſit, quin aliqua menda partim corrigentis incuria, partim Typographorum negligentia, (quæ ſæpè, ſæpiùs, ac ſæpiſſimè in iſta correctione contingit) deeſſe poſſint: nam allucinatur is, qui putat libros abſque erratis imprimi poſſe. Vale.

SACRO

SACRO SUPREMO REGIO CORONÆ
Aragonum Conſilio Opus ſacratur.

INclyti Domini, Illuſtriſſime D. D. Chriſtophore Creſpi de Valdaura, Claviger, & generalis Aſſeſſor Invictiſſimi Regis noſtri in ordine de Monteſa, Vicecancellarie, & Præſes, D. D. Ramire Phelippez de Guſman Dux de San Lucar la Major, Sacri Regiæ Majeſtatis cubiculi major Præpoſite, Conſilii Status & Theſaurarie Generalis Coronæ Aragoniæ, D. D. Bernarde Pons, & Turel, Comes de Robres, Sangarren, Tiurana, & Vilaplana, Eques Divi Jacobi, & pro Cathaloniæ Principatu Regens, D. D. Gaſpar de Rocaful, & Boil, Comes de Albatera, Baro de Betera, Chiribela, & Macanaca, & Senatorie Eques pro Regno Valentiæ, D. D. Petre de Villacampa, & Pueyo, Eques Ordinis de Monteſa, & Regens pro Valentiæ Regno, D. D. Georgie de Caſtelui, Ordinis de Alcantara, Eques Senatorie pro Regno Sardiniæ, D. D. Joannes Ximenez de Urrea, Blanes, & Palafox, Marchio de Harica, Regis noſtri Potentiſſimi Domus Præfecte, Senatorie Eques pro Aragoniæ Regno, D. D. Vicentie Pimentel, & Moſcoſo, Eques Divi Jacobi, Advocate Fiſci, & Patrimonii cum ſuffragio, Archidiacone de Guadalaxara in Toletana Eccleſia, D. D. Joſephe de Pueyo, & Mendez, Divi Jacobi Eques, & pro Aragoniæ Regno Regens, D. D. Ludovice de Exea, & Talayero pro Aragonia Regens, D. D. Michael de Calba, & de Vallgornera, Ordinis Divi Jacobi, Domine de Valinant, Eques Senatorie pro Cathalonia, D. D. Joſephe Romeu de Ferrer, pro Principatu Cathaloniæ Regens, D. D. Hieronyme de Villanueva, Fernandez de Heredia, Eques de Alcantura, & Commendator de San Ibanes, Prothonotarie, D. D. Didace de Sadas, Eques Divi Jacobi, Secretarie Principatus Cathaloniæ, & ab ejus negotio, & chartis, D. D. Franciſce Izquierdo, de Berbegal, pro Valentino Regno Secretarie, & ab ejus chartis, & negotio, D. Petre Carole Zoalli pro Sardiniæ Regno Secretarie, & ab ejus negotio, & chartis. Pro meritorum inexplicabilium obſtrictus recordatione, ad veſtra accurrit ſubſellia. Præbuiſtis advocanti aures perbenignas, honoribus me, familiamque meam, cum in Sardiniæ, tum in Cathaloniæ Regio Senatu. Cui opus conſecrandum eſt de juriſdictionum digladiationibus, niſi occulatiſſimis, juſtiſſimis caduceatoribus, in orbis ſacratiſſimo iſto veſtri Conſilii Theatro, conſtitutis Judicibus? Cedet venerabunda mortalium criſis, & fidem ſapientiſſimis præſtabit vulgus hominum reliquorum, nec audebit inſurgere in ea, quæ veſtra decorabitis approbatione, cui plaudit ipſa Juriſprudentia, & æquitas legibus coronata. Pro veſtra felicitate Deum apprecor, ut ſit æterna, Barcinonæ 3. Decembris 1660.

D. Michael de Cortiadæ.

JUDICIUM, ET APPROBATIO OPERIS
Per Alexium Triſtany J. U. D. Civem honoratum Barcinonæ.

EX commiſſione Illuſtris, & admodùm Reverendi Domini Don Petri à Copons, Theſaurarii, & Canonici Sedis Barcinonæ in ſpiritualibus, & temporalibus Officialis, & Vicarii Generalis pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Don Raymundo de Sammanat, & de Lanuza, Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Barcinonen. Epiſcopo, & Regio Conſiliario, perlegi librum editum per Nobilem Michaelem à Cortiada Regii Senatus Principatus Cathaloniæ Doctorem, ac Fiſci Regii Patrimonii advocatum, inſcriptum *Deciſiones Reverendi Cancellarii, ac Sacri Regii Senatus Cathaloniæ*, in quo mirificè examinantur, & diſcutiuntur cauſæ competentiarum, & contentionum juriſdictionum, tàm inter Curias Eccleſiaſticas, & ſæculares hujus Principatus, & aliorum Regnorum, quàm etiam inter alia Tribunalia Eccleſiaſtica, & Regia, moduſque in illis procedendi latiſſimè explicatur, & diſcutitur, obſervantiæque antiquæ, & modernæ referuntur, opus ſanè Tribunalibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, maximè utile, & quod antea obſcurum, & ignotum erat (ob quod aliquando non ritè procedebatur) nunc hujus libri editione patenti luce clareſcit. Ideo cum nihil in eo invenerim ſcriptum contra Decreta Canonica, nec aliquid noſtræ Sanctæ Fidei, nec immunitati Eccleſiæ contrarium, aut optimis moribus diſſonum, imo omnes propoſitiones ſint variis Doctorum auctoritatibus, & deciſionibus apprimè illuſtratæ, tanquam Reipublicæ utilem, & proficuum; illum typis mandari poſſe cenſeo. Barcinonæ 4. Novembris 1660.

Alexius Triſtany J. U. D. Civis honoratus Barcinonæ.

INDEX

INDEX
ARGUMENTORUM DECISIONUM,
Quæ in hoc Primo Tomo continentur.

DECISIO I.

DE definitione, & diviſione contentionis, & competentiæ. pag. 1.

DECISIO II.

Ad quem Judicem ſpectet de jure communi declaratio contentionis, & competentiæ inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares. 2.

DECISIO III.

Ad quem Judicem ſpectabat anteà in Regnis Coronæ Aragonum declaratio contentionis, & competentiæ inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 9.

DECISIO IV.

De concordia Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & ad quem Judicem per dictam concordiam in Regnis Coronæ Aragonum ſpectet declaratio contentionis, & competentiæ inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 15.

DECISIO V.

De Regiis pragmaticis, foris, & conſtitutionibus Regnorum Coronæ Aragonum, mandantibus obſervare concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, ac circa eam diſponentibus. 18.

DECISIO VI.

De hodierna praxi declarandi contentiones, & competentias inter Judices Eccleſiaſticos & ſæculares Regios ordinarios, tàm quoad perſonas, quàm quoad terminos, in Regnis Coronæ Aragonum. 20.

DECISIO VII.

De privilegiis Apoſtolicis tacitis, præſumptis, & expreſſis, approbantibus, & confirmantibus concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, Regias pragmaticas, foros & conſtitutiones contentionum, & competentiarum Regnorum Coronæ Aragonum. 21.

DECISIO VIII.

Cum quibus Judicibus Eccleſiaſticis ſit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis procedat. 37.

DECISIO IX.

Cum quibus Judicibus Eccleſiaſticis non ſit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis non procedat. 52.

DECISIO X.

Cum quibus Judicibus ſæcularibus ſit firmanda contentio Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis procedat. 65.

DECISIO XI.

Cum quibus Judicibus ſæcularibus non ſit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis non procedat. 88.

DECISIO XII.

Cum quibus Judicibus tàm Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus non ſit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis non procedat. 98.

DECISIO XIII.

De litteris repetitoriis, requiſitoriis, inhibitoriis, ſive exhortatoriis, in cauſis contentionum ab utraque Curia Eccleſiaſtica & ſæculari expediendis. 109.

DECISIO XIV.

De litteris reſponſivis ab utraque Curia Eccleſiaſtica & ſæculari in cauſis contentionum expediendis. 121.

DECISIO XV.

De dubio an ſit firmanda contentio inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 124.

DECISIO XVI.

De arbitris eligendis in cauſis contentionum, & competentiarum inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 128.

DECISIO XVII.

De Cancellario uti Tertio Judice cauſarum contentionum inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 138.

DECISIO XVIII.

De Cancellario uti Tertio dato ſuſpecto in cauſis contentionum inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 145.

DECISIO XIX.

De tertio non Cancellario Judice electo in cauſis contentionum inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 154.

DECISIO XX.

De Notario cauſarum contentionum. 159.

DECISIO XXI.

De dilationibus, & temporibus probatoriis in cauſis contentionum inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios ordinarios. 163.

DE-

DECISIO XXII.

De attentatis in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios. 179.

DECISIO XXIII.

De Consultoribus Cancellarii, seu Tertii contentionum. 193.

DECISIO XXIV.

De sententia in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios. 199.

DECISIO XXV.

An à sententia Cancellarii, seu Tertii, vel Arbitrorum in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios, sit licita appellatio, supplicatio, aut recursus. 218.

DECISIO XXVI.

De executione sententiæ Cancellarii latæ in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios, & expensarum taxatione. 226.

DECISIO XXVII.

De casibus in quibus Curia Ecclesiastica potest procedere per censuras, & alia remedia spiritualia contra Curiam sæcularem. 237.

DECISIO XXVIII.

De casibus in quibus Curia sæcularis potest procedere contra Curiam Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum, & alia juris remedia. 248.

DECISIO XXIX.

De contentione jurisdictionis inter Judices delegatos Apostolicos, & Judices sæculares, & de praxi procedendi cum illis. 268.

DECISIO XXX.

De contentione jurisdictionis inter Inquisitores hæreticæ pravitatis, & Judices sæculares, & de praxi procedendi cum illis. 284

DECISIO XXXI.

De contentione jurisdictionis inter Commissarios sanctæ Cruciatæ, & Judices sæculares, & de praxi procedendi cum illis. 309.

DECISIO XXXII.

De contentione jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos ordinarios. 312.

DECISIO XXXIII.

De contentione jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos delegatos. 313.

DECISIO XXXIV.

De contentione jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos ordinarios, & delegatos. 316.

DECISIO XXXV.

De contentione jurisdictionis inter Regiam Audientiam civilem, & criminalem, seu inter judicium civile, & criminale. 344.

DECISIO XXXVI.

De contentione jurisdictionis inter ipsam Regiam Audientiam civilem, & ejus Senatores. 358.

DECISIO XXXVII.

De contentione jurisdictionis inter Regiam Audientiam civilem, seu Regium criminale Concilium, & Judices sæculares inferiores, tàm Regios, quàm Baronis. 364.

DECISIO XXXVIII.

De contentione jurisdictionis inter ipsos Judices sæculares inferiores, tàm ordinarios, quàm delegatos. 367.

DECISIO XXXIX.

De contentione jurisdictionis inter Regia Suprema Concilia Domini nostri Regis in sua Regia Curia residentia. 377.

DON

DON MICHAELIS

DE CORTIADA

REGII SENATORIS,

& Fiſci Advocati Patrimonialis.

DECISIONES

Cancellarii, & Sacri Regii Senatus

CATHALONIÆ,

SIVE

PRAXIS CONTENTIONUM

& Competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum.

TOMUS PRIMUS.

EX DECISIONE PRIMA.

ARGUMENTUM.

De Definitione, & Diviſione Contentionis, & Competentiæ.

SUMMARIUM.

1 *Contentionum, & competentiarum materia commendatur.*
2 *Auctor ſe ſubmittit in omnibus correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ.*
3 *Contentiones, competentiæ, aut ſunt ſuper immunitate Eccleſiæ, aut ſuper juriſdictione.*
4 *Contentio ſuper immunitate Eccleſiæ, quid ſit.*
5 *Contentio ſuper juriſdictione, quid ſit.*
6 *Contentiones, & competentiæ juriſdictionis inter quos Judices emergere poſſunt, & nu. 7. & 8.*

1 MATERIA contentionum, & competentiarum juriſdictionum frequens eſt, ſecundùm Cancer. *par. 3. var. cap. 10. in prin.* Mattheu, *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 1. num. 1.* intricata, & difficilis, ſecundùm Parejam, *de inſtruct. edit. tom. 1. tit. 2. reſol. 6. in miſcellaneis, ſpecie 1.* & coram Doctoribus illius dubia difficilem exitum habent, tum ob gravitatem materiæ, tum quia ex profeſſo nec à noſtris, nec ab alienigenis invenitur tractata, ut idem Pareja refert *loco citato*, ideò licèt diligenti animadverſione digna ſit, ſolùm pro nunc referam praxim, & ordinem judiciarium terminandi, & decidendi, illas in Principatu Cathaloniæ & Regnis Coronæ Aragonum, ſubmittens me in omnibus correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ, nunc pro tunc revocans, quod ab ea revocandum judicabitur, ac credens quod ipſa credit, ut fecerunt in hac contentionum materia, Bernard. Laurent. *in tract. de poteſt. ſecun. in perſon. Eccleſ. numer. 22.* Ferrer. *par. 3. obſer. cap. 172. verſic. & forſan, ad finem*, Oſaſcus, *deciſ. 180. in fine*, Azevedo, *lib. 2. in fine, tit. 6. lib. 1. recop.* Seſſe, *de inhib. cap. 8. §. 3. numer. 103. in fine*, & alii graviſſimi Doctores, quos laudat idem Seſſe, *deciſ. 113. in fine principii, lib. 2.*

Contentiones, & competentiæ, aut ſunt ſuper im- 2
munitate Eccleſiæ, aut ſuper juriſdictione, ut colligitur ex traditis per Gambacurtam, *de immun. Eccleſ. lib. 6. cap. 15. nu. 6. verſi. Probo*, & Giurbam, *conſ. 50. ſub num. 11. verſi. ratio eſt* & ex latè traditis per Pegueram, *in pract. crim. cap. 24. & 26.* Ripoll. *in pract. Vicarii Barcinonæ, rub. 11.* Seſſe, *deciſ. 113. lib. 2.*

Molinos, *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. processo de competentia de jurisd. fol.* 333.

4 Contentio super immunitate Ecclesiæ, est dubium, seu controversia inter Curias Ecclesiasticam, & Sæcularem, an reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate Ecclesiæ, ut colligitur ex his quæ scribunt Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. Farinacius, *in prax. crim. part.* 1. *quæst.* 28. *num.* 10. *& de immun. Eccles. num.* 298. Clarus, §. *fin. quæst.* 30. *vers. quæro modo, in fine*, Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 17. Azevedo, *lib.* 3. *sub num.* 21. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.* Fontanella, *decis.* 200. *num.* 17. *&* 18. *par.* 1. Thomas del Bene, *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 27. *num.* 1. *vers. obiicies*, quod nihil aliud est, quam dubitare, an judex sæcularis, sit Judex competens ad procedendum criminaliter contra reum, qui ad Ecclesiam confugit? ita Gambacurta, *de immun. Eccl. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 6. *vers. pronunciare*, Giurba, *cons.* 50. *sub num.* 11. Riccius, *de pub. jud. quæst.* 37. *num.* 2. Italia *de immun. Eccl. l.* 1. *cap.* 1. §. 1. *num.* 1.

5 Contentio super jurisdictione, est dubium, seu controversia inter Judices, quis illorum sit Judex competens, rei, causæ, personæ, & jurisdictionis, de quibus agitur, idest, ad quem causa, res, persona, & jurisdictio spectet, ut colligitur ex constitutionibus, & Pragmaticis Cathaloniæ, *tit. de conten. jurisd.* & ex foris Aragonum, *tit. de compet. jurisdict.* & ex foris Valentiæ, *tit. de jurisd. omni Jud.* & ex Pragmaticis Sardiniæ, *lib.* 2. *tit.* 51. & ex traditis per Ripoll. *de regal. cap.* 1. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 12. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. Sesse, *decis.* 113. *in prin. lib.* 2. Molinos, *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. processo de compet. de jurisdict. fol.* 333. Fontanella, *decis.* 301. *cum pluribus seqq. part.* 2. Ferrer, *par.* 3. *obser. cap.* 172. *cum seq.* Portoles, *post foros, de compet. jurisd.* Pareja, *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 1. *cum seqq.*

6 Videndum nunc est, inter quos Judices contentio, & competentia jurisdictionis verti, & ventilari possit? & in primis, Portoles *foro* 1. *num.* 1. *&* 2. *de compet. jurisd.* respondet, quòd inter quatuor dumtaxat species Judicum contingere, & evenire potest. Prima, inter duos Judices ordinarios de qua ipse, *num.* 3. 4. *&* 5. Secunda, inter duos Judices Delegatos, & Ordinarios, de qua, *num.* 6. *&* 7. Tertia inter Judices Delegatos, & Ordinarios *de qua, num.* 8. Quarta, inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares, de qua *num.* 9. *&* 10. sequuntur Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *p.* 3. *num.* 4. *in fine*, Urrutigoyti, *in pastor. Regul. par.* 10. *num.* 5.

7 At Doctor Mattheu, *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 1. inquit quæstionem contentionis jurisdictionis, inter tres species Judicum emergere posse. *Primam* inter Judices Ecclesiasticos, & Laicos, *Secundam*, inter Judices Laicos tantùm; *Tertiam*, inter Judices Ecclesiasticos tantùm: & *num.* 2. tractans de prima specie contentionis inter Judices Ecclesiasticos, & Laicos, ait in quadruplici esse differentia. Primam, quando agitur inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares ordinarios terminandam esse, juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum; de qua *dicto* §. 1. *sect.* 1. 2. 3. *&* 4. Secundam, quando agitur inter Judices Sæculares, & Judices Ecclesiasticos, delegatos, decidendam esse per citationem ad banchum Regium; de qua *dicto* §. 1. *sectione* 5. Tertiam, quando agitur inter Judices Sæculares & Inquisitores hæreticæ pravitatis, declarandum esse juxta concordias; de qua *dicto cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 1. Quartam, quando agitur inter Judices Sæculares, & Ordinem Militarem Beatæ Mariæ de Montesa, & Sancti Georgii de Alfama, terminandam esse juxta concordiam anni 1596. de qua *dicto cap.* 7. §. 4. *Et eodem num.* 2. tractans de secunda specie contentionis inter Judices Laicos tantùm, dicit in triplici casu contingere posse. *Primo*, inter Officiales Regios inferiores Senatui. Secundo, inter Officiales Regios, & eos, qui habent jurisdictionem in dominium. Tertio, inter quoslibet ex dictis Officialibus, & Regiam Audientiam; de quibus *dicto cap.* 7. §. 5. *Et dicto num.* 1. *in fine*, de tertia specie contentionis inter Judices Ecclesiasticos tantùm, ad eum non pertinere ejus explicationem dicit, sed inter ipsos Ecclesiasticos contendentes servandas esse dispositiones juris Canonici.

Sed ad meum institutum, quod in paucis deviat à traditis per Doctorem Mattheu, *loco citato*, existimo, contentionem, seu competentiam jurisdictionis inter tres Judicum species principales evenire posse. *Primam*, inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares. *Secundam*, inter Judices Ecclesiasticos tantùm. *Tertiam*, inter Judices Sæculares tantùm. Primam speciem contentionis inter Judices Ecclesiasticos Ordinarios, & Sæculares Regios Ordinarios, de qua, *dec.* 2. *usque ad* 28. Secundam, inter Judices Sæculares, & Judices Ecclesiasticos delegatos, de qua *decis.* 29. Tertiam, inter Judices Sæculares Inquisitores hæreticæ pravitatis, de qua, *decis.* 30. Quartam inter Judices Sæculares, & Commissarios sanctæ Cruciatæ, de qua *decis.* 31. Secundam speciem contentionis, inter Judices Ecclesiasticos tantùm, iterùm in triplici esse differentia. Primam, inter Judices Ecclesiasticos Ordinarios, de qua, *decis.* 32. Secundam, inter Judices Ecclesiasticos Delegatos, de qua, *decis.* 33. Tertiam, inter Judices Ecclesiasticos Ordinarios, & Delegatos, de qua, *decis.* 34. Tertiam speciem contentionis inter Judices Sæculares tantùm, in quinque casibus accidere posse. Primus est, inter Regiam Audientiam civilem, & Regium criminale consilium, de quo, *decis.* 35. Secundus inter ipsam Regiam Audientiam civilem, & ejus Senatores, de quo, *decis.* 36. Tertius inter Regiam Audientiam civilem, seu Regium criminale consilium, & Judices Sæculares inferiores, tàm Regios, quàm Baronis, de quo, *decis.* 37. Quartus inter Judices Sæculares inferiores, tàm Ordinarios, quàm Delegatos, de quo, *decis.* 38. Quintus inter Regia suprema consilia Domini Nostri Regis, in sua Regia Curia residentis, de quo *decis.* 39. 8

ARGUMENTUM.

Ad quem Judicem spectet de jure communi declaratio contentionis & competentiæ inter Judices Ecclesiasticos & Sæculares.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio spiritualis & Ecclesiastica separata & distincta est à jurisdictione sæculari & temporali.*

2 *Jurisdictio spiritualis & Ecclesiastica non est confundenda cum sæculari & laica.*

3 *Competentia, seu contentio jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticum, & Sæcularem, declaratur de jure communi per solum Ecclesiasticum.*

4 *Competentia, seu contentio jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticum, & Sæcularem super clericatu, deciditur de jure communi per Ecclesiasticum.*

6 *Judex Ecclesiasticus solus cognoscere debet de re Ecclesiastica, & spirituali, num.* 5. *Intellige, quando dubium est juris, num.* 6. *Secus verò quando dubium est facti, num.* 7.

8 *Judex Sæcularis si quæstio est facti, cognoscere potest in causis alioquin spiritualibus, Vide num.* 9.

10 *Quæstio mixta præter quæstionem juris, & facti, in causis spiritualibus incidere potest.*

11 *Judex Sæcularis non cognoscit de jure communi de quæstione facti, an quis sit Clericus.*

12 *Cognitio habitus, & vestium clericalium, an pertineat ad Judicem Ecclesiasticum, vel sæcularem; prima est opinio, quòd pertinet ad sæcularem nu.* 12. *Secunda quòd pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, n.* 13. *Tertia est opinio conciliatrix, n.* 14.

15 *Pro-*

15 *Probatio per rei evidentiam præfertur quibuscumque probationibus.*

16 *Judex Sæcularis cognoscit de Clericatu, & habitu, ad effectum remittendi Clericum ad Judicem Ecclesiasticum, num. 16. Intellige, num. 17.*

18 *Judex Sæcularis, si notoriè sibi constiterit reum non esse Clericum, potest Judici Ecclesiastico remissionem denegare tamquam calumniosam.*

19 *Clericus captus in habitu clericali, est statim remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, nu. 19. Intellige, etiam invitus, num. 20.*

21 *Clericus captus in habitu laicali, interim dum pendet causa Clericatus, debet remanere carceratus apud eumdem Judicem Sæcularem, n. 21.*

Amplia, etiam extante fama publica, quòd esset Clericus, num. 22.

23 *Judex Ecclesiasticus cognoscere debet de bigamia, & de cæteris requisitis Concilii Tridentini.*

24 *Cognitio, an reus sit extrahendus ab Ecclesia, ad quem Judicem spectet de jure communi? plures referuntur opiniones, num. 24. 31. 32. 33. & 34. Sed est indubitatum, ex constitutione Gregorii XIV. quòd pertinet ad Ecclesiasticum, num. 35. Quacumque dignitate Judex Sæcularis præfulgeat, num. 36. Etiam si sit Rex, vel Imperator, num. 37. Nisi Episcopus recusaverit dare licentiam extrahendi, num. 38.*

25 *Captura in alieno territorio fieri non potest, num. 25. Etiam reum insequendo, num. 26. Et delinquens fuerit bannitus, num. 27.*

28 *Judex unius territorii non potest facere executionem in bonis, alieno territorio sitis, nisi cum litteris requisitoriis.*

29 *Ecclesia si est in territorio Principis sæcularis, sed de territorio Judicis Ecclesiastici.*

30 *Locum esse exemptum, vel extra territorium, paria esse.*

39 *Cognitio an reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, nec ne, ad quem Judicem pertineat de jure communi? plures referuntur opiniones, nu. 39. 40. 41. 42. & 43. Sed hodie ex Bulla Gregorii XIV. est certum, quòd pertinet ad Episcopum, vel ab eo deputatum, num. 44. Et Sede Episcopali vacante, ad Vicarium Capituli, num. 45.*

46 *Cognitio an locus sit sacer ad gaudendum immunitate Ecclesiæ, vel non, pertinet de jure communi ad Judicem Ecclesiasticum.*

47 *Cognitio an captus à satellitibus sit captus in loco sacro aut non, pertinet de jure communi ad Judicem Ecclesiasticum. Amplia, num. 48.*

49 *Cognitio super contentione jurisdictionis vel immunitatis Ecclesiæ, pertinet in Regno Siciliæ ad Judicem Ecclesiasticum.*

50 *Similiter in Regno Castellæ, nu. 50. Et vide, num. 51. 52. & 53.*

54 *Judices non ambitione, sed zelo justitiæ debent movere & decidere contentiones.*

DECISIO II.

1 JUrisdictio spiritualis seu Ecclesiastica, distincta, & separata est à jurisdictione sæculari, seu temporali, *Can. quoniam, 10. distin. can. cum ad verum, 96. dist. cap. solitæ, de majorit. & obed.* Morla, *in empor. jur. par. 1. tit. 2. in præmis. num. 125.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 16. num. 2.* Azevedo, *lib. 3. num. 1. lib. 4. recop.* Oliba, *de jure Fisci, cap. 3. num. 77.* Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 10. dubit. 1. sect. 1. num. 1. & dubit. 7. num. 2.* Regens Leon, *dec. 208. num. 13. lib. 2.* Jul. Chartar. *decis. 54. num. 39. & decis. 65. numer. 8. & decis. 72. num. 32. & 37. & decis. 89. numer. 28.* Regens Vico, *ad Pragmatic. Reg. Sard. lib. 1. tit. 7. cap. 2. numer. 11.* Valenzuela, *cons. 131. num. 15. tom. 2.* Vela, *post tom. 2. dissert. in cap. 1. par. numer. 8. de Offic. Ordin.* latè Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 17. à num. 1. & cap. 18. num. 60. glo. littera B.* Martha, *de jurisdict. par. 1. cap. 8.* cum relatis per Ramirez, *de lege Reg. §. 2. num. 1. & 31.* Carleval, *de jud. lib. 1. disp. 2. numer. 1126.* Pereja, *tom. 2. de instruct. edit. tit. 6. resol. 9. nu. 65.* Riccius, *in prax. resol. 415. num. 1.* Et ideo non sunt confundendæ, nec extra suos limites extendendæ, ita ut Judices Ecclesiastici jurisdictionem sæcularem, & temporalem, vel Judices sæculares jurisdictionem spiritualem, & Ecclesiasticam conentur usurpare; sed unusquisque eorum debet se abstinere à turbando alterius jurisdictionem, ad se non spectantem, *cap. novit.* cum *ibi* notatis, *de judic.* Azevedo, *lib. 3. num. 1. tit. 1. lib. 4. recop.* Bobad. *lib. 2. cap. 18. num. 2.* Ramirez, *de leg. Reg. §. 2. num. 3.* Paz, *in praxi, tom. 2. in proœmio, num. 1.* Regens Vico, *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 7. cap. 2. num. 4. & à num. 15.* Oliba, *de jure Fisci cap. 13. num. 43.* Molinus, *de ritu nupt. lib. 2. Comparat. 10. nu. 1.* Fontanella, *decis. 336. num. 2. par. 2.*

Sed quotiescumque oritur contentio, competentia, 2
seu controversia super juridisdictione inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem, certum & indubitatum est de jure communi, quòd Judex Ecclesiasticus utpotè dignior, & major judicare, definire, declarare, cognoscere & determinare debet, ad quem causæ cognitio pertineat; ut patet *in cap. si Judex Laicus, de sentent. excommun. in 6.* ita ex communi docent Felinus, *in cap. Pastoralis, num. 4.* Decius, *num. 8. de rescript.* idem Felin. *in cap. super litteris; num. 22. de rescrip.* Ripa *in cap. decernimus, num. 4. de judic.* Bartolus, *in l. plerumque, num. 5.* Angel. *num. 7. versic. quarto fallit,* Castren. *numer. 8. versic. primus si non esset,* Jason, *num. 19.* Socin. *num. 25. ff. si quis in jus vocat. non ierit.* Covar. *pract. cap. 33. num. 1. vers. quibus etiam suffragatur,* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 20. in præfat. numer. 78.* Bossius, *in pract. crim. tit. de foro competent. numer. 155.* Guttier. *pract. lib. 1. qu. 6. num. 2.* Azevedo, *lib. 4. num. 11. tit. 1. lib. 4. recop.* Farina *de immun. Eccles. sub nu. 372. & in prax. par. 1. quæst. 8. sub num. 33. ad medium, versic. & generaliter,* Valenzuela, *cons. 42. num. 9.* Narbona, *lib. 10. glo. 23. num. 17. ad medium, versic. quocirca, tit. 1. lib. 4. recop.* Guazin, *disi. 1. cap. 3. num. 1. in fine,* Tusch. *pract. concl. littera L. concl. 414.* Socin. *in cap. si Clericus laicum, num. 13. versic. circa secundum, de foro compet.* Jul. Clar. *§. fin. qu. 36. num. 21.* Martha, *de jurisdict. par. 4. casu 145. num. 10.* Osascus, *decis. 103. num. 4.* Barbosa, *de jure Eccles. univer. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 13.* Sanchez, *in ope, mor. tom. 1. lib. cap. 4. dubit. 52. num. 2. & dubit. 55. num. 31.* Formosinus, *in cap. 2. quæst. 26. num. 6. & in cap. cum non ab homine, quæst. 10. num. 6. & 7. de judic. & in rub. de foro compet. quæst. 1. numer. 1. & post titul. de foro compet. allegat. 1. pro Tribun. Sanct. Offic. art. 1. num. 21.* Gratian. *discep. foren. cap. 190. num. 14.* Cævallos, *de cognit. per viam violen. in proœm. cap. 8. num. 32.* Franchis, *decis. 329. num. 5.* Salzed. *lib. 68. num. 51. tit. 1. lib. 3. re op. fol. 154.* Bobadilla, *in Polit. lib. 2. cap. 19. sub num. 36.* Sperellus *decis. 8. num. 23. & decis. 24. num. 59.* plures alios laudant Thomas del Bene, *de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 39. num. 7. & de immun. Eccles. tom. 1. cap. 4. dubit. 15. sect. 2. num. 3. & 4. & dubit. 30. num. 1. in fine, & cap. 7. dubit. 7. sect. 4. num. 6. versic. confirmatur, & tom. 2. cap. 10. dub. 4. num. 19. & dubit. 17. numer. 12.* Diana, *resol. moral. par. 4. tract. 1. resol. 64. & par. 5. tract. 1. resol. 23. in fine,* latissimè respondebo contrariis, *pa. 7. tract. 10. resol. 5. & in sum. par. 2. verbo, Judex Ecclesiasticus, num. 16. & verbo, opinio probabilis, num. 11.* Carol. de Graf. *de effect. cleric. effect. 1. num. 1257.* Belluga, *in speculo Prin. rub. 11. §. videamus, num. 4.* Trullench. *lib. 1. decal. cap. 11. dubit. 6. num. 4.* Bardaxi, *foro 1. num. 5.* Portoles, *num. 9. de compet. jurisd.* Sesse, *decis. 113. num. 47. lib. 2. & de inhibit. cap. 5. §. 6. num. 68. & cap. 9. §. 1. num. 23.* Peguera *dicis. 92. num. 3.* Molinus, *de brachio sæculari, lib. 1. cap. 9. num. 29.* Fontanella, *de pac. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 3. num. 1. & decis. 323. numer. 3. par. 2.* Urrutigoiti, *in Past. Reg. par. 1. claus. 10. num. 8.* Sperel. *decis. 17. numer. 10. & 11.* Barbos. *de jure Eccles. uni. lib. 1. cap. 39. §. 2. numer. 28. vers. Ubicumque,* Ricci, *de pub. jud. quæst. 35. nu. 22.*

Donat. Anton. de Marinis poſt *lib. 2. reſ. jur. alleg.* 124. *numer.* 16.

4 Inde quoties controverſia eſt, numquid aliquis ſit Clericus, nec ne, vel privilegium clericatus amiſerit, & per conſequens à quo Judice puniri poſſit; hujuſmodi contentio, ſeu competentia non per Judicem ſæcularem, ſed per Judicem Eccleſiaſticum tantùm decidi, declarari, determinari, & definiri debet, *cap. ſi Judex Laicus, de ſenten. excom. in* 6. Boſſius *tit. de foro compet. n.* 151. *&* 155. Covarru. *pract. cap.* 13. *numer.* 1. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 16 *&* 21. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 33. ubi teſtatur communiorem, veriorem, & tutiorem, Maſcard. *de probat. conclu.* 689. 7. *& conclu.* 963. *numer.* 3. Seſſe, *de inhibit. cap.* 5. §. 6. *num.* 78. *& cap.* 9. §. 1. *num.* 23. *& deciſ.* 113. *numer.* 108. *lib.* 2. Pereira, *deciſ.* 58. *numer.* 13. Barboſa, *in l. Titia, numer.* 31. *ff. ſolu. matr.* Grivell. *deciſ.* 30. *num.* 3. Cancer. *par.* 2. *var. reſol. cap.* 2. *numer.* 143. Guazzinus, *defen.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. *& defen.* 20. *cap.* 8. *nu.* 2. *& cap.* 9. *ſub numer.* 75. Narbona, *lib.* 20. *gloſ.* 23. *numer.* 16. *tit. lib.* 4. *recop.* Paz. *in prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 9. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 106. Germon. *de ſacror. immun. lib.* 3. *cap.* 15. *à num.* 55. Belluga, *in ſpecul. Princ. rub.* 11. §. *videamus, numer.* 4. Menochius, *conſ.* 912. *num.* 16. *in fine*, ubi de magis communi opinione, *& lib.* 6. *præſump.* 76. *numer.* 34. Maſtril, *deciſ.* 113. *numer.* 16. *par.* 2. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 190. *numer.* 13. Marcus, *deciſ.* 1065. *num.* 1. Borguin. Cavalcan. *par.* 5. *de delict. deciſ.* 10. *num.* 12. *&* 13. Horten. Calvalcan. *de Brachio Regio, par.* 1. *numer.* 95. Tuſchus, *pract. conclu. littera Q. concl.* 19. *à numer.* 1. Cabal. *reſol. crim.* 60. *num.* 11. *& caſu* 223. *à numer.* 77. *& caſu* 214. *à num.* 32. Azevedo, *lib.* 1. *num.* 53. *&* 54. *tit.* 16. *lib.* 8. *reco.* Jul. Cartar. *deciſ.* 17. *numer.* 1. Zerola, *in prax. Epiſcop. par.* 1. *verbo, Clericus, verſ. Ad tertium*, Cevallos, *de cog. per viam violent. in proœmio, cap.* 8. *à num.* 25. *& par.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 2. Ciarlin., *tom.* 1. *contro. num.* 41. Carlev. *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 866. Don Joſeph. Vela, *diſſert.* 45. *numer.* 8. *in fine, tom.* 2. Diana, *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 27. *& par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 15. *& par.* 4. *tract. reſol.* 5. *& in ſumma, par.* 1. *verbo, Clericus, num.* 6. *circa medium, & par.* 2. *verbo, Judex laicus, num.* 20. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 7. *num.* 6. Gamma. *de ſacra præſt. ulti. ſuppl. damnat. quæſt.* 5. *numer.* 26. Fermoſin. *in cap. Cum non ab homine, quæſt.* 10. *à num.* 1. *de judiciis, & in rub. de foro compet. quæſt.* 3. *num.* 14. Thom. del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 28. Mattheu, *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *num.* 7. Barboſa, *in cap. Si Judex laicus, num.* 2. *de ſentent. excom. in* 6. *& in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 6. *num.* 24. *& in remiſſionib. verſ. Quando reus, & de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 12. *numer.* 33. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 28. *in prin.*

5 Quia cùm agatur de ordine, & ſic de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali ſolùm Judex Eccleſiaſticus cognoſcere debet, *cap. Quanto, cap. Decernimus, de judi. cap. Lator, cap. cauſam, qui filii ſint legit. cap. Tuam de ord. cognit.* ita Farinac. *num.* 33. Gratian. *num.* 13. Seſſe, *numer.* 108. Maſtril. *numer.* 16. Cevallos, *num.* 31. Fermoſinus, *num.* 2. del Bene, *num.* 1. *&* 4. Mattheu, *num.* 7. & alii *proximè relati*, de quo latè Barboſa, *in l. Titia, ff. Solu. mat.* Fontan. *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 13. *par.* 2. *à num.* 1. *ad* 25. Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 1. *cum ſeq.* Trullench *lib.* 8. *decal. cap.* 1. *dubit.* 8. *numer.* 5.

6 Hæc aliqui tantùm intelligunt, ut procedant, quando dubium eſt juris, ſeu quando contentio, & competentia oritur inter Eccleſiaſticum, & Sæcularem ſuper articulo juris, quo caſu Judex Eccleſiaſticus declararet, & cognoſcere debet, an delinquens gaudeat privilegio fori, ita Horten. Cavalcan. *de brachio Regio, par.* 3. *numer.* 95. Maſtril. *deciſ.* 113. *nu.* 16. Menochius, *conſ.* 912. *numer.* 56. Farinac. *in prax. par. qu.* 8. *numer.* 33. Sanfelicius, *deciſ.* 2. *numer.* 30. *& deciſ.* 3. *num.* 5. *deciſ.* 7. *num.* 8. *& deciſ.* 11. *num.* 3. *& deciſ.* 15. *numer.* 18. *& deciſ.* 321. *num.* 7. Seſſe, *deciſ.* 213. *à numer.* 108. Martha, *de ſuceſ. legal. parte* 4. *qu.* 16. *art.* 1. *à nu.* 49. *ad* 53. Carleval, *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 866. *ante finem.* Ut puta ſi Clericus primæ Tonſuræ cum falſis dimiſſoriis initiatus ſit, cujus falſitatis dimiſſoriarum cognitio, ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectat, Sanfelicius, *deciſ.* 2. *num.* 29. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *ſub num.* 866. *ante finem*, cujus contrarium deciſum refert idem Sanfelicius, *deciſ.* 260. ſequitur Thoro, *in ſuplemen. deciſ. verbo, Judex ſæcularis an ſit competens, fol.* 316. vel ſi Clericus primæ Tonſuræ, nulliter ad ordines promotus fuit, ut quia illegitimus, vel irregularis, cujus articuli cognitio ab Eccleſiaſtico Judice decidenda eſt Sanfelicius, *deciſ.* 2. *numer.* 30. retenta tamen perſona Clerici per Sæcularem, ſi eum captum habeat, donec fuerit deciſus articulus per Judicem Eccleſiaſticum, Franchis, *deciſ.* 189. *in fine* Sanfelicius, *deciſ.* 2. *num.* 31. vel ſi dubitetur, an delinquens nomine Clerici privilegio Clericali gaudentis veniat, Thomas del Bene, *de imm. Eccl. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 28. *n.* 1.

Secus autem quando dubium eſt facti, ſeu quando competentia, ſeu contentio oritur inter Eccleſiaſticum, & Sæcularem, ſuper quæſtione facti; quo caſu Judex laicus poteſt illam quæſtionem facti declarare, Horten. Caval. *de brachio Regio, par.* 1. *num.* 95. *verſic. At quando*, Marchus, *deciſ.* 1065. *num.* 1. *in fine*, Franchis, *deciſ.* 189. Anton. de Ballis, *tract. var. pragmat.* 1. *numer.* 29. *de Cleric. inceden. fol.* 262. Carleval, *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 866. *ante finem*, Sanfelicius, *deciſ.* 7. *à numer.* 4. *& deciſ.* 10. *numer.* 6. *& deciſ.* 11. *num.* 3. *& deciſ.* 15. *à numer.* 9. *& dec.* 260. *num.* 1. *& deciſ.* 321. *num.* 9. 7

Qui moventur ea ratione, quòd Judex ſæcularis ſi quæſtio ſit facti, de cauſis alioquin ſpiritualibus cognoſcere poteſt, ita Bartol. *in l. in omni novatione, num.* 2. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & in lib.* 2. *num.* 2. *ff. de juriſdict. omn. jud. & in l. Titia, numer.* 6. *ff. ſolut. matr. & in l. filium, num.* 13. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.* Franch. *deciſ.* 36. *numer.* 3. Covar. *in epit. ad* 4. *par.* 2. *cap.* 4. §. 12. *num.* 3. Guttier. *pract. lib.* 3. *qu.* 26. *num.* 2. *& de juram. confirm. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 35. cum relatis per Barboſam, *in l. Titia, num.* 22. *verſi. Secunda concluſio, ff. ſolut. matri.* Morla, *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *in præmiſ. num.* 133. *&* 134. Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 403. Sanchez, *de matr. lib.* 3. *diſp.* 54. *n.* 3. *&* 4. Capicius, *deciſ.* 7. *n.* 2. Gamma, *deciſ.* 194. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæſt.* 8. *nu.* 25. *verſic. Limita principaliter*, Valaſc. *conſult.* 159. *nu.* 9. Sahagun *in cap. decernimus, à numer.* 60. *de jud.* latè, & benè Fontan. *de pac. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 13. *par.* 2. *à num.* 25. *ad* 33. Seſſe, *de inhib. cap.* 8. §. 1. *num.* 23. *&* §. 3. *nu.* 9. *& deciſ.* 113. *nu.* 110. *lib.* 2. Eſcobar, *de ratiocin. cap.* 7. *nu.* 20. *verſ. Neque etiam obſtat*, Caſtillo, *de Tertiis, cap.* 12. *num.* 20. Cancer. *par.* 2. *variar. c.* 2. *n.* 50. Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 2. *ſect.* 4. *nu.* 4. *& dubit.* 3. *nu.* 16. *& dub.* 4. *num.* 2. *& dubit.* 5. *nu.* 3. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 866. Salgado, *de Reg. protect. par.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 5. *n.* 127. Barboſa, *de jure Eccl. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *à num.* 60. *& in cap. ſi Judex laicus, ſub nu.* 3. *de ſentent. excom. in* 6. Cabedo, *par. deciſ. arreſto* 202. Martha, *de juriſdict. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 19. *& cap.* 16. *num.* 8. *&* 10. Ciarlin. *controver. cap.* 17. *num.* 98. Capici. Latro, *deciſ.* 69. *à num.* 4. Regens Leon, *deciſ.* 20. *à num.* 25. *lib.* 2. Torreblanca, *de Magia, lib.* 3. *cap.* 26. *à num.* 9. 8

Sed hanc rationem impugnant plures, qui aſſerunt Judicem ſæcularem eſſe incapacem ad cognoſcendum de quæſtione facti ſuper re ſpirituali, vel Eccleſiaſtica, ut Jaſon. *in l. quoties, numer.* 7. *C. de jud.* Belluga, *in ſpecul. Prin. rub.* 11. §. *videamus, numer.* 15. Oſaſcus, *deciſ.* 137. *num.* 10. Guido Papa, *deciſ.* 71. *&* 85. Facinæus, *contro. juris, lib.* 1. *cap.* 44. & alii quos laudant Barboſa *in leg. Titia, numer.* 24. *verſic. Quo ad ſecundum ff. ſolut. matr.* Fontanella, *de pactis nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 3. *par.* 2. *à num.* 33. Thomas del Bene, *de immun.* 9

Eccleſ.

Eccles. tom. 2. cap. 10. dubit. 4. num. 35. Fermosin. *in cap. cum non ab homine, qu. 10. num. 4. & 5. de judiciis.*

10 Cæterùm quidquid isti dicant, quorum fundamentis benè respondent, Barbosa, & Fontanella, *supra relati*, ille, *num. 25.* iste, *à num. 37.* Quod attinet ad meum institutum, sciendum est, quòd in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis, præter quæstionem juris, & quæstionem facti, incidere posse tertiam quæstionem, quæ appellatur quæstio facti, mixtam habens quæstionem juris quando scilicet dubitatur simul de facto, & de jure, tunc enim ne continentia causæ dividatur, utraque deciditur per Ecclesiasticum; Bald. *in l. Titia, post medium*, Barbosa, *num. 24. ff. solu. matr.* Menochius, *de retinen. possess. remed. 3. numer. 329.* Farinac. *in prax. par. 1. quæst. 8. numer. 25. versic. Sublimita tertio*, Fontan. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 3. par. 2. num. 38. in prin.* Sperel. *dec. 8. num. 55. & dec. 17. num. 14.*

11 Quo supposito, Judex sæcularis non cognoscit de quæstione facti, an quis sit Clericus, nec ne, *cap. si Judex laicus, de sentent. excom. in 6.* quia illud factum non est abstractum ab omni spiritualitate, sed mixtam habet quæstionem juris, ut explicant Barbosa, *in l. Titia, numer. 26. 27. 28. 29. & 30. ff. de solut. matr.* Escobar, *de ratiocin. cap. 7. numer. 20. versic. Neque etiam obstat. in fine* Farinac. *in prax. par. 1. quæst. 7. num. 25. versic. Sublimita tertio*, Albertin. *de assert. cathol. quæst. 25. à num. 54.* Morla, *in emp. juris, par. 1. tit. 2. præmis. nu. 135.* Cancer. *par. 2. var. resol. cap. 2. num. 51.* Sesse, *decis. 113. à numer. 108. ad 113. lib. 2.* Barbosa, *in addit. ad cap. Si Judex laicus, num. 2. de senten. excom. in 6.* Fontan. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. nu. 38.* Sperel. *dec. 17. num. 14.*

12 Ex quibus venit decidenda alia controversia, utrùm scilicet de jure communi, cognitio habitus, seu vestium clericalium, pertineat ad judicem Ecclesiasticum, vel Sæcularem. Prima est opinio, quòd pertineat ad Judicem Sæcularem, ita Guido Papa, *decis. 138.* Ripa, *in cap. 2. num. 4. de judic.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 36. num. 14. & 21.* Mascard. *de probat. conclu. 963. num. 4.* Decian. *prac. crim. lib. 4. cap. 9. num. 95.* quos & alios, & si non sequatur, refert Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 23. num. 15. in prin.* quibus addendi sunt Franchis, *decis. 309. num. 9.* Salgado, *de Reg. protect. tom. 2. par. 2. cap. 14. num. 81.* Cevallos, *de cog. per viam violen. in proœm. cap. 28. num. 39.* Pereira, *de manu Reg. par. 2. cap. 44. n. 3.* Cutellus, *de immu. Eccl. lib. 2. qu. 28.* Calvalcan. *de brachio Regio, par. 1. nu. 95. in fine*, cum relatis per Antonium de Ballis, *tract. var. in pragmat. 1. nu. 19. de Cleric. incedentib. fol. 262.* Valascus, *consult. 48. num. 6.* cum aliis, & si non secutis, per Dian. *resol. moral. par. 1. tract. 2. resol. 27. in prin. & par. 3. tract. 1. resol. 15. in princ.* Thomas del Bene, *de immu. Eccles. tom. 1. cap. 4. dubit. 28. nu. 2.* Sperel. *dec. 17. num. 1.*

13 Secunda est opinio, quòd cognitio ista habitus, seu vestium clericalium, spectat ad judicem Ecclesiasticum, ita Covar. *pract. cap. 33. 33. sub num. 1.* Farinac. *in pract. part. 1. quæst. 8. num. 34.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 11. n. 88.* Salzedo ad Bernard. Diaz, *in prax. crim. cap. 62. num. 14.* quos, & alios citat Ambrosinus, *de immun. Eccles. cap. 23. num. 15. versic. contrarium*, Gratian. *discept. foren. cap. 190. num. 15.* Mascard. *de probat. conclu. 689. numer. 8. & 9.* Mastril. *decis. 113. num. 18.* Narbona, *lib. 20. glos. 23. num. 16. & 17. tit. 1. lib. 4. recop.* Tuschus, *pract. conclu. littera Q. num. 4. & 5.* cum aliis per Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 106.* Zerola, *in prax. Episcopal. par. 1. verbo, Clericus, versic. Ad tertium*, Carol. de Graf. *de effect. clericat. effect. 1. numer. 1162.* Barbosa, *de potest. Escop. par. 2. alleg. 12. num. 16. & de jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 28. & in cap. si Judex laicus, num. 2. in fine, de senten. excom. in 6.* Cabal. *resol. crim. 224. à num. 24.* Guaz. in *defen. à cap. 3. num. 2. & defen. 20. cap. 9. num. 37. in fin.* Camina, *de sacram. præst. damnat. quæst. 5. num. 29.* Fermosin. *in cap. cum non ab homine, quæst. 10. numer. 10. & 11. de judic. & in cap. 2. à num. 3. de foro compet.* Azevedo, *lib. 1. num. 53. tit. 16. lib. 8. recop.* Belluga, *in specul. Princip. rub. 11. §. videamus, numer. 4.* Cevallus, *de cognit. per viam violen. in proœm. cap. 8. à num. 25. & numer. 40.* Fontanella, *decis. 511. num. 8. par. 2.* cum mille aliis, quos laudant Diana, *resol. moral. par. 1. tract. 2. resol. 27. versic. Sed absolutè, & par. 3. tract. 1. resol. 15. versic. Sed ego, & par. 3. tract. 1. resol. 15. versic. Sed ego, & par. 4. tract. 1. resol. 5.* Thomas del Bene, *de immu. Eccles. tom. 1. cap. 4. dubit. 28. à nu. 3.* latè Maceraten. *lib. 3. resol. 48.*

14 Tertia est opinio superiorum conciliatrix, quòd aut dubitatur, an habitus sit clericalis eo quia captus habet Tonsuram; sed quæstio est circa vestes, quæ vel propter colorem, vel propter eorum brevitatem, dubium est, an Clerico conveniant, nec ne? tunc est verior secunda opinio, quòd ad Judicem Ecclesiasticum pertineat describere habitum Clericorum; si autem notoriè constat habitum non esse clericalem, ut quia vestes sint veri coloris, vel quòd si incederet in habitu, notoriè constat non habere Tonsuram, quæ res oculari inspectione detegitur: quo casu procedit prima opinio, ut cognitio pertineat ad Judicem sæcularem, ita Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 34. num. 23. & 24.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 11. numer. 88. & 89.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 21. num. 15. versic. Pro concordia*, Menochius *lib. 6. præsumpt. 76. num. 32.* Antonius de Ballis *tract. var. pragmat. 1. num. 28. de Cler. inced. fol. 262.* Cutellus *de immun. Eccl. lib. 2. quæst. 28. à num. 6.* Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom. 1. cap. 4. dubit. 28. num. 8. versiculo Cæterum.*

15 Quia cùm prima opinio fundetur in notorio, scilicet in aspectu, visura, & rei evidentia, ut testantur *præcitati Doctores*, ejus probatio omni alia apertior est, & nunquam censetur excluſa; imò coram quocumque, & quandocumque fieri potest, *l. penultima*, ubi Doctores, *ff. fin. reg. leg. l. ff. de ventre inspic. cap. proposuisti, de probat. cap. cum olim, versic. Aut evidentia rei, de verb. signific.* Valenzuela *cons. 96. num. 140. & cons. 100. à num. 1.* Ludovis. *decis. 575. numer. 6.* Salzedo *de lege Polit. lib. 1. cap. 9. §. 1. num. 15.* Costa *de remed. subsid. remed. 101. à numer. 1.* Postius *de manutent. obser. 101. num. 5.* Tuschus *pract. conclus. littera P. concl. 776.* Maschard. *de probat. conclus. 8.* eruditè Suelves *cons. 9. num. 21. lib. 1.* Oliba, *de action. par. 2. lib. 1. cap. 14. num. 12.* Cancer. *par. 3. variar. cap. 17. num. 129.* Fontanella, *decis. 381. à numer. 1. par. 2.* Ripoll. *in addit. ad Pegur. in prat. civil. rub. 21. numer. 17. & rub. 27. num. 152.* & alii infrà *decis. 21. num. 36.* & in terminis, aliis relatis Cutellus *de immun. Eccles. lib. 2. quæst. 28. à num. 6.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. cap. 4. dubit. 28. numer. 8. versic. Cæterum*, qui duo ultimi addunt, hanc rei evidentiam in ista specie non tantùm non excluſisse Romanum Pontificem Bonifacium, sed summoperè amplexum fuisse, *in cap. si judex laicus, versic. justum, & versic. Isque de senten. excomm. in 6.*

16 Benè tamen verum est, quòd, Judex sæcularis potest cognoscere de Clericatu, & habitu delinquentis Clerici, non ad effectum declarandi illum gaudere, vel non gaudere privilegio fori; sed perfunctoriè recipiendo summariam informationem, ad effectum illum remittendi ad Judicem Ecclesiasticum, Sperel. *dec. 17. num. 7.* Bald. *in l. si qua per calumniam, num. 2. C. de Episc. & Cleric.* Felin. *in cap. fin. numer. 10. de excep.* Guido Papa *decis. 137.* Covar. *pract. cap. 33. num. 3. versic. Fortassis*, Menochius *cons. 912. 9. num. 1. lib. 10. & lib. 6. præsumpt. 76. nu. 33.* Franchis, *decis. 189. num. 5. & decis. 329. num. 8.* Farinac. *in prax. par. 1. quæst. 8. numer. 34. in fine*, Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 111.* Anton. de Ballis *tract. var. in pragmat. 1. numer. 29. de Cler. inced. fol. 262.* Belluga *in specu. Princip. rub. 11. §. videamus, num. 5. versic. Et hæc videtur veritas*, Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. numer. 107.* Mastril. *decis. 113. numer. 20.* Scaccia,

de jud. lib. cap. 11. *num.* 89. Ambrosin. *de immun. Eccl. cap.* 23. *numer.* 15. *versic. Nam & si sæcularis*, Cabal. *resol. crim. casu* 60. *num.* 15. Sesse *decis.* 113. *num.* 119. Fontanella *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *num.* 40. Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 28. *num.* 2. *in fine*, cum aliis per Cavallos *de cognit. per viam violen. in procem. cap.* 8. *num.* 28. Oliba *de jure Fisci*, *cap.* 14. *num.* 69. Sanfelicius *decis.* 7. *à num.* 4. *& decis.* 15. *à num.* 18. Toreblanca *de Magia*, *lib.* 3. *cap.* 26. *numer.* 17. Barbosa *in l. Titia*, *numer.* 29. *versic. Et generaliter*, *ff. solutio matri.* qui *numer.* 31. *versic. Quod*, intelligit quando Ecclesiaſticus Judex non petit illum sibi remitti; nam si petat 7
debet Sæcularis tunc supersedere in cognitione summaria Clericatus, & eum remittere ad Ecclesiasticum, ad quem pertinet, Bardaxi *foro* 1. *numer.* 5. *versic. Fuerunt*, *de compet. judic.* Sanfelicius *decis.* 11. *numer.* 4. Sperel. *decis.* 8. *numer.* 56. *& decis.* 17. *num.* 41.

Et tunc Judex sæcularis, si ex illa summaria infor- 18
matione sibi notoriè constiterit captum non esse Clericum: ut quia non incedat in Tonsura, quod potest statim probari depositio bireto, & denudato capite, poterit remissionem denegare ad Judicem Ecclesiasticum, tamquam calumniosam; Sperel. *dec.* 17. *à numer.* 1. Decius *in cap.* 2. *num.* 178. *de judic.* Mascard. *de probat. concl.* 689. *num.* 10. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 100. Farinac. *in prax. crim. lib.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 34. *in fine* Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 89. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 23. *numer.* 15. *versic. Pro concordia*, Mastril. *decis.* 113. *sub num.* 19. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 107. *littera G.* Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. Anton. de Ballis *tract. var. in pragmat.* 1. *num.* 28. *de Cleric. inced. fol.* 162. ubi testatur ita aliquando fuisse factum in Regno Siciliæ per magnam Curiam, & præcipuè contra Antonium Venetiarum, qui captus fuit sine habitu, & tonsura, & in carcere reassumpsit habitum, & tonsuram, & sibi non profuit, quia fuit tortus per magnam Curiam.

Ex quibus sequitur primò, quòd si Clericus per ju- 19
dicem sæcularem captus fuerit in habitu, & tonsura clericali, debet Judex sæcularis statim eum custodiendum remittere ad judicem Ecclesiasticum, etiam ante cognitionem causæ jurisdictionalis, *cap. si Judex laicus*, *versic. Sed si per notorium*, juncta *Glos.* ubi Barbosa, *num.* 4. *de sentent. excommun. in* 6. Bossius *in prax. titu. de foro compet. num.* 151. *&* 152. Gratian. *discept. foren. cap.* 190. *numer.* 16. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 105. Farinacius *in praxi part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 16. Menochius *lib.* 6. *præsumpt.* 76. *num.* 31. *& consil.* 711. *num.* 31. Mastrill. *decis.* 113. Carol. de Gras. *de effect. Cleri. effect.* 1. *num.* 1106. Barbosa *de potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 34. Thomas del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 29. *num.* 12. 13. *&* 14. *&* alios citat *dubit.* 30. *numer.* 1. Jul. Chartar. *decis.* 17. *numer.* 2. Pereira *decis.* 58. *numer.* 11. Cancer. *par.* 2. *variar. cap.* 2. *nu.* 143. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. latè Rubeus *pract. resol. cap.* 17. *à num.* 151. Sperel. *decis.* 17. *nu.* 70. Et fuit observatum in Regio criminali Cathaloniæ Consilio 32. Maii 1627. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet in favorem Benedicti Jover qui fuit traditus Officiali & Vicario Generali Curiæ Ecclesiasticæ suo ordinario illum petenti. Et die 23. Maii 1630. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet in favorem Sebastiani Almur Clerici Beneficiati in Ecclesia S. Vincentii de Sarriano. Et die 18. Martii 1659. Bernardus Fornes fuit traditus Reverendo in Christo Patri Episcopo Barcinoniæ suo ordinario illum petenti. Quod procedit etiam invito, & 20
contradicente Clerico, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 191. *num.* 11. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 216. Carol. de Gras. *de effect. Clericat. effect. num.* 329. Barbosa *in cap. si Judex Laicus*, *num.* 5. *de senten. excomm. in* 6. decisionem Curiæ justitiæ Aragonum refert Portoles *foro* 2. *num.* 6. *versic. Sed hic quæritur*, *de compet. jurisdict.* & dicam infrà *decis.* 26. per ea quæ referam infrà, *decis.* 12. *num.* 26. Sperel. *decis.* 17. *num.* 59.

Sequitur secundò, quòd Clericus delinquens captus 22
à Judice sæculari sine habitu, & tonsura Clericali, Judex sæcularis non tenebitur illum Judici Ecclesiastico remittere: sed interim dum pendet causa Clericatus, talis reus custodiri, & carceratus remanere debet apud Judicem sæcularem, donec Judex Ecclesiasticus super Clericatu declaraverit; Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 30. *numer.* 21. *versic. Regulariter autem*, qui sic debet intelligi, Dacian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 5. Pereira *decis.* 58. *nu.* 12. Covarru. *pract. cap.* 33. *nu.* 3. *versic. Fortassis*, Salzedo ad Bernad. Diaz. *cap.* 62. *n.* 19. Grazian. *discep. Foren. cap.* 190. *num.* 16. Farinac. *par.* 1. *in prax. quæst.* 8. *numer.* 36. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap. num.* 105. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 2. *numer.* 143. cum relatis per Portoles *foro* 2. *num.* 1. *de compet. jurisdict.* Diana, *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 27. Thom. del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 29. *num.* 15. *& dubit.* 30. *num.* 2. Sperel. *decis.* 27. *num.* 9.

Quòd adeo verum est, ut procedat, etiam extan- 22
te fama publica, quòd ille esset Clericus, vel communiter pro Clerico reputaretur; nam adhuc Judex sæcularis non tenetur illum remittere ad Judicem Ecclesiasticum, nisi manifestè probaverit esse Clericum, quia Judex Sæcularis capiendo reum sæculariter incedentem quasi possessionem illius acquisivit; & sic non debet ab hac possessione, ob solam famam Clericatus rei, deturbari; sic Salvedo ad Bernard. Diaz, *cap.* 62. *num.* 16. Farinacius *in prax. par.* 1. *quæst.* 8. *num.* 44. *in fine*, Carol. de Gras. *de effect. Clericat. in prælud. num.* 226. Regens Vico, *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 13. *num.* 6. Sanfelicius, *decis.* 141. *à numer.* 15. Thoro, *in compen. decis. par.* 3. *verbo*, *Remissio*, *fol.* 133. Merlinus, *controver. tom.* 2. *cap.* 9. *numer.* 32. *&* 34. quidquid dicant, Diana Cancer Bobad. & alii, *num. precedenti* relati, quia contra eos, & alios est verior sententia, ut per Thomam del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 29. *num.* 5. *&* 13.

Ex suprà dictis etiam resolvitur, quòd Judex Eccle- 23
siasticus, & non Sæcularis cognoscere debet de bigamia, an scilicet Clericus sit Bigamus, & de cæteris conditionibus requisitis à Concilio Tridentino, *sess.* 23. *de refor. cap.* 6. ita Alexand. *cons.* 119. *lib.* 6. Lotterius, *de re beneficiali*, *lib.* 3. *quæst.* 36. *num.* 74. quidquid dicat Pereira, *de manu Regia*, *par.* 2. *cap.* 24. *nu.* 3. quia contra eum, & alios est verior sententia; ut per Dian. *resol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 71. Thomas del Bene, *de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 28. *num.* 7. Fermosin. *in cap.* 2. *quæst.* 26. *num.* 7. *de judiciis*.

In proposito pariter quærendum est, ad quem Judi- 24
cem de jure communi pertineat, & spectet cognitio, an reus sit extrahendus ab Ecclesia? Prima est opinio, quòd Judex Sæcularis etiam in casibus notoriis, & clarè exceptis, non potest confugientem ad Ecclesiam invitum ab ea extrahere, sine Episcopi, vel ejus Vicarii generalis licentia; ut probatur *in can. frater*, *can. Id constituimus*, *can. ad Episc. can. Reum*, *can. miror. can. definivit*, 17. *quæst.* 4. *cap. inter alia*, *cap. fin. de immun. Eccles. cap. ex parte*, *el* 1. *de verbor. signif. authen. si quis*, §. *fin. C. ad leg. Jul. de adul.* §. *sed. neque*, *versi. Publicorum*, *in Authent. de mandat. princ. l. pateant*, *in fine C. de his qui ad Eccles. confug.* §. *his quoque versi. Quia vero*, *in Autent. ut liceat matri*, *& aviæ*, & docent Cinus, *in auth. si quis*, & Salicet. *num.* 6. *C. ad leg. Jul. de adulter.* Angel. *de malef. verbo*, *Fama publica præcedente*, *nu.* 59. Bossius *in prac. crim. tit. de captura*, *num.* 24. *&* 25. Belluga, *in speculo Prin. rub.* 11. §. *Et quia*, *num.* 27. Gomez, *tom.* 3. *var. c.* 10. *nu.* 2. *in fine*, & aliis plures quos laudat Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 28. *num.* 76. *& de immun. Eccles. num.* 356. Tusch. *pract. concl. littera E*, *concl.* 11. *nu.* 56. Germon. *de sacror. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* & latiùs, *à num.* 95. Gratian. *discep. foren. cap.* 596. *à numer.* 1. *&* 17. Cabellus, *resol. crim. casu* 194. *numer.* 12. Martha, *de jurisdict. par.* 4. *casu* 50. cum relatis per Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 31. *num.* 3. & multis aliis citatis per Giurb. *cons.* 20. *numer.* 17. *& cons.* 100. *à num.* 19.

num. 19. *ad* 22. *& numer.* 31. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 14. *& par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 41. *& par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 28. latè Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 40. *sect.* 3. *per totam.* Ricci *de pub. jud. quæst.* 36. *num.* 28. *& quæst.* 37. *num.* 8. *vers. igitur, & num.* 9. Mexia Cabrera *in for. immun. Eccl. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. *& 2. & à numer.* 11. Ciarlin. *contr. for. cap.* 162. *num.* 2. *p.* 2. Adde alios citatos *dec.* 72. *nu.* 15. *& 17. & dec.* 84. *n.* 10. *hac par.* 2.

25 Ratio est, quia captura est actus jurisdictionis, quæ in alieno territorio exerceri non potest, *lib. extra territorium ff. de jurisdict. omni. jud. cap.* 2. *de constit. in* 6. Gomez. *tom.* 3. *var. cap.* 9. *num.* 4. ubi addition. Laynez, *num.* 5. Azevedo, *lib.* 3. *num.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1. *recopil.* Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 10. *num.* 2. Oliba, *de jure Fisci, cap.* 11. *num.* 10. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 7. *num.* 40. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 96. *numer.* 9. Tuschus, *pract. conclu. littera C. concl.* 72. Boer. *decis.* 29. *numer.* 8. Cerdan. *in visit. carcer. cap.* 11. §. 5. *numer.* 9. Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 35. *numer.* 31. Guazzin. *defen.* 5. *cap.* 1. *numer.* 27. Cabal. *resol. crim. casu* 291. Molinus *de Brachio secu. lib.* 1. *cap.* 23. *numer.* 11. *&* 12. Portoles, *post* §. *captus*, §. 3. *numer.* 14. *&* §. 5. *à num.* 11. Carleval *de judi. lib.* 1. *disp.* 2. *numer.* 25. *&* 756. Adde alios citatos *dec.* 72. *numer.* 15. *&* 17. *& dec.* 84. *num.* 10. *hac par.* 2. etiam reum insequendo, Gomez, *tom.* 3. *var. cap.* 9. *num.* 5. ubi Laynez, *num.*
26 6. Azevedo, *lib.* 3. *num.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.* Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 7. *numer.* 41. Portoles, *post* §. *captus*, §. 5. *numer.* 15. *&* §. 7. *numer.* 7. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 29. *num.* 10. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *numer.* 11. Aviles, *cap.* 1. *prætor. glos.* Nuestros, *sub numer.* 6. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *à numer.* 66. Cabal. *resol.*
27 *crim. casu* 291. *à num.* 5. Carleval, *de judi. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 756. *in fine:* Et si delinquens fuerit bannitus, Azevedo, *lib.* 3. *num.* 7. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.* Franchis, *decis.* 276. Rovit. *in prag.* 1. *num.* 2. *de exeulib.* Farinac. *in prax. par.* 3. *quæst.* 103. *num.* 2. §. 8. Paschal. *de patr. potest. par.* 4. *cap.* 3. *nu.* 26. Peregrin. *de jure Fisci lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 28. Guazzinus, *defen.* 5. *cap.* 4. *nu.* 27. cum
28 mille aliis per Jul. Chartar. *decis.* 1. *num.* 121. Nam sicut Judex unius territorii non potest facere executionem in bonis in alieno territorio sitis, nisi cum litteris requisitoriis, Azevedo *lib.* 14. *num.* 5. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Barbosa, *in clement. Pastoralis, num.* 16. *&* 17. *de senten. & re jud.* Latrea, *decis.* 82. *par.* 2. Bobad. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 36. Carleval *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *à num.* 15. *&* 17. *à num.* 757. Fragoso, *de regim. reipub. lib.* 4. *disp.* 10. §. 2. *à num.* 142. Pareja, *de instruct. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *à numer.* 5. *ad* 11. *& tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *num.* 28. *&* 29. Molin. *de Brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 26. Fermosinus, *in cap. postulasti, quæst.* 2. *de foro compet.* Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 15. *à num.* 1. Sic neque in persona in alieno territorio existente, ita Azevedo, *lib.* 3. *numer.* 4. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.* Farinac. *de immun. Eccles. num.* 356. *versic. Et pro hac*, Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 16. *num.* 8.

29 Ecclesia enim licèt sit in territorio Principis sæcularis, non tamen est de territorio, seu districtu illius, sed de territorio Judicis Ecclesiastici, Tuschus, *pract. conclus. litteræ E, conclus.* 5. *num.* 10. *&* 11. Farinac. *de immun. Eccles. num.* 356. *versic. Et pro hac, & cons.* 214. *num.* 3. *lib.* 3. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 627. Ciarlin. *controvers. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 5. Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 40. *sect.* 3. *num.* 7. Ad alios relatos *dec.* 72. *nu.* 14. *hac par.* 2. nisi quoad protectionem, ut declarat Bald. *in authent. si quis in hoc genus sub. num.* 2. *C. de Episcop. & Cler.* vel in his tantùm, quæ respiciunt ejus favorem, non in aliis, Tuschus, *pract. conclus. littera E. conclus.* 5. *num.* 12. Farinac. *cons.* 214. *numer.* 3. *lib.* 3. & paria sunt, quòd locus sit extra territorium, vel quòd sit exemptus, *cap. cum Episcopus*, ubi Barbosa, *num.* 8. *de off. Ordin.* idem Barbosa, *de potest. Episcop. par.* 3. *alleg.* 80. *num.* 9. Surd. *decis.* 129. *numer.* 17. Carol. de Gras. *de effect. Clericat. effect.* 1. *nu.* 618. Gonzales; *ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 43. *numer.* 182. Fontanella, *de pace nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 2. *n.* 80.

Secunda est opinio, quòd Judex Sæcularis in casibus 31
exceptis potest criminosum ab Ecclesia extrahere, etiam absque licentia Episcopi: quia cum Ecclesia illum non tueatur, nec tutari velit, nulla ei fit injuria; nam frustra legibus impetratur, quod à jure communi conceditur, dummodo Judex Sæcularis in hoc modestè se gerat, & sine tumultu, & offensa Ecclesiasticarum personarum, ut tenent Remig. de Gonnis, *de immun. Eccles. quæst.* 1. *in fine*, Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 18. *versic.* 34. cum aliis pluribus quos citat Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 96. *littera D.* Gambacurta *de immun. Eccles. lib.* 6. *cap.* 14. *& lib.* 8. *cap.* 10 Suar. *de Rilig. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. Faber, *in suo C. lib.* 1. *tit.* 4. *de his qui ad Eccles. confug. def.* 1. Bardaxi *foro* 1. *num.* 17. *de his qui ad Eccl. confug.* Villadiego, *in Polit. cap.* 3. *numer.* 238. Cutellus, *de immun. Eccles. lib.* 1. *quæst.* 1. *numer.* 50. *& quæst.* 14. *numer.* 4. Barbosa, *in prax. exig. pen. par.* 1. *quæst.* 3. *num.* 47. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 30. *num.* 20. Martinus Perez de Unanoa, *de pœniten. disput.* 30. *sect.* 4. *numer.* 2. Mattheu, *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 151. ubi decisionem Cancellarii Regni Valentiæ laudat, & plures cumulat, *num.* 156. *&* 160. cum aliis relatis, & si non secutis per Farinac. *de immun. Eccles. numer.* 357. per Thom. del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 40. *sect.* 2. *num.* 7. maximè de consuetudine, ut dicam *decis. seq. à num.* 19.

Tertia est opinio, quòd quando lis pendet inter Judi- 32
cem Ecclesiasticum, & sæcularem, an reus sit extrahendus ab Ecclesia, Judex Sæcularis illum extrahere non potest, sine licentia Judicis Ecclesiastici: si verò ulla lis super extractione pendet, tunc enim constito Judici Sæculari, quòd delictum est tale, quod privat immunitate, potest reum extrahere sine Ecclesiastici licentia; ita Avendano, *lib.* 1. *præter. cap.* 22. *numer.* 6. Azevedo, *lib.* 2. *num.* 19. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.*

Quarta est opinio similis præcedenti, ut si sumus 33
in dubio, an casus sit exceptus; est indubitatum quòd Judex Sæcularis non potest reum ab Ecclesia extrahere inconsulto Episcopo; si autem casus est clarus, quòd delinquens qui illud commisit, non gaudeat immunitate Ecclesiæ, tunc potest per Judicem Sæcularem ab ea extrahi, absque licentia Judicis Ecclesiastici; ita ex communi sententia Doctorum, docent Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 96. *&* 97. Farinac. *de immun. Eccles. num.* 356. Belluga, *in spec. Princip. rub.* 11. §. *sed quia loquimur, num.* 22. Gratian. *discep. foren. cap.* 596. *numer.* 14. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *par.* 29. *num.* 2. Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 40. *section.* 3. *numer.* 13.

Quinta est opinio, quòd si reus delinquit extra Ec- 34
clesiam, & ad eam confugit, eo casu Judex Laicus propria auctoritate illum extrahere potest, secùs verò si reus intra Ecclesiam delinquit, nam tunc non extrahitur per Judicem Sæcularem sine Episcopi licentia; ita Roland. *cons.* 24. *à numer.* 15. Belluga, *in specu. Princ. rub.* 11. §. *sed quia loquimur, num.* 27. ubi Borrell. *in addit. littera L.* Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 34. *vers. Advertendum tamen*, Cabel. *resol. crim. casu* 194. *num.* 12. cum aliis per Gratian. *discep. foren. cap.* 596. *n.* 20. Angel. *de malef. verbo in schalit. sancti Petronii, num.* 2. Farinac. *de immun. Eccles. num.* 358.

Sed hodie hæc controversia cessat, ex constitutione 35
Gregorii XIV. qua cavetur, Judices Sæculares etiam in casibus exceptis, non posse reum ab Ecclesia extrahere, sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Vicarii generalis, ut referunt Ciarlin. *cont. foren. cap.* 162. *num.* 2. *p.* 2. Mex. de Cabr. *in for. immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. Gratian. *discep. foren. cap.* 596. *num.* 21. Genuen. *in prax. Archiepis. Neapol. cap.* 17. *numer.* 3. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 11. *num.* 1. Farinac. *in par.* 1. *quæst.* 28. *numer.* 76. *in fine, & de immun. Eccles. numer.* 359. *&* 360. Jul. Chartar. *decis.* 46. *num.* 87. Riccius, *par.* 5. *collect.* 2792. Guazzinus, *defen.* 1. *cap.* 31. *numer.* 4. *&* 5. *& defen.* 32. *numer.* Ciarlin. *controvers. lib.* 1. *cap.* 10.

num. 33. Tuſchus, *pract. concl.* 11. *littera E. concl.* 11. *num.* 47. & 48. Giurba, *conſ.* 20. *n.* 17. & latè *conſ.* 100. *à n.* 19. Diana, *reſ. mor. par.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 14. & *par.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 42. & *par.* 6. *tr.* 1. *reſol.* 28. & *in ſum. par.* 1. *verbo*, *Immunitas*, *num.* 20. *in fine*, & *par.* 2. *verbo*, *Judex Laicus*, *num.* 31. cum aliis relatis per Thomam del Bene, *de immu. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 35. *à num.* 12. & *dubit.* 40. *ſect.* 1. *à numer.* 4. & latiùs *ſect.* 2.

36 *per totam.* quacumque dignitate Judices Sæculares præfulgeant, Martha, *de juriſdic. par.* 2. *cap.* 50. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 29. *nu.* 5. Germon. *de ſacror. immun. l.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. plura jura citat Farinac. *de immun.*

37 *Eccleſ. num.* 23. Giurba, *conſ.* 100. *numer.* 31. etiam ſi eſſent Reges, vel Imperatores, Mexia de Cabrera *in formul. immun. Eccl. lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 10. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 1. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 5. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 29. *numer.* 5. Guttierres, *lib.* 3. *pract. quæſt.* 5. *ſub num.* 8. Farinac.

38 *de immun. Eccleſ. num.* 24. Niſi Epiſcopus recuſaverit concedere licentiam extrahendi reum ab Eccleſia; quo caſu licitum eſt miniſtris curiæ Sęcularis illum per ſe extrahere, & carceribus Curiæ Eccleſiaſticæ mancipare; Ricci. *de pub. jud. quæſt.* 36. *numer.* 28. Italia *de Immun. Ecc. l.* 1. *c.* 6. §. 1. *num.* 80. Farin. *de immun. Eccl. num.* 365. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 196. *num.* 10. Ambroſin. *de immun. Eccl. cap.* 11. *numer.* 2. Dexart. *ad cap. Reg. Sardin. in rub. de ſacroſanctis Eccleſiis*, *numer.* 4. Giurba, *conſ.* 100. *ſub numer.* 19. Genuen. *in prax. Archiepiſ. cap.* 17. *ſub num.* 5. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 1. *ſub nu.* 4. Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *c.* 6. *dubit.* 4. *ſect.* 2. *num.* 2.

39 Quis tamen eſt Judex competens de jure communi ad cognoſcendum, an delinquens gaudeat immunitate Eccleſiæ, necne; & ſic, an delictum per eum commiſſum, ſit de exceptis, vel non? Prima eſt opinio, quòd ſolus Judex Eccleſiaſticus cognoſcit de hac controverſia, & non Judex ſæcularis; probant jura *in l. pateant*, §. *hoc vero*, *l. præſenti*, *C. de his qui ad Eccl. confug. can. metuentes*, *can. ad Epiſcopos* 17. *qu.* 4. *cap. fin. de immun. Eccleſ. cap. ex parte*, *de verb. ſignificat.* & docent ex dictis juribus Azevedo, *l.* 3. *n.* 20. *tit.* 2. *l.* 1. *recopil.* ubi teſtatur quotidie in praxi obſervari, & eſſe communem opinionem, Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 5. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 69. & *cap.* 27. *num.* 154. & *cap.* 19. *numer.* 40. Germon. *de ſacror. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 21. cum aliis pluribus per Farinac. *de immun. Eccleſ. numer.* 366. 367. & 368. ubi ait non eſſe ab hac opinione recedendum, tamquam veriori, & jurium, & canonum auctoritate magis ſuffulta, & magis communiter recepta. Italia, *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. §. 1. *à n.* 4. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 31. *numer.* 4. & 6. Gambacurta, *de immun. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 1. *in fine*, *verſic. Contrariam*, Lotterius, *de re benefic. l.* 1. *q.* 33. *à num.* 96. Narbona, *l.* 20. *glo.* 23. *num.* 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat.* Fontanella, *deciſ.* 511. *numer.* 9. *par.* 2. Seſſe *deciſ.* 113. *numer.* 123. *lib.* 2. Barboſa, *de jure Eccleſ. univer. libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 154. Carol. de Graſ. *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 1259. cum relatis per Mattheu, *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *num.* 8. Giurba *conſ.* 20. *num.* 17. *in fine*, Novar. *in pragmat.* 2. *colect numer.* 24. *de Cler.* cum aliis per Dian. *reſol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 49. & *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 30. 31. & *in ſum. par.* 2. *verbo*, *Judex Eccleſiaſticus*, *n.* 11. & per Thom. del Bene, *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 41. *ſect.* 1. *qui ſect.* 2. *contraria proponit*, & *illis reſpondet*, Fermoſin. *in cap. cum non ab homine*, *qu.* 10. *num.* 8. *de judic.* Ciarlin. *contr. foren. cap.* 162. *à num.* 7. *par.* 2. Mexia de Cabrera *in for. immun. Eccle. l.* 1. *c.* 3. *num.* 4. & *c.* 5. *à num.* 1.

40 Secunda eſt opinio, quòd Judex Sæcularis eſt competens, in cauſa immunitatis Eccleſiæ, *l. ſi quis verſic. ſi tamen in ſacro Oratorio*, *C. ad leg. Jul. de adul.* §. *quia vero*, *in Autent. ut liceat matri*, & *aviæ*, cum aliis juribus citatis per Gambacurtam, *de immun. Eccleſ. l.* 6. *c.* 8. *num.* 1. *verſic. Secundum hanc*, & alii quos citant, etſi non ſequantur, Diana, *reſ. moral. par.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 49. *in princ.* & Thom. del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 41. *ſect.* 1. *ſub n.* 3.

Tertia eſt opinio, quòd ſi delictum pro quo reus eſt 41
captus eſt Eccleſiaſticum, talis cognitio ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum; ſecùs autem ſi delictum eſt merè Sæculare, nam tunc cognitio pertinet ad Judicem Sæcularem, ita Vulpell, *reſpon.* 130. *num.* 6. quem referunt Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 76. *verſic. Hæc autem* Seſſe, *deciſ.* 113. *num.* 123. *verſic. Aliis dicentibus quod cognoſcet*, *l.* 2.

Quarta eſt opinio, quòd ſi reus eſt jam ab Eccleſia 42
extractus, & in manibus Curiæ Sæcularis, & dubitatur, an ſit Eccleſiæ reſtituendus, necne? Judex Sæcularis id judicare debet; ſi verò reus non eſt adhuc ab Eccleſia extractus, & oritur dubium, an poſſit de jure extrahi? tunc Eccleſiaſticus id determinare debet, ita Vulpell. *dicto*, *reſpon.* 130. *nu.* 6. Farinac. *in prax. crim. par.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 76. *verſic. hæc autem*, Seſſe, *deciſ.* 113. *n.* 123. *verſic. Aliis dicentibus*, *lib.* 2. Bobad. *in Polit. l.* 2. *c.* 19. *n.* 40. *in fine*.

Quinta eſt opinio, quòd ambo Judices, Eccleſiaſti- 43
cus, & Sæcularis, de hac competentia cognoſcere debent Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 17. *verſic. Trigeſimo*, Jul. Clarus §. *fin. qnæſt.* 30. *num.* 20. Belluga, *in ſpecul. Princ. rub.* 11. §. *ſed quia loquimur*, *num.* 20. qui in caſu diſcordiæ, tenentur eligere Tertium, Remig. de Gon. *de immun. Eccleſ. quæſt.* 2. Maſtril. *deciſ.* 269. *num.* 7. Seſſe, *deciſ.* 113. *numer.* 123. *verſic. Aliis autem aſſerentibus*, *lib.* 2. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 40. *in prin.* Percira, *de manu Regia*, *par.* 2. *cap.* 16. *num.* 12. & caſu quo tertium eligere noluerint, compellendi ſunt per Superiorem ad illum eligendum, vel Superior illum dabit; latè probant Paz. *in prax. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. §. 3. *à num.* 8. Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 8. *à num.* 2.

Sed dicant Doctores quidquid velint; prima opi- 44
nio eſt de jure verior, quòd iſta cognitio pertineat ad Epiſcopum, & hodie eſt indubitata ex Bulla Gregorii XIV. ibi: *Niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an delinquentes vere crimina excepta commiſerint*, ut notant Farinac. *in prax. crim. par.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 16. *in fine*, & *immun. Eccleſ. num.* 368. *in fine*, Pacecius *in prax. Epiſcop. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 55. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 40. *in fine*, Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 9. Narbona *l.* 20. *gloſ.* 23. *num.* 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 11. Maſtril. *deciſ.* 269. *num.* 18. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 569. *numer.* 1. & 10. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 49. & *in ſum. par.* 1. *verbo Judex Eccleſiaſticus*, *numer.* 11. *fol.* 97. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 16. *dub.* 41. *ſect.* 1. *num.* 1. Et Sede Epiſcopali vacante, ad Vicarium ge- 45
neralem Capituli, Peregrin. *de immun. Eccleſ. cap.* 3. *à num.* 33. quidquid dicat Italia *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. §. 1. *num.* 43. quia contra eum, & alios eſt verior ſententia, ut per Dian. *reſolut. moral. par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 33. & *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 30. *verſi. Quæro* 1. & *in ſum. par.* 1. *verbo immunitas Eccleſiarum*, *num.* 20. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 41. *ſect.* 3. *à num.* 3.

Unde cognitio, an locus ſit ſacer ad gaudendum im- 46
munitate Eccleſiæ, necne, ſpectat privativè ad Judicem Eccleſiaſticum ut patet *in cap. ex parte*, *de verb. ſignif.* atque ita docent Italia *de immun. Eccl. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 100. & 101. Ciar. *cont. for. cap.* 163. *num.* 4. *p.* 2. Rauden. *conſ.* 7. *num.* 12. *lib.* 2. Giurba *conſ.* 10. *num.* 7. & *conſ.* 100. *num.* 35. *in fine*, Martha *de juriſdic. par.* 2. *cap.* 50. *num.* 4. Peregrin. *de immunit. Eccleſ. cap.* 13. *num.* 18. Barboſa *de jure Eccleſ. uni. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 156. Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. *punc.* 3. *num.* 16. Fontanella *deciſ.* 511. *num.* 9. *par.* 2. quidquid dicant Pereira *de manu Reg. par.* 2 .*cap.* 16. *numer.* 12. & Cavalcan. *de brachio Regio*, *par.* 1. *num.* 65. *verſic. Et quando*, quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, ut per Dian. *reſol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 49. *verſic. Ex his*: & *in ſumma par.* 2. *verbo judex Eccleſiaſticus numer.* 11. *in fine*, & per Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 6. *dubit.* 41. *ſect.* 3. *numer.* 1. & 2. Fermoſin. *in cap. cum non abhomine*, *q.* 10. *n.* 9. *de jud.*

Ad Judicem etiam Eccleſiaſticum ſpectat cognitio de 47
jure communi, captus à ſatellitibus, & Biroariis affir-

met

met se fuisse captum in loco sacro, illis verò negantibus, ut docet Trullenc. *in decal. par. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 14. in fine*, Ciar. *cont. for. cap. 163. nu. 5. p. 2.* Italia *de immun. Eccles. l. 1. cap. 6. §. 2. nu. 100. & seq.* Farinac. *de immun. Eccles. num. 56. in fine*, Peregr. *de immun. Eccles. cap. 13. num. 18.* Gambacurta *de immun. Eccles. l. 4. cap. 22. num. 25.* Novar. *in sum. bullar. tit. de immun. Eccles. num. 95.* Barbosa *de jure Eccles. univer. l. 2. cap. 3. num. 156.* Diana *resol. moral. par. 3. tr. 1. resol. 32. & par. 4. tr. 1. resol. 46. versic. Ex his, in fine; & in sum. par. 2. verbo, Judex Ecclesiasticus, num. 12.* Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom. 2. cap.*
48 *16. dub. 47. à num. 1, ad 5.* qui *numer. 6.* ait, quòd etiam in dubio, an reus in loco sacro, vel prophano captus sit, spectat ad Episcopum, & non ad alios Prælatos regulares id decidere prout ex Peregr. Correa, & aliis tradit Barbosa *de jure Eccl. num. l. 2. cap. 3. num. 15. & seq.*

49 Hæc omnia *in hac decisione* contenta, nedum procedunt de jure communi, sed & practicantur in Regno Siciliæ, juxtà cujus Regni praxim, cùm agitur de contentione inter Judices Ecclesiasticum, & sæcularem super jurisdictione & quæstione Clericatus cognitio pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, & servatur dispositio tex. *in cap. si judex laicus, de sentent. excomm. in 6.* ex traditis à Mastril. *decis. 113. lib. 2. & decis. 288. lib. 3.* & cum agitur de contentione super immunitate Ecclesiæ, cognitio ad Judicem Ecclesiasticum spectat, ex traditis per eumdem Mastril. *decis. 169. lib. 2.* Giurba *cons. 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. & 100.* Castillo *dec. 154. 155. & 156. l. 2.*

50 Practicantur etiam in Regno Castellæ, in quo Regno, juxta illius praxim, cognitio clericatus, an Clericus gaudere debeat privilegio fori, vel non? ad Judicem Ecclesiasticum tantùm pertinet, & observatur dispositio text. *in c. si judex laicus, de senten. excom. in 6.* Covar. *pract. cap. 33. num. 1.* Paz *in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 9.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 109.* Guttier. *lib. 1. pract. quæst. 6. num. 2.* Azevedo *lib. 1. nu. 53. & tit. 16. lib. 8. recop.* Narbona *l. 2. glos. 23. numer. 16. & 17. tit. 1. l. 4. recop.* Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 2. num. 159. & tit. 5. res. 8. nu. 12.* Fermosinus, *in cap. 2. qu. 26. num. 6. de judiciis, & in rub. quæst. 1. num. 1. de foro compet.* quidquid de contraria Castellæ consuetudine testatur Barbosa *in cap. si judex laicus, num. 3. de sentent. excom. in 6.* & incidenter dicant Diana *resol. moral. par. 3. tract. 1. resol. 25.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. cap. 4. dub. 28. numer. 8.* quos & signanter Barbosam rectè carpunt Carleval. *de jud. l. 1. disp. 2. num. 866. versi. Juxta Castellæ praxim*, Vela *dissert. 45. num. 8. in fine, tom. 2.* & quoad immunitatem Ecclesiæ, (excepta solùm ex-
51 tractione ab ea in casibus, quibus reus non gaudet illius immunitate, ut dicam *decis. seq. num. 23.*) cognitio, an reus gaudeat immunitate, nec ne, ad Judicem Ecclesiasticum tantùm pertinet; Azevedo *lib. 3. num. 20. tit. 2. lib. 1. recop.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 14. numer. 99. & cap. 27. numer. 154. & cap. 19. numer. 40.* Guttier *prac. l. 3. quæst. 1. num. 5.* Narbona *lib. 20. glos. 23. à nu. 14. tit. 1. l. 4. recop.* Parlador. *rer. quotid. differ. 78. §. 1. num. 2.* Barbosa *in prax. exigend. par. 1. qu. 3. num. 44.*
52 *& 49.* Potest tamen Judex sæcularis, seu pars ad Superiorem Ecclesiasticum ipsius Judicis Ecclesiastici inferioris recurrere, ut tenent Pichard. *in manuduc, ad praxim par. 3. §. 3. num. 9.* Bobad. *in polit. l. 2. cap. 19. num. 36.* Azevedo *l. 3. nu. 20. tit. 2. lib. 1. recop.* Pareja
53 *de instru. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 2. sub. numer. 259.* Aut ad Supremum Senatum, sive ad Regias Audientias, pro vi Judicis Ecclesiastici auferenda, & pro obtinendo, decreto laicorum, vulgò *auto de legos* prout cavetur *lib. 4. tit. 7. par. 3. & lib. fin. tit. 1. lib. 1. recop.* Bardaxi *foro 1. num. 31. de his qui ad Eccl. conf.* Covar. *pract. cap. 35. n. 3.* Rodericus *de annu. reddit. lib. 1. cap. 17. num. 71.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 16. n. 19. 36.* Salgado *Reg. protec. par. 1. cap. 1. num. 3. & cap. 2. nu. 69. & par. 2. cap. 4. num. 39. & 40.* Vela *disser. 10. num. 70. & 72. to. 1.* quos in proposito citat Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. res. 6. specie 2. numer. 260.* Azevedo *lib. 3. num. 20. tit. 2. lib. 1. recopil.* Paz *in Prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 3. num. 182. & 183.* Salzedo *de lege pulit. lib. 1. cap. 7. cum seq.* Parlador. *rer. quotid. dissert. 26. §. 1. num. 3.*

Unum hoc ultimò tradam, quod valdè commendant 54
Doctores; Judices tam Ecclesiastici, quàm sæculares moveant, cognoscant, & decidant hujusmodi causas, controversias, & contentiones, non ambitione defendendæ jurisdictionis, sed zelo justitiæ, absque ullo animi peculiari effectu, & juxta juris canonici sanctiones, & decreta., ut tradunt Covar. *pract. cap. 33. sub n. 1.* Farinac. *in prax. par. 1. quæst. 8. sub num. 33.* & plures alii relati per Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. numer. 109.* Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 29. num. 1.* Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 7. cap. 2. num. 6. & 7.* Vincentius Mut *in historia Regni Majoricarum, tom. 2. lib. 3. cap. 6.* Fermosinus *in rub. quæst. 1. num. 1. de foro compet.*

ARGUMENTUM.

Ad quem Judicem spectabat antea in Corona Aragonum declaratio contentionis & competentiæ inter judices Ecclesiasticos & Sæculares Regios ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Controversia antiqua refertur, quæ erat in Cathalonia in decisione contentionis, & competentiæ super jurisdictione.*

2 *Contentio super jurisdictione inter Judices Ecclesiasticum, & sæcularem, in Cathalonia, declarabatur antiquitus per solum Dominum Regem, & ejus Officiales. Idem observabatur in Regno Sardiniæ, nu. 3. Et in Regno Valentiæ, nu. 4. Sed in Regno Aragonum declarabatur simul per Ecclesiasticum, & Sæcularem, n. 5.*

6 *Differentia traditur qua antiquitus, declarabantur contentiones inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem, in Corona Aragonum.*

7 Caput, si judex laicus, de sententia excommunicationis, in 6. *Numquam fuit practicatum in Cathalonia, nu. 7. Nec in Aragonia, num. 8. Nec in Valentia, nu. 9. Nec in Sardinia, num. 10. Nec in Regno Neapolis, n. 11. Nec in Ducatu Mediolani, nu. 12. Nec in Luzitania, num. 13. Nec in Senatu Dolano, nu. 14. nec in Gallia, nu. 15. Nec in aliis partibus, nu. 16. Quæ observantia ab aliquibus impugnatur, & ab aliis defenditur, num. 17.*

18 *Controversia antiqua refertur, quæ erat antiquitus in Cathalonia decisione contentionis super immunitate Ecclesiæ,*

19 *Judex Sæcularis extrahit in Cathalonia reum ab Ecclesia in casibus exceptis, nulla petita licentia à Judice Ecclesiastico, nu. 19. Et in Regnis Aragonum, nu. 20. Luzitaniæ, num. 21. Valentiæ, num. 22. Castellæ, nu. 23. In Ducatu Sabaudiæ, & Regno Franciæ, n. 24. & de generali consuetudine, 25.*

26 *Bulla Gregorii XIV. quibus in Regnis recepta sit, num. 26. Et quibus in regnis non sit recepta, num. 27.*

28 *Doctori attestanti de consuetudine suæ patriæ, creditur.*

29 *Consuetudo Regni Aragonum decidendi competentias fuit, ut aliqui opinantur, ab initio per Ecclesiasticos contradicta, quibus respondetur, num. 35.*

36 *Consuetudo immemorialis ab initio contradicta non potest præscribi.*

32 *Consuetudo immemorialis Regni Aragonum circa decisionem compotentiarum probatur ex sententia Nuntii Hispaniarum.*

33 *Consuetudo probatur ex eo, quod Judex in contradictorio Judicio eam approbavit.*
Legati à Latere attestatio de consuetudine, plenam probationem facit.

34 *Consuetudo non dicitur inducta, nec remanet proba-*

ta

ta per unam ſententiam, ſed requiruntur plures, num. 35. *Quod nedum verificatur in tribus, vel quatuor, nu.* 36. *ſed etiam in duobus, nu.* 37.

38 *Conſuetudo immemorialis Regni Aragonum circa deciſionem competentiarum ex Bulla Romani Pontificis Pii V.*

39 *Verba aſſertiva, & enuntiativa Papæ plenè probant.*

40 *Verba aſſertiva, & enunciativa Principis ſæcularis ſuperiorem non recognoſcentis, plenè probant.*

41 *Adeo ut non admittatur probatio in contrarium.*

42 *Verba enunciativa Papæ vel Principis, ſi ſe habent per modum cauſæ, plenè probant.*

43 *Verba narrativa Papæ vel Principis, quando ſunt fundamentum conceſſionis, pro diſpoſitivis habentur.*

44 *Verba narraciva Papæ vel Principis, ſi ſunt neceſſaria ad id de quo agitur, dicuntur principaliter emiſſa propter ſe.*

45 *Verba enunciativa Papæ vel Principis, principaliter, & propter ſe prolata, probant, & diſponunt.*

46 *Verba aſſertiva, & narrativa Papæ vel Principis, probant in facto proprio, non in facto alieno, & num.* 47. *Etiam quando in eo fundatur Papæ, vel Principis intentio, num.* 48.

49 *Limita primò, ubi agitur de parvo ſeu modico præjudicio.*

50 *Limita ſecundò reſpectu præſumptionis, quæ transfert onus probandi contrarium in adverſarium, num.* 51. *Extende num.* 52.

53 *Limita tertiò, quando Papa, vel Princeps loquitur ex relatione fide dignorum.*

54 *Limita quarto, in antiquis.*

55 *Limita quintò de generali conſuetudine.*

56 *Conſuetudo immemorialis Coronæ Aragonum, circa deciſionem competentiarum, eſt leviſſimi præjudicii.*

57 *Papæ, quando loquitur de narrativa Principis, plenè creditur.*

58 *Principem de mendacio arguere nefas eſt.*

59 *Aſſertioni Regii Fiſci creditur.*

60 *Verba enunciativa in privatis contrahentibus probant in antiquis, concurrentibus quatuor requiſitis, de quibus remiſſivè.*

61 *Tempus antiquum quod dicatur.*

62 *Immemorialis eſt major centenaria, & majores effectus producit.*

DECISIO III.

1 ANtiquitus in Principatu Cathaloniæ ante annum 1372. magna erat controverſia, maximumque diſcrimen circa decidendas, declarandas, & terminandas contentiones, & competentias ſuper juriſdictione ſuſcitatas, & ortas inter Curiam Eccleſiaſticam ex una, & Curiam Regiam Sæcularem ex alia; exiſtimabat enim Curia Eccleſiaſtica, quòd quando erat dubium inter dictas Curias, cujus eſſet juriſdictio, ideſt an cauſa eſſet Eccleſiaſtica, vel temporalis, ad eam tamquam magis dignam cognitionem, & declarationem pertinere & ſpectare, *per tex. in cap. ſi judex laicus, de ſenten. excommu. in* 6. E contra verò pro parte Domini Regis Aragonum pluribus rationibus, & fundamentis prætendebatur ſibi ſoli, & ſuæ temporali juriſdictioni competere dictas contentiones, & competentias dirimere, ut referunt Michael Ferrer *par.* 3. *obſer. cap.* 172. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *verſic. Viter.* Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 4. & 5. Fontan. *deciſ.* 323. *num.* 4. & 5. *par.* 2. Dametus *in hiſtoria Mayoricarum, lib.* 1. *c.* 21.

2 Atque ita numquam in Cathalonia contentio, ſeu competentia juriſdictionis fuit declarata per Judicem Eccleſiaſticum, ſed Dominus Rex, & ejus Officiales cognoſcebant, an ſua eſſet juriſdictio, vocatis Judicibus Eccleſiaſticis tam ordinariis, quàm delegatis, procedendo contra eos ad occupationem temporalitatum, donec revocarent, quod fecerant, citando illos ad informandum banchum Regium, nempè Regiam Audientiam, ubi deducebant de jure ſuo, & eis auditis Regia Audientia videbat extrajudicialiter; ſi Judices Eccleſiaſtici procedebant in ſuo caſu, & ſi ita erat, illos in pace dimittebat: ſi verò è contra per occupationem temporalitatum, & aliàs compellebat eos ad deſiſtendum, & revocandum omnia, & ſingula procedimenta, ut referunt Michael Ferrer *par.* 3. *obſer. cap.* 172. *verſ. Et redeundo*, Fontanella *deciſ.* 323. *num.* 4. & 5. *par.* 2. notat Mattheu *de regin. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *num.* 14. & *ſect.* 2. *nu.* 30. & reſpondit Regius Senatus Cathaloniæ in epiſtola miſſa Sereniſſimo Domino Imperatori Carolo quinto, data Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis: *Cognoſcit de privilegio clericali ſi venit clericus per ſe producendo titulum Regiæ Audientiæ in Regia Curia, hoc etiam erat ante dictam concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum.*

In Regno Sardiniæ pariter antiquitùs ad Dominum Regem pertinebat declarare, & cognoſcere, an ſua eſſet juriſdictio, vocatis priùs Judicibus Eccleſiaſticis tam ordinariis, quàm delegatis, citando eos ad informandum banchum Regium, ut ex noſtro Michaele Ferrer *par.* 3. *obſer. cap.* 172. *verſic. & redeundo*, tradit Regens Vico *ad pragma. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 15. *poſt num.* 46. *verſic. dictum, col.* 1. *fol.* 604. 3

Pariter in Regno Valentiæ ante concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum Dominus Rex ex privilegio Pontificio immemoriali conſuetudine probato, & fulcito cognoſcebat, an ſua eſſet juriſdictio, citando Judices Eccleſiaſticos ad banchum Regium, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *num.* 14. & *ſect.* 2. *num.* 3. 4

In Regno Aragonum antiquo tempore ante annum 1528. quo fuerunt editi fori competentiarum, Dominus Rex, & ejus Officiales ab immemoriali tempore, uſu, & præſumpto acquiſierunt, & præſcripſerunt, ut ipſi æqua lance ſimul cum Judice Eccleſiaſtico cognoſcebant, an ſi eſſet juriſdictio, neque Judex Eccleſiaſticus gaudebat ampliori prærogativa, quàm Sæcularis, ſed uterque Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis, tamquam æquales ad competentiam, ſeu contentionem terminandam ſimul conveniebant, & conjungebantur, ipſique ambo non ſeparatim, ſed ſimul tamquam æquales de dicta competentia, ſeu contentione cognoſcebant in quodam loco, ſive bancho lapideo adhærenti Eccleſiæ Sancti Jacobi Civitatis Cæſarauguſtæ, qui locus ſive banchus vocabatur banchus Regius, ex quo ibi Dominus Rex, & ejus Officiales contendebant cum Eccleſiaſtico de ſua juriſdictione; & ſi conveniebant in unum, illud executioni mandabant abſque appellatione & recurſu: ſi autem non conveniebant, unuſquiſque in diſcordia competentem declarabat & Judex Eccleſiaſticus procedebat per arma ſpiritualia, ſcilicet per cenſuras, Judex verò Sæcularis per arma temporalia, hoc eſt per occupationem temporalitatum *probat forus* 1. ubi Bardaxi, *num.* 8. *verſic. ex adverſo & num.* 10. *verſic. Et quod*, Portoles *à num.* 10. *ad* 20. *de compet. juriſdic.* Seſſe, *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 24. & *deciſ.* 113. *num.* 2. 4. & 5. *lib.* 2. Molinos, *in prax. Regni Aragonum titu. proceſſo ſuper ocup. temporalit. in prin. fol.* 371. *notant* Formoſinus *in rubr. quæſt.* 1. *num.* 2. *de foro compet.* & Fontanella, *dec.* 323. *num.* 6. *par.* 2. 5

Ex quibus infertur, quòd antiquitùs ante concordiam, foros, conſtitutiones pragmaticas contentionum, & competentiarum diverſimodè diſcutiebantur contentiones, & competentiæ in Regnis Coronæ Aragonum; nam in Principatu Cathaloniæ, Regnis Valentiæ, & Sardiniæ, Dominus Rex & ejus Officiales ſolùm cognoſcebant, terminabant, & declarabant, an ſua eſſet juriſdictio, vocatis priùs in bancho Regio judicibus Eccleſiaſticis, tàm ordinariis, quàm delegatis *ut dixi numer.* 1. 2. 3. 4. in Regno verò Aragonum Dominus Rex, & ejus Officiales ſimul, & æqualiter cum Eccleſiaſtico cognoſcebat, cujus eſſet juriſdictio, *ut dixi. numer.* 5. 6

Qua-

7 Quapropter in principatu Cathòloniæ *dispositio text. in cap. si judex Laicus, de sentent. excom. in 6.* numquam fuit obſervata, nec practicata, ut teſtantur Michael Ferrer, *par. 3. obſer. cap. 172.* Peguera, *in par. crim. cap. 26. num. 7. verſic. Ulterius, & deciſ. 62. numre. 24.* Ripoll. *de regul. cap. 11. numer. 4. & 5.* Molin. *de brachio Sæcul. libro primo capite nono, num. 49.* Fontanella *deciſ. 323. numer. 4. & 5. & deciſ. 324. numero ſeptimo, parte ſecunda* Doctor Franciſcus Agulio, *in allegat. quam anno 1611. pro Deputatis Cathaloniæ ſcripſit contra Inquiſitores hujus Principatus, concl. 1. à num. 94.*

8 Nec in Regno Aragonum, Bardaxi, *foro 1. num. 8. verſic. Ex adverſo, & num. 10. verſic. Et quod* Portoles, *à num. 9. ad 16. de competen. juriſdic.* Urrutigoyti, *in paſtor. regul. par. 1. clau. 10. num. 8. verſic. Et ita, in fine, & num. 30.* Seſſe, *deciſ. 113. num. 2. 4. & 5. lib. 2. & de inhibit. cap. 9. §. 1. num. 24.*

9 Nec in Regno Valentiæ, Belluga *in ſpecu. Prin. rub. 11. §. viſo de perſonis, numer. 4. & rub. 18. §. denuo, numer. 19.* Cerdan, *in viſit. carcer. cap. 3. numer. 16. verſic. Yproque, numer. 17.* Mattheu, *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. num. 9. & 10.*

10 Nec in Regno Sardiniæ, Regens Vico, *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 2. tit. 51. num. 46. verſic. Dictum, in fine principii, fol. 604.*

11 Nec in Regno Neapolis, *ex ritu 235.* ubi Caravit. *à num. 5.* Foller. *in pract. crim. tit. de excuſat. à num. 38.* in addit, ad Marant. *de ord. jud. par. 4. diſt. 11. num. 70.* Tapia, *de jure Regni, lib. 1. ſub rub. 3.* Vivius, *deciſ. 512. à numer. 13. lib. 3.* Franchis, *deciſ. 189. à num. 1. & deciſ. 329. à numer. 4. & deciſ. 463. numer. 3. & ibi addentes* Borell. *in ſum. deciſ. par. 1. tit. 44. num. 425. & de Reg. Cathol. pract. cap. 71. à num. 304.* Carleval, *de judic. lib. 1. diſput. 2. num. 866. ubi refert illum ritum ipſo teſte, eſſe in viridi obſervantia receptum quotidiana praxi à nemine ignorata,* Merlin *controv. tom. 2. cap. 41. in prin. & cap. 91. in prin.* Sanfelicius *dec. 3. 7. 10. & 15.* Capicius Latro, *deciſ. 73. lib. 1. & dec. 165. num. 42. lib. 2.*

12 Nec in Ducatu Mediolani, Julius Clarus, *§. fin. quæſt. 36. num. 21.* Menochius, *conſ. 912. à numer. 7. lib. 10.*

13 Nec in Regno Luzitaniæ, juxta ordinationes illius Regni, *lib. 2. tit. 1. §. 15.* Valaſcus, *conſult. 48. num. 6.* Pereira, *deciſ. 58. num. 13.* Valaſ. *tom. 2. allег. 24. à numer. 10.* Gamma, *de ſacra præſt. ult. ſupl. damnat quæſt. 5. num. 29. verſic. jure tamen Regio,* Barboſa, *in l. Titia, numer. 31. verſic. Et juxta ff. ſolu. matri.* Pereira; *de manu Regia, par. cap. 44. à nu. 3.*

14 Nec in Senatu Dolano, Grivel. *dec. 31. n. 4.*

15 Nec in Regno Galliæ, Guido Papa, *deciſ. 138.* Joan. Gallus, *quæſt. 38.* Papon. *lib. 1. tit. 5. à reſt. 4.* Caſſaneus, *in conſuet. Burgundiæ, tit. des juſtices, §. 5. verbo agrece, num. 58.* Rebuf. *tom. 1. de litteras obligat. art. 11. gloſ. 3. nu. 15.* Rupelan. *foren. inſtit. lib. 4. cap. 6. ad finem.*

16 Nec in aliis pluribus regnis, ut habes apud Carol. de Graſ. *de effect. clericat. effect. 1. à numer. 1257. & apud Doctores citatos.* Et licèt hæc obſervantia, niſi ſit fundata in aliquo Sedis Apoſtolicæ privilegio, impugnetur à Diana, *reſ. moral. par. 3. tract. 1. reſol. 15.* Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dubit. 28. numer. 8.* ſequendo Auguſtin. Barboſam, *in cap. ſi judex Laicus, numer. 3. in fine de ſenten. excom. in 6.* hujus tamen praxis rationem elegantiſſimam tradit Petrus Barboſa, *in l. Titia, à num. 29. ff. ſolut. matrim.* & ex *num. 31. ad 37.* Defendit eam eſſe conformem juri canonico, & derivatam ex decreto Sancti Concilii Tridentini, *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* & ex Bullis Summorum Pontificum indultis Regibus Portugaliæ, quarum ſimiles conceſſas eſſe Regibus Caſtellæ, Neapolis, & Galliæ, refert, & ſequitur Carleval, *de judic. lib. 1. diſput. 2. num. 866.* Quinimò Auguſt. Barboſa *in cap. ſi judex Laicus, num. 3. in fine, de ſent. excom. in 6.* pro validitate, hujus obſervantiæ, praxis, non requirit precisè ſpeciale privilegium Summi Pontificis, ſed ſufficere, inquit, conſuetudinem immemorialem contra Clericos in minoribus conſtitutos; latè Petrus Barboſa *in l. Titia, num. 32. ff. ſolut. matrim.* Fontanella, *dec. 337. num. 1. par. 2.*

Similiter antiquitus in Cathalonia maximum erat 17
diſcrimen, circa decidendas contentiones inter Judices Eccleſiaſticum, & Sæcularem ſuper immunitate Eccleſiæ, prætendebat namque Curia Eccleſiaſtica, quòd in caſibus quibus dubitabatur, an reus violenter ab Eccleſia extractus, gaudere deberet illius immunitate, dubium erat illud per eam decidendum, pro parte verò Domini Regis prætendebatur pluribus rationibus & fundamentis, ſibi ſoli, & ſuæ temporali juriſdictioni competere, illud dubium definirè, ita Peguera, *in praxi crim. cap. 26. num. 7. verſic. Ulterius* & alii ſuprà relati, *num. 1.*

Quocirca in Cathalonia, Judex Sæcularis reum, 19
qui ad Eccleſiam confugit in caſibus exceptis, quando prætenditur delictum eſſe tale pro quo immunitate Eccleſiæ non gaudet, ab illa propria authoritate extrahit, nulla petita licentia, & facultate à Judice Eccleſiaſtico, tàm ante, quàm poſt Bullam Gregorii decimiquarti, ita obſervari teſtatur Fontanella, *deciſ.* 20
200. *num. 2. par. 1. deciſ. 538. num. 1. par. 2.* & obſer- 21
vatur in Regno Aragonum, Suelues, *conſ. 33. in prin.* 22
lib. 1. Barboſa *de jure Eccl. uni l. 1. cap. 2. num. 198.* in Regno Luzitaniæ, Correra, *in cap. inter. alia par. 4. num. 10. de immun. Eccleſ.* In Regno Valentiæ, Belluga, *in ſpecu. Princip. rub. 11. §. ſed quia loquimur, num. 20.* Mattheu, *de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 17. §. 1. ſect. 4. num. 151. 159. & 160.* ubi teſtatur ita fuiſſe declaratum per cancellarium Carolum Domenech, in cauſa Geneſii Roſſel Sartori Oriolenſis, 11. Junii 1562. Et iterum in cauſa Petri Lopez Pharmacopolæ Oppidi de Chelva, 22. Maii 1634. quæ fuit declarata per Cancellarium Guardiola, cum interventu Doctorum unius Aulæ Regiæ Audientiæ civilis, ſcilicet Don Balthazaris Sans, D. Onofrii Bartholomæi Guinart, Doctoris Polo, & Don Petri Sans, ſententia publica per Ludovicum Bruno Muños, qui poſtea, *num. 162.* ait, quòd ſi dubitaretur de qualitate criminis, non poſſet reus extrahi abſque licentia Epiſcopi, *& citat. for. 31. de juriſd. omni. jud.* Bellug. *in ſpecul. Princip. rub. 11. §. ſed quia loquimur, num. 22.* Barboſ. *de jure Eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 3. numer. 155.* In Regno Caſtellæ, Pichard. *in* 23
manuduc. ad praxim par. 3. §. 3. num. 8. Covar. *var. lib. 2. cap. 20. num. 18. verſic. 34.* Bobad. *in Polit. lib. 2. 14. cap. num. 95. 96. & 97.* Azevedo, *lib. 3. num. 19. tit. 2. lib. 1. recop.* Viladiego, *in Polit. cap. 5. numer. 238.* Martin. del Rio, *diſquiſit. magic. lib. 5. ſect. 7. verſic. Capifortiarios,* Curia Philippica, *par. 3. §. 12. num. 57.* Paz, *in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 3. num. 1. &* 2. Oxeda in diſcurſu inſerto per Barboſa *in praxi exigen. penſion. par. 1. quæſt. 3. num. 47.* Carraſco, *ad leg. recopilat. cap. 3.* Cutellus, *de immun. Eccleſ. lib. 1. quæſt. 1. num. 50. & quæſt. 14. numer. 3.* In Ducatu Sabaudiæ 24
Faber. *in ſuo Cod. lib. 1. tit. 4. de his qui ad Eccleſ. confug. dif. 1.* In Regno Franciæ, Rebuff. *in præem. conſtit. gloſ. 5. num. 40.* Guido Papa, *deciſ. 121.* Benedic. *in cap. rainuntius, verbo & uxorem, num. 444. de teſtam.* 25
Boer. *deciſ. 109. numer. 2.* & de generali conſuetudine, Faber. in *§. fin. de his qui, ſunt ſui, vel alieni juris,* Decian. *tract. crim. l. 6. cap. 29. nu. 4.* Farinac. *in prax. par. 1. quæſt. 28. numer. 75. & 76. & immun. Eccleſ. numer. 357.* Fagundez, *in præcep. Eccl. tom. 1. l. 5. cap. 1. num. 22.* Suar. *de relig. l. 3. cap. 13. num. 1.* Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 30. num. 20.* Guazzin. *defen. 1. cap. 31. ſub nu. 4.* Gambacurta, *de immun. Eccleſ. l. 6. cap. 14. lib. 8. cap. 10.* Acuña *in can. 6. numer. 7. diſt. 87.* Thomas del Bene contrariis reſpondens, *de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dubit. 40. ſect. 2. num. 8.* Sanfelicius *deciſ. 16. 18. & 20.*

Ad Bullam Gregorii decimiquarti reſpondent præci- 26
tati Doctores, non eſſe uſu receptam, vel eſſe legitimè præſcriptam; nam & ſi dicat Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 16. dubit. 4. & dubit. 40. ſect. 2. num. 3.* ubique locorum locum habere, & obligare, & Marian. Anton. *var. reſol. lib. 3. cap. 15. poſt. num. 5. verſic. Fuit reſponſum,* atteſtatur, ſe pluries obſervari vidiſſe in Civitate Papiæ, & de hoc extare proceſſus in Cancellaria Criminali dicti Epiſcopatus, & Dexart, ad

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

ad cap. Reg. Sard. in rubr. de ſacroſanctis Eccleſiis, num. 3. & 4. affirmet, admiſſam, & inconcuſsè obſervatam in Regno Sardiniæ & Urrutigoyti, *in paſt. reg. par.* 3. *voto* 8. *numer.* 36. & 37. dicat id Aragonio eſſe uſu receptam quoad qualitates delictorum in ea contentorum; licèt non ita quoad alias ſolemnitates, & Jul. Chartar, *dec. Archiepiſc. Mediolan.* 46. *à num.* 61. & *dec.* 74. *à num.* 17. latè probet, eſſe uſu receptam Mediolani, addens *num.* 18. acta Curiæ Archiepiſcopalis obſervantiam dictæ conſuetudinis apertiſſimè teſtari.

27 Tamen quod non ſit uſu recepta, nec ſervetur in Cathalonia, teſtatur Fontanella *diceſ.* 583. *num.* 2. & *à num.* 21. *par.* 2. & quamvis *num.* 16. dicat, illam admiſſam; & ſecundùm eam in aliquibus judicatum vidiſſe, non tamen quo ad omnia, & ſignanter quo ad formam extractionis, & declarationis, & alia quædam; certum tamen eſt, quòd non eſt in Cathalonia uſu recepta, nec ſervatur apud nos, nedum quoad declarationem, ſed nec quoad qualitates delictorum in ea contentorum, in aliquo, *ut probabo in* 2. *parte deciſionum:* Nec ſervari in Regno Portugaliæ refert Portell. *de dubit. regul. verbo Eccleſiæ immunitas, numer.* 15. quem citat Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 16. *in fine principii*, Emanuel, *tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 54. *art.* 4. relatus per Villalobos, *in ſumma par.* 2. *tract.* 39. *diff.* 7. *num.* 23. *in fine*, Fontan. *deciſ.* 583. *num.* 30. *par.* 2. Nec in Regno Siciliæ, Caſtillo, *deciſ.* 156. *num.* 51. *verſic. Sed ex parte*, Cutel. *de immun. Eccl. lib.* 1. *quæſt.* 2. *ſub num.* 13. Nec in Regno Sardiniæ, niſi ſolùm quoad extractionem, juxta deciſionem relatam per Dexart, *loco num.* 26. *relato*, non verò quoad cognitionem, & declarationem cauſæ immunitatis, nec quoad qualitates delictorum, *ut pluries vidi;* Nec in Regno Majoricatum, niſi ſolùm quoad extractionem, non quoad alia: Nec in Regno Aragonum, niſi ſolùm quoad qualitates delictorum, *ut dixi num.* 26. Nec in Regno Caſtellæ, quò ad rei extractionem ab Eccleſia, Carraſco, *ad leges recopil. cap.* 3. Curia Philippica, *par.* 3. §. 12. *num.* 57. Guttier. *pract. lib.* 3. *quæſt. num.* 38. Barboſa, *in prax. exigen. penſion. par.* 1. *quæſt.* 3. *à num.* 46. Martin del Rio, *diſquiſit. magica. lib.* 5. *ſect.* 7. *verſic. Capifortiarios*, nec in Regno Valentiæ, Mattheu, *de regimine Regni Valentiæ, tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *ſub num.* 8. & quòd non ſervetur in Hiſpania, quia non fuit uſu recepta, Fagundez, & Portol. quos citat Diana, *reſol. moral. par.* 1. *reſol.* 5. *in fine*, & *reſol.* 39. *in fine*, Salgado, *de ſupplicat. ad Sanctiſ. par.* 1. *cap.* 2. *ſect.* 5. *num.* 141. Perez de Unanoa, *de pœniten. diſp.* 30. *ſect.* 4. *num.* 2. Cutellus *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 1. *nu.* 50. Mattheu, *de regim. Reg. Valentiæ, tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4. *num.* 160. & *ſub num.* 168. & generaliter, ac ſimpliciter quòd non ſit uſu recepta, tradit Porrus, *in faci, rer. crim.* §. *captura in reſpon. incipien. cum ſupponatur*, *fol.* 442. refert Fontanella, *dec.* 583. *num.* 30. *par.* 2. In ornatum videndi ſunt Fontanella, *dec.* 583. *a num.* 21. *par.* 2. Salgado, *de ſupplicat. ad Sanctiſ. par.* 1. *cap.* 2. *ſect.* 3. *per totam*.

28 Hæc conſuetudo immemorialis terminandi, decidendi, declarandi contentiones & competentias in Principatu Cathaloniæ, & Regnis Coronæ Aragonum inter Judices Eccleſiaſticum, & Sæcularem ſuper jurisdictione, & immunitate Eccleſiaſtica remanet concludenter probata ex atteſtatione horum graviſſimorum Doctorum, quibus circa conſuetudinem, uſum, & obſervantiam ſuorum Regnorum credendum eſt, Bart. *in l. de quibus*, *num.* 21. *ff. de legib.* Intrigliol. *conſ.* 1. *num.* 299. Suelves, *conſ.* 6. *num.* 27. *lib.* 3. cum relatis per Carleval, *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 62. quidquid dicant Vela, *diſſert.* 15. *numer.* 39. *tom.* 1. Jul. Chartar. *deciſ.* 46. *à num.* 27. & *deciſ.* 54. *à num.* 29. Fontanella *deciſ.* 530. *num.* 15. & 19. *par.* 2. quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, ut innumeris relatis docent Pareja, *de inſtruct. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 2. *numer.* 53. Salgado, *de Reg. protect. par.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 179. Fontanella, *tom.* 2. *de pac. nupt. clau.* 7. *glo.* 2. *par.* 9. *numer.* 8. Ferrer. *in conſtitut. Hac noſtra, eviden.* 1. *à num.* 27. & punctim aliis relatis Seſſe, *dec.* 113. *n.* 6. & 33. *li.* 2.

Nec obſtat dicere, quòd in Regno Aragonum ab 29
eodem tempore immemoriali, quo reperitur introducta hæc conſuetudo, ex qua probatur Sæcularem cognoviſſe de competentia juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiæ, probatur etiam contradictio, & diſſenſus Eccleſiæ & Judicum Eccleſiaſticorum diſſentientium, nam Judex Eccleſiaſticus non deferendo Sæculari in ea competentia ſe competentem declarabat, *ut patet ex foro* 1. ibi: *Ycada uno dellos pretenden ſcrivezes de la coſa, que ſe alterca*, & ibi: *Por las quales cadd uno de los ivezes pretende el conocimiento de lo que ſe litiga, pertenecer a el, y no à otro*, ubi Bardaxi, *num.* 10. *verſic. Et quod de compet. juriſdict.* Seſſe *deciſ.* 113. *num.* 85. *lib.* 2. ſtante contradictione in initio immemorialis, non potuit introduci, nec compleri præſcriptio Craveta, *de antiquit. tempor. par.* 4. *cap.* 3. *incipien. abſolut. differen. num.* 15. *verſic. Etiam verum*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1220. *nu.* 44. Seſſe *deciſ.* 113. *num* 75. *in fine*, & *deciſ.* 127. *num.* 15. & *deciſ.* 230. *num.* 52. *lib.* 2. & *deciſ.* 354. *in fine*, & *de inhibit. cap.* 5. §. 1. *à num.* 10. Portoles, §. *præſcriptio*, *à num.* 140. Monter *deciſ.* 121. Suelves *conſ.* 64. *num.* 30. *lib.* 1. Guttier, *de jura. confir. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 44. Fontanella, *de pac. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 5. *à num.* 20.

Quia licèt conſtet in Regno Aragonum de contra- 31
dictione ab initio immemorialis, tamen ea contradictio pro parte Eccleſiæ numquam fuit ad excludendum Sæcularem à cognitione competentiæ, nam potiùs ambo Judices Eccleſiaſticus, & Sæcularis tamquam condomini, & coæquales aſſignabant de communi conſenſu ad determinandam competentiam banchum Regium, & ibi unanimes uſque ad forum novum conveniebant, & ſi concordabant in deciſione cauſæ, res erat abſoluta, ſi autem diſcordabant, unuſquiſque ſe competentem declarabat, ut expreſsè probat *dictus forus*, 1. ibi: *Yaſſignam para la determinacion della el bancho Regio*, & ibi: *Los dichos Ivezes nunca ſe convenien à un parecer por falta de tercero*, *tit. de compet. juriſdict.* Ecce igitur quomodo circa juriſdictionem, & cognitionem cauſæ numquam fuit contradictio, ſed imò Eccleſiaſticus approbabat Sæcularem Judicem; in deciſione verò cauſæ, unuſquiſque ſentiebat, prout conſcientia dictabat, ita Seſſe *deciſ.* 113. *num.* 191. & 192. *lib.* 2.

Remanet pariter probata hujuſmodi conſuetudo, 32
ex verbis ſententiæ Joannis Baptiſtæ Caſtanei Epiſcopi Roſnenſis Legati, & Nuntii Apoſtolici in Regnis Hiſpaniarum, qui poſtea fuit Urbanus Papa; nam cum anno 1570. Franciſcus Romeu Cæſarauguſtanus fuiſſet ad mortem naturalem condemnatus, & formaſſet competentiam, & in ea ſuccubuiſſet, appellavit ad ſuam Sanctitatem, & ejus Legatum in Regnis Hiſpaniarum, cumque Legatus ipſe Joannes Baptiſta Caſtaneus cauſam commiſiſſet Epiſcopis Sugurbicenſi, & Oſcenſi, & Epiſcopus Oſcenſis jam in cauſa progredi cæpiſſet, informatus poſtea de legibus Regni Aragonum, & foris competentiarum ſtatuentibus, quòd Sæcularis ſimul cum Eccleſiaſtico de competentia juriſdictionis cognoſcant, & quòd à ſententia lata per Judicem competentiarum nullus recurſus detur, revocavit hujuſmodi commiſſionem, tamquam nulliter, & injuſtè factam, & per ſurreptionem, & obreptionem obtentam, *Dat. Matriti*, 5. *Decembris* 1570. *verſic. Quod cum aſſeritur*, & *verſic. Attenta dicta immemoriali*, quam ſententiam reperies *infra deciſ.* 8. *num.* 83. & in propoſito illam ponderat Seſſe, *deciſ.* 113. *num.* 7. *lib.* 2.

Ex qua ſententia Legati, & Nuntii Apoſtolici Hi- 33
ſpaniarum revocantis commiſſionem datam Epiſcopo Sugúrbii, & Oſcæ ex motivo, quia illi de conſuetudine Regni conſtitit, & quòd de tempore immemoriali etiam ante forum cognoſcebat Judex Sæcularis de competentia juriſdictionis, remanet probata hæc conſuetudo immemorialis de tempore ante forum; ſiquidem conſuetudo probatur ex eo, quòd Judex in contradictorio judicio eam approbavit, & talem judicavit, & pronunciavit, *gloſ. in* §. *ex non ſcripto*, *de jure naturali*, & *in rub. C. quæ ſit*

longa

longa consuetudo, Mascard, *de probat. concl.* 427. *nu.* 1. *ubi alios citat*, *& communem dicit*, Tuschus *pract. concl. littera C. concl.* 798. Ripoll. ad Peguer. *in tract. civil. rub.* 24. *numer.* 28. Gratian. *discep. foren. cap.* 158. *num.* 15. Ramirez, *de lege Regia*, §. 20. *num.* 32. Rovit. *Cons.* 18. *&* 78. Novarrus *gravam.* 132. *num.* 12. *lib.* 2. Sesse *decis.* 112. *num.* 8. *lib.* 2. Peguera, *decis.* 26. *num.* 14. *tom.* 2. Xamar. *de offi. ud. part.* 1. *qu.* 15. *num.* 76. & alii infra *decis.* 24. *num.* 32. *&* 41. tum & etiam, quia Legati de Latere attestatio de consuetudine plenam probationem facit, in his quæ veniunt de jure ordinario ex effectu legationis, Paris. *de resignat. benef. lib.* 8. *qu.* 11. *umer.* 31. Mascard. *de probationib. concl.* 269. *numer.* 7. Barbosa, *in clement. unica num.* 14. *de probat.*

34 Et quando non sufficeret semel ita judicatum, cum numquam per unicum actum inducatur necessitas sic judicandi, ut voluit Bartol. *in l. de quibus*, *num.* 21. *& in repetit. numer.* 13. Jason *num.* 51. *ff. de legib.* Menochius *cons.* 2. *à num.* 207. *& de arbitrar. jud. casu* 81. *numer.* 2. sed quòd pluries sit judicatum, *glos. in l. de consuetudine*, *ff. de legib.* & ex Angelo, & Saliceto tradit Masc. *de prob. conc.* 427. *num.* 2. Valenzuela *cons.* 114. *numer.* 43. Sesse *decis.* 113. *sub num.* 8. *lib.* 2. Menochius *de arbitrar. judic. casu* 81. *num.* 3. Gratian. *discep. foren. cap.* 745. *num.* 20. Larrea *alleg. Fiscal. num.* 27. *& decis.* 47. *numer.* 13. *&* 14. quo nedum verificatur in tribus, vel quatuor actibus ut volunt Thesaurus *in præfat. decis. num.* 33. *versic. Quod si ter*, *aut quater*, Barbosa *in l. post dotem*, *num.* 47. *ff. solut. matr.* Castello *controver. lib.* 5. *cap.* 89. *numer.* 97. *in fine*, sed etiam in duobus, secundùm communiorem, & veriorem sententiam de qua Bald. *in l. de quibus*, *ff. de*
37 *leg.* Franchis *decis.* 91. *numer.* 16. Barzius, *decis. Bononien.* 68. *numer.* 12. Cabedo *decis.* 212. *par.* 1. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 24. Tapia *decis. Supremi Senatus*, 7. *numer.* 13. Lara *de anniversar. & capellan. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 49. Cavalcan. *decis.* 28. *num.* 63. *&* 64. *par.* 2. Mastril. *decis.* 137. *num.* 24. *lib.* 2. Rauden. *cons.* 17. *num.* 44. *&* 46. *& cons.* 18. *num.* 38. Mascardus *de probat. concl.* 427. *num.* 2. *in fine*, & ex nostris Calicius *in extravag. curiar. cap.* 4. *num.* 5. *&* 6. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 79. *& de fin.* 17. *num.* 28. *par.* 1. Fontanella *de pac. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glo.* 1. *par.* 2. *num.* 55. *& decis.* 245. *num.* 18. *par.* 1. *& decis.* 398. *num.* 28. *& decis.* 579. *nu.* 7. *par.* 2. Ripoll. ad peguer. *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 29. *& de magist. log. maris cap.* 17. *num.* 19.

38 Tamen hic bis, & pluries judicatum extitit, nam præter revocationem Joannis Baptistæ Castanei Nuntii, & legati Apostolici Hispaniarum, idem pronuntiavit Sanctissimus Papa Pius quintus suo Brevi dato Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, 12. Maii 1571. Pontificatus sui anno sexto, qui similem revocationem fecit commissionis factæ Episcopo Oscensi, in supradicto casu Francisci Romeo *versic. Cum tamen sicut filius noster*, cujus rescripti Apostolici verba, referam infra *decis.* 7. *num.* 95. & in proposito illud ponderat Sesse *decis.* 113. *nu.* 8. *circa medium*, *lib.* 2.

39 Ex cujus verbis remanet ex omni parte hæc consuetudo plenissimè probata; si quidem regula est certa, quòd verba enuntiativa, narrativa, & assertiva Romani Pontificis si super narratis propter aliud fundetur ejus intentio, plenè probant, *Clement.* 1. *cum ibi notatis de probation. cap. cum à nobis* ubi Felin. *num.* 3. *& seq. de testib. in can. si Romanorum verbo desunt* 19. *dist.* Gabriel *commun. concl. lib.* 1. *de probat. concl.* 2. Tuschus *pract. concl. littera P. concl.* 62. Boer. *decis.* 247. *num.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 139. *à numer.* 1. *& concl.* 621. *num.* 14. *& concl.* 1228. *à num.* 1. Trentacinquius *var. resol. lib.* 1. *de verbor. signif. resol.* 2. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ cap.* 29. *numer.* 7. Farinacius *in praxi par.* 2. *qu.* 63. *num.* 78. Narbona *lib.* 59. *glo.* 1. *num.* 214. *tit.* 4. *l.* 2. *recop.* Barbosa, *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 196. *& in prax. exigen. pen. par.* 1. *qu.* 1. *num.* 8. *& in clement.* 2. *nu.* 6. *de probat.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 5. Genua *de verbis enuntiat. lib.* 2. *quæst.* 2. Balboa *de Monarchia Reg. qu.* 2. *part.* 10. *num.* 11. Riccius *collect.* 1212. Novarius *quæst. foren.* 77. Ludovis. *decis.* 239. *nu.* 6. ubi Beltraminus *littera* B. Castillo *de tertii*, *cap.* 6. Genua *de verb. enuntiativis lib.* 2. *quæst.* 2. Valenzuela *cons.* 4. *numer.* 166. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 7. *resol.* 9. *num.* 33. Suelves *cons.* 50. *num.* 30. *lib.* 2. Sesse *decis.* 113. *nu.* 9. *lib.* 2. Mattheu *de regim. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *numer.* 35. *in fine*, quod non solùm procedit in Papa, sed etiam extenditur ad Reges, & Principes Sæculares, & Supremos superiorem non recognoscentes, Bartol. *in l. ambitiosa*, *numer.* 28. *ff. de decret. ab ordine faciend.* Gabriel *commun. concl. lib.* 1. *de probat. concl.* 2. *nu.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 139. *num.* 10. *&* *concl.* 1228. *numer.* 23. Farinac. *in prax. par.* 2. *qu.* 63. *num.* 82. Barbosa *in Clement.* 1. *num.* 6. *de probat.* latè Larrea *alleg. Fiscal.* 60. *à numer.* 2. Trentacinquius *variar. resol. lib.* 1. *de verb. signif. resol.* 2. *num.* 19. Suelves *cons.* 40. *num.* 27. *lib.* 3. Glorit. *par.* 1. *respon.* 1. *num.* 61. *& respon.* 3. *numer.* 7. Giurba *cons.* 59. *nu.* 54. *& cons.* 65. *num.* 43. Paschal. *de pat. potest. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 56. Mastril *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 51. Castillo *de tertiis*, *cap.* 6. *num.* 2. Additionat. ad Molin. *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 32. *& lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 20. Salgado *de Regia protect. par.* 3. *cap.* 10. *numer.* 166. *&* 167. Menochius *cons.* 1. *num.* 8. *& cons.* 2. *num.* 19. *& cons.* 420. *num.* 25. Pareja *de instru. edit. tom.* 2. *tit.* 7. *resol.* 9. *num.* 33. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. Genua *de verb. enuntiat. lib.* 2. *quæst.* 4. Sesse *decis.* 113. *n.* 11. *lib.* 2. Ramon noster *cons.* 4. *nu.* 84. *& cons.* 7. *num.* 113. *&* 123. *& cons.* 87. *num.* 14. Fontanella *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glo.* 10. *par.* 2. *num.* 23. Ferrer. *in const. Los jupubers*, *glos.* 4. *num.* 54. Adeo ut non admittatur probatio in contrarium, ut ex Gemíniano & Capputaquen tradit Beltraminus ad Ludovis. *decis.* 239. *littera B.* Menochius *lib.* 2. *præsump.* 10. *num.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 139. *num.* 1. *&* *concl.* 1228. *num.* 5. *&* *nu.* 29. Additionat. ad Molinos *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 32. *& lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 20. Tuschus *pract. concl. littera P. concl.* 62. *nu.* 10. Gabriel *commun. concl. lib.* 1. *de probat. concl.* 2. *num.* 36. Barbosa *in praxi exigen. pen. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 8. *in fine*. Balboa *de Monarchia Reg. quæst.* 2. *par.* 19. *num.* 12. Ramon noster *cons.* 37. *sub num.* 123. Intellige ut per Sesse *decis.* 113. *num.* 12. *ad* 16. *lib.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 139. *nu.* 18. *&* *concl.* 1228. *numer.* 41. Farinacius, *in prax. par.* 2. *quæst.* 63. *num.* 135. *ad* 148. Barbosa *de jure Eccl. uni. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 198. Sed sic est, quòd Beatissimus Pontifex Pius quintus fundavit suam intentionem in illis verbis narrativis, & enuntiativis, quibus narrat consuetudinem immemorialem Regni Aragonum, quòd scilicet Judex Sæcularis cognoscat simul cum Ecclesiastico de competentia jurisdictionis, ergo plenè probant. 42

Minor probatur, tum quia, quando verba narrativa, & enuntiativa se habent per modum causæ, ad id de quo agitur, & disponitur, tunc probant; & dispositionem inducunt, & dicitur in illis verbis fundari intentio disponentis *l. ultima*, §. 1. *ff. de doli excep. l. emptor.* §. *ancilla*, *ff. de rei vendic.* Sesse *decis.* 113. *num.* 17. *&* 168. *lib.* 2. decisionem Regiæ Audientiæ Sardiniæ tradit Dexart. *in rub. de sacrosanctis Eccles. numer.* 9. cum relatis per Ferrer *in constit. los impubers*, *glo.* 4. *num.* 8. Narbona *l.* 59. *glo.* 1. *numer.* 214. *in fine*, *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* cum aliis pluribus quos citat Bellonus *cons.* 58. *num.* 13. notat Farinac. *in prax. par.* 2. *quæst.* 63. *num.* 122. Fab. *in suo cod. lib.* 4. *tit.* 14. *dif.* 6. Tum quia, quando verba enuntiativa & narrativa sunt fundamentum concessionis, & privilegii, & super illis Pontifex Romanus se fundat, ad concedendum id quod petitur, tunc probant, & pro dispositivis habentur, Jason *in l.* 1. *lect.* 2. *num.* 33. *C. de sacro Eccles.* Tuschus *pract. concl. littera P. concl.* 62. *num.* 3. 4. *&* 10. Narbona *l.* 59. *glo.* 1. *num.* 214. *versic. Præsertim*, *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Ramon noster *cons.* 37. *sub numer.* 113. Trentacinquius, *var. resol. lib.* 1. *de verb. signif. concluf.* 2. *numer.* 4. Gutierres *pract. lib.* 3. *qu.* 17. *num.* 66. latè Sesse *decis.* 113. *num.* 19. *& sub num.* 167. *lib.* 2. Ferrer *in constit. los impubers*, *glos.* 4. *num.* 56. Mascard. *de probat. concl.* 1228. *num.* 91. Farinac. *in prax.* 43

par. 2.

par. 2. quæst. 93. numer. 160. 199. *&* 200. cum relatis per Giurb. *conſ. 59. n. 63.* Martha *voto* 169. *num. 2.*

44 Tum etiam, quia quando verba enuntiativa, & narrativa ſunt neceſſaria, & conferunt ad id de quo agitur, & ſuper quo enuntiatur, tunc dicuntur fundamentum intentionis diſponentis, & emiſſa principaliter propter ſe, ut tradit Seſſe *deciſ.* 113. *ſub num. 17. & 18. & ſub num.* 167. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 83. Maſcard. *de probat. concl.* 1228. *numer.* 93. Et tamdem quia verba enuntiativa prolata principaliter, & propter ſe, non ſolùm probant, ſed etiam diſponunt *l. qui volebat*, ubi Bart. *num. 1. ff. de hæred. inſtitut. l. ex hac ſcriptura*, ubi Bart. *num. 2. ff. de donat.* Seſſe *deciſ.* 113. *numer.* 166. *lib.* 2. Farinac. *in prax. par. 2. quæſt.* 63. *num.* 169. Maſcard. *de probat. concl.* 1228. *ſub num.* 94. Trentacinquius *var. reſol. lib. 1. de verb. ſign. reſol. 2. à numer. 9.* Bellonus *conſ.* 58. *numer.* 14. Valenzuela *conſ.* 109. *num.* 13. addo in ornatum, & horum comprobationem Cancer *par. 3. var. cap. 3. numer. 6. ad* 21. Maſtril. *magiſt. l. 4. cap.* 13. *num. 99. ad* 117. atqui Sanctiſſi-

45 mus Papa Pius V. narrativam hujus immemorialis conſuetudinis facit per modum cauſæ, in ordine ad revocationem à ſe factam, & talia verba enuntiativa conſuetudinis immemorialis erant neceſſaria, & conferebant ad actum revocationis à ſe factæ, ſuper qua enuntiabantur, nec illa terminabant ad aliud diverſum, nec reſpiciebant alium finem niſi ſeſe ipſa, & ſubſtantiam narratam, meritò de eis verificatur *diſpoſitio Clement. 1. de prob.* Et conſequenter concludendum venit, quòd per verba narrativa dicti brevis remanet noſtra conſuetudo probata, ita larius argumentatur Regens Seſſe, *deciſ.* 113. *numer. 9. ad* 23. *& num.* 165. *verſic. Secundo, ad num.* 17. *lib.* 2.

46 Nec obſtat ſi dicatur, quòd verba narrativa, & enunciativa Romani Pontificis Pii Quinti ſunt emiſſa ſuper facto alieno conſuetudinis introductæ in Regno Aragonum, quo caſu regula *Clement. unic. de probat.* non procedit, cum ſolùm vindicet ſibi locum, quando verba narrativa, & enuntiativa Papæ fundantur in facto proprio, *dicta Clement. unica* ibi, *vel alia ſimilia, quibus gratia noſtra fundatur, nos feciſſe narremus, de probat.* Gabriel. *com. concl. lib. 1. de probat. concl. 2. num. 2.* Maſcard. *de probat. concl.* 139. *num. 1. & concl.* 1228. *num. 1.* cum relatis per Farinac. *in prax. par. 2. qu. 63. num.* 92. Pareja *de inſtru. edit. tom. 2. tit. 7. reſol. 6. num.* 34. & alii ſtatim citandi.

47 Secus autem quando fundantur in facto alieno, ut pluribus probat Seſſe *deciſ.* 113. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 2. Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 8. num.* 47. Genua *de verb. enunt. lib. 1. quæſt. 4.* Menochius *conſ.* 200. *num.* 18. Beltram. ad Ludoviſium, *deciſ. 239. littera B.* Genua *de verb. enuntiat. lib. 2. quæſt. 4. num. 9. verſic. Dubitatur primo*, Surd. *conſ.* 469. *numer.* 64. Capicius *deciſ.* 83. *num. 1.* Gabriel *com. concl. l. 1. de prob. concl. 2. num.* 43. Maſcard. *de probat. concl.* 1228. *n.* 52. Oſaſcus *deciſ.* 122. *n. 4.* Farinac. *in prax. par. 2. qu. 63. num.* 157. Suelves *conſ.* 50. *ſub numer.* 30. *lib.* 2. Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib. 1. cap.* 10. *num.* 207. *& in Clement. unica, numer. 2. de probat.* Cabedo *de patron. Reg. Coronæ, cap.* 36. *num. 6. ad* 10. Ramon noſter *conſ.* 37. *num.* 221. Poſtius *deciſ.* 238. *numer.* 36. Caſtillo *de tertiis, cap. 6. num. 4. &* 5. cum aliis pluribus per Larream, *allegat. fiſcal.* 60. *num.* 3. Etiam quòd in verbis narrativis alienis fundetur intentio Papæ, Seſſe *deciſ.* 113. *num.* 23. *lib.* 2. de quo vide Gabriel. *com. concluſ. l. 1. de probat. conclu. 2. à num.* 43. Maſcard. *de probat. concl.* 1228. *numer.* 60. Farinac. *in prax. par. 2. quæſt. 63. num.* 169. quæ dixi *num. 4.* Barboſa *de jure Eccleſ. uni. lib. 2. cap. num.* 208.

49 Quia hujuſmodi limitatio plures patitur ſublimitationes, prima ut procedat, quando agitur de gravi, & magno præjudicio, quo caſu non creditur aſſertioni Papæ ſuper facto alieno, Farinac. *in prax. par. 2. quæſt. 63. num.* 149. cum relatis per Parejam *de inſtr. edit. tom. 2. tit. 7. reſol. 9. num.* 38. ſecus autem ubi agitur de modico, & parvo præjudicio, tunc enim aſſertioni Papæ ſuper facto alieno creditur, *c. cùm à nobis, de teſtib.* Gloſ. & Doctores, *in cap. quia nonnulli, de reſcript. cum cauſam, de probat. cap. cum olim*, & ibi Gloſ. *de cenſib. junct. alia gloſ. in cap. ſi Papa de privileg. in 6.* plures antiquos citat Seſſe *deciſ.* 113. *num. 25. lib.* 2. Trentacinquius *var. reſol. lib. 1. de verb. ſignif. reſol. 2. num.* 14. Suelves *conſ.* 50. *numer.* 30. *verſic. Hoc vero non protexit, lib.* 2. cum relatis per Maſcard. *de prob. concl.* 1228. *num.* 73. & per Farinac. *in prax. par. 2. qu. 63. num.* 150. *&* 169. Leviſſimi autem eſt præjudicii judicium competentiarum, quòd ab hac immemoriali 50 viget, quia ſolùm in Cathalonia, Sardinia, & Valentia ante annum 1372. habeatur quòd de competentia juriſdictionis Judex Sæcularis ſolùm cognoſceret, ſed & in Regno Aragonum, quòd cognoſceret Sæcularis ſimul cum Eccleſiaſtico: iſti enim non judicant de cauſa principali, ſed ſolùm declarant cui juriſdictio competat, & præſumendum eſt, quòd ita benè unus, ſicut alius judicabit, & ſic partibus modicum intereſt, cui juriſdictio adjudicetur, Innocentius *in cap. paſtoralis num. 3. & 8. de reſcript.* & alii plures infra laudati *deciſ. 25. num.* 32. cum ergo hæc conſuetudo ſit modici præjudicii, remanet probata per verba narrativa Papæ ſuper facto alieno, ita Seſſe *deciſ.* 113. *num. 25. &* 2. *lib.* 2.

Secunda ſublimitatio eſt, ut procedat, quòd ad 51 plenam probationem, quo caſu aſſertioni Romani Pontificis, & aliorum Principum Sæcularium ſuper facto alieno creditur, ſecus verò reſpectu præſumptionis, nam tunc aſſertio Principis in facto alieno inducit præſumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in adverſarium, Gloſ. *in Clement. 1. verbo feciſſe, verſic. Satis puto, de probat.* plures antiquos laudat Craveta *de antiquit. tempor. §. 1. num.* 14. Gabriel *com. concl. lib. 1. de probat. concl. 2. numer.* 43. Maſcard. *de probat. concl.* 129. *num.* 21. *&* 1228. *numer.* 74. Menochius *conſ.* 100. *num.* 25. Farinac. *in prax. par. 3. quæſt. 63. num.* 163. Ad num. 51. Maria *voto* 169. *num. 2.* Barboſa *de jure Eccleſ. uni. lib. 1. cap. 2. numer.* 210. Suelves *conſ.* 50. *num.* 30. *lib.* 2. Seſſe *deciſ.* 113. *nu.* 27. *lib.* 2. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ, cap.* 36. *num.* 13. quod procedit etiam ſi Princeps loquatur per verba generalia & incerta, Craveta *de antiquit. tempor. §. 1. num.* 14. *in fine* Farinac *in prax. par. 3. quæſt. 63. num.* 164. Maſcard. *de probat. concl.* 922. *numer.* 11. *&* 12. & licèt non deſint contradictores, quos referunt Maſcard. *de probat. concl.* 1228. *num.* 75. Farinac. *in prax. par. 3. quæſt. 63. num.* 166. benè reſpondet Seſſe *deciſ.* 113. *nu.* 28. *lib.* 2. & diſtinguit Farinac. *in prax. par. 2. quæſt. 63. num.* 167. qui *num.* 169. in noſtra ſublimitatione reſidet, quando agitur de levi præjudicio.

Tertia ſublimitatio eſt, quando Papa loquitur aſſer- 53 tivè, narrativè, & enuntiativè, à relatione fide dignorum, quo caſu creditur aſſertioni Papæ in facto alieno, Seſſe, *deciſ.* 113. *ſub num. 25. lib.* 2. Gabriel, *com. concl. l. de probat. concl. 2. num.* 56. Maſcard. *de probat. concl.* 622. *num. 7. 8. & concl.* 1228. *numer.* 68. Farinacius *in prax. par. 3. quæſt. 63. num.* 110. latè Cabedo *de patronatu Reg. Coronæ, cap.* 36. *num.* 10. *ubi de relatione agentis, ſive Ambaſciatoris*, Trentacinquius *var. reſol. lib. 1. de verb. ſignif. reſol. 2. num.* 13. & ita quando Papa loquitur de narrativa Regis, plenè 54 creditur, Suelves *conſ.* 50. *num.* 31. *lib.* 2. Salgado *de Reg. protect. par. 3. cap.* 10. *numer.* 164. *& de ſuppl. ad Sanctiſ. par. 2. cap.* 33. *num.* 52. Pareja, *de inſtru. edit. tom. 2. tit. 7. reſol. 9. num.* 36. cum nefas ſit Principem 55 de mendacio arguere, *Proverb. cap.* 17. Menochius, *conſ.* 100. *numer.* 23. Maſtril. *de magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num.* 54. Larea *alleg. Fiſcal.* 60. *numer.* 1. Fachineus, *contro. jur. lib. 8. cap.* 63. *in fine*, abundè Salgado *de ſupplicat. ad Sanctiſ. par. 1. cap. 8. num.* 58. graviter Suelves, *conſ.* 50. *num.* 32. *lib.* 2. *&* *conſ.* 37. *num.* 123. *in fine*, & in noſtro caſu habita fuit informatio à Fiſcali 56 Domini noſtri Regis, perſona fidè digna, & probabiliſſima, cujus atteſtatio maximi eſt momenti in materia de qua loquimur, Seſſe *deciſ.* 113. *ſub num.* 25. *lib.* 2. Suelves, *conſ.* 50. *num.* 32. *verſic. Stringitur, lib.* 2.

Quarta ſublimitatio eſt, ut procedat in non anti- 57 quis, & factis recentibus, quo caſu aſſertioni Papæ, vel Principis ſæcularis in facto alieno non creditur: ſecùs autem antiquis, in quibus diſtinctè verba narrativa,

rativa, & enunciativa Principis, etiam emissa propter aliud, & in facto alieno, ac etiam quòd de præjudicio tertii agatur, plenè probant, Solorzan. *de jure Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 8. num. 48. & 49.* Craveta *de antiquit. tempor. par. 1. §. non omitto, num. 25.* Sesse, *decis. 113. num. 30. lib. 1.* Gabriel, *com. concl. lib. 1. de probat. concl. 2. num. 54.* Mascard. *de probat. concl. 139. num. 20. versic. Amplia, & conclus. 1228. num. 118.* Menochius, *lib. 2. præsump. 10. num. 64.* Farinacius, *in prax. part. 2. quæst. 65. num. 106.* Trentacinquius, *var. resol. lib. 1. de verb. signif. res. 2. num. 8.* Castillo, *de tertiis, cap. 6. num. 12. in fine, & num. 13.* Salgado, *de Reg. protect. par. 3. cap. 10. numer. 167.*

58 Suelves, *cons. 50. sub num. 31. lib. 2.* Barbosa, *de Monarchia Regum, par. 2. quæst. 10. num. 12. in fine*, Genua. *de verb. enuntiat. lib. 2. quæst. 14. num. 20. & 21.* Addition. ad Molinos, *lib. 1. de primog. Hispan. cap. 8. num. 32. in fine, & lib. 4. cap. 9. n. 20. in fine*, Ramon noster *cons. 137. sub n. 113.* Fontanella, *de pact. nupt. tom. 1. clau. 4. glo. 10. par. 2. num. 23. in fine*, Barbosa *in Clement. unica, num. 9. de probat.* quòd in verbis enuntiativis privatorum contrahentium procedit quæ in antiquis plenè probant, plures citant Solorzan. *de jure Jud. tom. 2. lib. 2. cap. 8. num. 49.* Cutel. *decis. 1. num. 150.* Genua. *de verb. enuntiat. lib. 1. num. 56.* cum pluribus citatis per Velam. *dissert. 46. num. 18. tom. 2.* Scobar à Corro *de purit. & nobilit. proban. par. 1. quæst. 15. §. 3. à num. 3.* mille alios citat Pareja, *de instr. edit. tom. 2. tit. resol. 9. num. 61.* concurrentibus quatuor requisitis, de quibus latè Scobar à Corro, & Pareja *ubi proximè*, ille, *à num. 53.* iste, *à num. 63.* Noguerol *alleg. 25. à num. 258.*

In nostro casu versamur in antiquis; nam etsi dubitent Doctores, quòd tempus in proposito dicatur antiquum, ut ex Aimone Craveta, remissivè tradit

59 Farinac. *in prax. par. 3. quæst. 63. num. 109.* nonnulli decem, viginti, triginta, vel quadraginta annos dicant, alii sexaginta, vel octoginta, & multi centum de quibus latè Menochius, *de arb. jud. casu 3.* Mascard. *de probat. concl. 103.* Mieres *de majoritat. par. 1. quæst. 45.* Riccius, *collect. 303. & 1192.* noster Xaminar *defin. 31. num. 17.* verius est ut judicis arbitrio relinquatur, & tradunt lata manu aliis citatis Genua, *de enunciativis, lib. 2. quæst. 1. num. 41.* Suelves *cons. 10. num. 8. lib. 3.* Escobar à Corro *de puritate, par. 1. quæst. 15. §. 3. nu. 51. & 52.* Pareja *de instru. edit. tom. 2. tit. 7. resol. 9. num. 68.* quis

60 Judex arbitrabitur hanc præscriptionem immemorialem non esse antiquam? nullus certè, imò antiquissimam eam judicabit, cum immemorialis non solùm centum annos, sed etiam mille, & infinitum tempus comprehendat, & sic præscriptione centenaria potentior est, & majores effectus producit, ut dixit Oldradus *cons. 254. num. 18.* Molina & ibi Addition. *lib. 2. de primog. Hispan. cap. 6. numer. 43. ad 51.* Mierez *de majorat. par. 4. quæst. 20. num. 223.* Azevedo, *lib. 1. num. 23. tit. 7. lib. 5. recop.* Cancer. *par. 3. variar. cap. 4. num. 38.* Morla *in emporio juris, par. 1. tit. 6. quæst. 4. num. 3.* Balboa *in cap. ad audientiam, num. 4. de præscript.* Tuschus *pract. concl. littera T. concl. 39.* Castillo *de usufructu, lib. 1. cap. 68. num. 14. & lib. 5. controver. cap. 93. §. 8. num. 51. & tom. 7. de tertiis, cap. 26. num. 69.* Suelves *cons. 9. num. 38. lib. 1.* Fontanella, *de pact. nupt. tom. claus. 4. glos. 18. par. 5. num. 71. & glos. 19. par. 1. num. 64. & decis. 586. par. 2.* Seraphin. *decis. 454. par. 2.* Bellues *cons. 46. num. 34. & cons. 51. num. 5.* Covarruvias *in reg. possessor. par. 2. §. 3. num. 6.* Gabriel *commu. concl. lib. 1. de præscrip. concl. 1. num. 72.*

61 Quinta sublimitatio est, ut non procedat de generali consuetudine omnium Regnorum Mundi, secundùm quam Papæ, vel Principis assertiones plenè probant, Balboa *de Monarchia Reg. par. 2. quæst. 10. num. 14. in fine*, Menoc. *cons. 100. num. 26. & 27.* Mascard. *de probat. concl. 1228. num. 119.* Farinac. *in prax. par. 3. quæst. 63. num. 134.* Gramat. *decis. 65. num. 65.* Castillo *de tertiis tom. 7. cap. 6. numer. 3.* Larrea *alleg. Fiscal. 60. num. 8.* Ramon noster, *cons. 37. num. 113. in fine*, Fontanella *de pac. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 10. par. 2. num. 28.* Pareja *de instr. edit. tom. 2. tit. 7. resol. 9. num. 35. in fine.*

Præterea in confirmationem prædictæ immemorialis consuetudinis, vide Bullam Gregorii XIII. quam referam *infra decis. 7. numer. 97.* & quæ tradit Sesse, *decis. 113. numer. 33. versic. Et non solum, lib. 2.*

ARGUMENTUM.

De concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & ad quem Judicem per dictam concordiam in Regnis Coronæ Aragonum spectet declaratio contentionis, & competentiæ inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares Regios ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum qua de causa facta fuit.*

2 *Controversiæ inter Dominum Regem Petrum tertium, Archiepiscopum, Prælatos, & Clerum Provinciæ Tarraconæ ratione quorumdam gravaminum referuntur.*

3 *Gravamina quæ Archiepiscopus, Prælati, & Clerus Provinciæ Tarraconæ dederunt Domino Regi Petro tertio referuntur, & nu. 4. 5. & 6.*

7 *Concordare partes non potuerunt super dictis gravaminibus.*

8 *Gregorius Papa XI. concordiam commisit Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrando Cardinali Convenarum, & num. 9.*

10 *Gregorii Papæ XI. Bullarum auctoritate, Domina Regina Eleonora, & Bertrandus Cardinalis Convenarum fecerunt concordiam inter Dominum Regem Petrum tertium, Archiepiscopum, Prælatos, & Clerum Provinciæ Tarraconæ.*

11 *Concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum referuntur, & nu. 12. 13. 14. & 15.*

16 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum ubi legatur.*

17 *Doctores qui de concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum scripserunt.*

18 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum communicata fuit Regnis Valentiæ, Sardiniæ, Mayoricarum, & Insulis Minoricarum, & Ivicæ.*

19 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum in capite quarto quid disponat.*

20 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum desumpta fuit à Canonicis sanctionibus.*

21 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum fuit saluberrimum procedendi medium inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares Regios ordinarios.*

22 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum est favorabilis Ecclesiasticæ jurisdictioni.*

23 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum nedum comprehendit casus, quibus Ecclesiasticus cognoscit de causis laicorum.*

24 *Sed etiam casus quibus Ecclesiasticus cognoscit de causis Clericorum, & è contra, quinimo comprehendit omnes quæstiones, & controversias inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares Regios ordinarios.*

DE-

DECISIO IV.

1 CUm eſſet magna controverſia in Cathalonia circa declarandas, & decidendas cauſas contentionis, & competentiæ inter Judices Eccleſiaſticum, & Sæcularem ſuper juriſdictione, & immunitate, Eccleſiaſtica, ut dixi *deciſ.* 3. *num.* 1. 2. & 17. Propterea decreverunt ambæ poteſtates Eccleſiaſtica, & Sæcularis has controverſias in vim concordiæ ſopire, illamque auctoritate Romani Pontificis, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ corroborare, ut referunt Peguera, *in præt. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *Verſic. Ulterius*, Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 6. Fontan. *deciſ.* 323. *num.* 8. *par.* 2. Dametus *in hiſt. Mayoricarum*, *lib.* 1. §. 21. *fol.* 77.

2 Quapropter inter Sereniſſimum Dominum Regem Petrum tertium Dei gratia Regem Aragonum, Valentiæ, Mayoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitemque Barcinonæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ ex una, & Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Petrum Claſquerinum Divina providentia Archiepiſcopum Tarraconæ, & nonnullos alios Prælatos, & Clericos Provinciæ Tarraconæ ex altera, plures quæſtiones & controverſiæ ſuſcitatæ fuiſſent ratione quorumdam gravaminum, quæ dicti Archiepiſcopus, & Clerus aſſerebant eis per dictum Dominum Regem, & Officiales ſuos fore illata, quæ gravamina in ſcriptis dicto Domino Regi oblata fuerunt ſub hac forma.

3 *Primò quòd curia Regia inceperit facere proceſſus occupationis temporalitatum contra Prælatos, Vicen, & Gerunden Epiſcopos, & Abbatem ſancti Benedicti de Bagis, & alios quam plures contra libertatem Eccleſiæ & juſtitiam, ſumpta occaſione, quia Prælati nolunt revocare proceſſus Eccleſiaſticos contra laicos juſtiſſimè factos.*

4 *Secundò, quòd facit fieri proceſſus pacis & treugæ contra Clericos, etiam in ſacris conſtitutos, & contra Prælatos in contemptum ſanctæ Matris Eccleſiæ, & Domini noſtri Papæ, & ſpecialiter contra Dominum Archiepiſcopum Tarraconæ, eo quia denuntiavit Vicecancellarium Regium incidiſſe in pœnas Sacrorum Canonum, Conciliorum Tarraconæ contra invaſores, & uſurpatores juriſdictionis dicti Domini Archiepiſcopi, & ſuæ Eccleſiæ Taraconæ editorum.*

5 *Tertiò, quia facit ſervare proceſſus ſoni emiſſi contra Clericos, Caſtra, & Loca eorum, ſicut contra Laicos, & ex hoc ſequitur introductum, quòd diruuntur Caſtra, & Loca Eccleſiarum contra Deum, & juſtitiam, & libertatem Eccleſiaſticam, cum Clerici, & eorum loca non ſint de foro, & diſtrictu judicum ſæcularium, nec comprehenduntur ſub ſtatutis pacis, & treugæ, & ſoni emiſſi, nec ad ipſos prædictorum ſtatutorum poſſet fieri, nec debet extenſio.*

6 *Quartò, quia notoriè citantur Prælati, & ipſorum Officiales ad inſtantiam laicorum, ut compareant in Audientia Regia, ubi comminantur, revocent proceſſus Eccleſiaſticos juſtè, & ritè factos, quod niſi fecerint, contra eos proceditur, tamquam contra uſurpantes juriſdictionem, & Regalias, Regias, & ubidictam revocationem proceſſuum obtinere non valent dicta Curia Regia mandat ſuis litteris, quòd tamquam ſuſpecti Domino Regi exeant dicti Prælati, & Clerici, ſeu eorum Officiales infra certum tempus de Regno, aliàs, quòd contra eos ut ſuſpectos Domino Regi procedetur in perſonis, & bonis, quod eſt contra jus, & Eccleſiæ libertatem.*

7 Verùm, cum dictæ partes ſuper prædictis Capitulis quam primùm contendiſſent, & non poſſent ſuper eis amicabiliter convenire, conſuluerunt Sanctiſſimum, & beatiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Gregorium Divina providentia Papam XI. tunc gubernantem ſanctam Romanam Eccleſiam, qui ut dictis quæſtionibus, & controverſiis finis amicabilis poneretur, ſcripſit per ſuas Bullas ut meminit Oliba, *de jure Fiſci c.* 14. *nu.* 20. Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ conſorti, & Locumtenenti Generali Sereniſſimi Domini Regis Petri tertii propter ejus indiſpoſitionem, & Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino Bertrando ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Nuntio, in hunc modum.

8 *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Chariſſimæ in Chriſto filiæ Eleonoræ Reginæ Aragonum Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Paterna ſicut decuit affectione recepimus litteras quas miſiſti, lætati ſuper earum ſerie, qua nobis ſignificaſti ſuper concordia inter chariſſimum in Chriſto filium Petrum Regem Aragonum Illuſtrem virum tuum, & prælatos ſui Regni, de diſcordiis inter eos ſuper certis libertatibus Eccleſiaſticis exortis velle laborare, ſuper quo tanto plus mereris commendari, quanto credimus ſcripta tua ex purioris mentis animo proceſſiſſe. Et ideo Excellentiam tuam attentè rogamus, quatenus ut Sion filia veritate circumhabita virtutibus, quibus te dominus inſignivit, Regios perficiens actus bonum prout laudabiliter inchoaſti, ad hujuſmodi concordiam peragendam ſicut plenè confidimus, ſtudia tuæ benignitatis impendas, ac opem des, & operam efficacem, quòd jura Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum ſerventur illæſa; Noſque devotionem tuam dignis in Domino laudibus attollamus, in hoc enim Deo gratum præſtabis obſequium & exinde magnificentius exaltabitur in gentibus nomen tuum. Datis Avenione quinto Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.*

9 *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Bertrando ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Nuntio, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Chariſſimæ in Criſto filiæ Eleonoræ Aragonum Reginæ Illuſtri ſcribimus, prout continet ſchedula præſentibus intercluſa,* (quæ eſt Bulla ſupra inſerta directa dictæ Doninæ Reginæ Eleonoræ) *Et ideo circumſpectionem tuam attentè rogamus, tibi nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in præmiſſis ſuper quibus ſcribimus, ſperatus cooperator exiſtens, pro concordia ipſa fienda, ſervata tamen ſemper libertate Eccleſiaſtica, opem des, & operam efficacem. Datis Avenione, quinto Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.*

10 Idcirco Sereniſſima Domina Eleonora Regina, & Reverendiſs. Bertrandus Cardinalis Convenarum auctoritate dictarum Bullarum circa concordiam inter dictas partes pro prædictis gravaminibus peragendam ſedulò intendentes, habito ſuper his ſemel, & pluries diligenti colloquio, & tractatu cum dicto Sereniſſimo Domino Rege Petro tertio, & nonnullis Doctoribus, & aliis in jure peritis, & aliis etiam Conſiliariis pro parte ſua, & dicto Reverendiſſimo Domino Petro Claſquerino Archiepiſcopo Tarraconæ, & Reverendo Domino Romeo Epiſcopo Ilerdenſi, & honorabilibus & diſcretis viris Guillelmo de Cumbis Præpoſito Eccleſiæ Tarraconæ, Franciſco Botella Priore Monaſterii ſanctæ Eulaliæ de Campo Barcinonæ, Joanne de Ortoneda Decretorum Doctore Decano Tarraconæ Raymundo Cervera Decretorum Doctore Decano Urgelli, ac Franciſco Sala Decretorum Doctore Canonico Eccleſiæ Barcinonæ, Procuratoribus aliorum Prælatorum, & Cleri dictæ Provinciæ Tarraconæ infraſcriptis, & cum aliis etiam nomine dictorum Prælatorum, & Cleri, Capitula infraſcripta ordinarunt, quæ die Veneris hora veſperorum 11. Junii 1372. in Civitate Barcinonæ Principatus Cathaloniæ dictis partibus aſſignata, præſente dicto Sereniſſimo Domino Rege Petro tertio, publicarunt ſeu legi, & publicari fecerunt, ac mandarunt præſentibus dictis partibus per Guillelmum Oliverium dictæ Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ Secretarium, & auctoritate Regia per totam terram, & dominationem Regiam Notarium publicum, prout inferius continetur in forma ſequenti.

11 *In Dei nomine Amen. Super prætenſis quatuor gravaminibus, quæ Reverendiſſimus Pater Dominus Archiepiſcopus Tarraconæ, & nonnulli alii Prælati, & Clerus Provinciæ Tarraconæ petierunt revocari per Dominum Regem, poſt multos anfractus ventum eſt per Dominam Reginam Aragonum, & Dominum Cardinalem Convenarum ad conçordiam infraſcriptam.*

Et

12 *Et in primis super processu soni emissi, de quo conqueruntur Prælati, quòd per ipsum derogetur Ecclesiasticæ libertati; concordatum est, & declaratum per d. Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem quòd Dominus Rex declaret quòd d. processum, qui pro generali jurisdictione sua, quam pro malefactoribus prosequendis fragante crimine habet, & semper habuit in omnibus Castris, & Villis sub suo Principatu constitutis cujuscumque existant, aliquam jurisdictionem non exerceat Dominus Rex in quoscumque Clericos licèt malefactores; imò si malefactor virtute processus prædicti comprehensus Clericus reperiatur, quòd remittendus sit suo Ecclesiastico judici juxta canonicas sanctiones, quas præfatus Dominus Rex d. casu vult inviolabiliter observari, & Reginam, & Dominum Cardinalem per. d. Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem, quòd Prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, vel eorum Officialibus non impedientibus, seu non resistentibus exercito d. Regiæ generalis jurisdictionis pro d. malefactoribus prosequendis præfatus Dominus Rex, vel Officiales sui non possint, nec præsumant sub prætextu d. processus damnificare, vel vastare Castra, & bona d. Prælatorum; vel personarum Ecclesiasticarum; quinimo Dominus Rex contra facientes puniet, pro ut jura & etiam constit. super d. proces. æditæ postulant, & requirunt.*

13 *Super processu verò pacis & treugæ, de quo seu ejus extensione d. Dominus Archiepiscopi & Prælati conqueruntur; concordatum est, per d. Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem, quòd licèt secundùm formam constitutionum expresè Clerici & personæ Ecclesiasticæ teneantur ad observandam formam pacis & treugæ, maxime in constitutione Domini Alfonsi I. quæ incipit, Divinarum, secundùm quam non servantes sunt ejecti ab ipsa constitutione à pace, & treuga quæ constitutio est edita cum consensu Archiepiscopi Tarraconæ Apostolicæ Sedis Legati & Suffraganeorum suorum, pro ut ex ejus lectura patet, concordatum est quòd declaretur per Dominum Regem, quòd non est, nec fuit intentio Domini Regis, quòd ex d. processibus Presbyteri, vel Clerici soluti possint trahi ad judicium Vicarii seu alterius Judicis Sæcularis, sed solum moneri, non tamen judicialiter ad observantiam formæ pacis & si moniti veniant, & pignora ponant in posse Vicarii, tamquam sequestri utriusque partis, seu mediæ personæ, cognitio querelæ factæ contra Clericum, nec civiliter, nec criminaliter poterit, nec potest per Vicarium, vel alium officialem Regium expediri: sed ad suum judicem remitti juxta canonicas sanctiones, de pignoribus verò restituendis, vel distrahendis fiat, prout per Judicem Ecclesiasticum fuerit declaratum. Si verò Clericus monitus, non haberet pignora tenentia, & juret in posse Judicis Ecclesiastici, vel Vicarii de licentia sui Ordinarii quòd non posset invenire pignora tenentia, eo casu ipso Clerico se ponente capto in posse judicis sui, & jurante de standa juri, & judicatum solvi; cum suis clausulis universis in posse sui judicis, ab inveniendo pignora sit liberatus: concordato insuper per prædictos Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem, quòd si d. Clericus, vel alia persona Ecclesiastica, non vult servare formam pacis, quod Vicarius, vel Judex temporalis, ab hoc non possit eum in persona, vel in bonis punire, vel aliàs offendere quoquomodo; sed solùm succedit pro contumacia provisio constitutionis idest quòd propter hoc quia monitus formam constitutionis non servat, habet ipsum extra pacem, sic scilicet quòd damna si forsan ei darentur, non posset petere emendari, secundùm formam privilegii pacis, jura tamen sibi competentia de jure canonico, vel civili, vel aliàs Ecclesiastica libertate, illa sibi remaneant illibata & super ipsos d. Clericis, licèt existentibus extra formam pacis, justitiam facere tenebitur & faciet, d. ejectione in aliquo non obstante.*

14 *Super eo verò quod conqueritur, quòd pro ficta suspicione Prælati, & personæ Ecclesiasticæ ejiciantur, seu banniuntur de Regno, concordatum est, quòd illud, si unquam factum est, malè factum est, cum evidenter sit contra Ecclesiasticam libertatem, & est declaratum, quòd Dominus Rex declarat, quòd in posterum numquam fiat.*

Super eo verò quod conqueruntur de temporalitatibus 15
occupandis, concordatum est quod Dominus Rex declarat, quòd Prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis facientibus processus Eccles. in causis pertinentibus ad eos de consuetudine, vel de jure, non possit de justitia vel injustitia processorum prædictorum se intromittere, nec ad eos eorumdem revocationem per occupationem temporalitatum, vel alia remedia compellere quovis modo. Ubi verò evidenter, vel notoriè jurisdictio Regia per Prælatos impeditur, qui per processus suos jurisdictionem impediunt vel occupant temporalem, tunc non debent mirari Prælati, si per exercitium suæ superioritatis, quam universaliter habet in universis temporalitatibus sui Regni, ad defensionem sui juris notorii adhibent remedia, jam dudum à suis prædecessoribus assueta. Ubi verò super hoc, an pertineat notoriè de consuetudine, vel de jure ad Ecclesiam, vel ad Regiam jurisdictionem, super qua fiunt processus, dubitatur, concordatum est, quod communes personæ eligantur, videlicet una pro parte Regis, alia pro parte Ecclesiæ, quæ ambæ dictum dubium decidere teneantur, bona fide, & sibi juramento infra tres menses dolo & fraude cessantibus providere: quòd si dictæ personæ infra tres menses dictum dubium non potuerint, vel noluerint terminare, tertium eligere teneantur, qui cum ambobus, vel altero eorum infra mensem dictum dubium decidat, & ejus decisioni pareatur sub pœna quingentorum morabatinorum, interim vero processus qui facti fuerint absque præjudicio cujuscumque partis suspendantur, & si facti non fuerint, non fiant quousque dictum dubium fuerit terminatum.

Hujusmodi concordia Sereniſſimæ Dominæ Reginæ 16
Eleonoræ, & Cardinalis Bertrandi Convenarum reperitur in Cathalonia sub diversis titulis collocata. Cancer. *par.* 3. *variar. cap.* 10. *num.* 17. & illa legitur in secundo volumine constitutionum *in pragmat.* 1. *tit. de sono emisso in pragmat.* 2. *cit. de pace*, & *treuga*, *in pragmat.* 4. *tit. de Episcop. & Cleri & in pragmat.* 1. *tit. de contention. jurisdict. & occupat. temporalit.* & in foro Regni Valentiæ 10. *tit. de jurisdict. omni jud.* & in Bulla Julii III. data Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 20. Martii 1551. Pontificatus sui anno secundo de qua infra *decis.* 7. *num.* 89. & in alia Bulla ejusdem Julii III. data Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 16. Januarii 1555. Pontificatus sui anno 5. de qua infra *decis.* 7. *num.* 62. & in libro gubernii Regiæ Audientiæ Regni Sardiniæ, *folio inferiori* 209. *pag.* 2. & apud Regentem Vico *lib.* 2. *ad pragmat. Regni Sardin. tit.* 51. & apud Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *juncta sectione* 1. *num.* 21.

Et de illa latè scripserunt, ex Cathalanis, Michael 17
Ferrerius *par.* 3. *obsect. cap.* 172. *cum seq.* Pegura *in pract. crim. cap.* 26. *numer.* 7. *usque ad finem*, & *decis.* 92. *num.* 24. Oliba *de jure fisci*, 11. *à num.* 13. & *cap.* 14. *à num.* 83. Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 42. & *de regal. cap.* 11. *à num.* 4. & *in pract. Vicar. Barcinonæ*, *rub.* 11. Cancer. *par.* 3. *var. resol. cap.* 10. *à num.* 16. Fontanella *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. & *decis.* 200. & 266. *par.* 1. & *decis.* 313. *sed. par.* 1. ex Valentinis Regens Leon *decis.* 208. *à num.* 26. *lib.* 2. Mattheu *de reg. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. & *sect.* 1. 2. & 4. ex Sardis Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. ex Majoricensibus Dametus *in histor. Majoricar. lib.* 1. §. 21.

Fuitque communicata Regnis Valentiæ, Sardiniæ, 18
Majoricarum, & Insulis Minoricarum, & Ivicæ, ut exponam *decis. seq. à num.* 5. *usque ad num.* 13.

Ex qua, præcipuè ex capite quarto (de quo est meum 19
institutum tractare) clarè infertur, quòd post diem 11. Juni 1372. quo fuit dicta concordia firmata, extante dubio, controversia, contentione seu competentia, an casus, res, persona, jurisdictio, vel causa pertineret, & spectet ad judicem ordinarium Ecclesiasticum, utpotè ad Archiepiscopum, Episcopos seu eorum Officiales, & Vicarios generales ex una, vel ad dominum Regem, Locumtenentem generalem, vel Vicarium, seu alium Judicem Regium ordina-

rium ex altera, quòd communes personæ eligantur (vulgò dicti arbitri) videlicet una pro parte domini Regis , & altera pro parte Ecclesiæ quæ bona fide , & sub juramento dolo , & fraude cessantibus, dubium, contentionem , seu competentiam infra tres menses deciderent , & decidant , (qui hodie sunt reducti ad quinque dies) & casu quo noluerint vel non potuerint infra prædictum tempus dubium, seu contentionem decidere , eligerent seu eligant tertium , (qui hodie est Dominus Cancellarius ,) qui cum dictis arbitris , vel altero illorum dictum dubium , seu contentionem decideret , & decidat , & ejus decisioni pareatur sub pœna quingentorum morabatinorum & quòd interim processus conquiescant, donec fuerit terminatum , ut habetur de jure nostro *in pragmat.* 1. *tit. de conten. jurisdict.* Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 172. Oliba *de jure fisci* , *cap.* 14. *num.* 20. *in fine*, Peugera *in pract. cr. cap.* 26. *nu.* 7. *versic. Ulterius*, Ripoll. *de reg. cap.* 11. *num.* 7. *& var. cap.* 1. *nu.* 42. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. Cancer. *par.* 3. *var. resol. cap.* 10. *num.* 16. *&* 17. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *num.* 5. *& decis.* 200. *num.* 3. *par.* 1. *& decis.* 323. *num.* 8. *par.* 2. de Regno Valentiæ *forus* 10. *de jurisdict. omni. jud.* Cerdan *in arbore juris. verbo el Canceller* , *& in visit. carcer. cap.* 5. *num.* 15. Regens Leon *decis.* 20. *in princ. par.* 1. *& decis.* 208. *num.* 26. *par.* 2. Mandariaga *de Senatu*, *& Principe*, *cap.* 2. §. 7. *versic. Ay otro Ivez* , Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *nu.* 9. *&* 10. *ex* Sardis Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 51. *num.* 12. ex Majoricensibus Dametus *in histor. Majoricar. lib.* 1. §. 21. ex exteris notarunt Sesse *decis.* 113. *num.* 37. *lib.* 2. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 1. *numer.* 259. Diana *resol. moral. par.* 7. *tract.* 10. *resol.* 5.

20 Hæc autem forma declarandi contentiones à nostra concordia stabilita , & si dispositioni juris communis contraria sit , ut dixi *decis.* 2. saluberrimum procedendi medium fuit à Serenissima Domina Regina Eleonora , & Cardinale Bertrando Convenarum per electionem arbitrorum constitutum , à sacris Canonibus desumptum ; ad instar nominationis arbitrorum , quando adest contentio inter duos Judices delegatos , juxta text. *in cap. Pastoralis de rescriptis* , & per me tradita *infrà decis.* 33. & ad instar nominationis arbitrorum , quando judex Ecclesiasticus est suspectus , juxta textum *in cap. suspicionis* , *de offic. delegati* & per me tradita *infra decis.* 18. *numer.* ut tradit post alios Mattheu *de regim. Regn. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 12. *in fine* , *&* *num.* 13.

21 Dixi saluberrimum procedendi medium , quia manifestissimo experimento quotidie comperimus quàm pacificè , quàm sine tumultu , & quàm sine alterius partis præjudicio disceptationes , controversiæ , & competentiæ inter Judices Ecclesiasticos , & Sæculares Regios ordinarios decidantur , Fontanella *de pact. nupt. com.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 3. *num.* 20. *& decis.* 324. *num.* 14. *par.* 2. cujus verba transcripsit Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 17. nec mirum cum divinitùs ista concordia per majores nostros excogitata fuit , ut ait Fontanella *dicta glos.* 4. *claus.* 13. *par.* 3. *numer.* 20. seu ut innuit Mattheu *dicto cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 13. *in fine* , statuta fuit ex Apostolica dispositione.

22 Inducta etiam fuit ad favorem jurisdictionis Ecclesiasticæ ; nam si antiquitùs contentio inter Judices Ecclesiasticum , & Sæcularem in Cathalonia, Valentia , & Sardinia per solum Dominum Regem declarabatur , *ut dixi decis.* 3. statuens nostra concordia , ut declaretur per arbitros , unum pro parte Ecclesiæ , alium pro parte Domini Regis , & in casu discordiæ per tertium , qui est hodie Dominus Cancellarius , causa Ecclesiæ potior facta fuit , ita probat Mattheu *de reg. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 14. *ad* 18. qui *num.* 17. laudat Fontanella , *de pact. nup. t.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *p.* 3. *n.* 10. *& decis.* 318. *num.* 3. *& decis.* 324. *numer.* 24. *par.* 2. Sesse *decis.* 113. *in princ. lib.* 2. idem Mattheu *dicto c.* 7. §. 1. *sect.* 3. *nu.* 98. *in fine*.

23 Nec existimes hanc nostram concordiam solùm comprehendere casus , quibus Ecclesiasticus cognoscit de causis Laicorum , ut aliqui falsò opinantur , moti *ex cap.* 1. *&* 4. gravaminum quæ Archiepiscopus , Prælati , & Clerus Provinciæ Tarraconæ asserebant eis fore illata per Dominum Regem , suos Officiales , ex *cap.* 1. relato *suprà numer.* 3. ibi: *Quia Prælati nolunt revocare processus Ecclesiasticos contra Laicos justissimè factos* , & ex cap. 4. relato *suprà num.* 6. ibi : *Quia notoriè citantur Prælati* , *& eorum Officiales ad instantiam Laicorum ut compareant in Audientia Regia ubi comminantur* , *ut revocent processus Ecclesiasticos justè* , *& ritè factos* , ut refert Mattheu *de reg. Reg. Val. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 20. 21. *&* 22.

Sed etiam nostram concordiam comprehendere ca- 24
sus , quibus Ecclesiasticus cognoscit de causis Clericorum , quos Judex Sæcularis ad se pertinere prætendit , & è contra , quinimò comprehendere omnes quæstiones , & controversias inter Judices Ecclesiasticos , & Sæculares Regios ordinarios , tàm super jurisdictione , quàm super immunitate Ecclesiæ , quibus ipsi casum , rem , personam , jurisdictionem , vel causam ad se respectivè pertinere prætendunt , & ita interpretatam fuisse nostram concordiam à Sede Apostolica , patet ex Bulla Julii data Romæ 20. Martii 1551. propè finem , *versic. per præsentes statuimus* , *& ordinamus* , & ex alia Bulla ejusdem III. data Romæ 29. Januarii 1555. *in principio* , *versic. Et quod nos postea tuis in ea parte supplicationibus inclinati* & propè finem *versic. Nos igitur jurisdictionem* , *&c.* & ex Bulla Pii V. data Romæ 12. Maii 1571. ante medium , *versic. Quodque juxta constitutiones* , *& statuta Regni Aragonum* , *&c.* & ex Bulla Gregorii XIII. data Romæ 15. Decembris 1574. *in principio versic. Exponi siquidem nobis nuper fecit &c. & post medium* , *versic. Nos igitur prædicti Philippi Regis* , *&c.* quas Bullas ad litteram referam , *infrà decis.* 7. *num.* 89. 92. 95. & 97. ita intellexerunt practici nostri Cathalani indistinctè loquentes , signanter Michael Ferrer *par.* 3. *obser. cap.* 172. *cum plurib. sequent.* Oliba *de jure fisci* , *cap.* 11. Peguer. *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *& decis.* 79. *in prin.* Ripol. *var. cap.* 1. *num.* 42. *& de regal. cap.* 11. *numer.* 7. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 16. Fontanella *tom.* 1. *de pac. nupt. claus.* 4. *glo.* 13. *p.* 3. *& decis.* 200. *numer.* 3. *par.* 1. *& decis.* 301. *cum seq. præcipuè decis.* 313. *cum seq. par.* 2. practici Valentini , ut Regens Leon *decis.* 3. *&* 20. *lib.* 1. *& decis.* 154. *lib.* 2. Cerdan. *in arbore jurisdict. verbo el Canceller* , *& in visit. carcer. cap.* 5. *num.* 17. Mandariaga *de Senatu*, *& Principe cap.* 4. §. 7. novissimè contraria proponens & illis respondens omninò videndus doctissimus Mattheu *de reg. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *num.* 25. qui *num.* 53. plures decisiones Cancellarii Valentiæ laudat , *& sect.* 3. *numer.* 82. *ad* 84. plura alia exempla refert , Practici Sardi , ut Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. Practici Aragonenses Bardaxi , & Portoles *foro* 1. *de competen. jurisdict.* Sesse *decis.* 113. *num.* 1. *lib.* 2. *& de inhibitionib. cap.* 9. §. 1. *num.* 12. Ramirez *de lege Regia* , §. 2. *num.* 4. Molinos *in prax. jud. Reg. Arag. tit. processo de competen. jurisdict. fol.* 333.

ARGUMENTUM.

De Regiis pragmaticis , foris , & constitutionibus Regnorum Coronæ Aragonum , mandantibus observare concordiam Reginæ Eleonoræ , & Bertrandi Cardinalis Convenarum , ac circa eam disponentibus.

SUMMARIUM.

1 *Rex Martinus mandavit observare concordiam Reginæ Eleonoræ , & Cardinalis Convenarum.*

2 *Rex Ferdinandus I. mandavit observare concordiam*

diam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum.

3 *Reges Aragonum plures ordinarunt pragmaticas in Cathalonia super intelligentia concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum & plures constitutiones, & num.* 4.

5 *Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum fuit communicata per Julium Papam III. Regnis Sardiniæ, Majoricarum, & insulis Minoricarum, Ivicæ.*

6 *Imperator Carolus V. mandavit observare in Regno Sardiniæ, & Majoricarum Bullam Julii Papæ III.*

7 *Rex noster Catholicus Philippus IV. mandavit observare in Regno Sardiniæ concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Bullam Julii Papæ III. pragmaticas, & constitutiones Cathaloniæ de competentia disponentes.*

8 *Rex N. Catholicus Philippus IV. plures ordinavit pragmaticas in Regno Sardiniæ pro intelligentia concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum.*

9 *Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum fuit mandata observari in Regno Sardiniæ cum delegatis ad universitatem causarum.*

10 *Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum fuit communicata Regno Valentiæ.*

11 *Reges Aragonum plures ordinarunt foros in Regno Valentiæ pro intelligentia concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum.*

12 *Valentini tenentur servare constitutiones Cathaloniæ, quoad contentiones disponentes.*

13 *Reges Aragonum plures ordinarunt foros in Regno Aragonum pro decidendis competentiis inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares.*

DECISIO V.

1 COncordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum (ut à Principatu Cathaloniæ exordiar,) fuit post plures annos mandata observari per Serenissimum Dominum Regem Martinum sua Regia Pragmatica data Barcinonæ 28. Martii 1409. ut refert Regens Vico *ad pragmatic. Reg. Sardin. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 15. quæ legitur *in pragmatica, quia olim* 2. *de content. jurisdict. in* 2. *volu. constitutionum*, & apud eumdem Regentem Vico, *loco relato numer.* 16.

2 Verùm quia Regii ministri imprudenter recedebant ab observantia dictæ concordiæ; ad petitionem Archiepiscopi Tarraconæ, Episcoporum, Prælatorum, Capitulorum, & Cleri totius stamenti Ecclesiastici Provinciæ Tarraconæ, Serenissimus Dominus Rex Ferdinandus primus in Curiis Barcinonæ super observantia dictæ concordiæ mandavit publicare aliam pragmaticam datam Barcinonæ 20. Junii 1413. ut refert Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 17. quæ legitur *in pragmatica quia Reverendus* 3. *de content. jurisdict. in* 2. *volum. constitutionum*, & apud eumdem Regentem Vico, *loco cit. num.* 18.

3 Et quia secundùm occurrentiam, & varietatem negotiorum offerebantur plures, & variæ difficultates super intelligentia, & interpretatione dictæ concordiæ, pro parte stamenti Ecclesiastici diversis temporibus, & occasionibus Curiam Cathaloniæ fuerunt repræsentatæ Serenissimis Dominis Regibus Aragonum, qui plures ordinarunt pragmaticas, ut refert Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 19. quæ leguntur in secundo volumine constitutionum Cathaloniæ *in pragmat. visis* 4. *pragmat. præterea* 5. *pragmatica primierament.* 6. *pragmat. mes supplica.* 7. *pragmat. encara* 8. *pragmat. encara* 9. *pragmat. per la expeditio* 10. *pragmat. mes supplica* 11. *pragmat. supplica encara* 12. *pragmat. fuit per inclitum* 13. *de content. jurisdict.* & apud eumdem Regentem Vico *dicto tit.* 51. *num.* 20. *ad* 36.

4 Sed cùm quotidie nova emergerentur dubia super dictæ concordiæ intelligentia, Serenissimi Domini Reges in Curiis generalibus cum voto, consensu, & interventione totius brachii Ecclesiastici fecerunt, & ordinarunt plures Constitutiones, quæ leguntur *in constit. com. par la pragmatica* 1. *constit. com. sic ordenat.* 2. *constitut. perque la electio* 3. *constit. perque se puga* 4. *constit. perque apar.* 5. *de content. jurisdict. in* 1. *volu. constitut.* & apud Regentem Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *numer.* 37. *ad* 42.

Cùm autem in Regnis Sardiniæ, & Majoricarum, & Insularum Minoricarum, & Ivicæ quotidiè 5
suscitarentur dubia, & contentiones, seu competentiæ jurisdictionis inter Curias Ecclesiasticam, & Sæcularem super casus in concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum contentos, & expressos. Cæsarea Majestas Serenissimi Domini Imperatoris, & Regis Caroli quinti pro pace, & quiete suorum Regnorum & Tribunalium impetravit à fœlici recordatione Julii Papæ III. quòd dicta concordia observaretur in dictis Regni Sardiniæ, Majoricarum, & Insularum Minoricarum, Ivicæ, suo Brevi dato Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 20. Martii 1551. Pontificatus sui anno secundo, ut refert Illustrissimus Dominus Vicecancellarius Don Christoph. Crespi de Valdaura *obser.* 63. *numer.* 3. *in fine par.* 2. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 42. quod Breve ad litteram refertur *infra decis.* 7. *num.* 89. & Potentissimus ac Catholicus Dominus noster Rex Philippus IV. nunc fœliciter Regnans sua Regia epistola data Matriti, 10. Aprilis 1650. scripsit Eminentissimo Domino Theodoro Cardinali Principi Trivulcio Proregi Sardiniæ, dictam concordiam communicatam fuisse per Sedem Apostolicam Regno Sardiniæ, quæ habetur in libro Regiarum epistolarum Regiæ Audientiæ illius Regni, *fol.* 289.

Et hujusmodi litteras Apostolicas Julii Papæ III. & 6
omnia, & singula in eis contenta Serenissima Domina Maria Regina Bohemiæ Locumtenens, & Gubernatrix generalis Regnorum Coronæ Aragonum pro Serenissimo Domino Imperatore, & Rege Carolo V. mandavit inconcusse in illis Regnis observare, suis Regis litteris datis in oppido Vallisoleti, 16. Maii 1551. Dametus *in historia Majoricar. lib.* 1. §. 21. *propè finem*, quæ habentur in libro gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ, *fol. inferiori* 83. *cum seq.* Serenissimus Dominus Rex Philippus II. mandavit pariter dictam concordiam observare, sua Regia epistola scripta D. Gastoni de Moncada Proregi Sardiniæ, data Vallisoleti, 7. Augusti 1592. quæ habetur in libro regiarum epistolarum Regiæ Audientiæ Regni Sardiniæ, *fol.* 27.

Et invictissimus Dominus noster Rex Philippus IV. 7
mandavit observare, & practicare in Regno Sardiniæ dictam concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Breve Julii Papæ III. pragmaticas, & constitutiones Cathaloniæ de competentia jurisdictionum inter Curias Ecclesiasticas & Sæculares tractantes, ut per Regentem Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *à principio, usque ad numer.* 45.

Et sicut in Cathalonia pro negotiorum occurren- 8
tia, per Serenissimos Dominos nostros Reges super intelligentia, & interpretatione dictæ concordiæ, plures fuerunt conditæ pragmaticæ, & constitutiones: Catholicus, ac Potentissimus Dominus noster Rex super illius intelligentia aliquas ordinavit pragmaticas, quas refert Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tit.* 5. *cap.* 1. *& tit.* 7. *cap.* 8. *& 9. & tit.* 11. *cap.* 12. *& tit.* 12. *cap.* 9.

Cæterùm, quia dubitabatur in Regno Sardiniæ, 9
si dicta concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ & Cardinalis Convenarum erat observanda, & practicanda cum Judicibus Ecclesiasticis delegatis ad universitatem causarum, ad suplicationem Serenissimi Domini Regis Philippi secundi, Romanus Pontifex Gregorius XIII. suo motu proprio, dato Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, 15. Decembris 1574. Pontificatus sui anno tertio,

ſtatuit, quòd dicta concordia quæ ſervabatur in Regno Sardiniæ cum Eccleſiaſticis ordinariis, ſervaretur ab inde cum delegatis ad univerſitatem cauſarum, tradit Regens Vico, *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 2. tit. 51. num. 45.* Eſſe *deciſ. 113. num. 33. verſic. Et non ſolum lib. 2.* & ad litteram refertur *infrà deciſ. 7. numer. 97.*

10 Sed cùm eadem dubia ſuſcitarentur in Regno Valentiæ, prout in Principatu Cathaloniæ, & Regnis Sardiniæ, ac Majoricarum: noſtra concordia Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum fuit communicata ad illud Regnum, ut conſtat ex Bulla Julii Papæ III. data 24. Novembris 1551. de qua infra *deciſ. 7. num. 90.* & ex alia Bulla ejuſdem Julii Papæ III. data 29. Januarii 1555. quæ ad litteram refertur *infra deciſ. 7. num. 92.* & tradunt Cerdan. *in viſit. carcer. cap. 5. num. 16. verſic. y parque, & num. 17. glo. littera E*, Regens Leon, *deciſ. 208. nu. 26. lib. 2.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. per totum*, & probat *forus 10. de juriſdict. omni. jud.*

11 Super cujus concordiæ intelligentia pariter in Regno Valentiæ per Sereniſſimos Dominos noſtros Reges in Curiis generalibus cum interventu, voto, & conſenſu totius brachii Eccleſiaſtici plures fuerunt ordinati, & conditi fori, qui habentur *à foro 11. cum ſeqq. de juriſdict. omni jud. & in foris anni 1567. fol. 1.* Et dicto *foro 11.* cavetur, quòd in Regno Valentiæ ſerventur conſtitutiones Cathaloniæ, quoad contentiones diſponentes, & tradit Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom. 2. capit. 7. §. 1. ſect. 4. ſub num. 120. & 125. & ſect. 5. num. 194.*

12 In Regno verò Aragonum, quia plures oriebantur competentiæ juriſdictionis inter Curias Eccleſiaſticas, & Sæculares, & unaquæque prætendebat eſſe judicem rei, cauſæ, perſonæ, vel juriſdictionis de quibus agebatur, & ad illam terminandam aſſignabat banchum Regium, ubi dabantur plures conflictus, ex quibus quælibet ex Curiis prætendebat illius cognitionem, fuerunt editi fori competentiarum, Seſſe *deciſ. 113. numer. 2. lib. 2.* Molinos *in prax. jud. Reg. Aragon. tit. proceſſo de competent. juriſdict.* qui leguntur *in tit. de competen. juriſdict.* & apud Portoles ad Molinum *poſt §. Clericus.*

ARGUMENTUM.

De hodierna praxi declarandi contentiones, & competentias inter Judices Eccleſiaſticos & Sæculares Regios Ordinarios, tam quoad perſonas, quàm quoad terminos in Regnis Coronæ Aragonum.

SUMMARIUM.

1 *Praxis terminandi, & decidendi contentiones in Cathalonia undè colligatur.*

2 *Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, quid diſponat circa perſonas quæ debent in Cathalonia decidere contentionem, & quid circa terminos, & num. 5.*

3 *Privilegium Regis Alphonſi IV. conceſſum ſtamento Eccleſiaſtico quid diſponat circa perſonas, quæ in Cathalonia debent decidere contentionem, & quid circa terminos infra quos eſt declaranda contentio, & num. 6.*

4 *Privilegium Regis Ferdinandi ſecundi conceſſum ſtamento Eccleſiaſtico quid diſponat circa perſonas, quæ contentionem in Cathalonia decidere debent, & quid circa terminos infra quos eſt contentio declaranda, & num. 7.*

8 *Privilegium aliud conceſſum ſtamento Eccleſiaſtico per Regem Ferdinandum II. quid diſponat circa terminos infra quos Cancellarius contentionem declarare tenetur.*

9 *Praxis hodierna refertur terminandi, & decidendi in Cathalonia contentiones, ſeu competentias inter judices Eccleſiaſticos, & Sæculares Regios Ordinarios.*

10 *Quæ ſervatur in Regno Aragonum.*

11 *In Regno Valentiæ.*

12 *Et in Regnis, Sardiniæ, Majoricarum, & Inſulis Minoricarum, & Ivicæ.*

DECISIO VI.

EX concordia Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *de qua ſuprà deciſ. 4.* & ex Regiis pragmaticis, & conſtitutionibus Principatus Cathaloniæ, & aliorum Regnorum, *de quibus ſuprà deciſ. 5.* colliges hodiernam praxim, & formam decidendi, & terminandi contentiones, & competentias inter Judices Eccleſiaſticos, & Sæculares Regios Ordinarios, tam in perſonis, quàm in terminis, ſeu temporibus, ut notat Ferrerius, *par. 3. obſer. cap. 172. verſ. 2.* ibi: *qua forma.* 1

Et in primis quoad perſonas, quæ debent definire, & declarare contentiones, & competentias in Principatu Cathaloniæ inter Judices Eccleſiaſticos, & Sæculares Regios Ordinarios, ut facilius percipias, & dubitandi occaſio enervetur, reduco ad memoriam, quòd ſecundùm concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, firmatam 11. Junii 1372. *cap. 4.* concordatum, & diſpoſitum fuit, quòd pro decidenda contentione, ſeu competentia inter Judices Eccleſiaſticos, & Sæculares, Regios Ordinarios, eligantur duæ perſonæ communes, una pro parte Domini Regis, & alia pro parte Eccleſiæ, quæ ambæ infra tempus præfixum bona fide ſub juramento, dolo, & fraude ceſſantibus, dubium deciderent, & ſi infra tempus præfixum non potuiſſent concordare, tenerentur eligere tertium, qui cum ambobus, vel altero illorum infra tempus ſtatutum dictum dubium deciderent, ut habetur *in pragmat. 1. de content. juriſdict.* notat Ferrer. *par. 3. obſer. cap. 172. verſ. ſecundùm tamen*, ibi: *ideo ut facilius*, & alii citati *ſuprà deciſ. 4. num. 19. & infra deciſ. 16. num. 79.* 2

Hæc autem praxis, ſive forma reſpectu perſonarum fuit poſtea innovata anno 1418. in cap. 2. Sancti Cucuphatis, in quo ſine præjudicio dictæ concordiæ ad petitionem ſtamenti Eccleſiaſtici fuit diſpoſitum, quòd ſi dictæ perſonæ arbitri nominatæ, dubium, competentiam, ſeu contentionem infra tempus præfixum non terminaverint, Cancellarius cum ambobus, vel altero ipſorum decidere teneatur, ſi præſens fuerit in Regia Curia: Cancellario autem à Regia Curia abſente, dictæ duæ perſonæ eligere teneantur tertium, qui cum ambobus, vel altero ipſorum dictum dubium decidat & in cap. 3. Sancti Cucuphatis additum fuit, quòd ſi dictæ duæ perſonæ non poſſint in electione tertii concordare, tali caſu habeatur pro tertio Cancellarius Domini Regis, qui cum ambobus, vel altero ipſorum juxta concordiam procedat, ut habetur in privilegio conceſſo ſtamento Eccleſiaſtico per Sereniſſimum Dominum Regem Alphonſum IV. dato in Sancto Cucuphato 11. Septembris 1418. *relato in pragmat. viſis 4. §. 2. & 3. de content. juriſdict.* notat Ferrerius, *part. 3. obſer. cap. 172. verſic. Secundum*, ibi: *poſtea vero* & dicam *infra deciſ. 19. num. 2.* 3

Deinde anno 1490. Curia Dertuzæ, de qua fit mentio in privilegio conceſſo ſtamento Eccleſiaſtico per Sereniſſimum Dominum Regem Ferdinandum II. dato in Villa de Almanca, 23. Aprilis 1496. fuit diſpoſitum, quòd ſi dicti duo arbitri infra tempus eis præfixum non declaraverint, vel ſint diſcordes, tali caſu Cancellarius, ſi præſens fuerit in loco, ubi celebratur Regia Audientia, ſit tertius, qui teneatur voto alterius ex arbitris adhærere, & caſu quo Cancellarius ſit abſens à loco, ubi celebratur Regia Audientia, Dominus Rex, vel ejus Locum tenens generalis, aut in ejus abſentia gerens vices generalis Gubernatoris teneatur nominare unam perſonam Eccleſiaſticam in locum dicti Cancellarii, ut habetur *in pragmatica Primierament. 6. de content. juriſdict.* & docet Ferrerius *par. 3. obſer. c. 172. verſic.* 4

Poſtea

Postea verò in Curia, & dicam infrà *decis.* 17. *numer.* 3. *& decis.* 19. *num.* 3.

5 Secundo loco quod ad terminos infra quos dubium, contentio, seu competentia jurisdictionis per Judices Ecclesiasticos, & Sæculares Regios, Ordinarios terminari, ac decidi debeat scire pariter debes, hodie esse diversos à terminis olim statutis; nam in concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum firmata 11. Junii 1372. statutum fuerat, quòd dictæ duæ personæ arbitri nominatæ per dictas duas Curias Ecclesiasticam, & Sæcularem Regiam, ordinarias electæ, dubium, seu contentionem terminare, & decidere tenebantur infra tres menses, bona fide sub juramento, dolo, & fraude cessantibus, aliàs in casu discordiæ per dictas personas eligendus erat tertius, qui dictum dubium seu contentionem infra unum mensem determinare teneretur, ut habetur *in cap.* 4. *dictæ concordiæ relato in pragmat.* 1. *de content. jurisdict.* notant Ferrer. *part.* 3. *obs. cap.* 172. *versic. Postea verò*, ibi: *termini intra quos*, & alii relati *suprà decis.* 4. *numer.* 19. & infrà *decis.* 16. *à numer.* 79. *& decis.* 17. *numero* 22.

6 Hæc autem forma respectu terminorum fuit pariter innovata anno 1418. in cap. 2. Sancti Cucuphatis, in quo fuit dispositum, quòd infra quinque dies duæ personæ litteratæ, una pro qualibet Curia eligerentur, qui infra decem dies dubium, seu contentionem terminarent; & si infra dictos decem dies concorditer non declarassent, Cancellarius si præsens esset in Regia Curia, infra tres dies decidere teneretur; si autem esset absens, dictæ duæ personæ infra tres dies tertium eligere tenerentur, qui infra sex dubium decidere haberet, ut habetur in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Domnum Regem Alphonsum IV. dato in sancto Cucuphato 11. Septembris 1418. *relato in pragvisis* 4. §. 2. *de content. jurisd.* docet Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 172. *versic. Postea verò in Curia Dertuzæ*. ibi, *termini intra quos*, *in fine*, *& infra decis.* 16. *num.* 80. *& decis.* 17. *num.* 22.

7 Deinde in capitulis Curiæ Dertuzæ, de quibus fit mentio in privilegio concesso brachio Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum secundum, dato in Villa de Almanca, 23. Aprilis 1496. capite 1. fuit dispositum, quòd duo arbitri infra tres dies eligerentur, qui infra quinque dies declarare teneantur; & ipsis discordibus, quòd Cancellarius si sit præsens, ubi celebratur Regia Audientia, dubium declarare teneatur infra decem dies, ut habetur *in pragmatica Primerament.* 6. *de conten. jurisd.* & docent Ferrer *par.* 3. *obs. cap.* 172. *versi. Postea verò in dictis capitulis*, & infra *dec.* 17. *n.* 22.

8 Denique alio privilegio concesso stamento Ecclesiastico per eumdem Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum secundum, dato in Villa Montissoni, 2. Septembris 1510. cap. 6. fuit dispositum, quòd Cancellarius declarare teneatur intra triginta dies cessante impedimento infirmitatis, aliàs quòd contentio habeatur pro declarata in favorem Ecclesiæ ut probat *pragmat. Por la expedicio* 10. *de contention. jurisdict.* docet Ferrer *par.* 3. *obser. cap.* 172. *versic. Postea verò in dictis capitulis*, *circa medium*, ad quod se remittit Ferrer *par.* 3. *c.* 84. Peguerra *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. Ulterius*, *in fine*, & latiùs *infra decis.* 17. *num.* 22. *dec.* 20. *num.* 1. *dec.* 24. *num.* 1.

9 Ex quibus omnibus fit, quòd hodie per dictam concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & per alia jura municipalia Principatus Cathaloniæ pro contentionibus, dubiis, sive competentiis decidendis, & terminandis inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares Regios, Ordinarios, Judex qui prætendit rem, causam, personam, vel jurisdictionem ad se pertinere, debet in primis litteris repetitoriis, exhortatoriis, sive inhibitoriis, in quibus causam, personam, vel jurisdictionem ab alio præventas, & cæptas repetit, ad declarandam competentiam, sivè contentionem arbitrum nominare tenetur, & alter Judex cui fuerint litteræ præsentatæ, intra tres dies à die præsentationis primarum litterarum computandos, primo judici respondere tenetur, nominando ad eumdem effectum alium arbitrum, qui duo arbitri à dictis judicibus nominati, unus pro Curia Ecclesiastica, & alter pro Curia Sæculari intra quinque dies computandos à die quo litteræ responsivæ secundi judicis fuerint intimatæ primo judici, dictam competentiam jurisdictionis declarare tenentur. Quòd si arbitri concordes non sint, vel infra dictos quinque dies non declaraverint, causa devolvitur ad Cancellarium Judicem medium inter utramque jurisdictionem, qui declarare, & pronuntiare tenetur intra triginta dies, post illos quinque dies datis arbitris ad declarandum numerandos, aliàs censetur competentia, seu contentio declarata in favorem Ecclesiæ, probantur hæc omnia *in pragmat.* 1. *prag. Primierament.* 6. *pragmat. Por la expedicio* 10. *de conten. jurisdict.* & constat ex motu proprio Gregorii XIII. relato ad litteram *infra decis.* 7. *num.* 97. & docent Michael Ferrer *par.* 3. *observan. cap.* 172. *versic. Postea verò* Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 7. *& var. cap.* 1. *numer.* 42. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. Cancer *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 16. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. Ulterius verò*, Fontanella, *decis.* 200. *num.* 3. *par.* 1. *& decis.* 323. *num.* 8. *& decis.* 499. *numer.* 17. *par.* 2. *& de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *numer.* 5. & latè de his suis propriis locis in explicatione hujus praxis.

Quæ praxis pariter observatur in Regno Aragonum, solùm quòd Cancellario per forum novum præter triginta dies, alii quinque dies ad declarandum superadduntur, probat *forus* 1. *de competent. jurisdict. juncto foro unico de Cancellar. competen. fol.* 4. & constat ex motu proprio Pii quinti relato ad litteram *dec.* 6. *num.* 95. Bardaxi, *foro* 1. & ibi latè Portoles, *de competent. jurisdict.* idem Bardaxi, *foro* 4. *num.* 1. *in fine*, *eod. tit.* Suelves *cons.* 32. *in prin. & cons.* 33. *in prin. lib.* 1. *& cons.* 10. *in princ. lib.* 2. *& cons.* 2. *in prin. lib.* 3. Sesse, *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 25. *& §.* 2. *num.* 1. *& decis.* 113. *num.* 1. *& 37. lib.* 2. Ramirez *de lege Rege* §. 2. *num.* 4. Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. de competent. jurisd. fol.* 33. Diana *resol. mor. par.* 7. *tract.* 10. *resol.* 5. *versic. Nec supra dictis*, Urrutigoyti *in pastor. regul. par.* 1. *clau.* 10. 3. *& 30.* 10

Et in Regno Valentiæ, *forus* 10. *cum seq. de jurisd. omni. jud.* Regens Leon, *decis.* 2. *num.* 1. *& dec.* 20. *num.* 1. *lib.* 1. *& decis.* 154. *lib.* 2. Cerdan *in arbor. jurisd. verbo el Cancellar. & invisit. carcer. cap.* 5. *num.* 15. Mandariaga *de Senatu*, *& Principe*, *cap.* 2. §. 7. *versic. Ay otro Ivez*, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 9. *&* 10. *& sect.* 4. *num.* 120. 11

Et in Regnis Sardiniæ, Majoricarum, & in Insulis Minoricarum, & Juicæ, notat Sesse *decis.* 113. *num.* 37. *lib.* 2. & constat ex Bulla Gregorii decimi tertii relata ad litteram *infrà decis.* 7. *num.* 97. & ex traditis per Regentem Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. 12

ARGUMENTUM.

De privilegiis Apostolicis tacitis, præsumptis, & expressis approbantibus, & confirmantibus concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, Regias pragmaticas, foros, & constitutiones contentionum, & competentiarum Regnorum Coronæ Aragonum.

SUMMARIUM.

1 *Statuta, fori, & constitutiones Coronæ Aragonum in materia contentionis competentiæ inter Ecclesiasticum, & Sæcularem disponentia, quidam existimant non valere, sed contrarium, num.* 18.

2 *Statuta contra Eccleſiaſticam libertatem non valent.*
3 *Sive directè, ſive indirectè illam lædant.*
4 *Judices facientes, & obſervantes ſtatuta contra Eccleſiaſticam libertatem excommunicationem incurrunt, etiam Bullæ* in Cœna Domini.
5 *Statuta dicuntur contra libertatem Eccleſiaſticam, quando adverſantur privilegiis, Eccleſiis, vel Clericis à Deo, Papa, vel Principibus ſæcularibus conceſſis.*
6 *Statuta dicuntur contra Eccleſiaſticam libertatem, quando auferunt Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis, quæ de jure communi canonico, vel civili conceſſa ſunt.*
7 *Poteſtas & voluntas in omnibus actibus humanis, conſideranda ſunt.*
8 *Poteſtas ſtatuendi requiritur ad validitatem ſtatuti.*
9 *Statuta Laicorum perſonas Eccleſiaſticas, & eorum bona non afficiunt.*
10 *Clerici ſunt exempti à poteſtate ſæculari.*
11 *Etiam ſi Judex Sæcularis eſſet Rex, vel Imperator.*
12 *Idque à jure divino, intellige, ut num.* 40.
13 *Clerici privilegio fori renuntiare non poſſunt, nec cum juramento, nec cum conſenſu Epiſcopi.*
14 *Clerici in minoribus ſunt exempti poteſtate ſæculari.*
15 *Cui exemptioni non poſſunt de jure renuntiare, licèt benè de facto.*
16 *Conſuetudo etiam immemorialis non valet, quòd clerici conveniantur coram Judice Sæculari.*
17 *Immunitas Eccleſiæ eſt de jure divino, ſed contra, num.* 41.
18 *Statuta, & conſtitutiones Coronæ Aragonum circa contentiones, & competentias diſponentia ſunt auctoritate Apoſtolica confirmata, & num.* 100. & 102.
19 *Tollerantia, & ſcientia Papæ ſecundùm aliquos, non diſpenſat Principes Sæculares ad præſcribendum, & ſtatuendum contra libertatem Eccleſiaſticam, & n.* 20. 21. 22. 23. & 24.
25 *Tollerantia, & ſcientia Papæ ſecundùm alios in Regibus & principibus plurimum operatur, & habet vim Diſpenſationis, conſenſus, veri, & legitimi tituli, inducit validitatem actuum, & excuſat aliquas conſuetudines contra Eccleſiaſticam libertatem, & num.* 26.
27 *Tollerantia, & ſcientia plurimum operatur, ſi ex ea poteſt colligi approbatio Romani Pontificis, & plus operatur, quàm expreſsus conſenſus, nu.* 28. *& in non prohibitis à jure naturali pro expreſsa diſpenſatione habetur, nu.* 29.
30 *Conſuetudo immemorialis ſimul cum fama privilegii habet vim privilegii Papalis.*
31 *Statuta, & conſuetudines circa contentiones diſponentia, concurrit fama in tota Corona Aragonum, quòd habent fundamentum in conſtitutionibus Pontificiis.*
32 *Conſuetudo immemorialis ſuſtinetur, quando Princeps habet majora, & ſimilia privilegia.*
33 *Rex Hiſpaniæ habet plurima privilegia à Sede Apoſtolica conceſſa.*
34 *Reges Hiſpaniæ infinita obſequia Sedi Apoſtolicæ præſtiterunt.*
35 *Rex Hiſpiniæ eſt Patronus omnium Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum Regnorum.*
36 *Rex Hiſpaniæ eſt Patronus omnium Beneficiorum vacantium per promotionem ad Prælaturas, & alias Dignitates.*
37 *Rex Hiſpaniæ ſequeſtrat in Cathalonia fructus Beneficiorum regalium, & Abbatiarum vacantium ſui Regni Patronatus.*
38 *Rex Hiſpaniæ cognoſcit in Cathalonia de Beneficiis ſui juris Patronatus, & de eorum dotibus, & redditibus, etiam inter Clericos.*
39 *Rex Hiſpaniæ poſſidet decimas ſuorum Regnorum.*
40 *Clerici in temporalibus ſunt exempti à poteſtate Sæculari de jure poſitivo.*
41 *Immunitas Eccleſiæ non eſt juris divini, ſed Eccleſtici.*
42 *Judex Sæcularis non eſt incapax ad cognoſcendum de cauſis temporalibus Clericorum.*
43 *Conſuetudo Coronæ Aragonum cognoſcendi de competentia juriſdictionis potuit præſcriptione acquiri.*
44 *Immemorialis ubi non datur incapacitas, habet vim privilegii.*
45 *Scientia requiritur in præſcribendis juribus incorporalibus.*
46 *Fallit præſcriptione immemoriali.*
47 *Scientia Officialium ſufficit ad præſcriptionem jurium incorporalium.*
48 *Clerici ſunt exempti à juriſdictione Sæculari ex conſenſu totius Orbis Chriſtiani.*
49 *Princeps Sæcularis exemptionem Clericorum revocare non poteſt.*
50 *Papa in ordine ad bonum Eccleſiæ regimen potuit Clericos, & eorum res in temporalibus à juriſdictione Sæculari eximere.*
52 *Conſuetudo mixta Clericorum, & laicorum habet vim etiam in Eccleſiaſticis perſonis ex propria lege, & conſuetudine ipſis impoſita, & n.* 53. *intellige quando conſuetudo mixta non præjudicat ſacris Canonibus, num.* 54.
55 *Princeps Sæcularis jus divinum tollere non poteſt in ulla ſui parte,*
56 *Poteſt tamen illud declarare, & limitare.*
57 *Et idem eſt in conſuetudine, maximè immemoriali, & num.* 58.
59 *Feriæ inductæ à jure divino in honorem Dei poſſunt in certis caſibus ob publicam utilitatem reſtringi, & limitari, ibidem plura exempla referuntur.*
60 *Lex permittens homicidia ex cauſa valida eſt.*
61 *Statutum limitans ea quæ à jure divino prohibita ſunt, & numquam ab eo limitata non valet.*
62 *Statutum ſolum limitare poteſt jus divinum in pertinentibus ad juriſdictionem ſtatuentis.*
63 *Reges Aragonum in foris, & pragmaticis competentiarum totius Coronæ ſolùm diſponunt in iis, quæ ſpectant ad eorum juriſdictionem.*
64 *Clerici multis in caſibus ſubſunt juriſdictioni laicorum, remiſſivè.*
65 *Poſſeſſio, & uſus antiquiſſimus probat conceſſionem privilegii Apoſtolici.*
66 *Conſenſus Romani Pontificis concurrente ſcientia, & patientia illius præſumitur ex diuturnitate temporis.*
67 *Papæ plures fuerunt ex his Regnis Coronæ Aragonum.*
68 *Papæ ſcientia, & patientia quomodo probetur.*
69 *Papæ ſcientia, & tollerantia habet vim diſpenſationis,*
70 *Eccleſiaſtici viri, juſti, ſancti, & fidei Zelotes plures fuerunt in Regnis Coronæ Aragonum.*
71 *Reges Hiſpaniæ ſunt protectores S. Fidei.*
72 *Reges Hiſpaniæ ſunt protectores ſancti Concilii Tridentini.*
73 *Reges Hiſpaniæ ſunt protectores ſanctæ Matris Eccleſiæ.*
74 *Reges Hiſpaniæ ſunt anteſignani, & ſigniferi Eccleſiæ.*
75 *Reges Hiſpaniæ Regna ſua eripuerunt à manibus infidelium, & in eis Sanctam Fidem Catholicam introduxerunt.*
76 *Reges Hiſpaniæ vocantur Catholici.*
77 *Catholici pronomen dignius, antiquius, & excellentius eſt, quàm cognomen Chriſtianiſſimi.*
78 *Reges Hiſpaniæ non recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus.*
79 *Hiſpanica ditio in obedientia præſtanda Sedi Apoſtolicæ omnes alias excedit.*
80 *Reges Hiſpaniæ quod ipſi fecerunt in fidei propagatione omnem aliorum Regum ſuperat comparationem.*
81 *Reges Hiſpaniæ ſi injuſtam vidiſſent conſuetudinem, foros, & pragmaticas competentiarum, illas non tolleraſſent.*

82 *Nun-*

82 *Nuntius, & Legatus Hispaniarum Joannes Baptista Castaneus foros, & pragmaticas competentiarum approbavit, & fragmentum Brevis refertur, num.* 83.

84 *Papa solus, & nullus alius Prælatus inferior potest confirmare leges contra Ecclesiasticam libertatem, & num.* 103.

85 *Constitutiones, & leges Provinciarum factæ cum assistentia brachii Ecclesiastici, habent vim Canonis Provincialis, & ligant Ecclesiasticos, & eorum bona, & nu.* 86. *limita si dirimant jura, & immunitatem Ecclesiasticam, n.* 87.

88 *Julius Papa III. confirmavit concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & illam Regnis Sardiniæ, Mayoricarum, & Insulis Minoricarum, & Juicæ communicavit, & Bulla refertur, nu.* 89.

90 *Julius Papa III. concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum confirmavit, & illam Regno Valentiæ communicavit.*

91 *Julius Papa III. concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum confirmavit & communicavit Diœcesi Carthaginensi infra limites Regni Valentiæ, & Bulla refertur, nu.* 92.

93 *Paulus Papa III. foros competentiarum confirmavit.*

94 *Pius Papa III. Regias pragmaticas, foros, & constitutiones competentiarum totius Coronæ Aragonum approbavit, & confirmavit, & Bulla refertur, nu.* 95.

96 *Gregorius Papa XIII. foros, constitutiones & Regias pragmaticas competentiarum totius Coronæ Aragonum confirmavit, & observare mandavit in Regno Sardiniæ cum delegatis ad universitatem causarum, & Bulla refertur, nu.* 97.

98 *Paulus Papa V. foros competentiarum approbavit.*

99 *Clemens Papa VIII. praxim competentiarum in Regno Aragonum observare mandavit.*

101 *Confirmatio quando dicatur fieri in forma communi, & quando in forma specifica.*

104 *Papa confirmando statuta facit ea sua.*

105 *Papa totaliter, & in universum exemptionem Clericorum tollere non potest, & de ratione, nu.* 106.

107 *Papa ex causa publicæ utilitatis potest quoad certos Clericos, & quoad certas causas exemptionem Clericorum restringere, & limitare.*

108 *Papa potest privilegium alicui Principi Sæculari, vel Judici laico concedere ex causa potestatem judicandi respectu certorum Clericorum, & criminum.*

109 *Papa potest causas criminales Clericorum laicis delegare.*

110 *Papa potest jurisdictionem Ecclesiasticam laicis committere, non solùm quoad causas civiles, & criminales, sed etiam spirituales.*

111 *Papa in casibus non exceptis potest concedere facultatem extrahendi reos ab Ecclesia, & illos tradere Curiæ sæculari.*

112 *Papa potest concedere facultatem imponendi gabellas, & tributa Clericis.*

113 *Papa in omnibus contra jus divinum dispensare potest, præterquam contra articulos fidei, & contra universalem statum Ecclesiæ.*

114 *Jurisdictionis est, & non ordinis cognoscere de causis criminalibus Clericorum.*

115 *Papa potest delegare laicis quæ sunt jurisdictionis, non verò ea quæ sunt ordinis.*

116 *Princeps Sæcularis ex Pontificis privilegio in materia spirituali legitimè procedit.*

117 *Princeps Sæcularis ex Pontificis privilegio inter Ecclesiasticos, & de causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus cognoscit, absque derogatione immunitatis Ecclesiasticæ.*

118 *Princeps Sæcularis procedens in Ecclesiasticos ex Pontificis privilegio est à Sede Apostolica delegatus, & dicitur habere jurisdictionem tamquam Episcopus, num.* 119. & 120.

121 *Jurisdictio censetur tributa mandanti, non exercenti.*

122 *Possessio immemorialis cum allegatione privilegii cognoscendi causas Clericorum, & si de privilegio non doceatur, conservanda est.*

123 *Episcopi, & inferiores ordinarii non possunt delegare laico causas criminales clericorum.*

124 *Nec laico unà cum Clerico.*

125 *Nec Clerico conjugato.*

126 *Laicus potest esse Assessor in spiritualibus.*

127 *Laicus mandato Episcopi non potest de jure torquere Clericum, secus de consuetudine.*

128 *Episcopus, & inferiores Ordinarii possunt de consuetudine delegare laico causas civiles, & pecuniarias Clericorum.*

129 *Episcopus non potest extrahere, nec extrahi facere delinquentes ab Ecclesia, ut puniantur.*

DECISIO VII.

DUbitant Doctores de validitate consuetudinis immemorialis, Regiarum pragmaticarum, constitutionum, & fororum totius Coronæ Aragonum disponentium circa concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & non desunt, qui existimant non valere, ut notant Anton. de Ballis, *tract. var. lib.* 3. *pragmat.* 1. *num.* 31. *de cleric. inceden. fol.* 263. *& lib.* 5. *super pragmatica, dicta* la Cathalana *contra excommunicantes Regios officiales num.* 1. *fol.* 423. Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 9. *in fine, & in summa par.* 2. *verbo Princeps, num.* 5. *for.* 314. Thomas del Bene, *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 20. *num.* 10. *& subsect.* 38. *num.* 17. *& de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 23. *numer.* 42. *& dubit.* 25. *sect.* 2. *num.* 5. Bardaxi *foro* 2. *num.* 6. *& 8. de compet. jurisd.* Latè Regens Sesse *dec.* 113. *num.* 40. *ad* 97. 1

Primum fundamentum jurisdictionis Ecclesiasticæ est, quòd statuta, leges, & constitutiones, fori, & consuetudines, quæ sunt contra Ecclesiasticam libertatem, & jus Ecclesiæ, neutro jure valent, & sunt ipso jure nulla, *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, ubi omnes de constitut.* Barbosa *in addit. ad cap. clerici num.* 5. *de jud.* plures Sesse, *decis.* 113. *num.* 40. *lib.* 2. alios plures Ilerdensis Ferrer *in constit. hac nostra, eviden.* 2. *numer.* 87. cum relatis per Suelves, *cons.* 42. *num.* 15. *lib.* 1. latè Narbona *lib.* 35. *glo.* 2. *num.* 18. *tit.* 3. *lib. recop.* 1. Julius Chartar. *decis.* 54. *n.* 29. Castillo *controv. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 26. & 27. & latius Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *per totum*, Sivè directè, sive indirectè lædant libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, *cap. statutum, de hæret. in* 6. *cap. quanto, de privileg.* etiam si fiant tacitè, *cap. clericis*, §. *nos igitur, de immun. Eccles. in* 6. & non loquantur de personis Ecclesiasticis, Martha *de jurisdict. par.* 4. *casu* 62. *num.* 9. plures Sesse *decis.* 113. *numer.* 41. & 42. *lib.* 2. Ambrosin. *decis.* 39. *numer.* 1. cum aliis per Ilerdensem Ferrer, *in constit. hac nostra, eviden.* 2. *num.* 92. & 93. Valenzuela *in defen. Pauli quinti, par.* 3. *num.* 123. cum relatis per Thomam del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 1. *num.* 5. & 6. Et judices talia statuta facientes, & observantes incurrunt ipso jure in excommunicationem, *cap. noverit*, ubi Barbosa *nu.* 4. *cap. perpendimus, ubi omnes de sentent. excom. cap. adversus, de immun. Eccles.* Sesse, *decis.* 113. *n.* 42. *in fine, lib.* 2. Ferrer. *in constit. hac nostra, eviden.* 2. *num.* 79. Portoles *foro* 1. *num.* 44. *de compet. jurisd.* etiam Bullæ in Cœna Domini *c.* 15. & 17. Jul. Chartar. *decis.* 54. *numer.* 32. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 53. Novar. *gravam.* 120. *numer.* 5. *lib.* 2. Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 1. *num.* 11. Suelves *cons.* 42. *num.* 16. *lib.* 1. Atqui consuetudo immemorialis, Regiæ pragmaticæ, fori, & Constitutiones totius Coronæ Aragonum circa concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum disponentes sunt contra libertatem Ecclesiasticam, ergò irritæ, & nullæ. 2

Minor probatur, quia illa statuta dicuntur esse contra Ecclesiasticam libertatem, quæ sunt contra privilegia, Ecclesiis, vel Clericis à Deo, summis 3 4 5

Pontificibus, vel Principibus Sæcularibus concessa, ut docent comm. Doctores, *in cap. noverit, de sentent. excom. in 6. authen. passa, & irrita, C. de sacro Eccles.* Sesse plures citat. *dec.* 133. *num.* 43. *lib.* 1. Valenzuela, *in defen. Pauli quinti, par.* 2. *numer.* 25. Grisenzon. *cons.* 53. *numer.* 48. *& cons.* 66. *num.* 12. cum relatis per Jul. Chartar, *decis.* 54. *num.* 27. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 61. *versic. His omnibus, & par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 55. §. 2. *& par.* 6. *tract.* 3. *resol.* 2. *& in summa par.* 2. *verbo statutum, num.* 2. *versic. Primo*, Thomas del Bene, *de immun. Eccles. to.* 1. *c.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 1. *numer.* 8. Barbosa *in cap. fin. num.* 3. *de reb. Eccles. alienand. & in addit. ad cap. clerici, num.* 6. *de judiciis*, & alii *statim citandi*. Item quando Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis auferuntur ea, quæ de jure communi concessa sunt commu. Doctores *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut.* Sesse *dec.* 113. *num.* 43. *ad* 46. *lib.* 2. Riccius, *in prax. tom.* 3. *resol.* 207. Novar. *grava.* 120. *num.* 6. *lib.* 2. Ferrer. *in constit. hac nostra, evid.* 2. *num.* 96. *&* 99. Carol de Gras. *de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 14. *&* 23. Bardaxi *foro* 1. *num.* 4. *de competen. jurid.* cum aliis relatis per Jul. Chart. *decis.* 53. *num.* 28. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 58. *versic. Sed his, & par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 55. *versic. Secundo, & par.* 5. *tract.* 1. *res.* 8. *versic. Sed his, & par.* 6. *tract.* 8. *resol.* 1. *versic. Sed his, & resol.* 4. *versic. confirmantur, & in summa, par.* 2. *verbo statutum laicale, numer.* 2. Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 1. *num.* 7. *& cap.* 8. *dubit.* 8. *num.* 4. *& dubit.* 14. *sect.* 3. *num.* 5. Barbosa, *in addit. ad cap. quia nonnulli, num.* 2. *de immun. Eccles. in* 6. Fermosin. *in cap. si clericus, quæst.* 5. *num.* 8. *de judiciis*; sed sic est, quòd Regiæ pragmaticæ, fori, constitutiones, & consuetudo immemorialis Regnorum Coronæ Aragonum impediunt Ecclesiæ, & Clericis, ne liberè agant ea omnia, quæ à Deo, Papa, Imperatore, & Regibus jure Canonico, civili, privilegiis, & concessionibus sibi competunt, & concessa sunt, cum de jure communi de competentia jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticum, & Sæcularem cognoscat Judex Ecclesiasticus, an sua sit jurisdictio, *cap. si Judex laicus de sent. excom. in* 6. & latè probavi, *decis.* 2. *nu.* 1. ergo hujusmodi Regiæ pragmaticæ, fori, constitutiones, & consuetudo immemorialis totius Coronæ Aragonum sunt contra Ecclesiasticam libertatem, & consequenter irritæ, & nullæ, ita Sesse *dec.* 113. *num.* 40. *ad* 49. 2. Bardaxi, *foro* 1. *num.* 3. *de compet. jurisd.*

7 Secundum fundamentum jurisdictionis Ecclesiæ est, quòd in omnibus actibus humanis duo potissimùm considerandæ sunt, potestas videlicet, & voluntas ita quòd altero deficiente, actus sunt ipso jure nulli, *cap. cum super, de off. deleg. cap. ex parte, de concess. præben. l. cum te. C. de donat. ante nup. l. multum, C. si quis alteri vel sibi*. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 6. *num.* 9. Sesse *decis.* 113. *num.* 96. *lib.* 2. Menochius, *cons.* 108. *num.* 4. Surd. *decis.* 62. *num.* 19. *cons.* 301. *num.* 29. Monter *dec.* 50. *num.* 1. Tuschus *pract. concl. littera A, concl.* 127. Gizarel. *decis.* 36. *num.* 34. Am-
8 brosin. *decis.* 23. *num.* 28. Maceraten. *lib.* 1. *resol.* 28. Jul. Chartar. *decis.* 1. *num.* 56. *&* 60. Fontanella, *decis.* 455. *num.* 13. *par.* 2. Certissimique juris est, quòd ad validitatem legis inter alias potestas statuendi requiritur, cum statuta condere jurisdictionis sit, *glos. in l.* 1. *ff. de jurisdict. omni. jud.* Martha *de jurisdict. par.* 4. *casu* 52. *num.* 8. Surd. *cons.* 301. *numer.* 15. plures Sesse *decis.* 113. *num.* 64. *lib.* 2. Ambrosin. *dec.* 39. *num.* 11. Giurba *cons.* 50. *num.* 26. Ferrer. *in constit. hac no-*
tatum ab eodem jure divino in aliquibus casibus, in quibus Judex Sæcularis est Judex competens in causis Clericorum, quos referunt *glos. penultima in can. Princeps sæculi* 23. *qu.* 5. Socin. *in capit. si quis Clericus a num.* 25. *de foro compet.* Clar. §. *fin. qu.* 36. Menochius *de arbitrar. casu* 180. *a num.* 18. Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 8. *a num.* 47. *ad* 125. Cenedo *collect. ad decretum* 37. *a num.* 2. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *a numer.* 42. Tuschus *prac. conclu. littera C. conclu.* 385. *&* 386. *& littera I. concl.* 45. *&* 451. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effect.* 1. *a numer.* 668. Garcia *de nobilit. glo.* 9. *a num.* 28. Franchis *decis.* 176. Cevallos *de cog. per viam violen. part.* 2. *qu.* 23. *& com. contr. com. lib.* 4. *qu.* 897. Martha *de jurisdic. par.* 4. *cas.* 102. Decian. *trac. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *a numer.* 66. Maranta *de ord. judicior. par.* 4. *dist.* 11. *a num.* 1. *ad* 58. Salzedo *ad pract. crim. Bernard. Diaz. cap.* 139. *littera B.* Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *a numer.* 55. Borell. *de Reg. Cathol. præst. cap.* 71. Giurba *cons.* 49. *a num.* 16. Villadiego *in polit. cap.* 5. §. 20. *a num.* 135. Fontanella *de pac. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *gl.* 13. *par.* 2. *a num.* 1. Castillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 9. *ex num.* 21. *& cap.* 41. *a num.* 163. Angujan. *de legib. lib.* 2. *controver.* 21. *a num.* 58. Belletus *disquisit. clericor. par.* 1. *tit. de favore Clericorum reali*, §. 3. 4. *&* 5. Pereira *de manu Regia*, *part.* 1. *capit.* 7. *cum seq.* Curia Philippica *par.* 3. §. 3. *a nu.* 1. quos & alios remissivè citat Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 404. quibus addo Portoles §. *Clericus*, *a num.* 42. Ferrer *par.* 3. *obser. cap.* 182. *cum sequen.* Ambrosin. *de immun. Eccles. capit.* 18. Valasc. *consult.* 93. Grivel. *decis.* 30. Parlador. *rer. quotid. differen.* 9. *cum suis* §§. Sesse *de inhibit. cap.* 8. 9. *&* 10. *& decis.* 113. *num.* 139. *lib.* 2. Rovit. *in pragmat.* 1. *n.* 21. *de Cleric. salvat. & in pragmat.* 3. *nu.* 4. *de jurisdic. non turban.* Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. Ripoll. *var. cap.* 1. *fere per totum*, *& de regal. cap.* 11. Gail. *lib.* 1. *obser.* 37. Reg. Leon *decis.* 148. *num.* 11. *& decis.* 208. *a num.* 35. *lib.* 2. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 14. *a num.* 10. Roderic. *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *a num.* 32. Montealegre *in prax. civil. cap.* 9. remissivè Cerdan *in visit. carcer. cap.* 5. *num.* 17. *littera A.* Vela *dissert.* 40. 41. 43. 44. *&* 45. *tom.* 2. remissivè Azevedo *l.* 4. *num.* 7. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* remissivè Lainez ad Anton. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *numer.* 5. *versic. plures*, Fontan. *decis.* 202. *part.* 1. *& decis.* 301. *cum seq. part.* 2. alios citat Daniel de Nobilibus *disp.* 1. *num.* 14. *versic. Quod clarè*, *& in Addit. ad disput.* 1. *num.* 4. Fermosin. *in cap. qualiter*, *quæst.* 7. *nu.* 2. *de judi.* & sic justissimè dicendum est, valere Regias pragmaticas, foros, constitutiones, & consuetudines circa contentiones, & competentias inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares disponentes in tota Corona Aragonum, ita Sesse *decis.* 113. *a num.* 130. *ad* 141. *lib.* 2.

Sextò, quia possessio, & usus antiquissimus pro- 65
bant concessionem privilegii Apostolici, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 13. *num.* 39. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 14. *in fine*. Per temporis enim diuturnitatem præsumitur consensus Summi Pontificis. Concurrente 66
scientia, & patientia illius, plures Sesse *decis.* 113. *num.* 171. *lib.* 2. Menochius *cons.* 800. *numer.* 46. Surd. *cons.* 301. *num.* 58. Salgado *de suppli. ad Sanctis. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 207. *&* 208. & approbatio superioris, Sesse *decis.* 113. *num.* 172. *l.* 2. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 33. & confirmatio statuti, vel consuetudinis, Sesse *decis.* 113. *num.* 172. *lib.* 2. quia per tantum tempus præsumitur privilegium extitisse, idem Sesse *decis.* 113. *numer.* 103. *versic. Et idem*, *lib.* 2. Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 18. *num.* 9. hanc rationem improbat Diana *part.* 7. *resol. moral. tract.* 10. *resol.* 3. *versic. Verum*.

Ultimò, quia ex his Regnis Coronæ Aragonum 67
plures fuerunt Papæ, ut Damasus I. Alexander VI. Benedictus VIII. Calixtus III. & Joannes XXII. ut refert Sesse *decis.* 113. *num.* 28. *&* 176. *lib.* 2. qui talem

consue-

68 consuetudinem, Regias pragmaticas, foros, & constitutiones competentiarum totius Coronæ Aragonum scierunt & sciisse præsumuntur, tum quia erant ex his Regnis, Fontanella *decis.* 303. *num.* 10. & 11. *par.* 2. tum quia notabilia non præsumuntur ignorata, Sesse *decis.* 113. *num.* 179. *lib.* 2. Farinac. *frag. crim. lit. I. part.* 2. *num.* 105. tum quia ubique concurrit fama gentium de hac consuetudine foris, & pragmaticis contentionum, & etiam Romæ, ubi tot sunt curiales Coronæ Aragonum, & nemo præsumitur ignorare ea, de quibus est fama publica, Sesse *decis.* 113. *num.* 29. *in fine*, *lib.* 2. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 104. Menochius *lib.* 6. *præsump.* 23. *num.* 68. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 5. 6. 15. & 16. *de post. hu. Prælat.* tum propter frequentiam Legatorum in Hispania, Sesse *decis.* 113. *num.* 107. & 180. *lib.* 2. Fermosin. *in capit.* 2. *quæst.* 19. *sub num.* 26. *de Judiciis*, tum quia fuerint consuetudo, & Regiæ pragmaticæ contentionum per multum practicatæ, & toleratæ, Sesse *decis.* 113. *nu.* 29. & tamdem quia plures Romani Pontifices in suis rescriptis mentionem de hac consuetudine, & foris competentiarum
69 fecerunt, Sesse *decis.* 113. *sub num.* 29. Quæ scientia, tolerantia, seu permissio Romanorum Pontificum habet vim dispensationis, Sesse *decis.* 113. *num.* 176. *lib.* 2. cum relatis per Thomam del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 4. *num.* 6. quia cum scierunt consuetudinem, & Regias pragmaticas, & eas non mutarunt, videntur illas auctorare, Sesse *decis.* 113. *num.* 181. *lib.* 2. Saravia *de jurisdict. adjunct. quæst.* 30. *numer.* 12. Cutellus *de immu. Eccles. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 19. & 20. & propter benemerita Regum tacitè dispensare, Sesse *decis.* 113. *num.* 181. *lib.* 2. non ad evitanda scandala, sed ut necessariæ, & utiles ad bonum regimen Reipublicæ, Cenedo *canonicar. quæst.* 56. *num.* 56. Salgado *de suppli. ad Sanctis. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 109. Salzedo *de lege polit. lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 23.

70 Accedat, quòd ex his Regnis Coronæ Aragonum præter Summos Pontifices suprà nominatos fuerunt gravissimi viri, Archiepiscopi, Episcopi, & alii prælati, sancti, justi, & fidei Catholicæ zelotes, monasteria, & religiones doctissimis Theologis plena, qui hanc consuetudinem, foros, Regias pragmaticas, & constitutiones competentiarum activè, & passivè approbarunt, & observarunt, & ubi casus se obtulit, secundùm ista judicarunt, Sesse *decis.* 113. *sub numer.* 28. 119. 144. 153. *in fine*, & 185. *lib.* 2. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *num.* 93. *in fine*. Quare non est credendum hoc dissimulasse, si injustas tales pragmaticas, & foros credidissent, imò tamquam iniquas expressè reprobassent, Sesse *decis.* 113. *numer.* 183. & 184. *lib.* 2. Qu s igitur poterit illorum conscientias damnare, & regimen totius Coronæ Aragonum improbare?

71 Neque credendum est, Serenissimos Dominos nostros Reges, qui sunt protectores, & defensores sanctæ Fidei, Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 9. *sub numer.* 12. Ripoll. *de regal. cap.* 18. *num.* 34. & 35. Jul. Clar. §. *hæresis*, *num.* 11. Torreblanca *de magia*, *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 41. & 42. Guazzinus *de confis. conclu.* 31. *num.* 20. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 31. *versi. Clericorum*, cum relatis per Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 201. Farinac. *cons.* 17. *num.* 20. & *cons.* 18. *num.* 17. Salgado *de suppl. ad Sanctis. part.* 2. *cap.* 33. *num.* 52. Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 26. & alii apud Dian. *resolut. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resolut.* 43. Sancti Concilii Tridentini, Paz *in*
72 *prax. tom.* 1. *prælud. ulti. num.* 10. Azevedo *l.* 2. *versic. Septimo*, *tit.* 6. *lib.* 1. *recop.* Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 194. Carrasco *in interpret. leg. Reg. cap.* 9. §. 4. *num.* 18. Valdes *de dignit. Reg. Hispan. cap.* 21. *num.* 5. Cevallos *de cog. per viam violen. par.* 1. *glos.* 6. *num.* 62. & *part.* 2. *quæst.* 3. *num.* 9. & *qu.* 99. *num.* 16. Narbona *l.* 81. *glo. unica*, *tit.* 5. *lib.* 2. *recop. fol.* 229. & *l.* 59. *glo.* 2. *num.* 1. & 14. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* & *l.* 21. *glo. unic. num.* 1. & 3. *tit.* 4. *lib.* 4. *recop.* Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. & 8. Salgado *de Reg. protec. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 1. *numer.* 173. & *de suppli. ad Sanctis. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 57. Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 57. & *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de refor. cap.* 2. *numer.* 2. & 3. & *in prax. exigen. pension. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 6. Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 102. Carena *resol.* 1. *numer.* 23. cum relatis per Parejam *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resolut.* 2. *numer.* 45. Diana, & Thomas del Bene, etsi dissentiant respectu Ecclesiasticorum, ille *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 101. & *par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 8. *in fine*, & *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 75. & *in summa par.* 2. *verbo Rex*, *num.* 1. iste *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 20. *num.* 1. & 2. & *de immu. Eccles. tom.* 2. *capit.* 26. *sect.* 1. *a num.* 1 Sanctæ Matris Ecclesiæ, Valenzue- 73
la *cons.* 196. *num.* 57. & 58. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 196. Azevedo *l.* 2. *versic. Septimo*, *tit.* 6. *lib.* 1. *recop.* Salgado *de Reg. protec. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 113. Carena *resol.* 1. *num.* 22. Antesignani, & signiferi 74
illius Valdes *de dignit. Reg. Hisp. cap.* 20. *num.* 27. Sesse *decis.* 113. *sub num.* 144. *lib.* 2. Ramirez *de lege Regia*, *in initio*, *num.* 55. qui omnia expendunt in ea exaltanda, augenda, & amplianda, Valdes *de dignit. Reg. Hispan. cap.* 10. *num.* 20. & *cap.* 17. *numer.* 77. latissimè Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 16. *a num.* 20. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *sect.* 2. *numer.* 80. Qui 75
Regna sua eripuerunt à faucibus infidelium, & in eis sanctam Catholicam fidem introduxerunt, *can. Adrianus gloss. verbo per singulas* 63. *dist.* ubi Barbosa *num.* 8. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 217. *littera B.* Ramirez *de lege Regia in initio a num.* 57. & §. 21. *num.* 20. *littera H.* Sesse *decis.* 113. *num.* 182. plures Larrea *alleg. Fiscal. numer.* 10. 12. cum aliis per Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *capit.* 13. *numer.* 5. Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 2. *a num.* 12. Regens Leon *decis.* 12. *numer.* 14. *lib.* 1. & *decis.* 208. *num.* 13. *in fine*, *lib.* 2. Quare meritò vo- 76
cantur Catholici, Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 217. Borell. *de Reg. Cathol. præst. cap.* 41. *a num.* 11. & *cap.* 42. *a num.* 33. Valenzuela *in defensor. par.* 7. *num.* 106. & alii
per Ramirez *de lege Reg. in initio num.* 60. *littera L.* de 77
cujus tituli antiquitate, Solorza. *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 25. *numer.* 27. & 28. plures Barbosa *voto* 126. *numer.* 39. *lib.* 3. latè Valdes *de dignit. Reg. Hispan. cap.* 78
13. *a num.* 19. & *a numer.* 22. probat pronomen Catholici, dignius, præstantius, antiquius, superius & excellentius esse, quàm cognomen Christianissimi, de quo Hermosilla ad Gregor. Lopez *in prologo*, *par.* 5. *glo.* 2. *num.* 39. & Barbosa *in cap. antiqua*, *num.* 7. *privileg.* Et in temporalibus non recognoscunt superiorem, ut docent Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 217. *littera C.* & *lib.* 3. *c.* 2. *num.* 4. abundè Portoles §. *Rex nu.* 53. & 54. plenè Valdes *de dignit. Reg. Hisp. c.* 18. Borell. *de Reg. Cath. præst. c.* 47. 48. & 53. latè Ramirez *de leg. Reg.* §. 21. *a num.* 19. cum relatis per Cenedo *collect. ad decretum* 64. *num.* 3. & per Suelves *cons.* 42. *num.* 1. *lib.* 2. Barbos. *in c. per venerabilem*, *numer.* 24. *qui filii sint legit.* & *in can. Adrian. num.* 8. & 9. & *in Addit. num.* 1. 63. *dist.* Fermosin. *in c. novit. qu.* 6. *a num.* 2. *de judic.* Larrea *alleg. Fiscal.* 12. *num.* 10. Regens Leon *dec.* 12. *numer.* 14. *lib.* 1. & *dec.* 208. *num.* 13. *l.* 2. Hermosilla ad Gregor. Lopez *in prolog. par.* 5. *gloss.* 6. *nu.* 40. *versic. Sunt aliqui*, *fol.* 7. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 1. §. 2. *a numer.* 4. *qui mille alios citant*, addo ex nostris Calici *in usat. cum dominus numer.* 6. Ferrer *part.* 3. *obser. c.* 278. *versic. Dicit*, Molin. *de ritu nup. lib.* 1. *compar.* 2. *num.* 18. Oliba *de jure fisci*, *c.* 1. *num.* 12. & *cap.* 3. *numer.* 2. Dispuiol ad Mieres *verbo Comes Barcinonæ*, *fol.* 45. Peguera *in constit. item ne super laudemio*, *versic.* 7. *numer.* 11. Xamar *de privileg. Barcin.* §. 6. *num.* 11. Et propter fidei puri- 79
tatem, & ardentem Catholicæ religionis zelum, quo semper invictissimos Dominos nostros Reges flagrasse, Hispanica ditio in obedientia præstanda Sedi Apostolicæ, & Summo Romanæ Ecclesiæ Præsuli omnes alias excedit; ut latè probant Valdes *de dignit. Reg. Hisp. c.* 20. *a num.* 19. Borell. *de Reg. Cat. præst. c.* 81. Solor. *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 25. *a num.* 12. & *lib.* 3. *c.* 4. *num.* 4. 5. & 6. Salgado *de suppli. ad Sanct. par.* 1. *c.* 3. *nu.* 80
5. *versic. inter omnes* Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 4. *resol. unica*, §. 6. *num.* 115. Et tamdem quod ipsi gesserunt in fidei propagatione, omnem aliorum Regum superat comparationem, Valdes *de dig. Reg. Hisp. c.* 18. *a num.* 21. Hermosilla ad Gregor. Lopez *in prol. p.* 5. *gloss.* 2. *num.* 40. Si injustam vidissent consuetudinem Regias prag- 81
maticas, foros, & constitutiones competentiarum illas toleràssent, & censuris se involvissent; imò tali consuetudine, ac Regiis pragmaticis, & foris utentes

suisque

suisque posteris illis relictis, non caruisse fundamento privilegii Apostolici, ita argumentantur Benedict. & Humada, quos refert Sesse *decis.* 113. *numer.* 174. & 175. *l.*2. Bardaxi *foro* 1. *nu.* 9. *de compet. jurisdic.* Salgado *de Reg. protec. par.* 1. *c.* 1. *prælud.* 3. *num.* 157. Salzedo *de lege polit. lib.* 1. *c.* 7. §. 1. *num.* 152. Castillo *de tertiis*, *tom.* 7. *c.* 6. *numer.* 12. Narbona *l.* 35. *glos.* 6. *num.* 6. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop. fol.* 18. Thomas del Bene, *de de immunit. Eccles. tom.* 1. *c.* 8. *dubit.* 10. *num.* 5. Cutellus *de immun. Eccles. l.* 2. *q.* 2. *a num.* 24. Ramirez *de lege Regia* §. 20. *sub num.* 93.

82 Quoad privilegium verò expressum, reperio in primis sententiam Joannis Baptistæ Castanei Episcopi Rassanensis Legati, & Nuntii Apostolici in Regnis Hispaniarum, qui postea fuit Urbanus Papa, Data Matriti 5. Decembris 1570. de qua mentionem faciunt Suelves *cons.* 19. *num.* 10. *in fine libro* 3. Ramirez *de lege Regia*, §. *secundo num.* 10. Sesse *decis.* 113. *numero septimo*, cujus fragmentum refert *eodem num.* 7. *versic. fuimus*, & verba formalia, *numer.* 200. *versic. Verba revocationis Castanei Nuntii*, & *Legati*, & sunt quæ sequuntur.

83 *Fuimus nuper rectè informati, præfatum Breve commissionis surreptitiè, & obreptitiè extortum fuisse, ex quo tantummodo supradicti simplici, ac arida narratione, omissa fuerunt inter alia omnia infrascripta, quæ exprimi necesse erat: videlicet, quod cum, ut asseritur, antiquis temporibus ante annum* 1528. *ex inveterata, & immemoriali consuetudine, quotiescumque competentiæ jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares oriebantur, prætendente quolibet ipsorum, se esse judicem rei, vel personæ, de quibus erat controversia, pro determinatione contentionis, sivè competentiæ consuevit assignari banchum Regium, in quo allegationum conflictus haberi solebat, propter quas quilibet ipsorum judicum prætendebat cognitionem ipsius rei vel personæ, de qua litigabatur, ad ipsum pertinere, non ad alium: Et cum non haberent Judicem tertium, qui cognosceret de dicta competentia, nisi ipsosmet judices, quorum interesse vertebatur; dicti Judices nunquam, seu raro concordabant, & quilibet ipsorum judicum judicabat, se esse judicem competentem; undè multæ expensæ sequebantur ipsis partibus, & exindè Reipublicæ, ex contentione dictorum judicum maximum damnum redundabat, & in dicto anno* 1528. *ad evitanda damna, & incommoda supradicta in Curiis generalibus dicti Regni, de communi consensu totius status, tàm Ecclesiastici, quàm sæcularis de salubri remedio providendo, & ut dictæ contentiones de cætero non orirentur, propter utilitatem Reipublicæ dicti Regni, & consulendo quieto, & pacifico statui, tàm Ecclesiasticorum, quàm sæcularium ejusdem, per certos foros seu constitutiones sub titulo de competentia jurisdictionis statutum, ordinatum, & concordatum fuit, quòd existente contentione inter dictas jurisdictiones Ecclesiasticas, & sæculares, deberet servari ordo infrascriptus, videlicet, &c.* Et paulò post ibi: *Attenta dicta immemoriali consuetudine, vigente circa dirimendam contentionem jurisdictionis oriri consuetam inter judices Ecclesiasticos, & sæculares tempore factæ dictæ constitutionis, absque aliqua contradictione dictarum Curiarum Ecclesiasticæ, & sæcularis, & numquam permissum fuit, quod appellatio, vèl recursus admitteretur. Quæ omnia, & singula, si nobis fuissent exposita, proculdubio dictum Breve, seu commissionem minimè concessissemus, cum autem justum non sit, ut mendax, seu cautelosus impetrator sua surreptitia impetratione gaudeat. Ideo circumspectioni vestræ, & cujuslibet vestrum per præsentes in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, seu mandamus quatenus statim receptis, seu vobis intimatis præsentibus in præfato negotio, ac illius cognitione amplius directè, vel indirectè, seu quovis quæsito colore, aliquid attentare valeatis. Nos enim (quatenus opus sit) dictum Breve nostrum, ac commissionem, nec non jurisdictionem, & facultatem omnem vobis, & cuilibet vestrum ejus vigore concessam, omninò revocamus, & omnia ita in pristinum statum reintegramus, ac si concessum non fuisset, & quidquid fortè a vobis, vel quolibet vestrum attentatum fuisset, invalidum esse decernimus, & nihilominus illud annullamus, ac irritamus, nulliusque roboris, & momenti esse pronuntiamus, ac statuimus. Declaramus tamen, non propterea velle constitutionem prædictam, quam forum dicti Regni vocant, aliquo modo confirmare, seu approbare, sed tollere tantùm omne impedimentum, si quod fortè ex nostra præfata commissione surreptitiè, vel obreptitiè extorta exortum fuerit, ita ut omnino reducta intelligantur in pristinum statum, ac si dicta commissio signatura non esset.*

Sed hæc sententia Joannis Baptistæ Castanei non 84 probat privilegium expressum, quia licèt ipse postea fuit Urbanus Papa, tempore tamen promulgationis sententiæ solùm erat Legatus, & Nuntius Apostolicus Hispaniarum, & approbatio, seu confirmatio consuetudinis immemorialis Regiarum pragmaticarum, fororum, & constitutionum contentionum, seu competentiarum pendet à sola Romani Pontificis voluntate, adeò quòd nullus Prælatus quacumque dignitate fulgens potest illas confirmare, ut probat Sesse *decis.* 113. *a num.* 91. *l.* 2. Thomas del Bene *de immu. Eccl. tom.* 1. *c.* 1. *dub.* 15. *sect.* 4. *num.* 8.

Et ita constitutiones, fori, & statuta Regnorum 85 per assistentiam brachii, seu stamenti Ecclesiastici in Curiis generalibus, & si habeant vim canonis Provincialis, & ligent Ecclesiasticos, & eorum bona, ut pluribus relatis probant Cenedo *practicar. quæst.* 18. *numer.* 18. Morla *in empor. juris part.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 16. *numer.* 27. Portoles §. *Clericus*, *a numer.* 17. *cum seq.* Cutellus, *de immun. Eccles. l.* 1. *quæst.* 1, *numer.* 54. Cancer. *l.* 2. *var. c.* 2. *numer.* 124. Anguian. *de legib. l.* 2. *controver.* 14. *cum duab. sequen.* Castrillo *tom.* 7. *de tertiis*, *c.* 8. *a numer.* 45. Carol. de Gras. *de effectib. Clericat. effect.* 2. *per totum*, *præcipue numer.* 183. Regens Leon *dec.* 85. *numer.* 5. *l.* 1. & *dec.* 148. *numer.* 17. *l.* 2. Suelves *cons.* 9. *sub numer.* 39. *l.* 1. Sperel. *decis.* 10. *cum trib. seq.* Fragoso *de regim. reipub. l.* 2. *disput.* 4. *numer.* 3. Muta *ad c. Reg. Sic. in proœm. tom.* 2. *numer.* 8. & *tom.* 5. *c.* 209. *numer.* 5. Castro Palao *in opere morali*, *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 1. *punct.* 23. *a numer.* 4. & *punct.* 24. §. 6. *a num.* 6. Dexart *ad c. Regni Sardin. c.* 28. *numer.* 2. *de salariis*, *fol.* 853. & *in proœm. numer.* 23. *fol.* 14. Mattheu, *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *c.* 1. §. 2. *numer.* 30. & 86 *c.* 5. §. 1. *numer.* 25. Quod an in decisivis, vel ordinativis procedat, Giurba *decis.* 116. *a numer.* 1. Sesse *de inhibit. c.* 9. §. 3. *a numer.* 14. Morot. *respon.* 48. *a nu.* 87 2. remissivè Suelves *cons.* 9. *sub numer.* 39. *l.* 1. hoc intellige, si non destruunt, & dirimunt jura, & immunitatem Ecclesiasticam; nam si ita esset, per eorum assistentiam non benè justificantur, cum assistentes Ecclesiastici in Curiis generalibus non possint approbare foros, & constituriones contra Ecclesiasticam libertatem, sed solùm Papa hoc facere potest, Bardaxi *foro* 1. *numer.* 7. *de compet. jurisd.* & alii per Sesse *dec.* 113. *numer.* 94. *l.* 1. cum relatis per Ramires *de lege Regia*, §. 4. *numer.* 27. Suares *contra Regem Angliæ*, *l.* 4. *c.* 32. Balboa *in c.* 1. *de foro compet.* Sperel. *dec.* 37. *num.* 63. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 27. *sect.* 13. *in advertentiis num.* 1. *fol.* 333. & *de immu. Eccl. tom.* 1. *c.* 5. *dub.* 14. *sect.* 11. *numer.* 11. Cancer. *par.* 2. *var. c.* 1. *numer.* 124. *versic. Quia posito*, Daina *resol. moral. parte* 1. *tract.* 6. *resol.* 29. *versic. Sed non desinam*. Morla *in empor. juris*, *par.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. *numer.* 27. Dexart *in proœm. ad c. Reg. Sardin. num.* 73. *in fine*, *fol.* 14. Suelves *cons.* 9. *sub num.* 39. *l.* 1. quare recurrendum est ad alias Bullas Apostolicas.

Secundo loco, Beatissimus Papa Julius III. confir- 88 mavit concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & illam suo Brevi communicavit Regnis Sardiniæ, ac Majoricarum, & Insulis Minoricarum, & Ivicæ, ut dixi *dec.* 5. *nu.* 5. de quo meminit Mattheu *de regim. Reg. Valen. to.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 1. *numer.* 11. & *sect.* 2. *num.* 34. & ad litteram refertur in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Regni Sardiniæ, *fol. inferiori* 83. & apud Regentem Vico *ad pragmat. Reg. Sard. l.* 2. *tit.* 51. *numer.* 44. & est tenoris sequentis.

Charis-

Charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto.

Julius Papa Tertius.

89 *CHarissime in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit Majestas tua, quòd aliàs super correctione, & punitione Clericorum delinquentium Principatus Cathaloniæ, Comitatuum Rossellonis, & Ceritaniæ, quorum tua Majestas Princeps, & Comes extitit, inter Ecclesiasticas sæculares Curias dictorum Principatuum, & Comitatuum diversæ contentiones, & lites exortæ fuissent, bonæ memoriæ Eleonora Regina Aragonum, & Bertrandus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis de Comenia nuncupatus, tunc in partibus illis Sedis Apostolicæ Legatus de Latere, pro sedandis contentionibus, & litibus prædictis, ad infrascriptam devenerunt concordiam, cujus tenor sequitur, & talis est. In Christi nomine, pateat cunctis, quod inter Illustrissimum Dominum Petrum Dei gratia Regem Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comitemque Barcinonæ, Rossellonis, Ceritaniæ ex una parte, & Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Petrum Divina providentia Tarraconæ Archiepiscopum, & nonnullos alios Prælatos, & Clericos Provinciæ Tarraconæ ex altera, quæstiones, controversiæ suscitatæ fuissent, ratione quorumdam gravaminum, quæ dicti Archiepiscopus, Prælati, & Clerus asserebant, eis per dictum Dominum Regem, & officiales suos fore illata, quæ gravamina in scriptis dicto Domino Regi oblata fuerunt, sub hac forma,* quæ est eadem concordia supra relata, dec. 4. à num. 2. ad 16. & prosequitur motus proprius his verbis : *Cùm autem sicut eadem expositio subjungebat inter Ecclesiasticas, & sæculares Curias Majoricenses, & Minoricenses, Ivicenses, Sardiniæ Insularum, quarum dicta Majestas tua ratione Regni Aragonum, cujus Rex Catholicus existis Dominus in temporalibus, super correctione, & punitione Clericorum delinquentium, similes quotidie exoriantur discordiæ, & dissentiones, & ob id adeo Clericorum Insularum in hujusmodi delinquendi inoleverit audacia, ut illi nedum horrenda perpetrare audeant scelera, verùm etiam aliis perpetrandi occasionem præbent, ex qua quàm plura provenerunt damna, & scandala, quæ Insularum prædictarum tranquillum perturbant statum, verùm si per ipsam concordiam disposita pro ut in eisdem Principatu, & Comitatibus, ac Aragonum Regno hactenus observata existunt, in eisdem observarentur Insulis, profectò scandalis præmissis obviarentur, quare eadem Majestas tua Nos humiliter supplicare fecit, quatenus tranquillo statui Insularum hujusmodi, ac aliàs in primis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Majestatis tuæ votis annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, per præsentes statuimus, & ordinamus, quod omnia, & singula in dicta concordia contenta in dictos Clericos delinquentes contentionem jurisdictionis inter Ecclesiasticas, & sæculares Curias Insularum prædictarum, eorumque Officiales, prout in dictis Principatu, & Comitatibus, & aliis Regni Aragonum hujusmodi præsentibus observentur, & observari debeant in omnibus ac per omnia, perinde, ac si dicta concordia inter Curias Insularum Officiales hujusmodi inita, & facta, ipsæque Insulæ in dicta concordia specialiter, & expressè nominatæ fuissent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Martii 1551. Pontificatus nostri anno secundo. Roma, Amuseus.*

90 Tertio loco, idem Sanctissimus Papa Julius III. ad supplicationem Philippi Principis Hispaniarum concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum confirmavit, & illam Regno Valentiæ concessit, & communicavit, suo Brevi, Dat. 24. Novembris 1551. refert Cerdan. *in visit. carcer. c. 5. num. 16. versic. Y. porque, & num. 17. glossa littera E.*

Quarto loco, Item Beatissimus Papa Julius III. prædictam concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum confirmavit, illamque sua Bulla communicavit Diœcesi Carthaginensi intra limites Regni Valentiæ, (nunc vocata Orcelensi) prout in reliquis Regni Valentiæ partibus observatur, ut dixi *dec. 5. num. 10.* de qua mentionem facit Regens Leon *dec. 208. numer. 27. l. 2.* Mattheu *de reg. Reg. Valen. tom. 2. c. 7. §. 1. sect. 2. num. 34.* & ad litteram refertur in libro gubernii Regiæ Audientiæ Regni Sardiniæ *fol. inferiori 188. pag. 2.* & apud Mattheu *de regim. Reg. Val. tom. 2. c. 7. §. 1. sect. 1. numer. 11.* & est quæ sequitur. 91

Charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto. 92

Julius Papa Tertius.

CHarissime in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit Charissimus in Christo filius noster Philippus Angliæ, Franciæ Rex Illustris, qui, & natus tuus, & Hispaniarum Princeps extitit, quòd aliàs pro evitandis contentionibus, & litibus, quæ in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossèlionis, & Ceritaniæ inter illorum Ecclesiasticas, & sæculares Curias super punitione, & correctione Clericorum delinquentium sæpius oriebantur, claræ memoriæ Eleonora Regina Aragonum ex una, & bonæ memoriæ Bertrandus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis de Comenia nuncupatus, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis Legatus de Latere ex altera ex partibus, concordiam tenoris inferius descripti inierunt. Et quod Nos posteà tuis in ea parte supplicationibus inclinati per alias nostras in forma Brevis litteras statuimus, & ordinamus, quòd omnia, & singula in ipsa concordia contra Clericos delinquentes, & contentionem jurisdictionis inter Ecclesiasticos, & sæculares Judices concernentia per Ecclesiasticas, & sæculares Curias Majoricen. & cæterarum aliarum tunc expressarum Insularum, earumque Officiales, prout in dictis Principatu, & Comitatibus, ac aliis Regni Aragonum partibus observantur, observarentur, observari deberentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si dicta concordia inter Curias Insularum, earumque Officiales hujusmodi inita, & facta, ipsæque Insulæ in dicta concordia specialiter, & expressè nominatæ fuissent, pro ut in eisdem litteris plenius continetur, verum in ea parte Diœcesis Carthaginensis, quæ intra limites Regni Valentiæ, cujus tu etiam Rex Catholicus existis, esse dignoscerentur etiam diversæ contentiones, & lites inter Ecclesiasticos ex una, & sæculares, earumque Judices, & Officiales ex altera partibus, occasione punitionis, & correctionis Clericorum, inibi pro tempore delinquentium sæpius orirentur, & ex impedimento justitiæ, quod propter contentiones, & lites hujusmodi provenit, Clericorum, eorumdem adeo crevit audacia, ut non solum horrendaque scelera ipsi perpetrare præsumant, verum & aliis similia committendi occasionem, & materiam præstent; Idem Philippus Rex nomine tuo, nobis humiliter supplicari fecit, ut pro tollendis contentionibus & litibus prædictis, quòd disposita in ipsa concordia, etiam in parte Diœcesis Carthaginensis infra limites Regni Valentiæ hujusmodi consistere prout in reliquis ipsius Regni partibus observantur, inviolabiliter observarentur, & observari debeant statuere, & ordinare, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur jurisdictionem suam unicuique conservari, & delicta debitè puniri cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica per præsentes statuimus, & ordinamus, quod omnia, & singula in dicta concordia contenta, Clericos delinquentes, aut contentionem jurisdictionis inter Ecclesiasticos, & sæculares Judices concernentia per Ecclesiasticas, & sæculares Curias, etiam in parte Diœcesis Carthaginensis infra limites Regni Valentiæ hujusmodi consistentes, prout in reliquis ipsius Regni partibus observantur, inviolabiliter observentur & ob-

& observari debeant in omnibus, & per omnia, perindè ac si dicta concordia, & Curias Ecclesiasticas, & sæculares Diœcesis Carthaginensis, earumque Officiales, quoad partem Diœcesis Carthaginensis infra limites Regni Valentiæ hujusmodi consistentem, comprehenderet, ac pars Diœcesis Carthaginensis hujusmodi in dicta concordia specialiter, & expressè nominata, & comprehensa fuisset: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque, dictæ autem concordiæ tenor sequitur, & est talis. In Christi nomine, &c. quæ est eadem concordia suprà relata dec.4. à n.2.ad 16. & prosequitur motus proprius his verbis: *Dat. Romæ apud S.Petrum sub annulo Piscatoris, die 29. Januarii 1555. Pontificatus nostri anno quinto. Lo. Larinens.*

93 Quinto loco, Sanctissimus Papa Paulus III. suo Brevi, dat.Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, 21. Decembris 1548. Pontificatus sui anno 13. foros competentiarum confirmavit, ut referunt Bardaxi *foro 1.n.8.de compet.jurisd.* Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *nu.6. littera K.* Sesse *de inhib.c.*8.§.4.*n.*37.*&* c.9.§.1.*n.*32.

94 Sexto loco, Sanctissimus Papa Pius V. Regias pragmaticas, foros, & constitutiones competentiarum, totius Coronæ Aragonum approbavit, & confirmavit, de quo Brevi meminerunt Ramirez *de lege Regia*, §.2. *n.*10. Regens Leon *dec.*208. *num.*28.*l.*2. Mattheu *de reg. Reg.Valen.to.*2.*c.*7.§.1. *sect.*2.*nu.*11.*&* *sect.*2.*nu.*35. Sesse *dec.*113.*sub n.*8. cujus fragmentum refert *eodem n.*8.*vers. Fragmentum*, & illud ad litteram tradit, *n.*200. & refertur in libro gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ, *fol. inferiori* 79. & apud Regentem Vico *ad pragmat. Reg. Sard.l.*2.*tit.*52.*n.*13. quod est tenoris sequentis.

95 *Pius Quintus ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem justè petentibus, quod gratiæ à Sede Apostolica per præoccupationem extortæ revocentur, gratum præstare assensum, ac aliàs desuper disponere, prout (rerum, & temporum qualitate pensata) in Domino conspicitur salubriter expedire; sanè aliàs nobis pro parte Francisci Romeo Clerici Cæsaraugustan. Diœcesis expositum fuit, quòd Nos antea cum ipse in Ecclesia sancti Augustini Cæsaraugustanen. beneficiatus existeret, non debebat coram Judicibus sæcularibus molestari, cum de jure Laicis in clericos nulla esset attributa potestas, nihilominus quidam Locum tenens generalis nuncupatus in civitate Cæsaraug. residens, de consilio, ut asserebat Regiorum consiliariorum causar. crimin. contra eumdem Franciscum, super quibusdam criminibus, sivè homicidiis processerat, & sententiam nulliter, & de facto promulgaverat, à qua cum pro parte dicti Francisci appellatum, & de nullitate dictum fuisset, ac idem Franciscus durante causa appellationis hujusmodi ad dilectum filium Officialem Cæsaraugust. recursum habuissent, idemque Officialis judicibus inhibuisset, & causa post modum super competentiam jurisdictionis ad dilectum filium Joannem Perez de Arciendo Canonicum, & Fabricarum Ecclesiæ Cæsaraugustanen. & Cancellarium super competentia jurisdictionis deputatum devoluta fuisset, præfatus Joannes aliam in favorem Catharinæ à Castellon, & Jacobi Clementis, ac aliorum litis consortium, & contra dictum Franciscum promulgaverat sententiam, quòdque idem Franciscus ad nos appellaverat, ejusdem Francisci supplicationibus inclinati causas & causam appellationis, & appellationum hujusmodi, nullitatisque, & nullitatum, & aliorum tunc expressorum, Venerabili Fratri Episcopo Oscen. tamquam ordinario Viciniori, sive ejus in spiritualibus Vicario, aut Officiali generali audiendas, & fine debito terminandas commiserimus, aliaque fecerimus, pro ut in nostris inde concessis litteris sub die 23. Decembris 1570. Pontificatus nostri anno quinto, plenius continetur, cum tamen (sicut filius noster Procurator fiscalis Regius Regni Aragonum, exponi nobis nuper fecit,) credendum sit, quod si Franciscus præfatus nobis exposuisset, quòd ipse propter homicidium unà cum alio ejus socio, maritum, & uxorem prægnantem occidendo, commissum, è judicibus sæcularibus captus fuerat, quòdque juxta constitutiones, & statuta Regni Aragonum de communi consensu totius status, tàm Ecclesiastici, quàm sæcularis, de salubri remedio providendo, super contentione fori, ad evitandum controversias, quæ quotidie oriebantur, & ad utilitatem Reipublicæ dicti Regni, & illius tam Ecclesiasticarum, quàm sæcularium personarum quieto, & pacifico statui consulendo, edita inviolabiliter absque alio recursu observata, & dum de contentione jurisdictionis agitur, judex alteri cui inhiberet, arbitrum unum per suas litteras nominaret: judex verò cui litteræ hujusmodi diriguntur, & forent præsentatæ, infra tres dies à die præsentationis dictarum litterarum computandos responderet judici inhibenti super dicta competentia, nominando in dictis litteris responsivis alterum arbitrum pro cognitione dictæ contentionis ipsique duo arbitri intra quinque dies dictam competentiam, & contentionem jurisdictionis declarare tenerentur; & ipsorum arbitrorum in simul concordantium determinationi omninò, absque aliquo recursu deberet stari, & in eventum, in quem dicti arbitri intra dictos quinque dies non concordarent, tunc Cancellarius Ecclesiasticus nominatus per Regem Aragonum pro tempore existens infra triginta dies, à die quo completi forent dicti quinque dies arbitris assignati computando, teneretur interesse prætendentibus, & judicibus contendentibus declarare, secundum Deum, & bonam conscientiam, cujus declarationi, & declarationibus, tam per Judices contendentes, quàm per partes stari deberet, & non possent aliquem recursum habere à declaratione dicti Cancellarii, & in eventum, in quem dictus Cancellarius intra dictos triginta dies nihil declarasset super dicta competentia, ipso facto, dicto tempore elapso, dicta competentia jurisdictionis in favorem Ecclesiæ, & Judicis Ecclesiastici haberetur pro declarata, quod dictus Franciscus Romeo prætendendo se esse Clericum, ad judicem Ecclesiasticum ad differendum, seu in longum protrahendum delicti per eum commissi pœnam, recursum habuit, & cum juxta dicta statuta, & constitutiones arbitri electi fuissent, & ipsi arbitri infra quinque dies supra dictam competentiam fori non declarassent, Cancellarius infra triginta dies sibi datos ad declarandum, partibus ad plenum auditis legitimè declaravit, dictum Franciscum non debere gaudere privilegio Clericali, cognitionemque, & declarationem causæ delictorum, super quibus dictus Franciscus accusabatur per Curiam Regiam, fieri debere, & sic in vim prædictæ sententiæ cognitionem, ac determinationem præmissorum, & eorum executionem Curiæ Regiæ, & seu illius Officialibus remiserit, utique Nos dictas litteras non concessissemus, quare pro parte dicti Procuratoris fiscalis nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui honestis petentium votis libenter annuimus, eumdem Procuratorem fiscalem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, causa litis (si quibus quomodolibet innodatus existit) ad effectum prætensum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec non statum, & modum causæ, & causas hujusmodi, ac nomina, & cognomina judicum, & collitigantium, præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati judicibus præfatis, quibus causæ supradictæ commissæ reperiuntur, per præsentes inhibemus, ne in illis quovis modo directè, vel indirectè seu quovis quæsito colore, etiamsi de illis jam cognoscere inceperint, se intromittant, nec de illis cognoscant, eos enim causam & causas (ut præfertur) commissas judicibus, quibus commissæ reperiuntur, harum serie revocamus, illamque, & illas penitus extinguimus, & annullamus, decisionemque, & declarationem per dictum Cancellarium, (ut dicitur) factas, ac si permissa non emanassent, exequendas fore declaramus, non obstantibus præmissis, & quibusvis Apostolicis, ac Provincialibus, & Sinodalis Concilii edictis, constitutionibus, & ordinationibus, ac quibuscumque inhibitionibus, ut pote primò dictis litteris emanatis, seu emanandis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 12. Maii 1571. Pontificatus nostri anno sexto B. Cyrillus.*

Septimo loco, Beatissimus Papa Gregorius Decimus 96
tertius foros, constitutiones, ac Regias pragmaticas totius Coronæ Aragonum confirmavit, illasque suo Brevi observare mandavit in Regno Sardiniæ cum

Judicibus delegatis ad universitatem causarum, de quo mentionem faciunt, Suelves *cons.*19.*n.*10.*in fine*, *lib.*3. Mattheu *de regim.Reg.Valen.to.*2.*c.*7.§.1.*c.*11. & *sect.*2. *n.*36.Sesse *dec.*113. *n.*33.*vers. Et non solum, & n.*187. *in fine*, & verba formalia refert *n.*200.*vers.Breve sanctissimi Gregorii XIII.* Illud etiam refertur in libro gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ *fol.inferiori* 80. *pag.*2.& *fol.* 93. & apud Regentem Vico *ad pragm. Reg. Sard. l.*2.*tit.* 51.*n.*46. & est tenoris sequentis.

G *Regorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam, in tanta rerum mole, & negotiorum varietate, quæ ad nos undique differuntur, si aliquibus in locis, & Regnis, quæ Catholicis Principibus parent circa constitutiones, & statutorum observationem ad Ecclesiasticam jurisdictionem augendam difficultates, aut dubia aliqua exoriri comperimus, declarationibus, & aliis opportunis rationibus, cum à nobis petitur, providere consuevimus, exponi siquidem nobis nuper fecit Charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus in constitutionibus, & statutis Regnorum, & Dominiorum Aragonum, quæ hodie inviolabiliter, & absque aliqua contradictione observari, & vigere, & superioribus temporibus communi consensu, tam Ecclesiasticarum, quam sæcularium personarum eorumdem Regnorum, & Dominiorum editis ad fori controversias, quæ quotidie eisdem Regnis, & Dominiis exoriebantur evitandas, & ad publicam totius Regni utilitatem, & quietem, nec non pacem inter Ecclesiasticas, & sæculares personas coalendam, & conservandam edita, usque recepta fuisse dicuntur, caveri expresse, ut dum de contentione jurisdictionis inter Ecclesiasticum, & sæcularem, Judices, utroque eam ad se spectare prætendente, ageretur is Judex, qui alteri Judici inhiberet, unum arbitrum per suas litteras nominare teneretur, alter verò Judex, cui litteræ hujusmodi inhibitionis diriguntur, & forent præsentatæ, intra tres dies à die præsentationis earumdem litterarum computandos, etiam per litteras respondendo alterum arbitrum pro cognitione controversiæ hujusmodi de jurisdictione eligeret, ipsique duo arbitri sic nominati, & electi deinde intra quinque dies dictam controversiam, vel contentionem jurisdictionis declarent, eorumdemque arbitrorum sic electorum, si in simul convenirent, ordinationi omnino absque alio recursu omnes parerent, in eventum autem, quod idem arbitri unà simul decidendis intra eosdem quinque dies diversa sentirent; tunc Cancellarius Ecclesiasticus per Regem Aragonum pro tempore existentem in quolibet ex dictis Regnis, & Dominiis nominatus, intra triginta dies, elapso quinque dierum prædictorum spatio arbitris ad controversiam terminandam assignato, enumerandos, teneretur prætendentibus interesse, & judicibus de jurisdictione contendentibus, quod sibi secundùm Deum, & bonam conscientiam videretur judicare, cujus Cancellarii sententiæ, & decreto Judices inter se contendentes, & collitigantes præcisè stare deberent, ita ut non possent à sententia, & declaratione Cancellarii prædicti ad aliquem alium recursus haberi. Casu autem quo idem Cancellarius intra eosdem triginta dies post quinque dies prædictos immediate sequentes super competentia hujusmodi non pronuntiasset, vel omnino nihil de ea re declarasset, ipso facto Judicem Ecclesiasticum pro competenti Judice haberi, & ad eumdem Ecclesiasticum Judicem causæ hujusmodi cognitionem, & decisionem, de qua controversia esset, spectare, & pertinere, diffinitam esse censeretur, & aliàs, pro ut in constitutionibus, & statutis Regnorum, & Dominiorum prædictorum plenius dicitur contineri, cum autem (sicut eadem expositio subjungebat) in Regno Sardiniæ, in quo constitutiones ipsas inter judices ordinarios in viridi observantia esse asseritur, dubium oriatur, an constitutionum, & statutorum hujusmodi dispositiones locum sibi vendicarent, etiam quoad judices, & conservatores ad universitatem causarum deputatos, vel deputandos in posterum, propterea idem Philippus Rex nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis per declarationis nostræ oraculum providere benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur prædicti Philippi Regis nobis super his porrectis supplicationibus inclinati, ad omne dubium tollendum, & ne amplius in præmissis, aut circa illarum observantiam hæsitari contingat: opportunè providere volentes, & in Regno Sardiniæ, dum de jurisdictione contentionem exoriri inter Ecclesiasticos, & sæculares judices contigerit, eadem ratio, & forma ex dictarum constitutionum præscripto inter ordinarios Judices in eodem Regno hactenus observata, etiam quoad judices, & conservatores ad universitatem causarum delegatos, & deputatos, & pro tempore delegandos, & deputandos, etiam si alter ipsorum Ordinarius, alter ad causarum universitatem sit delegatus, observentur authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò statuimus, & declaramus, præsentesque litteras, & in eis contenta quæcumque de surreptionis, & obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu, vel aliàs impugnari, seu notari minimè posse, & super quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Prælati Apostolici causarum, aut Auditores, seu eorum Locumtenentes in quacumque instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quamvis aliter judicandi, & interpretandi authoritate, & facultate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac quidquid secus per eosdem, & quoscumque alios scienter, & ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, ac in Synodalibus Conciliis edictis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Regni Sardiniæ, ac illius Civitatum, & Diœcesis, ac locorum quorumcumque etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate corroboratis statutis, ac consuetudinibus, & immemorialibus privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis quacumque ratione, vel causa concessis quibus omnibus, illarum tenoribus præsentibus pro expressis habentes, illis autem in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque: cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd præsentium litterarum exemplis, & impressis sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu Notarii subscriptis eadem fides in judicio, quam extra illud, ubilibet adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die* 15. *Decembr.* 1574. *Pontificatus nostri anno tertio. Cæ. Glorierius.*

Octavo loco, sanctissimus Papa Paulus V. Breve Beatissimi Pii V. *de quo suprà numer.* 95. ad instantiam Deputatorum Regni Aragonum, die 21. Martii 1614. mandavit à suo originali registro extrahere, & liberare, ut tradit Ramirez *de lege Regia*, §.2. *num.*10. *in fine*, 98

Nono loco, & ultimo, cum Orphinus Collector Cameræ Apostolicæ nollet foros competentiarum servare, imò illos transgrediendo plura innovaret, instante Regio Fisco, fuit monitus per Regiam Audientiam Regni Aragonum mediantibus litteris directis Ordinario Castellæ, ubi tunc degebat, quibus non obstantibus, cum adhuc innovaret, Serenissimus Dominus Rex Philippus secundus, hæc per suas litteras scripsit Romano Pontifici Clementi octavo, qui mandavit Orphino, ut hos juridicos, & approbatos tramites non turbaret, ut ex Martino Miravete Advocato fiscali postea monacho effecto, refert Sesse *de inhib. c.* 10. §. 2. *num.* 47. 99

Ex quibus rescriptis, Brevibus, seu litteris Apostolicis præcipuè Sanctissimi Julii Papæ Tertii *de quibus suprà à n.* 88. *ad* 93. remanet probatum privilegium expressum, & confirmata concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, Cardinalis Convenarum, & ex Brevibus, seu litteris Apostolicis Beatissimorum Pontificum Pii V. & Gregorii XIII. *de quibus suprà à num.* 94. *ad* 98. remanet pariter probatum privilegium expressum, & Regiæ pragmaticæ, constitutiones, & fori totius Coronæ Aragonum circa contentiones, & competentias disponentes expresse auctoritate Apostolica confirmatæ, Sesse *decis.* 113. *per totam*, & id præcipuè notat *num.* 140. 188. & 197. *l.*2. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.*2. *c.*7. §.1. *sect.* 1. *numer.* 12. non in forma communi, sed in forma specifica, & ex certa scientia, 100

ut

ut latè probat idem Sesse *dec.* 113. *à num.* 154. *ad* 165. *l.*2. Et quando dicatur fieri confirmatio in forma speciali, & ex certa scientia, & quamdiu in forma communi, & de effectibus utriusque confirmationis, videndi sunt Sesse *decis.*15. *num.*93. *l.*1. *&* *decis.* 113. *à num.* 154. *l.*2. *&* *dec.*389. *à n.*89. *l.*4. Mascard. *de probat.concl.* 282. *&* 404. Avendanno *l.*42. *Tauri*, *glo.* 3. Molin. *de just. & jure tom.*3. *disput.*597. Lanar. *cons.* 21. Garcia *de nobilit. gl.*1.§.1. *à nu.*66. Cabedo *dec.*1. *&* 2. *part.*2. Caldas. *in prax. jud. verbo confirmatio*, *à nu.*4. Cancer *part.* 3. *res.cap.*3. *à n.*177. *ad* 200. Gail *l.*1. *obser.*1. Molina, & ejus Additionat. *de primog. Hispan. l.*2. *c.*6. *nu.*7. Seraph. *decis.*460. Paris. *cons.*3. *à num.*35. *lib.*4. Valenzuela *cons.* 79. *l.*1. Tuschus *pr. concl. littera C. conclus.*704. 705. 706. 708. *&* 710. Gratian. *discep. foren. c.* 9. *nu.*8. *&* *c.* 586. *à n.*19. Pascal. *de pat. potest. part.*1. *c.*1. *num.*58. *ad* 68. Barbosa *in rub. & in cap. dilecta*, *de confir. utili*, *vel inut.* Duran. *decis.*285. *à n.*126. Paz *de tenuta*, *cap.*57. *à num.* 308. *ad* 324. Castillo *contr. l.*5. *c.*89. *à n.*201. *ad finem.*

102 Quibus sic traditis, non obstat primum fundamentum contrarium, nam concedo non valere statuta contra libertatem Ecclesiæ facta; sed Regiæ pragmaticæ, fori, constitutiones, & consuetudines immemoriales totius Coronæ Aragonum justificantur privilegiis tacitis, præsumptis, & expressis Romanorum Pontificum, quibus positis, statutum nullatenus dici potest contra Ecclesiasticam libertatem, Sesse *decis.* 113. *num.*188. *l.*2. Salzedo *de lege pol. l.*1. *c.*8. *numer.*26.

103 Nulli enim dubium est, quòd Papa potest confirmare foros, statuta, & Pragmaticas, quæ sunt contra Ecclesiasticam libertatem, Sesse *decis.*11. *à numer.* 91. *l.*1. Thomas del Bene *de imm. Eccl. tom.*1. *c.*1. *dub.*15. *num.*8.

96 In Regno Valentiæ Equites Ordinis B. Mariæ de Montesa, & Sancti Georgii de Alfama in actionibus personalibus coram Judice sæculari conveniri non possunt, sed coram Locumtenente generali Ordinis, Regens Leon *dec. 83. n. 15. lib. 1.* Belluga *in specul. Princip. rub. 7. num. 7.* & loquendo in criminalibus, quòd gaudeant privilegio fori, etiamsi sint Novitii, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 4. num. 47.* qui *nu. 48.* testatur ita observasse Sacrum Supremum Senatum Aragonum in causa contentionis Fratris D. Hieronymi Minuarte, ex Regio rescripto, Dat. Matriti 23. Maii 1631. quod ad litteram refert *num. 49.* & de aliis Regiis rescriptis meminit Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. num. 1438.* Equites autem sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Jacobi, & aliorum Ordinum Militarium, nec in civilibus, nec in criminalibus gaudent privilegio fori, sed ex quo superiorem non habent in Regno, de illis cognoscit Dominus Rex, ut latè tradit Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 5. à n. 200. ad 209.* sunt verò omnes Equites tàm B. Mariæ de Montesa, quàm S. Joannis, Sancti Jacobi, & aliorum Ordinum Militarium exempti ab impositionibus, vectigalibus, atque tributis, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 4. num. 50.* ubi testatur, sic decisum per Senatum Valentinum sententia publicata per Don Franciscum Alreus Regium mandati scribam 6. Julii 1635. in favorem Don Ludovici Saydia ordinis Divi Jacobi, contra Syndicum Villæ de Alaquas, & Caranca, notat Diana, *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 49. in fine.*

In Regno Sardiniæ Equites Sancti Jacobi, & alio- 97
rum ordinum Militarium gaudent privilegio fori in criminibus, non autem in civilibus, Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 1. tit. 7. cap. 25. §. 6.* Dexat *in cap. 5. num. 4. & 7. de Episcop. & Cleric.* ubi refert decisionem Regiæ Audientiæ Sardiniæ factam 8. Julii 1638. ad relationem eruditissimi Senatoris Don Antonii Canales de Vega.

In Regno Castellæ Equites Sancti Jacobi, & aliorum 98
ordinum Militarium gaudent privilegio fori, in criminalibus, Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 19. num. 9.* Azevedo *lib. 14. num. 4. ubi exemplaria refert, titul. 5. lib. 3. recop.* Villadiego *in polit. cap. 5. num. 117.* Carleval. *de jud. lib. 1. disput. 2. à num. 425. & 450.* quantumvis gravibus, & atrocibus, Carleval. *dict. disp. 3. num. 428.* idque ex pluribus Bullis Pontificiis, & rescriptis Regiis, de quibus Mastril. *decis. 290. nu. 165.* Carlev. *dicta disp. 2. nu. 425.* etiamsi sint Novitii, latè Carlev. *de judic. lib. 1. disp. 2. à num. 439. ad 445.* ubi contrariis respondet, *& numer. 443.* plura exemplaria cumulat, in civilibus verò non gaudent privilegio fori, sed est in electione actoris illos convenire coram Judice sæculari, vel in Regio ordinum Concilio, Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 19. numer. 26.* Villadiego, *in polit. cap. 5. num. 117.* Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. nu. 450.* nisi agatur de bonis Commendarum, aut juribus earum, & de istis rebus conveniendi sunt coram Supremo ordinum administratore perpetuo, & Judicibus ab eo deputatis, in Regio ordinum Concilio, aut coram Conservatoribus Apostolicis, qui ad hunc effectum virtute Bullarum Apostolicarum suscitantur, Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. numer. 408. & 418.* vel nisi actor sit etiam Eques ordinum Militarium, qui illos convenire debet apud Concilium supremum ordinum, Carleval. *dicta disp. 2. num. 450. in fine.*

In Regno Lusitaniæ pariter non gaudent in civilibus, 99
nisi solùm in criminalibus, quando habent præceptoriam militarem vulgò *Commanda*, vel aliquam tenentiam cum habitu illius ordinis Vulgò *tenta* ad minus quindecim millium regalium, Valascus *consult. 131. num. 5.* Pereira *decis. 58. num. 12. & 21.* Phœbus *decis. 85. à num. 6. par. 1.* Barbosa *de jure Eccles. univer. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 27. & de potest. Episcop. par. 2. alleg. 12. num. 45. vers. amplia in fine*, Costa *cons. 42. num. 14.* Valasc. *de privileg. pauper. part. 3. quæst. 17. nu. 49.* Fermosin. *in cap. 2. q. 16. nu. 3. de foro compet.*

In Regno Neapolis non gaudent privilegio fori, sed 100
conveniuntur apud Sacrum Regium Concilium, & cæteros Judices ordinarios, Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. num. 438. ad medium vers. tametsi*, ubi testatur, ita audivisse à doctissimo, & gravissimo viro Don Hieronymo Caymò in supremo Italiæ Senatu Regente meritissi-

ritissimo, & eum ita postea inveniſſe, atque ita teſtatos ipſi fuiſſe ſuos ſocios antiquiores Conſiliarios, intellige in civilibus, ſecùs in criminalibus, exemplaria laudat Thoro *in comp. dec. part.* 3. *ſect.* 2. *verbo Milites Sancti Jacobi*, *fol.* 84.

101 In Regno Siciliæ gaudent privilegio fori in criminalibus, meminit Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 438. Carol. de Graſ. *de effect. cleric. effect.* 1. *numer.* 116. non autem in civilibus, Maſtril. *deciſ.* 290. *lib.* 3. ubi *numer.* 195. adducit litteram Domini Regis ita ſtatuentem, Dat. Matriti 10. Januarii 1609. Cutellus *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 10. ubi teſtatur, ita confirmaſſe quotidianum forenſem uſum, niſi inter ſe agant, Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *numer.* 15. *verſic. Confirmatur*, *in fine*. Tradidi conſuetudinem Cathaloniæ, & aliorum Regnorum circa Equites ſancti Jacobi, & aliorum Ordinum Militarium, an quomodo gaudeant privilegio fori. Adde quòd hujuſmodi conſuetudo valida eſt Maſtril. *deciſ.* 290. *numer.* 87. *lib.* 3. vide Sperell. *deciſ.* 2. *à num.* 126. *& num.* 100. Dixi quòd obſervatur in Regno Neapolis. Adde quòd in aliis partibus Italiæ, & ſic Januæ, Equites ſancti Jacobi habentur tamquam laici, collectantur, carcerantur, & condemnantur à judice laico, Daniel de Nobilibus *cont. diſp.* 55. *num.* 16. *& 17.*

102 An autem Equites ſancti Stephani, & aliarum Religionum exterarum Hiſpaniæ gaudeant privilegio fori: vide Sperel. *dec.* 2. *numer.* 42. 114. *&* 120. negant Carol. de Graſ. *de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 95. Daniel de Nobilibus *cont. diſp.* 56, *num.* 5.

Nota, quòd ſi Equites ſancti Jacobi, & aliorum Ordinum Militarium moleſtantur in Cathalonia per Judicem ſæcularem, caſibus in quibus juriſdictio ad illum non pertinet, ipſi adire debent ſuum Judicem, & cum ſuo Judice firmare jus, & de jure coram ordinario Eccleſiaſtico, & ordinarius Eccleſiaſticus ſcribit pro eis in forma contentionis Judici ſæculari, aliàs ſi ſolùm per ipſos ſine ſuo Judice firmetur contentio, ſolet declarare Cancellar. Cathaloniæ contentionem non procedere, ut docet Cancer. *part.* 3. *variar. cap.* 10. *num.* 22. *verſic. Et ſimiliter*, ubi addit, ita accidiſſe in contentione firmata ad inſtantiam Egregii Comitis de Queralt, qui erat Commendator Sancti Jacobi, nam cum ipſe in Regia Audientia pulſaretur, coram ſuo Præſide firmavit jus, & de jure, & Præſes una cum ipſo firmarunt coram Epiſcopo Barcinon. ordinario ſuo Eccleſiaſtico, & ordinarius Eccleſiaſticus ſcripſit in forma contentionis, & Curia ſæcularis reſcripſit, & ſic legitimè fuiſſe firmatam contentionem, & declaratam, refert, & ſequitur Xammar *defin.* 100. *numer.* 2. *part.* 2. ut fuit obſervatum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Aſtor, Torner, & Calba de Vallſeca 23. Octobris 1602.

103 Sed ſi iſti Equites Sancti Jacobi, & aliorum ordinum Militarium non habeant ſuum Judicem Conſervatorem in Provincia, & tunc ipſi vigore Bullarum Apoſtolicarum Judicem Conſervatorem eligere, & nominare poſſunt, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *numer.* 26. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 408. *&* 418. Pereira *deciſ.* 58. Diana *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 20. *verſic. Notandum*, Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 7. *dubit.* 2. *ſect.* 4. *nu.* 5. Guttier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 4. Cevallos *comm. cont. com. quæſt.* 892. *num.* 815. Fermoſin. *in cap. ſi Clericus*, *num.* 40. *de foro compet.* quem adire debent, & forma prænarrata contentionem firmare, ut fuit obſervatum in caſu Joannis Baptiſtæ ſervi, ſeu mancipii Comitis Oſſonæ, *relato ſupra num.* 94. *in fine*.

104 Idemque eſt, ſi Religioſi, vel Religioſæ moleſtentur per Judicem ſæcularem; nam non ſufficit, quòd ipſi, vel ipſæ firment contentionem in Curia Eccleſiaſtica, ſed debent illam firmare cum interventu Procuratoris ſuorum Conventuum, aliàs declaratur contentionem non procedere, ut fuit declaratum per Priorem Jalpi tertium per ſuam Eccellentiam nominatum, Conſultoribus Puig, Viloſa, Coxadò, Sala, & Alegre 17. Septembris 1655. inter Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ, & ſororem Caſildam de Caſſador monialem monaſterii Beatæ Mariæ Angelorum ex una, & Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ, & Nobilem Hieronymum de Claramunt, & Spuny ex altera, fuit declaratum: *Contentionem eo modo quo fuit firmata per Curiam Eccleſiaſticam non procedere*.

Sed hæc quæ dixi, de modo firmandi contentionem 105
per Equites ſancti Jacobi, & aliorum ordinum Militarium, procedunt in Cathalonia: Nam in Regno Valentiæ orta contentione juriſdictionis inter Dominum Regem, & ordinem B. Mariæ de Monteſa, Regens Cancellariam, & Aſſeſſor Antiquior ordinis tenentur inter ſe conferre, & illam decidere infra quindecim dies, data ipſis facultate prorogandi ad alios quinque, qui ſi concordes ſint, illud executioni demandant; ſi autem diſcordes, Regens Regiam Cancellariam votum ſuum mittere debet Illuſtriſſimo Domino Vicecancellario, Aſſeſſor verò Antiquior ordinis Aſſeſſori generali unà cum actis reſpectivè ad rem ſpectantibus, ut per eos definiatur, ita cavetur *in c.* 10. *Regiæ pragmat. Dat. Martii* 2. *Novemb.* 1596. Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 4. *num.* 83. *&* 64. qui *num.* 66. exiſtimat, eamdem formam obſervandam eſſe in delegatis immediatè Domino Rege, & teſtatur in viſitatione Urbis uſu receptum fuiſſe in cauſa Joannis Baptiſtæ Marti, Regio Viſitatore loco Regentis conferente, *& numer.* 65. tradit quòd obſervandum ſit reſpectu vaſſallorum, & oppidorum ordinis Monteſiæ.

Sed quid de Uxoribus, Viduis, Filiis Equitum S. 106
Jacobi, & aliorum ordinum Militarium, utrùm teneantur firmare contentionem in Curia Eccleſiaſtica, vel ſæculari, pariter dependet ab illa quæſtione, an gaudeant privilegio fori, vel non.

Quoad Uxores, vivente marito, quidam exiſtimant, non gaudere privilegio fori, quos refert Sanchez, *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 41. *num.* 3. quibus addendi ſunt Bonacina *de legib. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 8. §. 2. *numer.* 9. Trullench. *in decalogo*, *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *dub.* 5. *nu.* 107
18. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 4. *punct.* 2. *num.* 2. *verſic. Advertendum*, *& tom.* 2. *tract.* 2. *diſp. unica*, *par.* 2. *num.* 10. *verſic. Decimo*, Donatus Antonius de Marinis *reſol. quotid. cap.* 58. *num.* 14. latiſſimè Pareja contrariis reſpondens *de inſtr. edit. tom.* 1. *titul.* 2. *reſol.* 6. *ſpecie* 6. *à num.* 346. *ad* 410. Laynes in addit. ad Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 5. *in fine*, Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 23. *à nu.* 1. *ad* 13. Barboſa *de jure Eccleſ. unic. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 62. Sanfelicius *in additionibus noviſſimis poſt tom.* 2. *poſitis ad deciſ.* 14.

Sed contrarium, quòd Uxores Equitum ſancti Jaco- 108
bi, & aliorum Ordinum Militarium, & Clericorum conjugatorum gaudeant privilegio fori, verius docent Aviles *in cap. Prætor. in præem. gloſſ.* 1. *nu.* 28. Oſaſcus *dec.* 30. *num.* 14. *&* 15. Squillante *de privileg. Clericor. cap.* 7. *dub.* 2. *nu.* 34. Bellet. *diſqui. cler. part.* 1. *tit. fav. cler. reali*, §. 1. *n.* 24. *&* 25. Car. de Graſ. *de effect. cler. effect.* 1. *n.* 155. Correa *in cap. inter alia*, *part.* 2. *n.* 33. *de immun. Eccleſ.* Fagundez *de juſt. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 28. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 47. *num.* 2. & ſi contrarium teneat *num.* 3. ſe retractat, & hanc ſequitur *in opuſculo*, *to.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *dubit.* 3. *n.* 2. Riccius *collect.* 2114. latiſſimè Amaja *in lib. fin. à nu.* 10. *Cod. de incol. lib.* 10. Fermoſinus *in cap. ex te ore*, *quæſt.* 8. *& in cap. cum contingat*, *quæſt.* 13. *numer.* 1, *&* 2. *de foro compet.* Diana *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 36. Giurba *obſerv.* 90. *nu.* 20. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 13. *num.* 14. *&* 15. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *ſect.* 4. *à num.* 1. *ad* 7. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 4. *num.* 51. *&* 52. ubi refert ita definitum per ſupremum in cauſa fratris Joannis Baptiſtæ Marti, & Domnæ Hipolitæ Sempere, cum Fiſco Regiæ viſitæ Urbis anni 1653. De uxoribus Familiarium ſancti Officii, *vide infra deciſ.* 30. *num.* 169. De uxoribus Senatorum, Cabedo *part.* 2. *deciſ.* 86. Franchis *deciſ.* 416. & alii per Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap.* 36. *num.* 45. cum relatis infra *deciſ.* 10. *num.* 121. De Uxoribus Nobilium, Socartats *in cap. ſi Barones*, *num.* 40. *fol.* 416. Xammar. *de off. jud. part.* 2. *quæſt.* 2. *nu.* 57. 65. *&* 66. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 5. *à numer.* 40.

De

De Uxoribus Militum militiæ bellicæ, Belluga *in spec. Princip. rub.* 20. §. *quia*, *numer.* 20. Rovit. *in pragmat.* 15. *num.* 20. *& prag.* 16. *num.* 4. *de militib.* Accacius *de privileg. jurisd. civil. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 15. Ciarlin. *cont. foren. cap.* 156. *numer.* 10. *part.* 2. Diana *resol. part.* 6. *tract.* 36. *vers. Ad tertium*, *& eadem part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 6. *& part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 23. Tondutus *de præven. jud. cap.* 29. *num.* 1. *&* 3. Amaya *in l. fin. num.* 9. *Cod. de incol. lib.* 10. De Uxoribus studiosorum latè Escobar *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.* 36. *à num.* 1. *ad* 11. *& à num.* 44. *ad* 52. & generaliter de materia præter Amayam *in l. fin. Cod. de incol. lib.* 10. & alios supra citatos Pichard. *in tract. de communicat. nobilit. per totum*, Narbona *lib.* 18. *gloss.* 5. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Riccius *collect.* 2140. Molinus *de ritu nup. lib.* 1. *comp.* 23. *à num.* 44. Fragoso *de regim. Reipub. part.* 1. *lib.* 3. *disp.* 6. §. 10. *nu.* 179. Novar. *in prax. elect. fori section.* 1. *quæst.* 47. Escobar *de Pontif. & Reg. jurisdict. cap.* 36. Borell. *in sum. decis. par.* 1. *tit.* 8. *à num.* 26. Faber *in suo Cod. lib.* 9. *tit.* 28. *de dignitatibus*, *defin.* 16. qui mille alios laudant.

109 Notanter dixi, privilegio fori, nam privilegio Canonis, omnes docent, Uxores Clericorum conjugatorum, ac Equitum sancti Jacobi, & aliorum ordinum Militarium non gaudere, Aviles *in cap. Prætor. in proœm. gloss.* 1. *num.* 18. Sanchez, *de matrim. lib.* 7. *disp.* 47. *num.* 1. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 4. *num.* 51. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 22. *num.* 4. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *res.* 36. *Ad tertium*.

110 Quoad Viduas Equitum sancti Jacobi, & aliorum ordinum Militarium, ac Clericorum conjugatorum, etsi aliqui dicant, quòd non gaudeant privilegio fori etsi statum vidualem servaverint, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 47. *num.* 4. Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 12. *disp. unica*, *punct.* 2. *num.* 10. *vers. Decimo.* Trullench *in decalogo*, *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *dub.* 5. *num.* 16. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 6. *numer.* 418. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 23. *num.* 13. Cabedo *decis.* 98. *num.* 5. ubi testatur ita judicatum in tribunali Regii Patrimonii anno 1586. *part.* 1.

111 Contrarium est verius, quòd Viduæ sancti Jacobi, & aliorum ordinum Militarium, ac Clericorum conjugatorum gaudent privilegio fori, Osascus *decis.* 30. *numer.* 14. Diana *resol. moral. part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 6. *vers. secundo*, *& part.* 8. *tract.* 7. *res.* 23. Bellet. *disqu. clerical. par.* 1. *tit. favo. cler. reali*, §. 1. *num.* 24. Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 13. *numer.* 15. Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 45. *in fine*, Fermosin. *in cap. cum contingat. quæst.* 13. *numer.* 5. *&* 4. *de foro compet.* Mattheu *de reg. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 4. *nu.* 32. *in fine*, ubi testatur ita definitum pluries per dominos Regentes, & Assessores ordinis, signanter in causa contentionis Viduæ Illustrissimi Vicecancell. Don Andreæ Roig, Thomas del Bene *de immun. Eccles. to.* 1. *dubit.* 11. *sect.* 4. *numer.* 2. De Viduis Studiosorum latè Escobar *de Pontif. & Reg. jurisdic. in stud. general. capit.* 36. *à numer.* 11. *ad* 25. De Viduis Familiarium sancti Officii, *Paramus in defen. jur. sancti Officii*, *cap.* 3. Narbona *lib.* 20. *gloss.* 1. *num.* 47. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. vide infra decis.* 30. *num.* 165. De Viduis Nobilium, Fontanella *de pac. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 15. *à num.* 46. Xammar. *de off. jud. part.* 2. *quæst.* 2. *à num.* 58. & generaliter Thesaur. *quæst. foren.* 90. *lib.* 1. Narbona *lib.* 6. *gloss.* 9. *à num.* 10. *tit.* 16. *lib.* 2. *recop.* Pascal. *de pat. potest. part.* 4. *cap.* 2. *à numer.* 6. Barbosa *in l. quia tale*, *à num.* 23. *ff. solut. matr.* Vide quæ dicam infrà *decis.* 10. *num.* 121. & tenent alii Doctores supra allegati *num.* 108.

112 Quoad Filios Equitum sancti Jacobi, & aliorum ordinum Militarium, ac Clericorum conjugatorum, quòd gaudeant privilegio fori parentum suorum, Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 49. Carol. de Gras. *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 189. Novar. *quæst. foren.* 98. *numer.* 2. *par.* 1. Fermosin. *in cap.* 2. *quæst.* 14. *num.* 1. *de judiciis*, Squillante *de privileg. cler. cap.* 7. *dub. num.* 13. *& dubit.* 2. *numer.* 35. Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 7. Thomas del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *sect.* 4. *à num.* 7. *&* *cap.* 4. *dubit.* 23. *à num.* 14. Intellige dummodo filii sint legi- 113
timi, & pater sit vivus; nam si sunt illegitimi, vel pater est mortuus, non gaudent privilegio fori, notat Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 7. *vers. Sed adverte*, *& part.* 4. *tract.* 1. *res.* 111. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *sect.* 4. *numer.* 10. *& cap.* 4. *dubit.* 23. *num.* 18. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 47. *numer.* 4. Barbosa *in l. quia tale*, *numer.* 26. *vers. Infertur*, *ff. solut. matrimon.* Carol. de Gras. *de effect. clericat. effectu* 3. *numer.* 133. 134. *&* 137. Ciarl. *cont. foren. cap.* 146. *num.* 10. *par.* 2. Fermos. *in cap.* 2. *quæst.* 16. *num.* 1. *in fine*, *de jud.* Declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium refert Barbos. *de jure Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 62. *in fine & appellat.* 233. *num.* 4. Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 50. *num.* 6. De Filiis Familiarium sancti Officii, *vide infra decis.* 30. *num.* 170. De Filiis Nobilium, Socarrats, *in cap. si Barones*, *numer.* 41. *fol.* 427. Spinus *in specul. testam. gloss.* 16. *num.* 23. vide Barbosam *in l. quia tale*, *à num.* 23. *ff. de solut. matrim.* latè Paschal. *de pat. potest. part.* 4. *cap.* 2. *à num.* 1. Sanfelicius *decis.* 56. *à numer.* 6. *& antea dec.* 21. De Filiis Doctorum, Escobar *de Pont. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.* 30. *num.* 61. Xammar. *in audit. post tract. de off. jud. num.* 5. idem Escobar *cap.* 36. *à num.* 52.

Et quamvis nobilitas patris non extendatur ad filios 114
illegitimos, cùm bastardi non dicantur de domo, seu agnatione patris, nec possint eorum arma, sivè insignia deferre, Molina *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 47. Additionat. ad Molinos *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 41. *vers. Primo*, cum multis relatis per Paschal. *de pat. potest. par.* 4. *cap.* 2. *à num.* 9. Fuzarius *de subst. quæst.* 354. 360. *&* 361. mille alios citat Garcia *de benef. part.* 7. *cap.* 15. *à num.* 36. Giurba *de feud.* §. 1. *gloss.* 1. *à num.* 10. Barbosa *appellat.* 164. *à num.* 7. Noal. *de transm. cas.* 29. *à num.* 32. plures Castello *controv. lib.* 5. *cap.* 82. *nu.* 50. *& cap.* 39. §. 16. *num.* 48. Sanfelicius *decis.* 56. *à nu.* 9. Novarius *quæst. foren.* 38. *numer.* 7. De consuetudine tamen Cathaloniæ, bastardi Nobilium deferunt nomen, & arma, & sunt de familia parentum, & retinent eamdem Nobilitatem, & ut Nobiles admittuntur in congregatione Nobilium, vulgò *bras Militar*, & intrant Curias sicut eorum parentes, ut testantur Guido de Vallesica *in usat. filius militis*, Calicius *in virid. militia*, *quæst.* 2. *num.* 33. *fol.* 161. Despujol ad Mieres *verbo bastardus*, Ferrer. *in const. los impuberes*, *gloss.* 3. *nu.* 34. Xammar. *de fin.* 71. *num.* 3. *part.* 2. Ripoll. *var. cap.* 7. *num.* 432. Fontanella *decis.* 292. *num.* 27. *part.* 1. Regens Leon *decis.* 9. *numer.* 128. *&* 129. *lib.* 3. idem in Aragonia, Sesse *decis.* 1. *numer.* 24. Portoles §. *bastardus*, *à num.* 1. Valentia, Belluga *in spec. Princip. rub.* 7. *sub num.* 11. sed vide Leon *decis.* 80. *à num.* 11. Sardinia, latè Dexart *in cap.* 23. *num.* 13. *de militar.* Castella, Gregor. Lopez *lib.* 1 *tit.* 11. *par.* 7. *gloss. amiga*, plures citat Azevedo *lib.* 10. *num.* 5. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* cum aliis per Garciam *de benef. part.* 7. *cap.* 15. *numer.* 49. qui *num.* 50. limitat nisi subjecta materia aliud importet, Barbosa *appellat.* 164. *num.* 10. Italia, Ubald. *de succes. ab intest. numer.* 53. Bartol. *in tract. de insign. & armis*, *vers. Et posset*, Neapoli, Sanfelicius, *decision.* 56. *num.* 17. Sabaudia, Thesaur. *quæst. foren.* 45. *lib.* 2. videndus Faber *in suo C. lib.* 9. *tit.* 29. *de dignitatibus dif.* 20. Francia, Guido Papa *decis.* 580. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 15. *num.* 25. Boerius *decis.* 127. *in fine*, & de aliis pluribus Regnis, ac de generali con- 115
suetudine, Paschal. *de pat. potest. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 26. Menoch. *lib.* 4. *presumpt.* 88. *nu.* 14. Guttier. *pract. lib.* 2. *quæst.* 155. *num.* 2. *& lib.* 3. *quæst.* 81. *nu.* 7. Noal. *de transmis. cap.* 29. *à numer.* 46. Fusar. *de subst. quæst.* 361. *num.* 16. Florez de Mena, *quæst.* 6. §. 1. *à nu.* 9. *&* §. 2. *à n.* 9. Carroccius ad Decium *consil.* 85. *n.* 49. *&* 50.
Nisi quòd Bastardi arma, & insignia domus deferre de- 116
bent cum aliqua differentia, ponendo in scuto lineam nigram per transversum, incipiendo à parte sinistra versùs dexteram, quod est signum, ut ita loquar, suæ illegitimitatis, & bastardiæ, & sic in pluribus Regnis, & Provinciis observari, testantur Papon. *tit. des successions des batardz*, *arrest.* 1. Ranchin. ad Guid.

Papam,

Papam *decis.* 580. Marchus *decision.* 1140. *numer.* 4. Spin. *in specul. testam. gloss.* 16. *numer.* 26. Faber. *in suo Cod. lib.* 9. *titul.* 29. *defin.* 20. *nu.* 9. Tiraquell. *de nobil. cap.* 15. *numer.* 25. latè Rochus Lucen. *de insig. famil. lib.* 1. *cap.* 24. Thesaur. *quæst. foren.* 45. *lib.* 2. qui *num.* 3. ampliat. & limitat.

117 Et quid tamdem de famulis laicis Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum, an teneantur firmare contentionem in Curia Ecclesiastica, vel sæculari, similiter dependet ab illa quæstione, an fori privilegio gaudeant, vel non, in qua distingue tres casus.

118 Primus casus est, in famulis perpetuis Ecclesiarum, Ecclesiasticarumque personarum, qui propriè dicuntur servi; nam isti fori privilegio gaudent, tamquam bona, & res propriæ Ecclesiæ, & Clericorum, ut probant jura, quæ sic debent intelligi, *in lib.* 1. *Cod. de Episcop. & Cler. can. generaliter*, §. *novorum*, 16. *quæst.* 1. *canon Ecclesiarum servos*, 12. *quæst.* 2. *gloss. in canon. judicatum*, 89. *dist.* Ita Thesaurus, *decis.* 22. *num.* 5. Menochi. *de arb. jud. casu* 562. *num.* 3. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 49. 53. & 57. Gratian. *discep. foren. cap.* 341. *num.* 2. Trentacinq. *lib.* 2. *var. de foro compet. resol.* 1. *num.* 2. *versic. Ego non*, Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 97. Martha *de jurisd. part.* 4. *cas.* 111. *numer.* 1. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmis. num.* 140. Carol. de Gras. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 149. Bellet. *disquisit. cler. par.* 1. *tit. de exempl. cler. reali*, §. 1. *num.* 12. Barbosa *in can. Ecclesiarum servos*, 1. 2. *quæst.* 2. *& de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 59. *versi. respondemus*, & §. 4. *num.* 102. Fermosinus *in cap. cum contingat*, *quæst.* 12. *num.* 7. *de foro compet.* Urrutigoiti *in pastur. regul. par.* 6. *voto* 10. *num.* 6. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *sub numer.* 46. Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 47. *in pr.* Ciarl. *cont. foren. cap.* 186. *num.* 6. *& a num.* 26. *& 66. par.* 2. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 15. *sect.* 1. *nu.* 4. 6. *&* 7. Sanfelicius *dec.* 1. *&* 2. *nu.* 5. *nu.* 12. *vers. Hanc*, *& num.* 18. Narbona *lib.* 20. *glo.* 1. *nu.* 33. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Riccius *dec.* 194. *nu.* 3. *p.* 2. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 46. Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 22. *& in lib.* 1. *num.* 2. *& in lib.*

120 2. *numer.* 12. *C. de Episc. & Cler.* Etiamsi sint Mauri, Turcæ, & à gremio Catholicæ Ecclesiæ alieni, Paramus *in defend. jur. sanct. Offic. cap.* 14. *num.* 47. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 97. Narbona *lib.* 20. *gloss.* 1. *nu.* 34. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Fermosin. *in cap. cum contingat*, *qu.* 12. *nu.* 10. *de foro compet.* Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 47. *versic. Notandum est*, Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *sect.* 1. *n.* 7.

Adde quòd die 15. Septembris 1633. in facto supplicationis oblatæ per Maginum Traver fisci procuratorem Capitaniæ Generalis: facta relatione in regio criminali Cathaloniæ Consilio per Magnificum Gabrielem Berart, fuit conclusum, servus vocatus Amet, qui erat Petri Xaravia visoris generalis & sic ejus familiæ, traderetur sub ordinario eum petenti, unà cum copia authentica inquisitionis illius. Alia similis fuit facta 2. Julii 1633.

121 Secundus casus est, In famulis laicis Ecclesiarum, & Clericorum temporalibus, & conductitiis, in quo quidam existimant gaudere privilegio fori, ut tenent duodecim Doctores relati cum argumentis hujus opinionis per Menoch. *de arbitr. jud. casu* 562. *à numer.* 8. *ad* 11. Cum aliis pluribus per Sanfelicium *dec.* 1. *a nu.* 1. *ad* 5. Quibus addendi sunt Fermosin. *in cap. cum contingat*, *quæst.* 12. *num.* 8. *&* 9. *de foro compet.* Narbona *lib.* 20. *gloss.* 1. *à numer.* 27. *tit.* 7. *lib.* 4. *recop.* Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 56. *&* §. 4. *à num.* 1. Squillante *de privileg. cler. cap.* 7. *nu.* 57. Bajard. ad Clar. §. *final. quæst.* 35. *sub n.* 2. Trentacinq. *var. lib.* 1. *de foro compet. resol.* 1. *nu.* 2. Tuschus *pract. concl. littera E conclus.* 17. *n.* 13. De famulis conductitiis Scholarium, *auth. habita*, *Cod. ne filius pro Patre*, Rebuf. *de privil. Scholar. privileg.* 166. *à num.* 1. Gratian. *decis.* 623. *num.* 12. Bonacos. *de servis*, *qu.* 52. Fermosinus *in cap. cum contingat*, *quæst.* 12. *numer.* 11. *de foro compet.* Menoch. *de arbit. jud. casu* 562. *num.* 9. *vers. Secundo*, cum relatis per Narbonam *l.* 20. *gloss.* 1. *à num.* 14. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 1. *sect.* 4. *n.* 15. Tond. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 29. *a num.* 8. Xammar. *defin.* 28. *num.* 4. *&* 23. *par.* 1. latè Escobar. *de Pontif. & Regia jurisdict. in stud. general. cap.* 37. *per totum*, Martha *p.* 4. *casu* 111. *num.* 13. *&* 14. Sanfelicius *decis.* 1. *num.* 2. De famulis militum militiæ Aulicæ, Soccarrats *in cap. si Barones*, *num.* 41. *fol.* 417. Cancer remissivè *var. res. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 426. Depujol ad Mier. *verbo familiares*, cum relatis per Fontanella *decis.* 366. *num.* 5. *par.* 2. Dexart. *in cap.* 20. *num.* 2. *de Militar.* Sesse *decis.* 9. *lib.* 1. De famulis Militum militiæ bellicæ, Gratian. *discep. foren. cap.* 340. *num.* 9. Tondutus *de præven. jud. cap.* 29. *num.* 2. Sanfelicius *decis.* 1. *num.* 4. Narbona *lib.* 20. *gloss.* 1. *num.* 22. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* De famulis Senatorum, & aliorum Officialium, Sanfelicius *decis.* 1. *num.* 3. Cabedo *decis.* 213. *num.* 11. *par.* 1. Et generaliter quòd famuli privilegiis dominorum fruantur, latè Narbona *lib.* 20. *gloss.* 1. *à num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Sanfelicius *decis.* 1. *nu.* 2. *vers. Præterea*. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 15. *sect.* 1. *num.* 16. *&* 17. Riccius *decis.* 69. *à num.* 4. *part.* 1. Fontanella *decis.* 336. *num.* 4. *par.* 2. Tondut. *de præv. jud. par.* 1. *cap.* 29. *per totum*.

Adde quòd die 30. Januarii 1660. in Regio criminali Cathaloniæ Consilio ad relationem Nobilis Michaelis Pallares, scriba Cortes fuit conclusum in favorem famuli coadjutoris Tenentis Generalis exercitus, qui fuit traditus Auditori generali exercitus, inventi de nocte cum tormentis manualibus parvæ mensuræ vulgo *Pistoles*.

Sed contrarium, quòd famuli laici Ecclesiarum, 122
& Clericorum temporales; & conductitii non gaudeant privilegio fori, tenent Capicius *decis.* 12. *num.* 2. Covar. *pract. cap.* 35. *numer.* 2. *versic. Quinto non video* Clar. §. *fin. quæst.* 35. *versic. Quæro numquid familiares*, Thesaur. *decis.* 22. *num.* 1. *&* 4. *versic. Verum*, quos, & alios decem & septem Doctores citat Menochius *de arbit. jud. casu* 562. *num.* 4. qui *nu.* 5. fundamenta adducit, Guttier. *lib.* 1. *pract. quæst.* 4. *n.* 2. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 22. Carolus de Gras. *de effect. cleric. effect.* 1. *à nu.* 147. Bellet. *disq. cler. p.* 1. §. *de favo. cler. reali*, *nu.* 12. Farinac. *part.* 1. *in prax. qu.* 8. *num.* 46. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 123. *vers. sed an famuli Clericorum*, Decian. *tract. crim. lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 47. *juncto num.* 57. *cum seq.* Quos & alios usque ad numerum quadraginta duorum Doctorum citat Sanfelicius, fundamenta referens, contrariis respondens, & exemplaria laudans, *decis.* 1. *à nu.* 1. Triginta duos Doctores, ac etiam exemplaria laudat Daniel de Nobilibus *controv. disp.* 27. *à num.* 3. *& in Addit. nu.* 1. Quibus addendi sunt Gratian. *decis.* 233. *n.* 3. Borell. *in sum. decis. par.* 1. *tit.* 42. *num.* 143. Ciarlin. *cont. foren. cap.* 186. *à num.* 28. *&* 67. *par.* 2. Cenedo *pract. quæst.* 4. *nu.* 26. Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 47. *versic. Difficultas est*, Trentacinq. *var. lib.* 2. *de foro compet. resol.* 1. *num.* 2. *versic. Contra hanc*, Regens Leon *dec.* 101. *à nu.* 13. *ad* 17. *lib.* 1. Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 17. Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *à num* 57. Ferrer. *in constit. hac nostra eviden.* 2. *à numer.* 111. Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 372. Fermosinus *in cap.* 2. *quæst.* 23. *n.* 2. *de foro compet.* Thoro *in compen. decis. tom.* 1. *verbo fori privilegio an gaudeant*, *fol.* 240. *& in supplemento*, *verbo famuli*, *fol.* 110. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 15. *sect.* 1. *à numer.* 25. *versic. Neque obstat*, Ambrosin. *de immun. Eccles. c.* 22. *n.* 13. Riccius *decis.* 139. *n.* 2. *par.* 2. Thesaur. *qu. foren.* 78. *nu.* 1. *lib.* 3. Mascard. *de generali interpret. stat. concl.* 1. *nu.* 135. Martha *de jurisd. par.* 4. *casu* 111.

a numer. 4. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 29. *num.* 19. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 13. *num.* 46. Laynez in addit. ad Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 8. *versic. Item an familiares* Gambacurta *de immu. Eccles. lib.* 7. *cap.* 11. *numer.* 8. Suarez, Castro Palao, Trullench, & alii quos citat Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1 *sect.* 4. *à nu.* 178. De famulis conductitiis familiarium, & officialium sanctæ Inquisitionis, *infra decis.* 30. *nu.* 172. & generaliter, quòd famuli non gaudeant privilegiis Dominorum, Capicius *decis.* 12. *nu.* 2. *in fine* Regens Leon *dec.* 101. *n.* 15. *lib.* 1. Fontanella *dec.* 366. *n.* 6. & 13. *par.* 2. Regen Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. *per totum*.

123 Ceterùm, quidquid aliud sit in famulis Scholarium, & familiaribus Scholasticis Ilerden. juxta declarationes Cancellarii relatas *n.* 55. & in aliis casibus quibus privilegia dominorum expresè famulis conceduntur. Tamen ad meum institutum, cum nullo jure privilegium fori famulis laicis temporalibus, & conductitiis Clericorum concedatur, quid mirum, quòd communis Doctorum schola teneat, ipsos non gaudere privilegio fori, ita Sanfelicius *decis.* 1. *num.* 18. & alii *num.* 122. *citati*, & secundùm hanc opinionem fuit in Cathalonia judicatum per Cancellarium Loris 8. Januarii 1578. in favorem Curiæ sæcularis Vicarii, & Patiariorum Civitatis Ilerdæ, contra curiam Ecclesiasticam Sede vacante, & Joannem Roan Macellarium Capituli Ilerden. ad scindendas carnes conductum, & per Cancellarium Rovirola, anno 1604. super famulo Rectoris villæ Aqualatæ testantur Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 3. *numer.* 427. & *capite* 10. *numer.* 127. Fontanella *decis.* 336. *numer.* 5. *part.* 2. Xammar. *definit.* 26. *numer.* 11. & 27. *part.* 1. & per Cancellarium Agullana 12. Decembris 1606. Consultoribus Ferrer. Benach, & Magarolla in favorem Curiæ sæcularis Vicarii Perpiniani, & Officialium Vicecomitatus de Illa, contra Curiam Ecclesiasticam Eln. & Philippum de la Marcha famulum Stephani de la Marcha Canonici Elnen. & per Cancellarium Carmona, Consultoribus Astor, Senjust & Morell. 30. Octobris 1618. contra Petrum Sola vespillonem, sivè Fosserium Sedis Barcinonæ, per Magarola Tertium, Consultoribus Astor, Bonet, & Magarola 21. Februarii 1620. contra Gregorium Martorell famulum fratris Nicolai Cotoner Equitis S. Joannis Hierosolymitan. & per eumdem Magarola Tertium, Consultoribus Bonet, & Magarola 3. Novembris 1620. contra Guillelmum Baptista laicum deservientem Monasterio Monialium Capucinarum Civitatis Gerundæ, & per Cancellarium Pugmari de anno 1631. contra Elisabeth Ceres famulam coquinariam Petri Pons Canonici Ilerdæ, tradit, & probat latissimè Xammar. *definit.* 28. *à numer.* 1. *ad* 33. *part.* 1. & fuit ita declaratum in Regio Cathaloniæ Concilio ad relationem Magnifici Antonii Vinnola 12. Junii 1631. contra Joannem Sabater famulum fratris Don Petri Gregorii Puigdorfila Prioris Cathaloniæ. Adde pro prima opinione Ciarlin. *contr. foren. cap.* 186. *numer.* 62. *par.* 2. & pro secunda opinione, quæ in Cathalonia servatur *ibi* dixi, Daniel de Nobilibus *cont. disput.* 27. *à numer.* 11. *vers. Hæc enim*. Et licèt hæc opinionum contrarietas à pluribus distinctione componatur, ut famuli laici Clericorum conductitii ad tempus servientes gaudeant privilegio fori in his, quæ ad præcisam necessitatem personarum Clericorum concernunt, cum aliàs ea per se Clerici efficere nequeant, taliter quòd impedirentur uti servitio ipsorum famulorum cum gravi damno, & incommodo eorumdem Clericorum: secus si sine damno vel incommodo, aut saltem levi, quod judicis arbitrio relinquitur, considerata qualitate causæ, & personæ, locorumque distantia, ut tradunt Menochius *num.* 11. & 22. Carol. de Gras. *num.* 150. Diana *vers. Non debet in fine*, del Bene *num.* 29. Masc. *num.* 136. Squillante *num.* 57. Tondut. *num.* 19. & 20. Narbona *num.* 29. 30. & 31. Fermosin. *nu.* 9. Daniel de Nobilibus *num.* 4. Xammar. *num.* 32. & alii ex citatis *n.* 121. 122. & 123. Gratian. *discep. foren. cap.* 340. *num.* 4. 5. & 6. Et secundùm hanc distinctionem judicasse Cancellarium Aragoniæ testatur Urrutigoiti *in pastor. regul. par.* 3. *voto* 10. Sed contrarium servari de consuetudine, post traditam distinctionem credit Fermosinus *in cap. cum contingat.* 13. *quæst.* 12. *numer.* 9. *in fine de foro compet.* Et probabilius esse oppositum, non solùm attento jure, sed etiam attenta consuetudine, relata prædicta distinctione tradit Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 15. *sect.* 1. *num.* 30. & de jure docet Barbosa *de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 67. & 58. & post alios Mattheu *de Regimen Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 188. Et in Principatu Cathaloniæ est indubitata praxis, quòd famuli laici Clericorum conductitii ad tempus servientes etiam in his, quæ concernunt præcisam necessitatem Clericorum; & si ea per se Clerici efficere nequeant, quòd non gaudeant privilegio fori, ita fuit decisum in causis Macellarii Capituli Ilerdæ, Vespillonis, sive Fosserii Sedis Barcinonæ, famulæ coquinariæ Petri Pons Canonici Ilerdæ, laici deservientis Monasterio Capucinarum Civitatis Gerundæ, & aliis hoc numero relatis.

Declarant hanc resolutionem præcitati Doctores, 12
non procedere in famulis laicis Episcoporum, qui fori privilegio gaudent, & licèt non desint contradictores, ut Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 98. & alii per Thom. del Bene *loco allegando sect.* 1. *num.* 8. Maximè in criminalibus, ne detur occasio delinquendi, & delicta remaneant impunita, Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 97. Thesaur. *quæst. foren.* 78. *lib.* 3. Ansal. *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 5. Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 58. Ferrer. *in const. hac nostra eviden.* 2. *num.* 117. & 118. Tamen quia multa conceduntur Episcopis, quæ aliis non conceditur, dicendum est, tàm in civilibus, quàm in criminalibus saltem de consuetudine famulos laicos Episcoporum gaudere privilegio fori, ita Genuen. *in prax. Archiepiscop. cap.* 8. *num.* 9. Thesaur. *decis.* 22. *num.* 6. Menoch. *de arb. jud. casu* 562. *num.* 13. Farinacio, *par.* 1. *in prax. quæst.* 8. *numer.* 46. Capici *decis.* 12. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 68. Narbona *lib.* 20. *gloss.* 1. *numer.* 27. & *gloss.* 22. *num.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Gallupus *in prax. part.* 1. *cap.* 6. *à num.* 47. Carleval. *de jud. disput.* 2. *sub num.* 509. Daniel de Nobilibus *controv. disp.* 27. *num.* 1. & 2. & *in addit. num.* 2. Fermosin. *in cap. cum contingat. quæst.* 1. *de foro compet.* Gratian. *decis.* 333. & *discep. foren. cap.* 340. & 341. Carol. de Gras. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 128. *versic. Ampliatur* 2. Trentacinq. *var. lib.* 2. *de foro compet. resol.* 1. *num.* 1. Riccius *decis.* 193. *part.* 2. & *in prax. resol.* 21. *num.* 5. & 6. & *collect.* 131. Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 111. Giurba *cons.* 7. *num.* 21. & *cons.* 88. *numer.* 10. Squillante *de privil. cler. cap.* 7. *num.* 45. Cenedo *canon. quæst.* 4. *numer.* 26. Tondutus *de præven. judic. part.* 1. *cap.* 29. *à num.* 21. Maceraten. *var. lib.* 1. *resol.* 57. Donat. Anton. de Marin. *resol. quotid. cap.* 117. *numer.* 1. Ponte *decis.* 36. Burgius *de modo proced. ex abrup. part.* 1. *quæst.* 65. *num.* 81. Ciarlin. *controv. cap.* 20. *a num.* 34. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 428. observatum testatur Portoles *post foros competen. quæst.* 11. cum relatis per Suelves *cons.* 19. *num.* 7. *lib.* 1. cum mille alios per Dianam *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *res.* 97. & *p.* 3. *tract.* 1. *res.* 12. & *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 30. & *part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 1. & *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 2. ad quem se refert Laynez in addit. ad Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 7. *vers. Item an familiares*, Guazin. *defen.* 20. *cap.* 9. *num.* 23. & 24. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 22. *num.* 13. Gambacurta *de immun. Eccles. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 9. Alzedo *de præced. Episc. dignit. part.* 1. *cap.* 12. *nu.* 73. & 84. Barbosa *in cap. fin. num.* 2. *de off. Archid.* Xammar. *defin.* 28. *num.* 2. 10. & 22. *par.* 1. Thoro *in compen. decis. par.* 1. *verbo familia Episcoporum*, *fol.* 205. latissimè Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 15. *sect.* 1. & 2. Barbosa *de potest. Episcop. par.* 3. *alleg.* 107. *num.* 9. & *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 55. & §. 4. *à num.* 30. Ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Agullana 29. Octobris 1616. Consultoribus Ferrer, Senjunst, Magarola, & Morell.

con-

contra Curiam sæcularem Regii Consilii criminalis, & in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Ilerd. super repetitione personæ Joannis Mondet famuli conducticii Episcopi Ilerden. de qua meminit Ferrer. *in constit. hac nostra eviden. 2. à num.* 114. & per Cancellarium Puigmari 1. Octobris 1630. de qua latissimè Fontanella *decis.* 336. 337. & 338. *part.* 2. & per Cancellarium Erill, die 10. Februarii 1632. in favorem Jacobi Prats laici de familia laicali Episcopi Urgellen. cujus contrarium observatur in Regno Valentiæ, nedum ex consuetudine immemoriali, Belluga *in specul. Princ. rub.* 11. §. *videndum*, *num.* 7. sed etiam *ex foro* 8. *de jurisdict. omni. jud.* latè Mattheu *de regimen. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *à num.* 180. Ubi duas decisiones Cancellarii refert, & in Regno Sardiniæ per Regiam pragmaticam de qua Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. quæ est contraria aliæ Regiæ pragmaticæ, de qua idem Vico *libro* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 46.

Quòd famuli laici Episcoporum tam in civilibus, quàm in criminalibus gaudeant privilegio fori, tenet Ciarlin. *cont. foren. cap.* 120. *num.* 36. & 37. & *cap.* 186. & 187. *part.* 2. Riccius *de pub. jud. quæst.* 35. *nu.* 77. Declarationem Sacræ Congregationis Episcoporum in una Regiensi Decimoquarto, Februarii 1581. & in una Turritana 14. Maii 1603. refert Diana post *par.* 5. *res. moral. fol.* 436. *num.* 1. Fallit, nisi consuetudo sit in contrarium, Parlad. *rerum quotid. differ.* 9. §. 1. *numero octavo*, Donat. Anton. de Marinis *alleg.* 25. *à numer.* 1. *ad* 8. *post lib.* 2. *resol. jur.* ubi *de observant. Regni Neapolis*.

Coloni adscriptitii Episcoporum gaudent privilegio fori: Coloni verò partiarii Episcoporum fori privilegio non gaudent, Ciarlin. *controv. for. cap.* 186. 187. *part.* 2.

Famuli laici Episcoporum, etsi gaudent privilegio fori, non gaudent privilegio Canonis, Diana *resol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 36. *versic. Restat. & vers. Quoad tertium*.

Idem in famulis laicis Vicarii generalis, ac Vicarii foranei Episcopi, qui fori privilegio, sicut famuli Episcopi gaudent, plures Gratian. *dec.* 233. *num.* 16. Squillante *de privil. cler. cap.* 7. *dub.* 2. *num.* 55. Giurba *cons.* 88. Riccius *in prax. resol.* 471. *num.* 6. Novar. *in prax. elect. fori*, *quæst.* 36. *sect.* 2. Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 46. ad quem se refert Laynez in addit. ad Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *numer.* 7. *vars. Item an familiares*, Guazzin. *defen.* 20. *cap.* 9. *nu.* 24. *in fine*, Xammar. *defin.* 28. *num.* 21. *par.* 1. Daniel de Nobilibus *controver. in addit. ad cap.* 27. *num.* 6. Fermosinus *in cap. cum contingat*, *quæst.* 12. *num.* 5. *de foro compet.* Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 31. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 16.

126 Et in famulis laicis Nuntii Apostolici, Riccius *dec.* 69. *par.* 1. Thesaur. *quæst. foren.* 78. *lib.* 3. qui licèt dicant in suo casu quæstionem remansisse indecisam, non est recedendum à prædictis, ex Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *à num.* 49. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 18. Tondut. *de præven. jud. cap.* 29. *num.* 27. *par.* 1. vide infra *decis.* 30. *nu.* 171. Ubi de familia Inquisitorum, latissimè Diana *resol. moral. par.* 6. *tract.* 2. *resol.* 1. *cum seq.*

127 Famuli Episcopi, ac ejus Vicarii, & Nuntii Apostolici nedum dicuntur qui commensales sunt Episcopi, & actualiter in ejus domo mente, & dente inserviunt, ut per tex. *in cap. fin. de verb. sig.* tradunt Farinaccius *in prax. par.* 1. *quæst.* 8. *num.* 46. Riccius *decis.* 283. *nu.* 7. *par.* 2. Gratian. *discept. foren. cap.* 340. *num.* 7. Maceraten. *variar. lib.* 1. *rec. fol.* 75. Narbona *lib.* 20. *glo.* 1. *num.* 37. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Martha *de jurisd. par.* 4. *casu* 111. *num.* 12. Carol. de Gras. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 152. *versi. Qui verò veniant*, ad quem se refert Sanfelicius *decis.* 1. *num.* 21. Fontanella *dec.* 336. *nu.* 9. & 10. *part.* 2. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. *nu.* 19. Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *c.* 39. §. 4. *n.* 35. Fermosinus *in cap. cum contingat qu.* 14. *num.* 3. *de foro compet.* Ciarlin. *cont. foren. cap.* 186. *num.* 58. *par.* 2.

128 Sed etiam famuli dicuntur, qui sunt deputati ad aliquod actuale servitium, vel officium, Thesaur. *decis.* 22. *num.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 756. *num.* 1. Maceraten. *var. lib.* 1. *cap.* 75. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 29. *nu.* 23. Barbosa *de potest. Episcop. par.* 3. *alleg.* 107. *num.* 10. & *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 129
39. §. 4. *n.* 33. & 37. Riccius *in prax. resol.* 471. *num.* 8. latè Fontanella *decis.* 236. *à nu.* 12. *par.* 2. & alii *nu.* 131. *citandi*. Etiamsi famuli in domo sua propria comedant, & dormiant, Fontanella *de pac. nupt. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 10. *par.* 2. *nu.* 68. *in fine*, Narbona *lib.* 20. *glo.* 1. *nu.* 62. 130
tit. 1. *lib.* 4. *recop.* Dummodo non inserviant dietim, Menochius *de arb. jud. casu* 562. *n.* 14. Guazzin. *defen.* 20. *cap.* 9. *num.* 23. *in fine*, Xammar. *defin.* 28. *num.* 13. *par.* 1. neque ad beneplacitum, Gratian. *decis.* 233. *n.* 4. Sed per conductionem saltem annuam certa mercede constitutam, Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 47. Fontanella *decis.* 336. *nu.* 19. *part.* 3. Vel cum perceptione emolumentorum, & lucrorum officii, Maceraten. *var. lib.* 1. *resol.* 75. *numer.* 1. *versic. Cæterum*, Fontanella *decis.* 336. *n.* 20. *part.* 2.

Unde Advocatus Fiscalis, Procurator Fiscalis, No- 131
tarius, Scriptores Curiæ Episcopi, Nuntii, Custodes carcerum, Lictores, & similes familiares, qui sunt deputati ad particularia servitia & officia Episcopi tàm in civilibus quàm criminalibus, etiam in delictis extra officium commissis gaudent privilegio fori, Ciarl. *cont. for. cap.* 146. *num.* 59. *par.* 2. Gratianus *decis.* 233. *& discep. cap.* 40. & 341. Maceraten. *lib.* 1. *variar. res.* 75. Giurba *cons.* 88. Narbona *lib.* 20. *glo.* 22. *à nu.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Daniel de Nobilibus *controv. disp.* 27. *n.* 3. & 13. & *in addit. nu.* 5. Guazzin. *defen.* 20. *cap.* 9. *n.* 23. & 24. Thesaur. *decis.* 22. *nu.* 6. Suelves *cons.* 19. *nu.* 7. *lib.* 1. Tondutus *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 29. *n.* 23. & 25. Riccius *in prax. resol.* 471. Barbosa *de jure Eccl. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 34. & *de potest. Episco. par.* 3. *alleg.* 107. *à num.* 11. & *in cap. fin. num.* 2. *de off. Archidiac.* Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 12. & *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 2. Thom. del Bene *de immu. Eccles. to.* 1. *c.* 4. *dub.* 15. *sect.* 1. *n.* 10. & 11. Fontan. *dec.* 336. *par.* 2. & alii allegati *nu.* 124. Sivè sint principales, 132
sivè substituti, Mac. *var. lib.* 1. *resol.* 75. *num.* 9. Guaz. *defen.* 20. *cap.* 9. *num.* 25. Giurba *cons.* 88. *nu.* 10. Tond. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 29. *num.* 26.

Tertius casus est, in famulis Clericorum servientibus 133
gratis absque aliqua mercede, qui privilegio fori gaudent, Regens Leon post alios *decis.* 101. *num.* 17. *lib.* 1. Barbosa *in cap.* 2. *numer.* 20. *versic. Et licet*, *de foro compet. & de jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *à num.* 16. Sed contrarium servat praxis Cathaloniæ, etenim in exemplaribus relatis *num.* 123. primo dempto, absque distinctione an famuli laici Clericorum sint conductitii, vel gratis servientes, fuit declaratum, quòd non gaudebant privilegio fori.

Nota tamen, quòd famuli Episcoporum, & Cle- 134
ricorum illis in casibus, quibus gaudent fori privilegio, non gaudent privilegio canonis, Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 11. *num.* 4. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 48. Carol. de Gras. *de effect. cler. effect.* 1. *nu.* 218. Squillante *de privil. cl. cap.* 6. *n.* 23. Barbosa *de jure Eccl. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 1. *nu.* 35. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 22. *n.* 4.

Excommunicatus si delictum committat, & ad Ec- 135
clesiam confugiat, ac ab ea violenter extrahatur, potest firmare jus, & de jure in Curia Ecclesiastica, cum ipse secundùm veriorem sententiam immunitate Ecclesiæ gaudeat, ut contra Felin. *in cap. cum nobis nu.* 5. *de excep.* Molin. *de immun. Eccles. n.* 197. Cutellum *de immun. Eccl. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 19. tenent, & docent Ugolin. *de censur. cap.* 2. §. 15. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 3. *n.* 248. 249. & 250. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 11. *c.* 9. *num.* 11. Covar. *lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 11. Clar. §. *fin. q.* 30. *n.* 18. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *nu.* 3. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 37. *num.* 56. Boer. *decis.* 110. *n.* 7. Germon. *de sacro. immun. lib.* 3. *c.* 16. *à n.* 72. plures laudat Farinaccius *in prax. par.* 1. *q.* 28. *nu.* 30. & 40. & *de immun. Eccles. cap.* 2. *num.* 44. cum relatis per Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *res.* 34. *versic. Ex quibus*, Pluribus comprobant, & contrariis

respondent Italia *de immun. Eccles. lib. 1. cap. 2. §. unico à num. 1.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 8. nu. 12. versi. Et propterea usque ad finem*, Suar. *de relig. lib. 3. cap. 10. num. 3.* Gambacurta *de immun. Eccl. lib. 4. cap. 10.* Thomas del Bene *de immu. Eccl. to. 2. c. 16. dub. 10. sect. 3.* cum relatis per Jul. Chartar. *dec. 95. num. 17. versi. Et ex his*, Riccius *dec. 94. par. 1.* Barbosa *de jure Eccl. univ. lib. 2. c. 3. n... & in cap. inter alia nu. 13. de immun. Eccles.* Urrutigoyti *in past. reg. part. 3. voto 8. num. 72.*

36 Et si excommunicatus firmat jus, & de jure pro aliqua causa in Curia sæculari, tenetur Curia Ecclesiastica litteris contentionis à Curia sæculari emanatis respondere, ut fuit declaratum per Cancellarium Copons, Consultoribus Guardiola, Sunyer, Oliba, & Descamps 4. Novembris 1593. contra Curiam Ecclesiast. Ilerdæ, & in favorem Universitatis Villæ de Torregrossa, & aliorum ejusdem Villæ, qui cùm ad Regiam Audientiam recursum interposuissent à procedimentis factis in Curia Ecclesiastica Ilerdæ, dicendo illos ab ea vexari, & à Regia Audientia essent expeditæ litteræ in forma contentionis, Curia Ecclesiastica Ilerdæ dicebat non teneri litteris contentionis respondere, ex quo per annum, & amplius vinculo excommunicationis innodati persistebant, quo non obstante, fuit declaratum *teneri ad respondendum litteris à Regia Audientia emanatis, & illi præsentatis*. Idem fuit declaratum per Cancellarium Manegat 7. Decembris 1587. Consultoribus Sala, Ferrerò, & Amell. *in favorem Petri Pons Notarii Ilerdæ.*

ARGUMENTUM.

Cum quibus Judicibus Ecclesiasticis non sit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis non procedat.

SUMMARIUM.

1 *Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Episcopo, seu ejus Officiali non procedente ut Episcopo, & Officiali Baronis, aliàs si fuerit firmata, declaratur contentionem non procedere, & num. 2.*

3 *Appellatio à sententiis latis per Episcopos temporalem jurisdictionem exercentes interponenda est ad Principem sæcularem, & non ad Metropolitanum, amplia num. 4.*

4 *Baro Ecclesiasticus, si ab eo petitur Baronia à privato, conveniendus est coram Judice Ecclesiastico, num. 4. versi. Quapropter.*

5 *Officialium creatio in locis Baronum ad ipsos Barones spectat, etiamsi Barones sint Episcopi, & Prælati Ecclesiastici, num. 6.*

7 *Officiales creati ab Episcopis temporalem jurisdictionem exercentibus debent esse sæculares, & non personæ Ecclesiasticæ.*

8 *Officialium creatio in locis Regiis ad Dominum Regem spectat.*

9 *Officiales creati à Domino Rege debent esse sæculares, de ratione, num. 10.*

11 *Officiales creati ab Episcopis jurisdictionem temporalem exercentibus non possunt uti excommunicatione & aliis censuris, sed debent in decisione causarum leges Regni servare.*

12 *Officialis Ecclesiasticus ut Baro si procedat per censuras contra Officialem Regium, quid debeat officialis Regius facere.*

14 *Notarii creati ab Episcopis temporalem jurisdictionem exercentibus debent esse Regii, & non Apostolici.*

14 *Notarius Apostolicus in terris Principis sæcularis in causis, & negotiis sæcularibus instrumenta conficere nequit.*

15 *Curia sæcularis ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica, reo non existente capto in Regiis carceribus, & rationibus, nu. 16. & 17.*

18 *Amplia primò in causis criminalibus Clerici fori privilegium prætendentis, quæ ampliatio, an sit conformis juri communi, vel illi repugnet, vide à num. 19. ad 26.*

27 *Amplia secundò, in causis immunitatis Ecclesiæ, quæ ampliatio juri communi contraria est, num. 28. 29. & 30.*

31 *Amplia tertiò, etiam existente reo capto in carceribus Ecclesiasticis & quid in Regno Valentiæ, nu. 32. & in Regno Castellæ, num. 33. intellige, ut nu. 34.*

35 *Amplia quartò, etiam si reus in compedibus, & vinculis detineatur in Ecclesia.*

49 *Amplia quintò, etiam reo capto in Regiis carceribus, si contentione pendente ab eis aufugerit.*

50 *Amplia sextò, etiam reo capto in Regiis carceribus, si pendente contentione ab eis relaxetur.*

51 *Amplia septimò etiam reo capto in Regiis carceribus si pendente contentione discesserit.*

60 *Amplia octavo, & ultimo, ut contentio non procedat reo non capto in Regiis carceribus, etiam mediante sola petitione fisci Patroni.*

61 *Limita primò, si reus per Curiam sæcularem sit traditus manulentæ cum reincidentia ad certum tempus, idem est si reus arrestatus sit in domo sub præcepto, ne domum exeat, nu. 62.*

68 *Limita secundò, in Judicibus sæcularibus minoribus Regni Aragonum.*

36 *Reus confugiens ad Ecclesiam de jure non potest vinculis, catenis, seu compedibus in Ecclesia detineri, num. 37.*

38 *Fallit de consuetudine, & num. 39.*

40 *Judex sæcularis an possit stante consuetudine reum confugientem ad Ecclesiam vinculis, & catenis in Ecclesia detinere absque consensu Judicis Ecclesiastici.*

41 *Opinio affirmativa, num. 41.*

42 *Intellige extante dubio, an reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, aliàs esset mera oppressio, nisi delicta essent scandalosa, & mali exempli, numer. 43.*

44 *Judex sæcularis potest ponere custodes, & satellitibus obsidere Ecclesiam, ne reus fugiat.*

45 *Expensæ satellitum solvendæ sunt ex pecuniis Regiæ Curiæ.*

46 *Judex sæcularis non potest prohibere, ne subministrentur reis alimenta ad Ecclesiam confugientibus.*

47 *Judex sæcularis non potest impedire, quin reus exeat ab Ecclesia ad exonerandum corpus, intellige, num. 48. dummodo statim redeat, & non se recipiat in domibus extraneorum, nec egrediatur ultra spatium triginta passuum.*

52 *Lis morte rei finitur.*

53 *Sententia lata contra mortuum, vel in favorem mortui est ipso jure nulla, sivè Judex mortem scierit, sivè ignoraverit, num. 54. etiam in beneficialibus, num. 55. nisi favore piæ causæ, dotis, & libertatis, num. 56. sed contrarium indistinctè, quòd si Judex mortem rei uti Judex ignoraverit, sententia valida sit, num. 57.*

58 *Sententia lata contra febricitantem nulla, intellige, nu. 59. si Judici constet uti Judici de infirmitate.*

63 *Arrestatus domi sub præcepto ne eam egrediatur dicitur captus, amplia, num. 65.*

64 *Arrestatus domi non sub præcepto, sed sub promissione, vel sub fide jussoribus dicitur captus, & nu. 66. amplia, num. 65.*

69 *Episcopus loci ubi Clericus captus per Judicem sæcularem reperitur, potest illum repetere à Judice sæculari, etiamsi ipsi non sit subditus, & idem est in causis immunitatis Ecclesiæ.*

70 *Reo existente capto, quilibet pro eo potest comparere in Curia Ecclesiastica ad firmandam contentionem.*

71 *Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare*

firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica ratione connexitatis delicti, ut si Clericus, & laicus simul delinquant, & Curia Ecclesiastica repetatur, nedum Clericus, sed etiam laicus, Curiæ sæcularis, quo ad laicum contentionem firmare non tenetur.

72 *Clericus, & laicus si simul delinquant, an causa laici sit remittenda Judici Ecclesiastico.*

Opinio affirmativa, ibidem.

73 *Sed opinio negativa est verior, etiam in civilibus si causa est dividua, secus si individua, numer.* 74.

75 *Et quid, quando delinquentes sunt diversi fori, sed uno Principi mediatè, sivè immediatè subjecti.*

76 *Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Præsidentibus Religionis Sancti Benedicti.*

77 *Curia sæcularis contentionem firmare non tenetur in Regno Aragonum in processu apprehensionis, & de rationibus, numer.* 78. *&* 79. *amplia, num.* 81.

80 *Clericus an possit citari à Judice sæculari, si sua putaverit interesse, & ad exhibenda jura sua, remissivè.*

82 *Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica in contentionibus fiambris, & quæ dicantur contentiones fiambræ, ibi explicatur, & n.* 83. *&* 84.

85 *Extractus ab Ecclesia si à carceribus fugiat, & deinde extra Ecclesiam capiatur, an gaudeat immunitate.*

Opinio affirmativa, ibidem.

Opinio negativa est verior, num. 87.

86 *Judex sæcularis saltem per modum causæ potest pronuntiare exceptionem oppositam immunitatis Ecclesiæ non competere.*

88 *Clericus potest quandoque etiam in decreto executionis opponere fori declinatoriam.*

89 *Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare non tenetur in regaliis notoriis Domini Regis.*

90 *Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare cum Curia Ecclesiastica non tenetur, quando contentio quæ movetur est injusta, indebita, & in casu non permisso, & num.* 91.

92 *Curia sæcularis contentionem firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica quando Alguizirius, seu Regius Commissarius Clericum captum detinet de mandato Domini Proregis.*

93 *Inquisitores non possunt capere Alguizirios; qui ex mandato Domini Proregis executionem aliquam faciunt contra ministros Sancti Officii.*

94 *Alguizirii qui de mandato Proregis capiunt Clericum seu captum detinent, meri executores dicuntur.*

95 *Executores meri nullam habent causæ cognitionem.*

96 *Appellatio à meris executoribus non datur.*

97 *Curia sæcularis contentionem firmare non tenetur cum Abbatibus in causis propriis.*

98 *Curia sæcularis contentionem firmare non tenetur cum Azemblea Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani, nec cum Priore Cathaloniæ.*

99 *Curia sæcularis in pluribus aliis casibus contentionem cum Curia Ecclesiastica firmare non tenetur, remissivè.*

DECISIO IX.

1 PRimò, Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem juxta dictam concordiam firmare non tenetur, neque firma juris procedit cum Episcopo, seu ejus Officiali, & Vicario generali non procedente ut Episcopo, & Officiali Ecclesiastico, sed ut Barone, & Officiali Baronis, tum quia nostra concordia solùm comprehendit Judices Ecclesiasticos ordinarios, ut dixi *decis.* 8. *num.* 1. & quando Episcopus procedit ut Baro, vel Officialis & Vicarius generalis illius procedit ut Officialis Baronis, non tractatur ut Ecclesiasticus, sed ut Baro, & Officialis laicus, ut docent *infra citati num.* 3. *cum sequen.* tum etiam, qui ea quæ dicuntur de Curia Ecclesiastica, repetenda sunt in favorem Curiæ sæcularis, & esse non debet Curia sæcularis deterioris conditionis, quàm Curia Ecclesiastica, & è contra, ut *infra decis.* 27. *num.* 46. *&* 47. sed Curia Ecclesiastica ordinaria non tenetur contentionem firmare juxta concordiam cum Barone, ut *infra decis.* 11. *a num.* 37. ergò ita similiter Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem juxta concordiam firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica procedente ut Barone. 2 Tum denique, quando datur contentio inter Officialem Regium & Baronem etiam Ecclesiasticum, evocatur causa ad Regiam Audientiam, ut tenent relati infrà *decis.* 38. *num.* 56. Adde ita decisum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Sabater, Quintana, Sors, Pol, Cordelles, & Puig. 29. Aprilis 1568. in favorem Joannis Paloma mercatoris villæ de Sellent contra Fisci procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Vicen.

Quod adeò verum est, ut si per Curiam sæcularem 3 Regiam ordinariam fuerit firmata contentio juxta concordiam cum Episcopo, & Officiali Ecclesiastico procedente ut Barone, ut Officiali Baronis, declaratur in Cathalonia per Cancellarium contentionem non procedere, ut fuit observatum per Cancellarium Loris, Consultoribus Sala, & Tamarit 10. Decembris 1582. *contra Curiam Ecclesiasticam Urgellen. ex quo Officialis Ecclesiasticus Urgellen. non procedebat ut Officialis Ecclesiasticus, sed ut Officialis Baronis contra, Petrum Pasqual.* & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, & Ferruz 1. Junii 1610. *contra eamdem Curiam Ecclesiasticam Urgellen. Sede vacante, quia dictus Officialis Ecclesiasticus non procedebat ut talis, sed ut Officialis Baronis contra Nurrum Joannem Salmuri*, & per Cancellarium Eril, Consultore Guerau 8. Julii 1633. *contra Curiam Ecclesiasticam Gerunden. ex quo Frater Antonius Mantilla Abbas Monasterii sancti Stephani Balneolarum Ordinis Divi Benedicti firmavit jus in dicta Curia Ecclesiastica Gerund. procedimentis contra dictum Abbatem factis in Curia sæculari Vicarii Bisulduni ad instantiam ejus Fisci procuratoris, & Michalielis Barril, & Traver: eo quia dictus Abbas Balneolarum, uti Baro qui dicitur, & dominus ejusdem jurisdictionis Parochiæ de Usall, quosdam actus jurisdictionis exercuit in domo sivè manso dicti Michaelis Traver, qui à jurisdictione dicti Abbatis prætendebat esse exemptum, & Domino Regi subjectum, fuit declaratum ut in aliis, contentionem non procedere*, & per prædicta die 19. Februarii 1660. fuit resolutum junctis tribus Aulis Regii Senatus, *non teneri Regium Concilium criminale contentionem, nec dubium juxta concordiam firmare cum Archiepiscopo Tarraconæ, quia procedebat ut Baro, sed quod erat procedendum contra eum ad ulteriora ad oppositionem sequestri in jurisdictione sua temporali, ex quo præsentatis sibi litteris per Regium criminale Consilium, quatenus revocaret procedimenta contra Locumtenentem Regii Procuratoris Civitatis, & campi Tarraconæ facta, recusabat illa revocare, verum est, quòd non fuit ista conclusio in libro continuata, sed qui ei assistit, testimonium perhibet.*

Ex qua resolutione infertur primò, quòd à sen- 4 tentiis prolatis ab Episcopis, & Prælatis Ecclesiasticis temporalem Jurisdictionem exercentibus, & à procedimentis per ipsos factis recurritur ad Principem sæcularem, & ad ipsum est appellandum, & non ad Archiepiscopum, nec alium superiorem Ecclesiasticum, quia tunc Episcopi; & Prælati Ecclesiastici non judicant ut Ecclesiastici, sed ut laici Barones, *Argumento textus in §. si vero, in authentico ut Clerici apud proprios Episcopos, §. si quis contra aliquem in fine, in authentico de Sanctissimis Episcopis, cap. unico, §. privilegia de pace constantiæ, cap. si duobus, §. denique de appellationibus, cap. in Archiepiscopatu, de raptoribus, cap. fin. ne Clerici vel Monachi.* Et ita observari docent ex Cathalanis cum tribus decisionibus Cancellarii Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.*

cap. 168. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 10. *num.* 2. *& à n.* 12. Ripoll. *de reg. cap.* 35. *à num.* 121. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 12. *à num.* 86. *& par.* 3. *cap.* 13. *numer.* 345. *&* 346. *ubi testatur censuisse nostrum Senatum*, *& decisionem laudat* Fontanella *de pac. nupt tom.* 1. *cl.* 4. *gl.* 10. *part.* 1. *numer.* 9. *ubi decisionem Cancellarii refert*, *& dec.* 341. *numer.* 2. *ubi alia exemplaria tradit*, *& latiùs à num.* 16. *par.* 3. Adde ita decisum per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Betturs, & Mir 1. Februarii 1629. *contra Abbatem Monasterii sancti Salvatoris de Breda ordinis sancti Benedicti*. Ex Aragonensibus Ramirez *de lege Reg.* §. 39. *numer.* 5. Cenedo *coll. ad decr.* 61. *num.* 7. Suelves *cons.* 14. *num.* 70. *in fine lib.* 3. ex Valentinis Regens Leon *dec.* 2. *à numer.* 26. *lib.* 1. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 5. *num.* 50. & latè *tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *sect.* 3. *à num.* 280. Ex Castellanis Covar. *pract. cap.* 4. *numer.* 2. Aviles *cap.* 1. *præt. gl. nuestros*, *num.* 3. *versi. Et quid*, Azevedo *lib.* 8. *gl. nuestras tit.* 3. *lib.* 1. *rec. & lib.* 1. *numer.* 4. *versic. Notandum*, *& lib.* 4. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *rec. & lib.* 2. *num.* 54. *tit.* 4. *lib.* 6. *rec.* Paz *in pra. par.* 4. *tom.* 2. *cap. unico*, *nu.* 4. *versi. Et ita in hisce Regnis*, Bobad. *in pol. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 87. *& cap.* 17. *nu.* 196. *&* 197. *& cap.* 18. *num.* 64. Solorzano *de jure Indiar. to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 32. Larrea *decis.* 2. *nu.* 52. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. cap. cæterum*, *quæst.* 14. *à numer.* 2. *de judiciis*, *& in cap. conquestus*, *quæst.* 4. *num.* 3. *de foro compet.* Pareja *de instru. edit. to.* 1. *tit.* 5. *resol.* 9. *num.* 72. latissimè Vela *dissert.* 44. *à num.* 42. *ad* 46. Ex Neapolitanis Afflict. *decis.* 36. *à numer.* 1. Capiblanc. *de Baronib. pragmat.* 1. *numer.* 38. Merlin. *controver. lib.* 1. *cap.* 13. *à num.* 40. Ex Siculis Carol. de Gras. *de effectib. clericat. effect.* 1. *numer.* 317. Mastril. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 8. *à n.* 27. Ex Luzitanis Cabedo *decis.* 11. *num.* 2, *&* 8. *& decis.* 40. *num.* 13. *par.* 2. Barbosa *in l. comperit*, *à n.* 97. *ad* 107. *C. de præscrip.* aliter Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 130. *&* 131. *& in cap. cæterum*, *num.* 2. *versi. Prælatus enim*, *de judiciis*, *& in cap.* 2. *nu. fin. de delict. pueror.* Ex Germanis Gail. *lib.* 1. *obser.* 50. *num.* 1. *& à num.* 6. & ad eum Græveus *num.* 3. *& concl.* 37. *consid.* 11. Minsing. *cent.* 5. *observ.* 5. Ex Pedemontanis Osascus *decis.* 108. *à num.* 5. Ex Gallis Marchus *decis.* 455. *à n.* 10. & latè etiam probant Surd. *cons.* 275. *lib.* 2. Pereg. *cons.* 1. *lib.* 1. Mont. *de regal. cap. de offic. num.* 76. Martha *de jurisdict. par.* 4. *casu* 198. Tambur. *de jure Abb. tom.* 3. *disp.* 12. *q.* 1. *a nu.* 7. qui mille alios citant.

5 Quod adeò verum est, ut procedat non solùm quando Prælati Ecclesiastici possiderent jurisdictionem temporalem à Principe sæculari ratione feudi, sed etiam si totaliter jurisdictio temporalis esset in Ecclesiam translata, & liberè in patrimonium Ecclesiæ incorporata, ut pro illa non recognosceret Dominum temporalem; nam adhuc ab Episcopo ut Barone ad Principem sæcularem, & non ad Metropolitanum esset appellandum, quidquid dicant Farinac. *cons.* 198. *lib.* 3. Narbona *lib.* 10. *glo.* 22. *à numer.* 55. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Diana *resol. moral. par.* 7. *tract.* 10. *res.* 4. Scaccia *de appellat. lib.* 3. *qu.* 8. *à num.* 91. Fermosinus *in cap. cæterum*, *qu.* 14. *num.* 1. *de judic.*

6 Quia contra eos, & alios est verior sententia, ut per Covar. *pract. c.* 4. *n.* 2. *versi. Extat verò*, Peregr. *cons.* 1. Surd. *cons.* 47. *n.* 38. Roland. *cons.* 1. *n.* 144. *lib.* 2. Natta *cons.* 487. *num.* 12. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 197. *in fine*, *& cap.* 18. *num.* 64. Marcus *decis.* 455. *num.* 8. Oliba *de jure fisci cap.* 10. *num.* 13. Fontanella *decis.* 341. *à num.* 16. *par.* 2. Osascus *cons.* 3. *per totum*, decisum refert Ponte *decis.* 2. Thoro *in compen. decis. tom.* 1. *verbo appellatio a sententiis*, *fol.* 44. Mastril. *de magist. lib.* 3. *cap.* 8. *numer.* 28. 29. *&* 30. Ripoll. *de regal. cap.* 35. *à num.* 121. latè probat Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 12. *a nu.* 88. latissimè videndus Vela *dissert.* 44. *à num.* 41. *ad* 46. *tom.* 2. & alii *num.* 3. relati.

Quapropter Cancer. *var. par.* 1. *cap.* 12. *numer.* 90. *versic. Quocirca*, inquit superioribus annis consuluisse Ecclesiasticum à quo vendicabatur jurisdictio, quam possidebat, coram Domino Rege venire conveniendum, & movetur, eo quia ratione superioritatis quam Dominus Rex habet in omnibus jurisdictionibus sui Regni, habet locum dispositio *cap. ex transmissa*, *de foro compet.* ut in rebus feudalibus, & addit, benè propter prædicta hæc duo adæquando tradere Paz, *in l.* 34. *styli*, *per totam*, cùm Ecclesiasticus ratione jurisdictionis quàm à Rege possidet, non minùs ejus vassallus judicetur, quàm si feudum possideret, ut dicit notare Covar. *pract. cap.* 4. *num.* 2. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 64. Quibus addendi sunt similem adæquationem facientes Greg. Lopez *lib.* 57. *tit.* 6. *par.* 1. *glos. que ge la dio*, Velas. *consult* 100. *num.* 7. *in fine*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 197. Paz *de tenuta*, *par.* 2. *quæst.* 63. *num.* 6. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 9. *num.* 87. *& tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *à num.* 71. Et amplius addo, quòd cum Barones Ecclesiastici has Baronias à Domino Rege habeant, consequenter ubi illæ vendicantur, coram Domino Rege sunt conveniendi, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 159. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 821. *a num.* 62. Cabedo *de patro. Reg. Coro. cap.* 50. Faber *in suo C. de privil. fisci*, *defin.* 2. Azevedo, Noguerol, Solorzan. Castillo, Salgado, Guzman, Larrea, Pareja, Pereira, Cabedo, Constan. Fermosin. Gosta, Galeota, Sixtin. & alii *infra decis.* 10. *num.* 149. eo quia concessiones jurisdictionis prædictis Baronibus Ecclesiasticis factæ sub ea conditione intelliguntur, quòd Dominus Rex jurisdictionem habeat de illis cognoscendi, Fragoso *de regimen Reipub. par.* 1. *lib.* 2. *disp.* 4. *membro* 8. *num.* 365. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 9. *num.* 69. Fermosin. *in cap. cæterum*, *quæst.* 18. *num.* 2. *&* 3. *de judic.* Sed contrarium verius existimo, quòd quando aliquis privatus vult litigare contra Baronem Ecclesiasticum, & ab eo vendicare Baroniam, non potest Baronem Ecclesiasticum citare coram Domino Rege, sed debet illum convenire coram suo Judice Ecclesiastico, ut latè probat, & decisum refert Ripoll. *var. cap.* 1. *à numer.* 203. eo quia Baroniæ, etsi quoad jurisdictionem omninò sæculares reputentur, nihilominùs quoad dominium Ecclesiasticæ sunt, Mattheu *de regimen Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 8. §. 8. *num.* 280. & fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Dalmau, Fontanet, Torner, Calba de Valseca, & Puigmi à 30. Martii 1601. in favorem Capituli Ecclesiæ Ilerden. contra Syndicum Civitatis Ilerdæ, super termino de la Cugullada per Capitulum possesso, & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, Mijavila, Franquesa, & Ferruz 12. Augusti 1611. in favorem Capituli Ecclesiæ Urgellen. contra D. Ibandum, & domnam Agnetem Coscons, petentes in Regia Audientia dictum Capitulum Urgellen. condemnari ad deferendum dictis Nobilibus conjugibus Coscons vacuam, & expeditam possessionem villæ de Alos, & Baroniæ, & jurisdictionis illius, & per eumdem Cancellarium Agullana, Consultoribus Dalmau, Ferrer, Senjust, Bonet, Soler, Ferruz, Rollan, Roca, & Morell. 19. Novembris 1616. in favorem Monasterii Virginis Montisferrati, contra Nobilem Agnetem Binre, & de Cerdona agentem pro recuperatione loci, & termini de Arteta cum juribus, & pertinentiis illius in vim pacti de retrovendendo, de qua latè scripsit Ripoll. *ubi supra*. Non obstant in contrarium per Cancer adducta, nec ea quæ ego addidi, quia procedunt, quando principaliter agitur de lege feudi, sivè concessionis Baroniæ, nam tunc Dominus feudi, seu collator jurisdictionis est Judex Clerici: secus verò si agitur de re feudali, vel de jurisdictione, non ex lege feudi, sivè donationis, sed de alia actione extranea ut personali pignoratitia, rei vindicatione vel simili, quo casu conveniendus est Clericus pro feudo, seu Baronia coram suo Judice ordinario Ecclesiastico, ita Carol. de Gras. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 729. & alii quos referam *decis.* 26. *n.* 54. Vel secundò respondetur, quòd procedant, quando causa feudalis, sive Baroniæ vertitur inter Fiscum, & privatum, nam tunc Dominus Rex adeundus est: secus verò si lis vertatur de causa feudali, sivè de Baronia inter privatos, quo casu tractanda & prosequenda est coram Judice ordinario rei, ita Lucas de Penna

in l. quicumque, vers. E contra, ibi, & idem dicendum est, C. de fundis limitrophiis, lib. 11. & alii infra allegati *decis.* 26. *num.* 55. Unde habes doctrinam Jacobi Cancerii in nostris terminis sustineri non posse, nisi eam tantùm intelligas, casu quo à Domino Rege vindicetur jurisdictio possessa per Baronem Ecclesiasticum, nam tunc indubitanter Baro Ecclesiasticus coram Domino Rege est conveniendus, ut tradit Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 164. *in princ.* & tradunt Doctores citati *decis.* 10. *num.* 149.

7 Infertur secundò, quòd licèt creatio Officialium in locis Baroniæ, ac Dominorum vassallorum ad ipsos Barones, ac Dominos vassallorum spectet, ut post alios tradit Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 41. Larrea *alleg. fiscal.* 69. *num.* 5. Suelves *cons.* 14. *num.* 68. *lib.* 3. Etiamsi Barones, ac Domini vassallorum sint Episcopi & Prælati Ecclesiastici, Covar. *pract. cap.* 4. Cabedo *decis.* 11. *num.* 3. *par.* 2. Marcus *decis.* 489. *num.* 2. & 3. Suelves *cons.* 14. *sub numer.* 68. *lib.* 3. Hujusmodi tamen Officiales creati, & deputati à Prælatis, & Episcopis temporalem jurisdictionem exercentibus debent esse sæculares, & non personæ Ecclesiasticæ, Felin. *in cap. decernimus, num.* 6. *de jud.* Jason. *in Rub. num.* 3. *ff. de off. Assessor.* Annan. *singul.* 460. ubi refert ita judicatum, Azevedo *lib.* 8. *in princ. tit.* 3. *lib.* 1. *recop.* Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 3. & 197. Mastrill. *de Magistra. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 19. & 20. Covar. *pract. cap.* 4. *num.* 2. Cabedo *dec.* 11. *num.* 3. *par.* 2. Fontanella *decis.* 341. *numer.* 7. *par.* 2. Capiblanc. *de Baronibus pragmat.* 1. *num.* 45. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *qu.* 2. *num.* 63. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *sect.* 3. *num.* 283. Novar. *grav.* 194. *lib.* 1. Riccius *collect.* 3889. *par.* 6. Thoro *in compen. decis. in supplemento verbo Barones Ecclesiastici, fol.* 64.

10 Sicut dicitur de locis Regiis, in quibus creatio Officialium ad Dominum Regem pertinet, Cabedo *decis.* 43. *num.* 1. *par.* 2. Giurba *cons.* 19. *num.* 1. & *cons.* 65. *num.* 11. & 12. & *cons.* 79. *num.* 7. Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 1. *ad* 13. & *cap.* 4. *per totum*, & *lib.* 2. *cap.* 1. *per totum*, Castillo *de tertiis cap.* 11. *à num.* 17. cum relatis per Suelves *cons.* 24. *nu.* 4. *lib.* 1. & *cons.* 14. *num.* 68. *lib.* 3. Bobad. *lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 17. & 18. Larrea *alleg. fiscal.* 119. *numer.* 1. Ripoll. *de regal. cap.* 35. *à num.* 143. Salgado *de suppli. ad Sanctis. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 21. plures alios Vela *dissert.* 34. *numer.* 35.

11 *tom.* 2. Debent tamen Officiales à Domino Rege creari non Ecclesiastici, nec exempti ab ejus jurisdictione, sed merè laici illi subjecti, de jure Cathaloniæ, *Constit.* 1. & 2. *de coses prohib. als Clergues pragmat. nuper* 4. *pragmat. cum quamdam* 8. *eod. tit.* Mieres *in Curia Domini Regis Jacobi II. in secunda Curia Barcinonæ, part.* 1. *col.* 4. *cap.* 15. *num.* 1. *fol.* 61. *in novis*, & ad eum Despujol. *verbo Clerici in Cathalonia, fol.* 43. & 44. Ferrer. *in cap. constit. hac nostra eviden.* 2. *num.* 106. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 12. *num.* 66. Fontanella *decis.* 190. *lib.* 1. de Regno Aragonum, *forus unicus, tit. quòd Officiales executores, & ministri jurisdictionis Regiæ sint sæculares, & non Clerici, forus item el senyor Roy* 2. *tit. de accusat.* Molinus *in repertor. verbo Clerici, versic. Clerici*, ubi Portoles *num.* 20. Idem Molinus, *verbo jurisdictio, versic. Jurisdictionem Regiam, fol.* 199. *col.* 1. ubi Portoles *num.* 20. Idem Molinus *verbo Portarii, versi Portarii, & alii ministri, fol.* 257. *col.* 1. ubi Portoles *num.* 8. & 9. Bardaxi *foro unico, tit. quod Officiales, & Ministri, & foro* 17. *versi. Ex quo videtur, tit. reparo de la Audiencia Real*, latè Suelves *cons.* 42. *à num.* 5. *ad* 24. *lib.* 1. De Regno Castellæ *lib.* 9. & 10. *tit.* 4. & *lib.* 3. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopilat.* Avendaño *de exequen. mandat. par.* 1. *cap.* 22. *numer.* 15. Covar. *pract. cap.* 33. *num.* 6. Bobad. *in polit. lib.* 1. *cap.* 12. *sub num.* 16. & *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 13. Larrea *alleg.* 86. *num.* 6. & 7. De Regno Neapolis, Franchis *decis.* 479. Tapia *decis.* 1. *num.* 9. Thoro *compet. decis. par.* 1. *verbo Clerici*, & *cæteri non subditi, fol.* 93. Novar. *grav.* 194. *lib.* 1. & *pragmat.* 1. *de Eccles. personis* Danza *de pug. doctor. lib.* 1. *tit. de qualit. Official. cap.* 1. *à num.* 1. De Reg. Sardiniæ, Regens Vico *ad prägm. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 1 De jure communi *cap.* 1. 2. 4. & 5. *ne Clerici, vel Monachi*, Angujan. *de legib. lib.* 2. *controver.* 17. & 18. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 96. Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *sub* 128. Borell. *lib.* 1. *de Magist. edict. cap.* 10. Mastril. *de magist. lib.* 2. *cap.* 6. & *dec.* 159. *num.* 6. & 18. Cutellus *de immun. Eccles. par.* 2. *qu.* 19. *n.* 20. Cabal. *resol. crim. casu* 64. *nu.* 10. & 11. Riccius *in praxi resol.* 413. *à nu.* 1. Carol. de Gras. *de effect. clericat effect.* 8. *num.* 13. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 44. Thesau. *quæst. foren.* 18. *num.* 6. *versic. Ego, lib.* 1. Vela *dissertat.* 43. *à num.* 3. *tom.* 2.

Maximum enim sequeretur absurdum, admittere 12
Clericos, & Ecclesiasticas personas ad officia sæcularia, qui si in officio delinquerent, non possent per sæcularem potestatem puniri, de quo Cenedo *collect.* 37. *ad decretum num.* 16. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 2. *num.* 54. Escobar *de ratiocin. cap.* 7. *a num.* 7. Carol. de Gras. *de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 82. Portoles §. *Clericus, à numer.* 3. Squillante *de privileg. cler. cap.* 7. *dub.* 3. *num.* 87. Angujan. *de legib.* 2. *controv.* 21. *numer.* 58. & 59. Borell. *de Reg. Cat. præst. cap.* 17. *num.* 42. & *de magist. edit. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 31. & 32. Clar. §. *fin. quæst.* 39. *versic. Quæro pone*, Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 98. Franchis *decis.* 479. Cabal. *resol. crim. casu* 64. Giurba *cons.* 96. *à num.* 22. Covar. *pract. cap.* 33. *num.* 6. Martha *de jusdict. par.* 4. *casu* 127. Suelves *cons.* 42. *numer.* 13. *lib.* 2. Mastril. *de magist. lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 10. & *decis.* 159. *num.* 10. Barbosa *in cap.* 2. *numer.* 4. *ne Cler. vel Monachi*, & *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 1. *num.* 22. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 18. & *par.* 4. *tract.* 22. *resol.* 39. & *in sum. par.* 2. *verba Judex laicus, num.* 5. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 29. Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 99. & 132. Riccius *in prax. tom.* 2. *resol.* 412. *num.* 2. Carpio *de execut. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 40. Sesse *decis.* 113. *num.* 139. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 18. *cap.* 4. *num.* 28. *versic. Sed an hæc*, Narbona *lib.* 20. *à num.* 25. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Pereira *decis.* 58. *à num.* 25. Fermosinus *in cap.* 2. *qu.* 26. *num.* 4. *de judiciis*, Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 453. & 454. latè Vela *dissert.* 43. *à num.* 11. & *dissert.* 44. *à num.* 27. *tom.* 2. Thomas del Bene *de Parlam. dub.* 4. *sect.* 20. *subsect.* 2. *num.* 5. *fol.* 182. & *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 35. & *cap.* 14. *dub.* 11. *a numer.* 15. Michael Ferrer. *par.* 3. *obs. cap.* 148. Franciscus Ferrer. *in constit. hac nostra eviden.* 2. *nu.* 101. Despujol. ad Mieres *verbo clerici non possunt, fol.* 43. Berart. *in specul. visit. cap.* 3. *à nu.* 34. Fontanella *decis.* 190. *num.* 4. Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 230. & *par.* 3. *cap.* 8. *num.* 111.

Infertur tertiò, quòd Judices creati ab Episcopis ju- 13
risdictionem temporalem exercentibus non possunt uti excommunicatione, vel aliis censuris, sed debent in causarum decisione leges, & constitutiones Regni servare, procedereque ut alii Judices temporales, Annan. *sin.* 460. Cabedo *dec.* 40. *numer.* 13. *par.* 2. Borell. *de Reg. Cat. præstan. cap.* 72. *num.* 2. & *de edit. magist. lib.* 1. *cap.* 9. & alii per Mastrill. *de magist. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 21. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 195. Azevedo *lib.* 4. *num.* 3. *in fine, tit.* 7. *lib.* 3. *recop.* Ferrer. *in constit. hac nostra, evid.* 2. *num.* 80. Ripoll. *de regal. cap.* 35. *num.* 122. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 31. & *in polit. lib.* 4. *cap.* 25. *versic. Lo qual, fol.* 720. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 2. *numer.* 63. Suelves *cons.* 14. *num.* 70. *lib.* 3. Escobar *de Pontif. & Reg. jurisd. in studiis general. cap.* 21. §. 8. *à numer.* 168. Mattheu *de regim. Reg. Val. tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *sect.* 3. *num.* 283. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 346.

At si Officialis Ecclesiasticus ut Baro procedat con- 14
tra Officialem Regium per censuram, quid facere debeat iste Officialis Regius, vide *dec.* 27. *num.* 109. *versic. Similiter*.

Infertur quartò, quòd Notarii, seu Tabelliones crea- 15
ti ab Episcopis temporalem jurisdictionem exercentibus debent esse Regii, non autem Apostolici, Azevedo *lib.* 8. *nu.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop.* & *lib.* 4. *nu.* 3. *in fine*,

tit. 7. lib. 3. recop. Bobad. *lib. 2. in polit. cap. 17. numer. 195.* Narbona *lib. 20. glo. 22. num. 68. tit. 1. lib. 4. recop.* Quidquid dicat Novar. *in rub. pragm. de actuar. collect. 1. num. 17.* Siquidem Notarii Apostolici in terris Principis sæcularis in causis, & negotiis sæcularibus instrumenta conficere nequeunt, de quo Boer. Covar. Bobad. Riccius, Valasc. Afflict. Novar. Rovit. Regens Vico, Peguera, Ripoll. Cancer, & alii relati *decis. 13. num. 60.*

15 Secundò, Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica in causis criminalibus, nisi reus captus existat in Regiis carceribus, & si firmetur contentio, non procedit, ut refert observatum in Cathalonia, & bis decisum Michael Ferrer. *part. 3. observ. cap. 173.* & ita observari in hoc Principatu testatur Cancer. *part. 3. var. cap. 10. num. 124.* Oliba *de jure fisci, cap. 14. num. 50. & 88.* & observatum fuisse affirmat Fontanella *decis. 200. num. 11. & decis. 201. num. 14. par. 1.* & in Regno Aragonum, Regia Audientia ex immemoriali consuetudine propter ejus Majestatem, & præeminentiam, ac propter bonum justitiæ competentiam non firmat, nisi reus in Regiis carceribus detineatur, & ita sæpè judicatum fuisse refert Michael Ferrer. *in sua methodo proceden. in caus. super compet. jurisdict. in fine*, Bardaxi *foro 1. numer. 17. & foro 3. numer. 1. de compet. jurisdict.* Portoles *foro 1. numer. 69. & foro 3. num. 8. eod. titulo*, Sesse *decis. 113. num. 95. lib. 2. & de inhibit. cap. 9. §. 1. num. 47. & §. 2. nu. 20.* Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. titul. processo de competent. de jurisd. versic. Y tambien se advierte, fol. 335.* Ramirez *de lege Regia, §. 2. numer. 13.* Suelves *cons. 2. num. 8. lib. 3.* Quod & in Curia justitiæ Aragonum procedit, Ramirez *de lege Reg. §. 2. numer. 12.* Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. tit. proces. de compet. de jurisd. versic. Y tambien, fol. 335.* exemplar refert Sesse *de inhib. cap. 9. §. 1. à num. 48.* sequitur Fermosinus *in cap. si clericus, quæst. 17. num. 3. de foro compet.* & aliud addit Suelves *cons. 2. num. 8. lib. 3.* & in Regno Sardiniæ inveni ita practicatum, & practicavi juxta decisiones inferiùs traditas *num. 18. & 21.* remissivè Regens Vico *lib. 2. tit. 51. in locis communibus, num. 4.* Quibus suffragatur quod in simili casu in statu Mediolani practicari refert Clar. *§. fin. quæst. 83. num. 13. versic. Et nota*, & in Regno Franciæ Boerius *decis. 64. num. 4. & decis. 65. num. 10.* Quidquid propositis fundamentis nostræ sententiæ, contrarium probet, & sequatur Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 2. à num. 195. ad 275.* qui *numer. 213.* de nostra praxi Cathaloniæ, & Aragoniæ meminit, sed quid in Regno Valentiæ, *infrà num. 32.* & quid in Regno Castellæ, *num. 33.*

16 Nec hæc nostra praxis rationi adversatur, siquidem contentio sequitur naturam causæ criminalis, quæ non declaratur, nisi existentibus reis in Regiis carceribus, ut de stylo Senatus Cathaloniæ tradit Fontanella *decis. 286. num. 19. lib. 1.*

17 Præterea quia si talis contentio admitteretur, jurisdictio Curiæ sæcularis esset elusoria, Covar. *pract. cap. 33. nu. 4.* Oliba *de jure Fisci, cap. 14. numer. 88.* Quia cum apud se reum non haberet, punire illum non posset, & esset in ipsius potestate effugere judicium Judicis competentis ad Bart. *in l. sepulchri, in 2. ff. de sepul. viol.* Gail. *de pace pub. lib. 1. cap. 10. numer. 2.* Gofred. Abavum. *tract. reat. lib. 1. quæst. 8. num. 5.* Farinac. *par. 3. quæst. 99. num. 1. in fine*, Menoch. *lib. 1. de arb. jud. quæst. 80. nu. 2.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 32. nu. 3.* Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. num. 901. in fine*, Parejam *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 6. num. 220.* Gomez *tom. 3. var. cap. 1. num. 12. versicul. Secunda ratio est*, Quibus rationibus adde, ea quæ tradunt Cerdan. *de la visit. de la carcel. cap. 5. sub numer. 17.* Clar. *§. fin. quæst. 46. n. 10. in fine*, Farinac. *par. 1. quæst. 4. nu. 24. versic. Limita*, Guazzin. *defen. 5. cap. 1. nu. 42.*

18 Amplia primò, in causis criminalibus Clerici fori privilegium prætendentis, in quibus in Cathalonia nisi in carceribus sæcularibus Clericus existat, Curia Regia sæcularis cogi non potest ad firmandum contentionem, nec illa firmari potest, ut dixit expressè Regius Senatus Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo V. dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis: *Clerici qui non detinentur eo tunc capti per Regiam Curiam, si firmant jus in posse Curiæ Ecclesiasticæ, & per eam formatur contentio, non audiuntur, nec contentioni respondetur, & nihilominus capiuntur postea per Regiam Curiam, hinc dicitur, quia prima captura est Domini Regis*, & tenent Oliba *de jure fisci, cap. 14. num. 50. & 88.* Duas decisiones refert Michael Ferrer. *part. 3. observ. cap. 173.* Quibus adde, ita fuisse declaratum per Cancellarium Rovirola 3. Martii 1599. Consultoribus Peguera, Regàs, Ubach, & Bonet in favorem Gerentis vices Gubernatoris Comitatuum Rossilionis, Ceritaniæ contra Curiam Ecclesiasticam Elnen. & Michaelem Guitart prætensum beneficiatum, & per Soler tertium per suam Excellentiam nominatum 31. Maii 1640. *super repetitione personæ Pauli Ferrer Clerici in minoribus constituti*, & in Regno Aragonum ita practicari in Regia Audientia, & Curia Justitiæ Aragonum testantur Bardaxi *foro 1. num. 17. de compet. jurisd.* Suelves *cons. 2. num. 8. lib. 3.* & alii *numer. 15.* relati, & in regno Sardiniæ, ita fuit declaratum per Cancellarium anno 1635. contra Curiam Ecclesiasticam Turritanam in causa repetitionis personæ Hieronymi Brondo, & iterùm contra Curiam Ecclesiasticam Turritanam in causa contentionis Doctoris Joannis Davo, quid in Regno Valentiæ infra, *numer. 32.*

Quæ ampliatio juri communi repugnat, nam Judex sæcularis competentiam firmare tenetur, etsi reus non sit captus in carceribus sæcularibus, ut ex pluribus tradit Portoles *foro 1. numer. 70. de competen. jurisdict.* 19

Sed pro perfecta intelligentia distinguendi sunt de jure duo casus principales. 20

Primus, quando Clericus est captus.

Secundus, quando Clericus non est captus.

In primo casu principali, quando Clericus est captus, eo tunc si fuit captus in habitu, & tonsura clericali, Judex sæcularis qui eum detinet captum, statim eum debet remittere ad Judicem Ecclesiasticum, etiam ante cognitionem causæ jurisdictionalis, ut ex pluribus *supra* tradidi *decis. 2. num. 19.* Si autem Clericus fuit captus à Judice sæculari in habitu laicali, interim dum pendet causa clericatus, debet carceratus remanere in carceribus sæcularibus, donec Judex Ecclesiasticus super clericatu declaraverit, uti expressè docuit omnium primus Innocent. *in cap. ut famæ numer. 1. de sentent. excom.* Ripa *in cap. decernimus num. 4. de jud.* Grammat. *decis. 81. numer. 2.* & alii plures citati *supra decis. 2. num. 19.* 21

In secundo casu principali, quando Clericus non est captus, alii duo sunt distinguendi casus. 22

Primus est, quando Clericus allegat titulum clericatus coram Judice sæculari.

Secundus est, quando Clericus allegat titulum clericatus coram Judice Ecclesiastico.

In primo casu, an Clericus de jure communi ad opponendam fori declinatoriam, & ad producendas Bullas sui clericatus in causis criminalibus coram Judice sæculari, requiratur quòd sit captus, quidam tenent quòd sic, taliter quòd per alium non audiatur, nisi ipse personaliter compareat suum privilegium allegaturus, *argumento l. ex quacumque causa, ff. si quis in jus vocat. non jerit, leg. si quis ex aliena ff. de judic.* Franchis *decis. 329. num. 4.* Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst. 32. num. 48.* Follerius *in prax. crim. tit. audiantur excusatores, numer. 39.* ubi Baldaxar de Angelis *numer. 25. versic. Verum*, Ferrerius ad Guid. Papa *decis. 450.* plures Merlinus *controver. lib. 1. cap. 49. numer. 14. & 21.* 23

Sed contrarium de jure communi verius existimo, quòd non requiratur, quòd Clericus sit captus, sed imò quòd per aliud comparere possit ad opponendam Judicis sæcularis incompetentiam ita Alberic. *in leg. servum quoque, §. publica, numer. 19. ubi hanc dicit veriorem, & eam vidisse servari in judiciis per magnos Doctores*, & ibi Angel. *num. 2. ad finem*, Fulgosius 24

post

post num. 6. ff. de procurator. Bald. *in l. reos, sub num. 24. C. de accusat.* Aufrer. ad Cappel. Tholosan. *decis.* 165. Guido Pap. *dec.* 450. *qui respondet ad jura in contrarium citata.* Grammat. *post decis. consil.* 1. Farinac. *in praxi. part. 3. quæst. 99. numer. 218.* Franchis *decis. 329.* Mastril. *decis. 113. num. 8.* Baldaxar de Angelis *in addit. ad Follerium, titu. audiantur excusatores, numer. 25.* Merlin. *controver. lib. 1. capit. 49. numer. 9. qui limitat in quodam notabili casu,* Sanfelicius *decis. 277.* Donat. Anton. de Marinis post *lib. 2. res. jur. allegat. 124.*

25 Quod comprobatur in citato pro causa criminali, pro quo etiam non capto admittitur alius ad opponendam exceptionem fori declinatoriam, & Judicis incompetentiam, quia est seorsum à crimine, Gail *de pace pub. lib. 1. cap. 16. numer. 16.* Gofred Abavus *tract. reat. part. 1. quæst. 8. numer. 4.* plures laudat Farinacius *in prax. part. 3. quæst. 99. à num. 114.* Baldaxar de Angelis in addit. ad Folleri. *tit. audiantur excusatores, num. 1. versic. Sexta declaratio,* Clarus §. *fin. quæst. 32. numer. 19.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst. 33. numer. 5. &* 10. Menoch. *de arbi. jud. lib. 1. quæst. 80. numer. 112.* Barzius *decis. 152. num. 5.* Guido Papa *decis. 338. numer. 2.* Franchis *decis. 314. numer. 1. & decis. 329. numer. 2.* Giurba *consil. 95. numer. 11.* Rausnerius *decis. Genuæ 10. n. 17. &* 22. & fuit ita declaratum in Regio criminali consilio Regni Sardiniæ 11. Augusti 1651. in favorem Herculani Runquina, & sociorum, contra Procuratorem causarum Marchionatus de Orani referente Nobili Eusebio Carcassona, Actuario Authiocho Diana secretario.

26 In secundo casu, quando Clericus allegat titulum clericatus coram Judice Ecclesiastico, eo tunc si Judex secularis in causa criminali contra Clericum nondum captum incipit procedere, & iste recurrat ad Judicem Ecclesiasticum, petens ut secularis inhibeatur à cognitione illius causæ, etiam hac lite pendente debet à Judice Ecclesiastico detineri captus in publicis, & tutissimis carceribus, ita ut nullo modo sub fide jussoribus, à carceribus dimittatur, nec etiam detineatur in Ecclesia, vel Monasterio, alioquin poterit capi à Judice Sæculari, Covar. *pract. c. 33. num. 4.* Oliba *de jure fisci, c. 14. num. 88.* Bernard. Diaz & ibi Salzedo *in pract. crim. cap. 116. num. 6.* Paz *in prax. tom. 2. prælud. numer. 13.* Bobadil. *in polit. l. 2. cap. 18. numer. 104.* Narbona *l. 20. gloss. ultima, num. 1. tit. 1. lib. 4. recop.* Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 2. à numero 212.*

27 Amplia secundò, in causa immunitatis Ecclesiæ per reum allegatæ, in qua eo non existente capto in carceribus sæcularibus, Judex secularis non tenetur contentionem firmare, nec contentio procedit, Fontan. *decis. 200. num. 11. & decis. 201. num. 14. p. 1.* ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola 3. Octobris 1602. Consultoribus Astor, Benach, Fontanet, Roig, Torner, Puigmija, & Calbà in favorem Curiæ secularis Regentis Vicariam Barcinonæ, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonen. Franciscum Corbera, & de Gualbes: & Ferdinandum Oliver, & per Cancellarium Agullana 11. Augusti 1606. Consultoribus Peguera, Senjust, Magarola, Ferruz, Benach, Bonet, & Sala contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ & Galdericum Gali utriusque juris Doctorem Civem dictæ Civitatis. De Regno Aragonum innuit Don Didacus Antonius Frances Urrutigoiti *in past. regul. part. 3. voto 8. num. 37.* dicens, quòd reus non restituitur ad Ecclesiam, donec contentio declaretur.

28 Quæ Ampliatio juri communi contraria est, nam de jure dum pendet cognitio super immunitate Ecclesiæ, reus non est consignandus Curiæ sæculari, ut in ejus carceribus detineatur, sed tutus manere debet in Ecclesia, vel penes Judicem Ecclesiasticum, Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 28. num. 2. & latius, cap. 29. num. 2.* Roderic. *quæst. reg. part. 2. quæst. 50. artic. 3. versic. Verum est,* Guazzin. *defen. 1. cap. 32. numer. 1. in fine,* Curia Philippica *part. 3. §. 12. numer. 57. 58. &* 59. quos citat Giurba *consil. 20. numer. 23.* Barbosa *de jure Eccles. univer. lib. 2. cap. 3. numer. 155.* latè contrariis respondens Farinac. *de immun. Eccles. numer. 370.* Gambacurta *de immun. Eccles. lib. 6. c. 1.* Diana *resolut. moral. part. 6. tract. 1. resolut. 32.* Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom. 2. c. 16. dubit. 27. num. 8. &* 9. Quidquid dicat Mastril. *decis. 269. numer. 7.* Ciarlin. *controver. foren. cap. 162. num. 4. part. 2.* Mexia de Cabrera *in form. immun. Eccl. l. 1. c. 10. num. 1.* Ubi refert declarationem Sacræ Congregationis, de qua etiam testantur Barbosa *ad Conc. Triden. sess. 25. de refor. c. 20. numer. 4.* Diana *post part. 5. res. mor. in declarationib. Sacræ Congregationis num. 14. fol. 439.*

Et vigore constitutionis Gregorii decimiquarti, de- 29
linquentes laici recusante Episcopo ab Ecclesiis, extrahere, si à Curia sæculari extrahantur, & capiuntur, sunt reponendi ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ, & ibi sub tuto, & firmo carcere, opportunaque custodia, si opus fuerit, imposita, per Curiam sæcularem detineantur, Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 11. num. 2.* Gratian. *discep. foren. cap. 596. numer. 10.* Guazzin. *defen. 1. cap. 31. num. 16.* Giurba *cons. 20. numer. 23. & cons. 100. sub num. 19.* Farinac. *de immun. Eccl. num. 370.* Gambac. *de immun. Eccles. l. 6. c. 6.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. capit. 16. dub. 27. numer. 9. & dubit. 35. numer. 17. & dubit. 40. sect. 2. numer. 2.* ubi alios citat.

Adeò, quòd Curia sæcularis etiam in casibus ex- 30
ceptis non possit de jure reos in carceribus sæcularibus reponere etiam nomine Episcopi, ut tutius custodiantur, Bonacin. *tom. 2. disp. 8. quæst. 7. punct. 4. num. 15.* Diana *resolut. moral. part. 6. tract. 1. resol. 32. & in sum. part. 1. verbo immunitas Ecclesiarum, numer. 20. fol. 541.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 16. dubit. 27. numer. 10. &* 11. *dubit. 35. numer. 18. reprobato* Gambacurta *de immun. Eccles. lib. 6. cap. 10. numer. 12.* Benè verò potest Episcopus si sui carceres non sint tuti, reum consignare Curiæ sæculari quæ donec articulus disputatur, ipsum reum nomine Episcopi in carceribus sæcularibus retineat, ut practicatum refert Farinac. *de immunit. Eccles. sub n. 306.*

Amplia tertiò, ut nec contentio procedat existente 31
reo capto in carceribus Ecclesiasticis; nam Curia sæcularis non tenetur contentionem firmare, nisi reus existat in carceribus sæcularibus, de praxi Cathaloniæ, Fontanella *decis. 201. numer. 14. part. 1.* de praxi Regni Aragonum Molinos *in pract. titu. processo de competen. de jurisd. fol. 335. col. 1. versic. Y. tambien,* & in Regno Sardiniæ ita fuit declaratum per Cancellarium Spiga 21. Octobris 1645. Consultore Martinez de Vidaureta *in favorem Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, contra promotorem fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ Turritanæ, & Doctorem Petrum Jordano Clericum conjugatum inculpatum de crimine fabricationis falsæ monetæ constitutum voluntariè in carceribus Archiepiscopalibus Civitatis Sassaris.* Et iterum per Canonicum Michaelem Ascanio tertium per suam Excellentiam nominatum 15. Octobris 1648. Consultoribus Bonfant, Cartò, & Baylò *Nam cum Emanuel. Pira villæ de Gavoi esset captus in carceribus Ecclesiasticis Arboren. & per Promotorem fiscalem Archiepiscopatus Arboren. firmata esset contentio super repetitione processus facti per Curiam sæcularem contra dictum Pira, eo quòd erat Clericus tonsuratus, fuit firmatum dubium per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ, eo quòd contentio non procederet, reo non existente capto in Regiis carceribus, & fuit declaratum his verbis: Dubium propositum pro parte Procuratoris Fiscalis Regiæ Curiæ procedere, & propterea non esse locum contentioni propositæ per Curiam Ecclesiasticam Arbor. nisi prius reus constituatur pro utraque Curia in Regiis carceribus.* Et ita etiam practicavi de mense Augusti 1651. nam cùm Curia Ecclesiastica Arboren. expedisset litteras in forma contentionis repetendo processum factum per Regium concilium contra Sebastianum Serra, & Eusebium Trinchas prætensos Clericos conjugatos in carceribus Ecclesiasticis captos, per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ me existente Fisci Advocato fuit firmatum dubium, an non existentibus captis dictis Serra, & Trinchas in Regiis carceribus, esset firmanda contentio, & res benè succesisit, nunquam enim Curia Ecclesiastica Arboren. dubium acceptavit, nec illi respondit.

In Regno verò Valentiæ, si pluries fuerit firmata 32
con-

contentio exiſtentibus reis captis in Regiis carceribus, juxta deciſiones traditas per Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.2. c.7. §. 2. à numer. 66.* tamen Judex ſæcularis contentionem firmare tenetur, etiam quòd Clericus delinquens ſit captus in carceribus Eccleſiaſticis, *forus 27. de jur. omn. jud.* duo exemplaria refert Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. c. 7. §. 1. ſect.2. num.53. verſic. Poſtea*, qui *numer.* 54. dicit irrefragabile eſſe traditum per Cerdan. *in viſit. carcer. cap. 5. numer.* 17.

33 In Regno Caſtellæ ab Invictiſſimo Domino Imperatore, & Rege Carolo V. in maximam Reipublicæ utilitatem, & quietem decretum fuiſſe, ut pendente lite ſuper clericatu, vel ſuper punitione criminis, detineatur reus à Judice Eccleſiaſtico in publicis, & tutiſſimis carceribus, nec dimitti debet ſub fidejuſſoribus, nec detineri in Eccleſia, ſeu Monaſterio, alioquin poteſt capi à Judice ſæculari, Covar. *pract.cap.33. num.4.* Bernard.Diaz, & ibi Salzedo *in pract. crim. cap. 116. numer.6.* Paz *in prax.tom.2.prælud.2.numer.13.* Bobad.*lib.2. cap.18.numer.* 114.Narbona *l.20.gloſſ.ultima, numer.1.tit.1.lib.4. recop.* latè Pareja *de inſtr.edit. tom.1. tit.2.reſol.6.ſpecie 2. à numer.* 212. notarunt Portoles *foro 1. ſub numer. 7. de compet. juriſdic.* Oliba *de jure fiſci cap.14.numer.* 88. Intellige hanc tertiam ampliationem, ut procedat in Cathalonia, & Sardinia, quando reus eſt captus in carceribus Eccleſiaſticis, & Curia Eccleſiaſtica repetit proceſſus factos contra reum per Curiam ſæcularem, quo caſu Curia ſæcularis contentionem firmare non tenetur; at verò ſi reus ſit captus in carceribus Eccleſiaſticis, & Curia ſæcularis repetit perſonam rei: eo tunc firmatur contentio, & in illa deciditur, an ſit locus repetitioni, vel retentioni. Pro ut evenit iſte caſus diſputandus in Cathalonia coram Cancellario Puigmari in cauſa contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ ex una, & Curiam ſæcularem Regii Concilii criminalis ex altera, ſuper repetitione inſtata per Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ de perſona Guillelmi Rovira Clerici Gerunden. Philoſophiæ, & ſanctæ Theologiæ Doctoris obtinentis beneficium in Eccleſia Sancti Jacobi Barcinonæ, & de licentia Epiſcopi Barcinonen. Cathedram Philoſophiæ in univerſitate Barcinonæ publicè legentis, in carceribus Epiſcopalibus Barcinonæ detenti, nam poſtquam inter dictas Curias eſſet firmata contentio 4. Februarii 1630. fuit declaratum his verbis: *ſententiat, pronuntiat, & declarat repetitioni perſonæ dicti Guillelmi Rovira per dictam Curiam ſæcularem inſtatæ locum non fuiſſe, nec eſſe, & conſequenter dictum Rovira uti privilegio Eccleſiaſtico gaudentem per dictam Curiam Eccleſiaſticam retinendum fore & eſſe.* Et antea idem evenit diſputandum coram Paulo Pala Tertio per ſuam Excellentiam nominato in cauſa contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam Epiſcopi Gerundæ, & Curiam ſæcularem Vicarii Regii ejuſdem Civitatis, ſuper repetitione perſonæ Geraldi Rieta laici Parochiæ Sancti Martini Capreſa capti in carceribus Epiſcopalibus Gerundæ, delati de homicidio in itinere Regio perpetrato in perſona Laurentii Bech Presbyteri; Rectoris, & Parochi dictæ Parochiæ ſancti Martini, in qua Conſultoribus Peguera, Gallego, Ferrer, Benach, Calba de Valſeca, Senjuſt, Bonet, Magarola, Mijavila, Franqueſa, Soler, Ferruz, & Rubbi Col 24. Martii 1607. fuit declaratum his verbis: *ſententiat, pronuntiat & declarat firmæ juris factæ in dicta Curia Eccleſiaſtica Gerundæ locum non eſſe, ſed repetitioni perſonæ inſtatæ per Fiſci Procuratorem dictæ Curiæ ſæcularis Gerundæ locum fuiſſe, & eſſe*, de qua memini *infra deciſ. 26. n. 64.*

35 Amplia quartò, ut contentio non firmetur, ſi reus in compedibus, & vinculis detineatur in Eccleſia, quia cum non dicatur captus, ſed in Eccleſia, contentio non procedit, Fontanella *deciſ.* 200. *num.* 11. *& dec.*201. *numer.*14.*part.*1. ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola 19. Decembris 1603. Conſultoribus Peguera, Ferrer, Regas, & Bonet in favorem Curiæ ſæcularis Vicarii Dertuzæ contra Curiam Eccleſiaſticam Dertuzen. & Procuratorem Petri Daroca Mercatoris dictæ Civitatis in compedibus, & cuſtodia detenti in Eccleſia Beatæ Mariæ Templi Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitanenſis.

Ex qua ampliatione infertur ad illam quæſtionem, 36
an reus confugiens ad Eccleſiam poſſit vinculis, catenis, aut compedibus in Eccleſia detineri; de jure veriſſima eſt opinio negativa, *probant jura in can. diffinivit* 17. *quæſt.* 4. *l. præſenti C. de his qui ad Eccleſ. confug.* & docent Guido Papa *deciſ.* 121. *numer.*3. Covar. *l. 2. var. c.*20. *numer.* 17. *in initio*, Tuſch. *pract. concl. littera E. concl.* 10. *num.* 12. Paz *in prax. tom.*1. *part.*5. *c.*3. §.3. *numer.*4. *&* 177. Guazzin. *def.*1. *c.* 32. *numer.*2. Dezian. *tract. crim. lib.*6. *c.* 27. *numer.*6. Suar. *de relig. lib.*3. *cap.*12. *numer.*2. Farinac. *in prax. part.*1.*quæſt.*27. *numer.*9. *in fine*, *& de immun. Eccleſ. numer.*497. Germon. *de ſacr. immun. l.*3. *c.* 16. *num.* 93. Villagut. *de exten. leg. cap. fin. numer.* 4. *in fine verſic. Et nota* Italia *de immun. Eccleſ. l.*1.*c.*6. §.2. *numer.*51. Bonacin. *diſput.*3. *quæſt.*7. *de immun. punct.* 3. Peguera *in pract. crim. c.* 12. §.3. *numer.*13. Fagundez *lib.*4. *cap.*4. *numer.* 55. Fontanella *deciſ.* 200. *à numer.* 11. *ad* 16. *part.* 1. Diana *reſol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 26. *& in ſum. part.* 1. *verbo immunitas Eccleſiarum*, *ſub numer.*20. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *c.* 16. *dub.* 27. *numer.* 1. Caſtrus Palaus *in oper. moral. tom.*2. *tract.*11. *diſput.unica*, *puncto* 11. *numer.* 6. Peregrinus *de immun. Eccleſ. c.*15. *num.*2. Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.*4. *c.*22. Riccius *de pub. jud. quæſt.* 37. *num.* 14. Sanchez *conſ. moral. tom.* 2. *l.*6.*cap.*1. *dub.*13.*numer.*1.Mexia Cabrera *in formul. immun. Eccleſ. l.*1. *c.* 3. *à numer.* 2. *&* *c.*10. Diana *reſol. moral. part.* 6. *tract. reſol.* 29. *verſic. Hinc obiter*, Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*2. *cap.*16. *dub.* 23. latiſſimè Ciarlin. *contr. foren. cap.* 154. *à numer.* 27. *uſque ad finem part.*2. In Cathalonia, Valentia, & Sardinia, Judex ſæcularis poteſt vinculis, catenis, ſeu compedibus detinere reum in Eccleſia, etiam abſque Judicis Eccleſiaſtici licentia, ut dicam *numer.* 41. de jure Cathaloniæ tres deciſiones Cancellarii laudat Fontanella *dec.*200.*numer.*17. *&* 18. *part.*1. una ex illis facta fuit per Cancellarium Rovirola 19. Decembris 1603. in favorem Curiæ ſæcularis Vicarii Dertuzæ, contra Curiam Eccleſiaſticam Dertuzen. & Petrum Daroca Mercatorem dictæ Civitatis in compedibus, & cuſtodia detentum in Eccleſia Beatæ Mariæ Templi Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitanen. quam tradidi *num.* 35. De Regno Valentiæ ita fuit deciſum per Cancellarium Roda 20. Martii 1582. contra Thomam Oruſa Civitatis Xativæ; aliud exemplar refert Illuſtriſſimus Dominus Vice-Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſ.*80.*num.*6.*part.*2. alias deciſiones cumulat Matth. *ibid.* citatus. Intellige ubi eſt dubium, an confugiens gaudeat immunitate Eccleſiæ, vel non, aliàs ſi eſſet certum gaudere, mera oppreſſio foret, ut dicam *num.*42. adde Sanchez *conſ. moral. tom.* 2. *lib.*6. *cap.* 1. *dubit.* 13. *num.*1. Trullench. *libr.*1. *decal. cap.*11. *dubit.*4. *numer.*4. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.*7. §.1. *ſect.*4.*numer.*145. Addunt tamen, quòd in caſi- 37
bus in quibus confuga gaudere non debet immunitate Eccleſiæ, cuſtodiri debet per Eccleſiæ Rectorem, & ſi fugit, tenetur de culpa, ut poſt Alberic. & allos tradit Farinac. *de immun. Eccleſ. numer.* 198. Tuſch. *prac. concl. littera E. concl.* 11. *numer.* 33. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.*2. *c.*7. §.1. *ſect.*4. *num.*146.

De conſuetudine autem contrarium pluribus locis 38
receptum eſt, ut reus confugiens ad Eccleſiam poſſit vinculis, aut compedibus detineri, donec fuerit cognitum, an gaudere debeat immunitate Eccleſiæ, ut docent locis *numer.* 36. citatis, Paz. *numer.* 3. *&* 177. *in fine*, Covar. *num.*17. *in fine*, Farinac. *in prax. num.* 10. *& de immun. Eccleſ. numer.* 298. Germonius *num.* 93. Trullench. *numer.* 14. Tuſchus *conſ.* 10. *numer.* 13. Fontanella *num.* 17. Matth. *numer.*147. & alii *numer.*40. *&* 41. *allegandi*. Hanc conſuetudinem, & ſi impu- 39
gnent Decian. *tr. crim. l.*6. *c.*27. *numer.*6. Diana *in ſum. par.*1. *verbo immunitas Eccleſiarum*, *numer.*29. eruditè defendit contrariis reſpondens Fontanella *deciſ.* 201. *à numer.*1. *part.*1.

Sed per quem Judicem ſtante conſuetudine vincu- 40
la, catenæ & compedes ſint injiciendi? quidam dicunt,

cunt, quòd per utrumque Judicem, nempè Ecclesiasticum, & sæcularem, vel per sæcularem de licentia Judicis Ecclesiastici, ita Bellug. *in specu. Princip. rub.* 11. §. *sed quia loquimur*, *numer.* 21. Covar. *l.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 27. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 7. *numer.* 3. & 178. Germon. *de sacr. immun. l.* 3. *c.* 16. *num.* 93. Gambacurta *de immun. Eccles. l.* 6. *c.* 8. *numer.* 3. Martha *de jurisd. part.* 2. *qu.* 50. *num.* 19. Villalobos *in sum. part.* 2. *tr.* 39. *dif.* 7. *numer.* 24.

41 Alii autem existimant, posse Judicem sæcularem vinculis, catenis, seu compedibus detinere reum in Ecclesia, etiam absque Judicis Ecclesiastici licentia, docent Remig. *de immun. Eccles. quæst.* 2. Clarus §. *fin. qu.* 3. *numer.* 21. *in fine*. Azevedo *lib.* 3. *num.* 21. *versic. Quibus*, *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.* Farinac. *part.* 1. *quæst.* 28. *numer.* 10. *& de immun. Eccles. num.* 298. Tuschus *pract. concl. littera E. concl.* 10. *num.* 13. Curia Philippica *tom.* 1. *par.* 3. §. 12. *num.* 32. plenè Costa *cons.* 1. *lib.* 1. Bobadilla *in polit. l.* 2. *c.* 14. *num.* 92. *littera F.* & ita servari in Cathalonia tres decisiones Cancellarii laudat Fontanella *decis.* 200. *numer.* 17. *&* 18. *part.* 1. & in Regno Valentiæ, plures decisiones Cancellarii cumulat Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *numer.* 137. *cum trib. seq.* & in Regno Sardiniæ ita fuit decisum per Canonicum Michaelem Ascanio Tertium per suam Excellentiam nominatum 20. Aprilis 1649. Consultoribus Bonfant, & Andreu, *in favorem Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ*, *Doctoris Francisci Cartrò Judicis Regiæ Curiæ*, *Antiochi Diana*, *& aliorum*, *contra Curiam Ecclesiasticam Calaritanam*, *& Ignatium Torrella Equitem*
42 *Sancti Jacobi de Speta*. Quod est intelligendum, ubi est dubium, an confugiens gaudeat immunitate Ecclesiæ, vel non; aliàs si esset certum gaudere, mera oppressio foret, Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5. §. 3. *nu.* 178. Azevedo *l.* 3. *sub num.* 21. *tit.* 2. *l.* 1. *rec.* Covar. *l.* 2. *var. c.* 20. *num.* 17. *in fine*, Guazzin. *defen.* 1. *c.* 32. *sub num.* 3. Fontanella *dec.* 200. *num.* 19. *part.* 1. *& alii supra citati*.
43 Nisi delicta essent scandalosa, & mali exempli, ut in casu relato per Fontanellam *decis.* 201. *num.* 11. *part.* 1.
44 Ponere custodes, & satellitibus obsidere Ecclesiam pro custodia delinquentis, & si aliqui intelligant fieri posse, si sit dubium delinquentem debere gaudere immunitate Ecclesiæ; secùs si constet gaudere, ut tradunt Paz *in prax. part.* 5. *t.* 1. *cap.* 3. §. 3. *numer.* 6. *&* 174. Azevedo *l.* 3. *numer.* 21. *in fine*, *t.* 2. *l.* 1. *recop.* Covar. *l.* 2. *var. c.* 20. *numer.* 1. *versic. Trigesimo primo*, Ambrosin. *de immun. Eccles. c.* 11. *num.* 7. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 28. *num.* 9. *& de immu. Eccles. num.* 299. *in prin.* Verius tamen existimant alii, posse Judicem sæcularem Ecclesiam obsidere custodibus ad præcavendum, ne reus liberè fugiat, & si extra Ecclesiam exeat, capiatur, ut docent Bobad. *in polit. l.* 2. *c.* 14. *numer.* 92. *littera F.* Suar. *de relig. l.* 3. *cap.* 12. *numer.* 4. Farinac. *de immun. Eccles. numer.* 299. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *res.* 8. *in fine*, Fontanella *dec.* 200. *numer.* 7. *part.* 1. Xammar. *defin.* 129. *à numer.* 25. *part.* 2. Italia *de immun. Eccl. l.* 1. *c.* 6. §. 2. *numer.* 25. Daniel de Nobilibus *controv. disp.* 23. *numer.* 28. cum relatis per Thomam del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *c.* 16. *dub.* 27. *numer.* 3. Sed
45 expensæ, & stipendia istis satellitibus, & custodibus debita solvenda sunt ex pecuniis Regiæ Curiæ, Aviles *c.* 20. *prætor. glos. usurpan. num.* 18. *ad medium*, Bobad. *in pol. l.* 5. *c.* 7. *numer.* 6. Giurba *cons.* 100. *numer.* 25. Montan. *de regal. tit. de bon. contra. numer.* 6. & scio ita observatum in Regno Sardiniæ in causa relata *numer.* 14. & in calculo sunt per Magistrum Rationalem recipienda, Berart. *in specul. visitat. capit.* 24. *numer.* 20.
46 Alimenta autem, & alia ad victum necessaria ne subministrentur reis ad Ecclesiam confugientibus, prohibere non potest Judex sæcularis, aliàs esset immunitatem Ecclesiæ violare *l. præsenti*, *C. de his qui ad Eccles. confug. can. diffin.* 17. *quæst.* 4. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 20. *num.* 17. *versic. Trigesimo primo*, Clar. §. *fin. quæst.* 30. *numer.* 11. Daniel de Nobilibus *contr. disp.* 23. *num.* 26. *& in addit. num.* 27. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 1. ubi Laynez *num.* 2. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 11. *numer.* Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 28. *num.* 9. *& de immun. Eccles. numer.* 295. Guazz. *defin.* 1. *cap.* 32. *numer.* 6. Giurba *consil.* 100. *numer.* 26. Suarez *de relig. l.* 3. *c.* 12. *numer.* 2. 3. *&* 4. Lezana *de immun. Eccl. numer.* 18. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *c.* 3. §. 3. *num.* 173. Peregrin. *de immun. Eccles. c.* 13. *num.* 22. cum aliis per Thomam del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 29. *à num.* 1. Fontanella *decis.* 200. *numer.* 8. *part.* 1. qui *numer.* 9. reprobatis Bobad. *in pol. l.* 2. *c.* 14. *num.* 92. *littera F.* & Azevedo *lib.* 3. *num.* 21. *tit.* 2. *l.* 1. *recop.* ampliat, etiam si esset certum delinquentem non gaudere immunitate Ecclesiæ, adeò ut non valeat consuetudo in contrarium, Igneus *in l.* 1. *numer.* 9. *ff. ad Silanian.* Decian. *tr. crim. lib.* 6. *cap.* 17. *numer.* 6. Farinac. *de immun. Eccl. num.* 295. Paz *in prax. par.* 5. *tom.* 1. *capit.* 3. §. 3. *num.* 175. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 20. *numer.* 17. *versic. Trigesimo primo*.

Neque etiam Judex sæcularis potest reum impedi- 47
re, quin exeat ab Ecclesia ad exonerandum corpus, *can. deffinivit ubi omnes*, 17. *quæst.* 4. Decian. *tr. cr. l.* 6. *c.* 27. *in fine*, Ambrosius *de immun. Eccles. cap.* 11. *num.* 7. Italia *de immun. Eccles. l.* 1. *c.* 4. §. 7. *numer.* 12. *versic. Ratio autem*, *& c.* 6. §. 2. *num.* 26. Barbosa *de jure Eccles. univer. l.* 2. *cap.* 3. *num.* 26. Guazzin. *defen.* 1. *c.* 23. *num.* 3. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *res.* 26. *in fine principii*, Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 1. *quæst.* 26. *numer.* 11. Fagundez *in præcep. Eccl. lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 56. Bonacina *disp.* 3. *qu.* 7. *de immun. punct.* 5. *nu.* 2. *effect.* 2. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *c.* 16. *dub.* 25. *sect.* 2. *per totam*, Sanfelicius *dec.* 137. *nu.* 1. *ubi testatur ita aliàs fuisse observatum*. Intellige si intra fines Ecclesiæ non fuerit alius locus opportunus ad id perficiendum, Italia, & Barbosa *ubi supra*, & dummodo statim redeat, 48
Ambrosin. Guazzin. & Thom. del Bene *ubi proximè*, Daniel de Nobilibus *contr. disp.* 23. *num.* 17. *& in addit. num.* 16. & non se recipiat in domibus extraneorum, nec egrediatur ultra spatium triginta passuum, *dicto can. diffinit.* 17. *qu.* 4. nam ultra hoc spatium excusatio non prodest, Cutellus, & Thomas del Bene *locis supra citatis*.

Amplia quintò, in reo capto in Regiis carceribus, 49
qui si firmata contentione illa pendente aufugerit, à die quo aufugit à Regiis carceribus, non proceditur in contentione, sed ipsa remanet in eodem statu, quo erat tempore, quo aufugit, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Copons 6. Aprilis 1594. Consultoribus Planes, Gallego, Mur, Calvò, & Dalmau *occasione privilegii clericalis allegati per Christophorum Oix*, *& de Barutell prætensum monachum professum Monasterii Bisaldini Ordinis Sancti Benedicti*. Et per Cancellarium Rovir. 3. Martii 1599. Consultoribus Peguera, Ubach, Regas, & Bonet, *super repetitione personæ Michaelis Guitart prætensi Clerici beneficiati*, *his verbis: sententiat. pronuntiat, & declarat contentionem hanc super repetitione personæ Michaelis Guitart à Die* 4. *mensis Februarii proximè præteriti*, *quo à carceribus Regiis aufugit*, *non procedere*. Et per Cancellarium Agullana 27. Octobris 1614. Consultoribus Benach, & Ferruz *in facto immunitatis Ecclesiæ Thomæ Ramon Villæ de Cuimerà*. Et per Cancellarium Carmona 1. Septembris 1617. *super repetitione personæ Danielis Miralles Clerici*. Et per Magarola Tertium per suam Excellentiam nominatum 30. Martii 1621. *super repetitione personæ Antonii Rovira Clerici*. Et per Cancellarium Puigmari occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Gabrielis Giraut aliàs Garanyò loci de Alp, nam cùm pendente contentione à carceribus aufugisset: petiit Fisci Procurator Regiæ Curiæ (exhibendo informationem receptam de fuga,) declarari reo non capto contentionem non procedere, & die 30. Januarii 1623. fuit declaratum, *contentionem a die quo dictus Michael Giraut*, *aliàs Garanyò à dictis carceribus aufugit*, *non procedere*. Et per dictum Cancellarium Puigmari 7. Junii 1627. *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Francisci Castanyes Sutoris Villæ Perpiniani*. Et per præfatum Cancellarium Puigmari 21. Augusti 1528. *in facto immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Josephi Thomas Villæ Acrimontis*. Et per Cancellarium Erill die 30. Julii 1639. *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Joannis Toledo Villæ de Reus*.

Et

Et per eumdem Cancellarium Erill dicto die 12. Julii 1639. *in aliis quatuor causis fuit similiter declaratum*. Et per Soler Tertium per suam Excellentiam nominatum die 31. Maii 1640. fuit ita bis declaratum, *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Joannis Fernandæ Villæ de Medina del Campo Regni Castellæ, & occasione repetitionis personæ Pauli Ferrer simpliciter tonsurati, & in minoribus ordinibus constituti*. De Regno Valentiæ Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.2. c.7. §.1. sect.3. num.87. in fine*.

59 Amplia sextò, si pendente contentione reus à Regiis carceribus relaxetur, nam à die relaxationis contentio non procedit. Ut evenit in causa contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Illerden. Sede vacante ex una, & Curiam sæcularem Regentis officium Curiæ, & Vicarii Ilerdæ, & Patriariorum dictæ Civitatis ex alia, super repetitione personæ Pauli Prado Musici Ecclesiæ Cathedralis Ilerdæ eo tunc detenti in Regiis carceribus dictæ Civitatis imperiti de aliquibus delictis; nam cum pendente dicta contentione coram Cancellario à carceribus, quibus detinebatur fuisset relaxatus, & liberatus: qua de causa Fisci Procurator Regiæ Curiæ petiit informationem super iis recipere, & consequenter declarari contentionem non procedere, quia informatione recepta, & visa, fuit declaratum per Cancellarium Erill quinto Augusti 1637. *contentionem super repetitione personæ dicti Pauli Prado non procedere*. Similiter idem evenit, & fuit eadem die declaratum per dictum Cancellarium Erill, *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Josephi Vilabella Civitatis Vicen. violenter extracti à domo sivè Palatio Archiepiscopi Tarraconæ, ubi eo tunc detinebatur de aliquibus delictis impetiti*. Et antea idem fuit declaratum per Cancellarium Agullana 11. Septembris 1619. *occasione firmæ juris factæ in Curia sæculari per Benedictum Oliva fratrem. & conjunctim personam Bartholomei Oliva agricolæ*. Et per Magarola Tertium per suam Excellentiam nominatum 11. Januarii 1620. Consultoribus Bonet, Magarola, Rollan, & Ramon *super immunitate Ecclesiæ allegatæ in persona Pauli Mirò Villæ de Granjanella*.

51 Amplia septimò, si reus pendente contentione decesserit, declaratur contentionem non procedere, ut fuit declaratum per Cancellarium Carmona 21. Junii 1619. *super immunitate Ecclesiæ allegatæ in persona Francisci Xarlò hoc Montehauluno*. Et per Cancellarium Puigmari 23. Martii 1630. Consultoribus Ramon, & Besturs, *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personis Hyacinthi Perez, & Joannis Serramalera*.

52 Hæc ampliatio est juri communi conformis, siquidem lis in morte rei finitur, Glo. *in l. summa, §. si quis, verbo solvitur, ff. de re judicat.* Guazzin *defen.* 35. *cap.* 27. *num.* 1. *in fine*, intellige quoad possibilitatem ferendi in mortuum sententiam, Mastril. *dec.* 137. *n.2. & 3. lib.* 2.

53 Ideoque sententia sivè contra, sivè in favorem mortui lata sit, redditur ipso jure nulla, *dicta l. in summa §. si quis, de re judicata, l. Paulus l.1. & ibi glos. ff. quæ senten. sine appellat. rescind. l. Neratius, ff. de reg. jur. l. de quare, §. cum absentem* & ibi Bartol. *in sum. ff. de jud.* Marantas *de ord. jud. p.6. de sententia, numer.*107. Franchis *decis.*295. *num.2.6. & 7.* Surd. *cons.* 99. *à num.* 11. Castillo *dec.*60. *numer.*1. Postius *post tract. decis.*259. *numer.*7. latè Borell. *in sum. decis. tom.2. tit.*30. *num.*213. cum relatis per Mastril. *dec.*237. *à numer.*1. *l.*2. Persicus in addit. ad Gizarel. *dec.* 12. *à numer.*1. Capi. Latro *dec.* 83. *a numer.* 1. Pratus *disp. foren. cap.*29. *num.* 6.7. *&* 8. Ram. *cons.*55. *num.* 30. *versic. Hinc*, Thoro, *in compen. decis. p.* 1. *verbo sententiæ in favorem, fol.* 502. *& part.2. verbo sententia contra aliquos, quorum aliqui mortui essent, fol.*631. *& part.3. sect.3. verbo sententia lata, fol.* 241. Guazzin. *defen.* 35. *c.* 27. *numer.* 1. Valenzuela *consil.*155. *numer.*41. *lib.*2. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit.*5. *num.*34. Cancer. *part.*3. *var. cap.*17. *numer.*523. remissivè Fontanella *decis.*96. *numer.* 25. *part.*1. Suelves *cons.*21. *numer.*14. *lib.*3. Polid. Ripa *observ.*23. Carroccius *ex c.*42. Scaccia *de re jud. glos.*14. *quæst.*25. *à numer.* 74. Sivè Judex mortem scierit, vel ignoraverit, ut tenent Franchis *numer.* 3. Surd. *numer.* 14. Scaccia *num.* 76. Suelves *numer.* 13. Polid. Ripa *num.*3. Cancer *numer.*323. Persicus *numer.*4. Capici. Latro *num.* 5. Guazzin. *numer.* 2. & alii quos referunt, & si non sequantur Mastril. *à numer.6. ad* 13. *& numer.* 21. Castillo *à numer.* 2. *ad* 14. Etiam in causa beneficiali, ut ex Puteo *decis.*182. *part.*2. tradunt Carrocius *num.* 8. Castillo *numer.*11. Nisi sententia fuerit lata ad favorem mortui favore Ecclesiæ, vel piæ causæ à Judice ignorante mortem, Castillo *num.9. &* 10. cum relatis per Carroccium *num.* 9. Suelves *numer.* 15. Thoro *de privileg. piæ causæ, privileg.*193. vel favore libertatis, Mastril. *num.* 9. Castillo *num.*31. Suelves *num.*2. vel favore dotis, Castillo *à num.*33. Capic. Latro *num.*3. Persicus *num.*7.

Sed contrarium, ut sententia lata contra mortuum, 57
vel in favorem mortui valida sit, si Judex ignoret illius mortem, judicatum testantur Gamma *decis.* 324. Gail. *obser.*109. *numer.*4. *lib.*1. Guido Papa *decis.*86. *numer.*2. Costa *de juris, & facti ignoran. cent.* 2. *obser.*74. *numer.*5. *&* 6. & mille aliis relatis contrariis respondendo Mastril. *decis.* 137. *à numer.*13. *lib.*2. Castillo *dec.*60. *a numer.*14. *lib.*1. Thoro *in compen. decis. part.* 3. *sect.*3. *verbo sententia lata circa principium, fol.* 241. maximè si tempore mortis jam fuisset concluſum in causa, Mastril. *decis.*137. *sub numer.*19. *versic. Consistorium*, Ramon *cons.*35. *sub num.* 20. *in fine*, Thoro ubi proximè, *versic. Secundo dicebatur*. Quòd sententia lata contra 58
mortuum valeat, si Judici non constet in processu uti Judici de rei morte tempore latæ sententiæ, Gratian. *discep. foren. capit.*18. *à numer.*29. *& cap.* 243. *numer.*9. multos cumulat Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *capit.* 9. *numer.*238. sic fuit in Regia Audientia Cathaloniæ decisum 4. Julii 1618. ad relationem Nobilis Francisci Gamis in causa inter patrem, & filium Mirons ex una, & fratres Monsvars ex altera. Et iterum die 1. Aprilis 1628. referente Magnifico Michaele Carreres in causa inter Mariam Annam Margall ex una, & conjuges Gallarts ex altera. Et modernè in causa conjugum Vall, & Sala contra Hyacinthum Pere Riera provisione facta vigesimo tertio Maii 1663. per Magnificum Josephum Aleny. Quæ referente Magnifico Alexio Tristany fuit in gradu supplicationis confirmata.

Sicut in simili dicitur, sententiam latam contra fe- 59
bricitantem esse nullam, *l. quæsitum, ubi gloss. & Doctores, ff. de re jud.* Gizarel. *decis.*9. Fontanella *dec.*550. *à num.* 12. *part.*2. Guazzin. *defens.*35. *cap.* 27. *numer.*1. *versic. Imò ista opinio*, Mastrill. *decis.*137. *num.* 4. *lib.*2. Si tamen Judici constet uti Judici de illa infirmitate, Bartol. *in quæst. num.2. ff. de re jud.* Minsinger. *ob.*57. *cent.*4. & alii quos laudant Mastrill. *dec.*137. *num.*19. *lib.*2. Castillo *dec.*60. *num.*38. *l.*1. Guazzin. *defen.* 35. *c.* 27. *nu.*2. *versic. Et idem Doctores*.

Amplia octavò, & ultimò, ut reo non existente ca- 60
pto in Regiis carceribus non sit firmanda contentio, etiam mediante sola petitione Fisci patroni. Ne reus ex alterius persona consequatur id, quod ipsemet per consequi non potest, contra regulam textus *in l. si quis quos, ff. de legat.* 2. nam uno actu prohibito, censetur prohibitum omne, per quod pervenitur ad illum, *l. oratio, ff. de sponsalib.* & quod una via alicui prohibetur, ad id alia admitti non debet, *l. quod dictum, ff. de pactis*, & prohibitum directè per indirectum fieri non potest, *l. Seius & Augerius, ff. ad leg. falcid.* ita comprobat Pareja *de inst. edict. tom.*1. *tit.*2. *res.*6. *specie* 2. *num.* 216. *cum trib. seq.*

Limita primò secundum casum, si per Curiam sæ- 61
cularem reus sit traditus manulentæ cum reincidentia ad certum tempus, quo casu Curia sæcularis, & si reus non sit positus in carceribus, contentionem firmare tenetur, quia dicitur captus, ad Peguer. *in prac. crim. cap.*12. §.15. *numer.*7. *versic. Solent*, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Montaner 27. Junii 1573. Consultoribus Cordelles, Quintana, & Osset *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Elnen. & Bernardi Sciapa Villæfranchæ Conflentis, contra Curiam sæcularem Gerentis vices Gubernatoris Comitatuum Rossellionis & Ceritaniæ*.

Et idem dicendum est, si reus sit retentus, seu ar- 62
restatus in Palatio, Domo, Camera, Civitate, vel alio

alio loco in carcerem à Judice assignato sub præcepto, ne Palatium, Domum, Cameram, Civitatem, vel alium locum exeat : nam similiter Curia sæcularis contentionem firmare tenetur, ita fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 30. Jan. 1622. *in causa super repetitione personæ Francisci Oliba Vallis de Queral Clerici, ut asserebatur, in minoribus constituti in domibus Gerentis vices Gubernatoris detenti.* Quia arrestatus domi, vel in Palatio sub præ-
63 cepto dicitur carceratus, Guido Papa *dec.* 253. Grammaticus *decis.* 14. *à numer.* 4. Menochius *de arbit. Judic. casu* 302. *numer.* 11. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 30. *numer.* 52. *&* 54. Michael Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 180. Raimon. *consil.* 43. *numer.* 18. *&* 19. Gamma *decis.* 180. *numero primo*, Riccius *decis.* 226. *numer.* 1. *part.* 2. Cabal. *resolut. criminal. casu* 212. *numer.* 1. Henringius *de fidejus. cap.* 10. *numer.* 170. Tuschus *pract. concl. littera A, conclus.* 87. *numer. tertio*, Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo Falsitas*, *fol.* 419. Giurba *cons.* 34. *numer.* 1. Novar. *ad pragmat. Reg. Neapol. rub. de carcerariis collect.* 1. *numer.* 9. Guazzin. *def.* 5. *capit.* 1. *numer.* 51.

64 Pariter idem existimo, si reus sit arrestatus in Palatio, Domo, vel Civitate non sub præcepto, sed sub provisione, vel fidejussore de non recedendo : nam Curia sæcularis contentionem firmare tenetur. Siquidem licèt controversum sit, an arrestatus in Palatio, Domo, vel Civitate sub promissione, vel fidejussione de non recedendo dicatur carceratus, de quo Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 30. *numer.* 57. *&* 58. Ramon. noster *consil.* 57. *à numer.* 15. noster doctissimus Senator Vilosa *de fugitivis cap.* 18. §. 3. *à num.* 6. Jul. Chartar. *decis.* 31. *numer.* 57. *&* 58. verius est, quòd dicatur carceratus, Guido Papa *decis.* 2353. *&* *decis.* 563. Masul. ad Capic. *decis.* 154. *numer.* 5. Magon. *decis. Lacen.* 90. Giurba *consil.* 34. *numer.* 1. *in fine*, Calvacan. *decis.* 14. *part.* 5. Novar. *ad prag. Reg. Neapol. rub. de carcerariis collect.* 1. *numer.* 10. Mascard. *de probation. conclus.* 266. *num.* 30. Riccius *decis.* 226. *num.* 2. *part.* 2. Guazzin. *defin.* 5. *cap.* 1. *à numer.* 51.

65 Amplia prædicta, sivè reus arrestatus sub præcepto, vel sub fidejussoribus sit sub custodia, Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 17. *numer.* 19. Capicius *decis.* 154. *numer.* 4. Menoch. *de arbit. jud. casu* 301. *numer.* 9. *&* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 266. *numer.* 9. noster sapientissimus Senator Vilosa de *fugit. cap.* 18. §. 3. *numer.* 3. sivè sine custodia, Magon. *dec. Lucen.* 90. Cabal. *resolution. crim. casu* 8. *à numer.* 11. *ad* 18.

66 Etenim carceratus nedum dicitur, qui est detentus in compedibus in arctis, & clausis carceribus, sed etiam qui est arrestatus, & detentus in Palatio, Domo, Civitate, vel alio loco sub præcepto, vel sub fidejussoribus, à quo quis ad libitum voluntatis suæ recedere non potest, Boer. *decis.* 215. *num.* 15. Masul. ad Capic. *decis.* 154. *numer.* 3. Magon. *decis. Lucan.* 90. Calvacan. *dec.* 14. *num.* 1. 2. *&* 6. *part.* 5. Azevedo *l.* 15. *numer.* 15. *tit.* 6. *lib.* 3. *recop.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 17. *numer.* 13. *&* 14. Riccius *decis.* 226. *numer.* 1. *part.* 2. Gabal. *resol. crim. casu* 8. *num.* 13. Giurba *cons.* 34. *sub n.* 1. Novar. *ad prag. Reg. Neap. rub. de carcerariis collect.* 1. *numer.* 10. Guazzin. *defen.* 5. *cap.* 1. *nu.* 53.

67 Reo autem existente relaxato à carceribus sub fidejussione de se repræsentando, non tenetur Curia sæcularis contentionem firmare, quia relaxatus à carceribus sub fidejussoribus de se repræsentando non dicitur carceratus Bossius *tit. de carceribus numer.* 28. Garavita *ritu* 269. *num.* 17. Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 30. *num.* 80. Jul. Chartar. *decis.* 31. *num.* 56.

68 Limita secundò in Judicibus sæcularibus minoribus Regni Aragonum, qui competentiam firmare tenentur, etiam si reus captus non sit, *forus* 1. ubi Bardaxi *num.* 17. *in fine*, Portoles *nu.* 68. *&* 70. *de compet. jurisd.* Michael Ferrer. *in sua methodo procedendi in processu super compet. jurisdict. in fine*, Sesse *de inhibit. capite* 9. §. 2. *numer.* 46. & si aliud praxis observet in Regia Audientia, & in Curia Justitiæ Aragonum, ut dixi supra, *num.* 15. Fermosinus *in c. si Clericus*, *quæst.* 17. *num.* 3. *de foro compet.*

69 Unum circa hæc adverte, quòd Episcopus loci, ubi Clericus per Judicem sæcularem captus detinetur, potest repetere dictum Clericum, quamvis hujusmodi Clericus non sit origine Diœcesis dicti Episcopi repetentis, nec in sua Diœcesi habeat domicilium, nec in ea commiserit delictum, sed alibi, quia quilibet Episcopus est defensor libertatis Ecclesiasticæ, ita decisum in Cathalonia per Cancellarium Sorribes 24. Januarii 1549. & in dies nostris temporibus absque contradictione servatum refert Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 178. remissivè Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. l.* 2. *tit.* 51. *in locis communibus*, *num.* 5. latè Ripoll. *var. resol. c.* 1. *à num.* 31. latissimè contrariis respondens Belluga *in specu. Princip. rub.* 11. §. *item dubitatur*, *per totum*. Et non solùm potest, imò tenetur id facere, nam Judex Ecclesiasticus, qui hujusmodi contentionem firmare potest, & debet, non est Judex ordinarius Ecclesiasticus originis delinquentis, sed potiùs Judex ordinarius Ecclesiastic. ipsius Judicis sæcularis capientis, & detinentis, ut post alios docet Portoles *foro* 2. *num.* 4. *de compet. jurisdic.* Ripoll. *var. resol. c.* 1. *num.* 34. *&* 35. Et idem quotidiè observatur in causis immunitatis Ecclesiæ, quia eadem militat ratio, quòd quilibet Episcopus est defensor Ecclesiasticæ immunitatis; conducunt Sanfelicius *decis.* 286. *numer.* 11. Thoro *in compen. decis. in supplemento*, *verbo extractus ab Ecclesia cum licentia*, *fol.* 217.

Adverte etiam pro praxi Cathaloniæ, & aliorum 70
Regnorum, in quibus contentio non procedit nisi reus captus existat in Regiis carceribus. Quòd ipso reo existente capto, ut minus derogetur juri communi, contentio firmari potest, nedum per Procuratorem ipsius rei, ut fuit observatum in casu relato *numer.* 35. ad Alberic. *in lib. servum quoque*, §. *numer.* 19. Angel. *num.* 2. *in fine*, Fulgos. *post num. sextoff. de procurat.* Farinacius *in prax. part.* 3. *quæstion.* 99. *num.* 218. Baldaxar de Angelis in addit. ad Foller. *titul. audiantur excusatores*, *numero vigesimo quinto*, sed etiam per patrem, ut in casibus relatis per Mastril. *decision.* 115. *numero octavo*, Merlin. *controversi. libro primo*, *cap.* 49. *à numer.* 9. Et fuit observatum in casu contentionis declaratæ per Cancellarium Manegat 6. Octobris 1584. Consultoribus Quintana, Peguera, & Oliba *super immunitate Ecclesiæ Nicolai Carcer.* Et per Cancellarium Erill, Consultoribus Guarau, & Berart 3. Junii 1635. *in favorem Montserrati Flor.* Per matrem ut in casu Giurba *cons.* 95. Conjunctos, agnatos, sivè cognatos, ut in casu Vincentii de Franchis, *decis.* 329. Plures alios citat Giurba *consil.* 95. *numer.* 13. & in exemplari Bartholomæi Oliva, *de quo supra num.* 50. *in fine*, & in relato per Fontan. *decis.* 256. *in princip. p.* 1. Amicos, Carol. de Grassis *de effect. clericat. effect. num.*..... & per alios quoscumque etiam sine mandato, Angel. *in l. servum quoque* §. *publicè*, *numer.* 2. *ad finem*, Fulgos. *post numer.* 6. *ff. procurat.* Farinac. *part.* 3. *in prax. quæst.* 99. *numer.* 218. & alii supra *numer.* 24. Donat. Anton. de Marin. post *lib.* 2. *resolut. juris allegat.* 124. *num.* 13. *&* 24. Ubi in dies practicari testatur id fieri posse per Procuratorem, & per quemlibet alium amicum.

Tertiò, Curia sæcularis Regia ordinaria conten- 71
tionem firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica ratione connexitatis delicti, ut puta si Clericus, & laicus simul delinquant, & à Curia Ecclesiastica expediantur litteræ requisitoriæ in forma contentionis; in quibus nedum repetatur Clericus, sed etiam laicus propter delicti connexitatem : Curia sæcularis quoad laicum contentionem firmare non tenetur, & si firmet, declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, ita decisum per Cancellarium Sorribes cum voto omnium Doctorum Regiæ Audientiæ refert Michael Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 218.

Nam licèt aliqui dicant, quòd ubi Clericus, & 72
laicus simul delinquunt, causa est remittenda judici Ecclesiastico, tum ne continentia causæ dividatur, *l. nulli*, *C. de jud.* tum quia magis dignum attrahit ad se minùs dignum, *c. quanto*, *de jud.* ut auctor fuit Anton. de Prato *in l.* 1. *in fine*, *ff. quæ senten. sine appel. rescinduntur*, quem sequuntur Bossius *tit. de foro compet. numer.* 116. Martha *de jurisd. part.* 4. *casu* 119.

Scac-

Scaccia *de jud. lib.* 1. *capit.* 11. *numer.* 24. Menochius *de arb. jud. casu* 371. & alii quos lata manu laudat Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 20. *à numer.* 9. *ad* 13. & innumeri relati per Dian. *resol. moral. part.*3. *tract.*1. *resol.& part.*4. *tract.*1. *resol.*7. *& in sum. part.*2. *verbo Judex Ecclesiasticus*, *numer.* 1. & per Thomam del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 39. *sub corlorar.* 24. *numer.*1. *fol.*174. *& de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.*8. *dubit.*13. *& tom.*2. *c.*10. *dubit.*17. novissimè Rubeus *practic. resol. c.*57. *à numer.* 158. Sperell *decis.*19. *numer.*1. Decian. *tract. crim. lib.*4. *c.*9. *numer.*44. Ciarlin. *contr. foren. cap.* 34. *numer.* 16. *part.*1. Maranta *de ordin. jud. part.*4. *dist.*11. *numer.*21. *&* 22. Biloct. *decis.*3. *à numer.* 6. Baron. *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad singul.* 60. *numer.* 4.

73 Contrarium tamen verius est, quòd ubi Clericus & laicus simul delinquunt, Clericus debet puniri per Judicem Ecclesiasticum; laicus verò per Judicem sæcularem. Quia non est inconveniens, quòd continentia causæ dividatur respectu eorum, qui sunt diversi fori, & diversos superiores recognoscunt, ut pluribus relatis probant Covar. *pract. cap.*34. *numer.*1. Olasco *dec.* 103. *&* 173. Riccius *collect.* 368. Farinac. *in prax. par.*1. *q.*8. *numer.*151. Fachineus *contr. jur. lib.* 9. *cap.*31. Padilla *in l.* 1. *numer.* 6. *C. de diver. rescript.* Guttier. *pract. lib.*1. *q.*6. Azevedo *l.*10. *numer.*24. *in fine*, *tit.*1. *l.*4. *recop.* Tondut. *de præven. jud. part.*2. *c.*12. *num.* 35. Escobar *de Pontif. & Reg. juris. in stud. general. cap.* 44. *à numer.*14. Cenedo *quæst.*22. *numer.*33. *& latius collect. ad Decretales* 176. *numer.*2. Bobad. *lib.*2. *cap.*17. *nu.* 90. *&* 91. Mastrill. *dec.* 138. *lib.*2. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. l.*1. *tit.*18. *c.*4. *num.*15. *&* 16. Trentacinq. *var. l.*1. *de judiciis resol.*3. *numer.*3. *&* 18. Carlev. *de jud. l.*1. *tit.*2. *disp. numer.*19. Castillo *l.*6. *controv. c.*165. *sub num.* 47. Salgado *de supplicat. ad Sanctis. part.*2. *c.*14. *num.*28. Barbosa *in c.*3. *de consecr. Eccl. vel Altar.* & ita observari Neapoli referunt Capicius *decis.*173. ubi Petra *num.* 1. Sanfelicius *dec.*305. *numer.*7. *versic. Altera*, Thoro *in compen. decis. part.*3. *sect.*3. *verbo remissio causæ petitæ*, *fol.*64. *& in supplemento*, *verbo remissio causæ*, *fol.*536. *versic. in Aula*, Gramat. *dec.* 21. Franchis *dec.* 426. Capicius Latro *cons.*55. In Senatu Dolano Grivell. *decis.*30. *numer.*14. In Statu Mediolani Clar. *§. fin. qu.*36. *num.*46. *versic. Evenit*, In Regno Castellæ Gomez *tom.*3. *var. capit.*10. *numer.*6. ubi Laynez *num.*7. Cevallos *de cognit. per viam violen. lib.*2. *quæst.*69. In Regno Aragonum Portoles *de consortib. cap.*35. *num.*22. vide Sesse *de inhib. cap.*1. *§.*3. *à num.*7. *ad* 14. In Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 1. *tit.*7. *cap.*15. *§.*48. & in hoc Principatu ab antiquissimo tempore ita practicari, & per plures sententias per Cancellarium latas fuisse declaratum testantur Michael Ferrer. *part.*3. *observ. cap.*218. Cancer. *part.*2. *var. cap.*2. *à num.*144. Fontanella *decis.*202. *num.*4. *part.*1. & habetur in consultatione missa per Regium Senatum Cathaloniæ Serenissimo Domino Imperatori Carolo V. Dat. Barcinonæ 13. Februarii 1651. his verbis: *Cognoscit Majestas vestra de laicis, etiam quando in eodem delicto fuisset Clericus, & sic Clericus in Cathalonia his casibus non attrahit laicum ad judicem Ecclesiasticum.* Contrariis respondit Craveta *consul.* 232. *lib.* 2. Cancer *part.* 3. *variar. cap.*10. *numer.* 100. Carol. de Gras. *de effect. Clericat. effect.*1. *à numer.* 132. Ursil. ad Afflictis *dec.*213. *numer.*7. *&* 8. Valasco *alleg.*18. *tom.*1. Novar. *de elect. fori*, *sect.*3. *part.*1. *num.* 28. Sanchez *in oper. moral. tom.* 1. *lib.*3. *cap. unico dub.* 30. *numer.* 5. alios plures citat dicens communem opinionem Barbosa *de jure Eccles. universit. lib.*1. *cap.*39. *§.*2. *numer.* 64. Guazzin. *defen.* 1. *capit.*11. *numer.*17. Carroc. *de privileg. fori quæst.*23. disputat Riccius *de pub. jud. quæst.*35. *à numer.* 62. *& in hac residet numer.* 69. & hanc esse communem praxim novissimè testatur post alios Vermigliol. *cons.*210. *num.*5. probabilius, & in practica regulariter servatum solutis contrariis refert Castrus Palaus *tom.*2. *tract.*12. *disp. unica*, *punct.*6. *numer.*11. 12. *&* 13. ubi ampliat, etiam si Judex Ecclesiasticus in captura laici delinquentis cum Clerico Judicem sæcularem præveniat. Et ita servati.

74 Et idem servatur in civilibus, si causa est dividua, secus si sit individua, Cancer. *part.*2. *var. cap.*2. *numer.* 149. Gail. *lib.*1. *obser.*37. *num.*2. *versic. Tertio*, Covar. *pract. c.*34. *numer.*2. Farinac. *part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 151. *versic. Nec obstant*, Capicius Latro *consult.* 35. *numer.* 9. Guttier. *pract. lib.*1. *quæst.*19. Castillo *controvers. tom.*6. *cap.*165. *sub numer.* 147. Martha *de jurisdict. part.*4. *casu* 118. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.*2. *à numer.*3. Azevedo *lib.*10. *à numer.*23. *tit.*1. *lib.*2. *recop.* Ursilis ad Afflict. *decis.*213. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.*6. *dubit.* 23. *numer.*4. *&* 15. Fermosin. *in cap. si Clericus*, *quæst.* 10. *de foro competenti*, Thoro *in compend. decis. part.*1. *verbo Clericus litigans*, *fol.* 96. *& verbo personæ priviligiatæ*, *fol.* 307. *& part.* 3. *verbo remissio causæ petitæ*, *fol.*64. Trentacinq. *var. lib.* 2. *de jud. resol.*3. *num.* 3. *in fine*, Sesse *de inhibit. cap.*1. *§.*3. *numer.*10. Gratian. *discep. foren. cap.*115. *numer.*6. *& cap.*461. *numer.*1. *&* 2. Salgado *de suppli. ad Sanctis. part.*2. *cap.* 14. *à numer.*5. *& in Labyrin. credit. part.*3. *c.*6. *numer.*12. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.*17. *à numer.*90. Guzman. *de evict. quæst.*7. *à numer.*47. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.*54. *per totum*, Tondut. *de præven. judic. part.* 2. *capit.* 14. *num.* 9. *& cap.* 18. *numer.* 45. *&* 46.

Quod in civilibus, si Clericus, & laicus sunt obligati in causa dividua, Clericus conveniendus est coram Judice Ecclesiastico, laicus verò coram Judice sæculari: at si Clericus, & laicus obligati sunt in causa individua, causa remittenda est ad Judicem Ecclesiasticum tamquam digniorem, Cancer. *part.* 1. *variar. cap.* 7. *numer.*136. *vers. Neque*, *& num.* 157. *&* 158. *& part.* 2. *variar. cap.* 2. *numero* 147. Riccius *de pub. jud. quæst.* 35. *nu.* 63. Barbosa *de jure Eccles. univer. l.*1. *cap.*39. *§.* 2. *num.*35. Vermigliola. *cons.*210. *numer.*3. latè Sperell. *dec.*19. *à numer.*21.

Causa dividua, & individua quæ dicatur, consule Doctores *ibi*, & hic citatos, & breviter notat Carrascus, *tractat.*1. *de casibus Curiæ*, *num.* 14. plures remissivè Riccius *de public. jud. quæst.*33. *num.*65.

Quid de causa hypothecaria an sit dividua, vel individua, Gratian. *discep. foren. cap.* 16. *numer.* 11. *&* 12. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 10. *numer.* 12. Trentacinq. *variar. lib.*1. *de jud. resol.*3. *numer.*4. Thoro *in compend. decis. p.*3. *sect.*1. *Remissio*, *fol.* 64. Gizzarel. *decis.*..... Per nostram Regiam Audientiam Cathaloniæ die 31. Octobris 1661. referente Magnifico Josepho Rull, Notario Bas, in causa inter Franciscum Senjust, & Pages, contra Nobilem Jacobum de Copons Archidiaconum Andortæ, & Canonicum Sanctæ Ecclesiæ Urgellen. & Nobilem Raymundum de Copons fratres, ex quo ambo possidebant rem hypothecam cuidam censuali, & quia in individuis, ubi in civilibus Clericus, & laicus simul conveniuntur, tunc Ecclesiasticus tamquam magis dignus trahit ad se laicum minùs dignum, fuit ex consequenti declaratum, quòd hujusmodi causa mota contra Clericum, & laicum, cum in ea agebatur actione hypothecaria, tamquam individua remitteretur ad Judicem Ecclesiasticum competentem.

In his quæ sunt diversi fori, qui unum dominum, 75
& superiorem mediatè, vel immediatè recognoscunt, non dividitur continentia causæ, sed omnes coram uno Judice sunt conveniendi, exemplum est, si Nobilis, & plebejus delinquant, ambo coram Judice Nobili conveniri debent, similiter si Vassallus Regius, & Vassallus Baronis delinquant, ambo coram Judice Regio conveniendi sunt, latè Minsinger. *cent.* 1. *obs.*4. Azevedo *l.*10. *num.*24. *tit.*1. *lib.*4. *recop.* plures Regem Vico *ad pragmat. Regni Sardiniæ lib.*1. *tit.*4. *c.*4. *nu.* 12. Castillo *decis.*319. *num.*5. *part.*1. Thoro *in compend. decis. part.*2. *verbo Continentia causæ*, *fol.*99. adde idem esse in civilibus, latè probat Carrascus *tract.*1. *de Casibus Curiæ à num.* 24. Tondut. *de præven. jud. part.*2. *cap.*18. *numer.*45. Gratian. *discep. foren. c.*114. *num.*6. Ciarlin. *controv. foren. c.*170. *à numer.* 4. *p.*2. & ita observari in Cathalonia Peguera *dec.*25. *lib.*2. In Regno Siciliæ, Mastril. *dec.* 139. *&* 269. In Regno Neapolis Franchis *dec.* 582. Capicius *dec.*122. in Camera Imperiali Gail. *lib.* 1. *obser.*32. In Regno Aragonum Sesse *de inhibit. capite* 3. *§.*1. *numer.* 7. Sed aliud servatur in Reg. Sardiniæ, *per caput Curiæ* 8. *de recursu*, apud Dexart *fol.* 1131. & fuit decisum in Regno Sardiniæ in favorem Procuratoris causarum Comitatus de Oliva contra Fisci

Pro-

Procuratorem Regiæ Curiæ, super repetitione Gavini Pira, & sociorum plebejorum, qui cum quodam Nobili deliquerant, Relatore Cartrò, *die* 28. *Maii* 1651.

76 Quartò, curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Præsidentibus religionis sancti Benedicti, ad Peregrin. & Corream, quos citat Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 2. *cap.* 3. *à numer.* 15. Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 47. *numer.* 6. Sed vocantur ad Regiam Audientiam uti delegati, ut veniant Banchum Regium informaturi, Fontanel. *de pact. cap. tomo primo, claus.* 4. *glossa decima tertia, parte tertia, à numer.* 1. qui *nu.* 23. *versic. Cæterum, exemplare refert.*

77 Quintò, curia sæcularis contentionem firmare non tenetur in Regno Aragonum cum curia Ecclesiastica in processu apprehensionis, Molinus *in oper. verbo appellatus apprehensionis, fol.* 23. *col.* 4. *in fine, & verbo apprehensæ fuerunt quædam domus, fol.* 36. *col.* 3. *ad finem & verbo apprehensionis provisio, fol.* 41. *col.* 1. *in prin.* Ramirez *de leg. Regia*, §. 2. *sub num.* 13. Portoles *foro* 3. *numer.* 5. 6. *& 7. de compet. jurisdict.* exemplare refert Bardaxi *foro* 3. *numer.* 1. *versic. Item in processu de competen. jurisd.* quatuor addit Portoles, §. *apprehensio el* 3. *à numer.* 59. alia exemplaria cumulat Sesse *de inhibit. c.* 5, §. 8. *à numer.* 14, *& cap.* 9. §. 2. *à numer.* 3.

78 Fundatur tum in magno, & singulari privilegio per foros processui apprehensionis dato, Bardaxi *foro* 3. *numer.* 1. *versic. Item in processu*, Portoles *numer.* 5. *de compet. jurisdict.* idem Portoles §. *apprehensio el* 3. *num.* 60. Sesse *de inhibit. cap.* 5. §. 8. *numer.* 15. *& capit.* 9. §. 3.

79 *numer.* 3. Tum quia in processu apprehensionis Clerici, & alii quicumque non coactè, sed voluntariè vocantur, quia citantur quicumque sua interesse putantes, & nemo invitus comparere tenetur, & ideo in eo processu fori declinatoria non admittitur, ac propterea nec competentia superconfirmari potest, Bardaxi *foro tertio, numero primo, versic. Item in processu*, Portoles *numer.* 7. *de compet. jurisdict.*

80 Quod an juri communi repugnet, vel illi sit conforme, & quando clericus possit citari à Judice sæculari, si sua putaverit interesse, vel ad exhibendum jura sua, Doctores inter se contendunt, de quo Roland. *cons.* 29. *lib.* 2. Afflict. *dec.* 2. *numer.* 9. *& decis.* 24. *numer.* 7. *& 8. & decis.* 85. *& dec.* 180. *numer.* 7. ubi Ursil. *numer.* 5. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 100. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 179. *&* 180. Faber. *in suo C. lib.* 3. *tit.* 1. *de jud. dif.* 38. *versic. Plane*, Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *capit.* 15. §. 38. *&* 50. Portoles §. *citatio generalis à numer.* 9. *ad* 13. Amar. *res.* 32. *numer.* 7. *&* 8. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 1. *resol.* 3. §. 3. *numer.* 107. Tondutus *de præven. jud. p.* 1. *c.* 20. *num.* 15. Sanfelicius *decis.* 187. *numer.* 12. *& decis.* 210. *&* 305. Menochius *de recup. posse, remed.* 15. *à numer.* 200. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *numer.* 76. Martha *de jurisd. part.* 4. *casu* 122. *&* 123. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *à numer.* 87. Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *c.* 14. *à numer.* 72. *& in Labyrinto credit. part.* 1. *c.* 6. *per totum*, Ambrosin. *de immun. Eccl. c.* 20. *à num.* 73. Surd. *decis.* 26. Carpio *de exec. lib.* 3. *c.* 10. *numer.* 30. Paz. *de tenuta*, *p.* 2. *c.* 63. *numer.* 17. 18. *&* 19. Guzman *de eviction. cap* 7. *numer.* 59. Noguer. *alleg.* 19. *numer.* 130. *&* 131. Novar. *de elect. fori, sect.* 3. *quæst.* 24. Carol. de Graf. *de effectib. clericat. effect.* 1. *numer.* 475. Vela *dissert.* 40. *à numer.* 69. *tom.* 2. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 20. *&* 22. *& in sum. part.* 2. *verbo Judex laicus, numer.* 25. *&* 26. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 7. *dubit.* 5. *& tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 11. *&* 12. *& de Parlamentis, dubit.* 22. *à numer.* 2. Cutellus *de immun. Eccl. lib.* 2. *quæst.* 21. *&* 23. Ripoll. *var. resol. cap.* 1. *à numer.* 199. *ad* 203. Ubi resolvit, quòd Clericus citatus per Judicem sæcularem si sua putaverit interesse, non potest forum declinare, & decisiones Cancellarii Cathaloniæ refert, adde decisionem factam in casu fortiori per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Benach, Torner, & Puigmija 21. Aprilis 1605. *contra communitatem Presbyterorum Villæ franchæ Pœniten. quæ se opposuerat in causa, quæ ducebatur contra Universitatem dictæ Villæ.*

81 Prædictus quintus casus adeò verus est, ut si judex sæcularis de facto super processu apprehensionis competentiam firmet & demum per Cancellarium declaretur in favorem Judicis Ecclesiastici, nihilominus Judex sæcularis non obstante prædicta declaratione procedere potest in processu apprehensionis, ut ex Portoles, & Sesse dicam *decis.* 15. *num.* 4.

Sextò, Curia sæcularis Regia ordinaria contentio- 82
nem in Cathalònia firmare non tenetur cum Curia Ecclesiastica in contentionibus fiambris, quæ allegatur à condemnatis tempore quo sententia criminalis executioni demandatur, & comparent consanguinei rei condemnati in Curia Ecclesiastica, dicendo, quòd talis aliquibus annis retro elapsis fuerat per Curiam sæcularem à tali Ecclesia extractus, & quòd nunquam ad illam fuit restitutus, & prætendunt quòd Ecclesia remanserat læsa, & ob id ad illam restituendus, & quòd scribatur Curiæ sæculari firmando contentionem in forma solita; nam hujusmodi
contentio non admittitur à Curia sæculari, cùm nul- 83
lum habeat justitiæ colorem, sed solùm ad expediendam executionem sententiæ criminalis, latè Fontanella *decis.* 256. *part.* 1. Et ita postquam Curia Ecclesiastica movet contentionem in his contentionibus fiambris, Curia sæcularis illam non firmat, sed movet dubium, an sit firmanda talis contentio, & de-
claratur contentionem non esse firmandam, ita per 84
Cancellarium Carmona 28. Augusti 1617. *in facto immunitatis Ecclesiæ Josephi Salines*, & per eumdem Cancellarium eodem die *in facto immunitatis Ecclesiæ Salvadori Masmija*, & per eumdem Cancellarium 1. Septembris 1617. *in facto immunitatis Ecclesiæ Petri Ferrer, aliàs Boxaca*, & per Cancellarium Puigmari 24. Octobris 1628. Consultoribus Magarola, Besturs, Carreres, & Llorens *in facto immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Michaelis Graell minoris dierum Civitatis Minoriss*æ, de qua Fontanella *decisione* 256. *parte prima*, & per dictum Cancellarium Puigmari eodem die, cum eisdem Consultoribus *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personas Raymundi Llenes, & Joannis Castello juvenum Magistri domorum Civitatis Barcinonæ*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 7. Aprilis 1629. *in facto immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Joanni Bonsom, aliàs lo Gascò del Planell, quam ad litteram refero infra decis.* 15. *numer.* 26.

Evenit in Regno Sardiniæ, quòd Clemens Coro- 85
na Villæ de Figus fuit extractus pro aliquibus delictis ab scalia Ecclesiæ parochialis dictæ Villæ, & Carceribus Castri sancti Michaelis mancipatus, à quibus aufugit deinde aliquibus transactis diebus, fuit in loco prophano captus, & in carceribus Civitatis Calaris positus & tamdem sententia lata in Regio criminali Concilio, die 30. Augusti 1652. ad relationem Magnifichi Francisci Gomez extitit condemnatus ad serviendum in Regiis triremibus remigando per septennium, Scriba Carboni, pro Antiocho Diana secretario, à qua supplicavit ad Regiam Audientiam, & in gradu supplicationis per dictum Clementem Corona, & promotorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ Ussellen. fuit oppositum in vim exceptionis, & sic per modum causæ, ipsum debere gaudere immunitate Ecclesiæ à qua fuit extractus, Advocatus rei qui erat Magni nominis Nobilis Franciscus Piquer, postea Proadvocatus Fiscalis Regiæ Gubernatoris Civitatis Sassaris, & nunc Regius Consiliarius, & Assessor Regii Patrimonii dicebat ita esse declarandum, & in terminis allegabat Donat. Anton. de Marin. *resol. quotid. resolut.* 180. Riccium *collect.* 4008. *ampliatione* 20. *versic. Et in his terminis*, quibus addo Dianam *resol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 34. Thomam del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 35. *sect.* 1. *nu.* 33. *&* 34. Tum quia reus confugiens ad Ecclesiam non potest tacitè, nec expresè immunitati Ecclesiæ renuntiare, ut tenent Mastril. *dec.* 196. *à num.* 9. Farin. *de immu. Eccl. nu.* 303. *&* 304. & alii infra *dec.* 12. *num.* 24. tum etiam, quia Ecclesia erat spoliata, & ideo ante omnia restituenda, *can. sicut antiquitus, can. miror.* 17. *q.* 4. Mastrill. *decis.* 169. *num.* 11. *&* 12. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 1. *num.* 5. & plures alii quos referam *dec.* 24. *de sententia nu.* 163.

Sed

86 Sed ego Fisci Advocatus Regiæ Curiæ dicebam, Regiam Audientiam, & quemcumque Judicem laicum saltem per modum causæ pronuntiare posse exceptionem oppositam immunitatis Ecclesiæ non competere, ex Capicio *dec.* 7. *num.* 4. Guttier. *canonic. l.* 1. *quæst.* 34. *numer.* 45. & 46. Sanfelicius *dec.* 7. *num.* 5. & ex relatis suprà *dec.* 2. *numer.* 7. & *infra numer.* 91.

87 Et consequenter sententiam Regii criminalis Concilii esse confirmandam, prout die 20. Decemb. 1652. ad relationem Nobilis Josephi Andreu Regiæ Audientiæ Doctoris extitit confirmata : motus fui, quia dictus Clemens Corona post fugam potuerat se ipsum restituere Ecclesiæ, & sine dubio cùm esset Christianus ad Ecclesiam redivit, rem sacram saltem diebus Dominicis auditurus, ut post alios tradit Fermosinus *in c. quoniam quæst.* 2. *numer.* 9. *de feriis*, quod sufficiebat pro restitutione, ne posset amplius immunitatem Ecclesiæ allegare; si deinde extra eam captus extitit, imputare enim sibi debebat, si ab ea exierit, ex Suarez, Farinac. & aliis pluribus *infra decis.* 12. *nu.* 25. & in propriis terminis docent Novar. *consil.* 1. *versic.* 3. *de immunit. Eccles.* Farinac. *de immun. Eccles. n.* 306. *versic. Contra quoad imo*, Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 31. *numer.* 17. duas decisiones Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis contrariis respondens Sanfelic. *decis.* 141. ad quem se refert Thoro *in compend. decis. in supplemento*, *verbo reus ab Ecclesia extractus*, *fol.* 578. Fontanella *decis.* 256. *numer.* 3. *ubi testatur ita apud nos servari intrepidè*, & *esse de hoc plures decisiones factas per Dominum Cancellarium part.* 1. & alios laudat *dec.* 585. *num.* 5. *part.* 2. noster Senator Vilosa *de fugitivis*; *c.* 18. §. *num.* 71. & ita inveni declaratum per Cancellarios Cathaloniæ in causis contentionum immunitatis Ecclesiæ, scilicet per Cancellarium Rovirola 20. Junii 1607. *contra Michaelem Ferrer.* per Cancellarium Agullana 13. Maii 1614. *contra Franciscum Lopez Civitatis Cæsar augustæ*, & per dictum Cancellarium Agull. 20. Novemb. 1615. Consultoribus Ferrer. & Rollan. *contra Joannem Bella Notarium*, & per eumdem Cancellar. Agull. 13. Maii 1616. Consultore Magarola *contra Petrum Roca*, & per Cancell. Carmona 20. Julii 1617. *contra Christoph. Villagut*, & per dictum Cancellar. Carmona, 1. Julii 1617. *contra Petrum Pla Civitatis Minorissæ* & per eumdem Cancellar. Carmona 28. Augusti 1617. *contra Josephum Salines Civitatis Dertuzæ*, & per præfatum Cancellarium Carmona 1. Septembris 1617. *contra Petrum Ferres aliàs Boxaca*, & per Cancellarium Carmona decimoseptimo Septemb. 1617. *contra Joannem Sitiar*, & *Mariorell. aliàs lo bort del Prior*, & per eumdem Cancellarium Carmona decimo septimo Julii millesimo sexcentesimo decimo octavo, Consultoribus Ferrer, & Rollan. *contra Gabrielem Maurzò loci de Miravet*, & per Cancellarium Puigmari vigesimo tertio Januarii millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Consultoribus Magarola, & Besturs *contra Dominum Murs aliàs Murci Civitatis Dertuzæ*, & per dictum Cancellarium Puigmari 9. Novembris 1623. *contra Josephum Sala sancti Andreæ de Palomar*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 17. Octobris 1624. *contra Joannem Bonamich de Roda*, & per præfatum Cancellarium Puigmari 30. Julii 1625. *contra Antonium Reig. villæ de Valls*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 3. Novembris 1627. Consultoribus Magarolla, Vinyoala, & Mir *contra Thomam Bertran villæ Castellionis de la Plana*, & per Cancellarium Erill 17. Septemb. 1632. Consultoribus Mir, & Viñes *contra Paulum Andreu aliàs la Ganya villæ Montisalbi*, & per dictum Cancellarium Erill 30. Martii 1634. *contra Francum Delnotari agricolam villæ de Mascarell*, & per eumdem Cancellar. Erill. 24. Aprilis 1638. Consultoribus Magarola, Josa, & Massò *contra Antonium Cases Magistrum domorum Barcinonæ*, & per præfatum Cancellarium Erill, 29. Junii 1638. Consultoribus Berart, Mossò, & Anglesell *contra Emanuelem Vasques de Ynestrosa*.

88 In istis contentionibus fiambris, intellige solùm posse comprehendi causas immunitatis Ecclesiæ, quando reus ab Ecclesia extractus aufugit à carceribus, & aliquibus transactis diebus iterum in loco profano capitur, non autem in istis contentionibus fiambris posse comprehendi causas incompetentiæ judicis, & fori declinatoriæ; nam Clericus si conveniatur coram Judice laico, potest quandocumque, etiam post comparitionem, sententiam, & decretum executionis, imò & post tres conformes opponere fori declinatoriam, & contentionem forma solita firmare, Decius *consil.* 241. *dicens ita esse judicatum*, Gramat. *dec.* 61. *in fine*, Ursil. de Afflict. *decis.* 2. *numer.* 2. & *decis.* 354. Valascus *consultat.* 65. *in princ.* Covar. *pract. capite* 53. *numer.* 2. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *versic. Est autem hæc exceptio*, Azevedo *l.* 1. *sub numer.* 21. *tit.* 5. *lib.* 4. *recop.* cum relatis per Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 15. & *decis.* 81. *numer.* 3. & *in addition. littera B.* cum aliis per Carroc. *excep.* 21. *quæst.* 3. *numer.* 2. Franchis *decis.* 400. *numer.* 6. & 7. Ambrosin. *de immu. Eccles. cap.* 17. *num.* 20. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 4. *numer.* 19. *versic. Sed quid*, Valenzuela *consil.* 65. *numer.* 52. Larrea *decis.* 10. *num.* 10. Barbosa *in l. Titia*, *sub numer.* 31. *ff. solut. matrim.* Carol. de Gras. *effect.* 1. *numer.* 639. & 645. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *à numer.* 286. Carleval. *de jud. disput.* 2. *num.* 811. *in fine*, Cabedo *decis.* 22. *numer.* 3. & 4. *part.* 2. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 14. *sect.* 2. *num.* 5. latè Fermosinus *in cap. at si Clerici*, *qu.* 7. *de jud. & rub. quæst.* 3. *num.* 8. *de foro compet.* Cancer. *part.* 3. *var. capit.* 18. *numer.* 8. & ita in praxi servari vidisse testatur idem Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *numer.* 153. exemplare Cathaloniæ pro Christophoro de Barutell, refert Oliba *de jure fisci cap.* 14. *numer.* 84. Decisiones Cancellarii Cathaloniæ, & aliorum Senatuum laudat Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. *numer.* 44. & *decis.* 320. *num.* 2. & 3. & *decis.* 376. *num.* 10. *part.* 2. Aliàs decisiones Cancellarii Cathaloniæ cumulat Ripoll. *var. cap.* 1. *a numer.* 215. & *in Addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 9. *numer.* 16. & 17. & *de magistrat. log. mar. cap.* 10. *numer.* 12. & fuit decisum per Cancellarium Erill, Consultoribus Careres & Guetau 4. Martii 1633. *in favorem Communitatis Presbyterorum Ecclesiæ parochialis Beatæ Mariæ de Pino*, *Civitatis Barcinonæ*, & alias decisiones referam *decis.* 22. *numer.* 86. & nominatim ita decisum in Curia Justitiæ Aragonum tradit Portoles *foro* 1. *numer.* 67. *de compet. jurisdict.* Benè tamen verum est, quòd si Clericus conventus coram Judice sæculari distulerit opponere exceptionem fori declinatoriam, condemnatur in expensis, ut infra *decis.* 22. *à numer.* 85.

89 Neque etiam in iis contentionibus fiambris comprehenditur casus, quando reus ab Ecclesia extractus non aufugit à carceribus, sed condemnatus fuerit; nam potest in executione sententiæ, & in quacumque parte judicii opponere exceptionem immunitatis Ecclesiæ, ut latè probat Riccius *decis.* 274. *part.* 1. & fuit observatum per Cancellarium Agullana 6. Aprilis 1606. *in causa immunitatis Ecclesiæ Antonii Garcia*, & die 30. Octobris 1606. *in causa immunitatis Ecclesiæ Petri Puig*, & die 19. Decembris 1606. *in causa immunitatis Ecclesiæ Pauli Gorines*, & die 28. Novembris 1609. *in causa immunitatis Ecclesiæ Laurentii Roig. & mille aliis*, etiam in causa appellationis, Thoro *in compen. decis. tom.* 1. *verbo immunitatis exceptio*, *fol.* 265. ut in exemplari relato *numer.* 45. & referendo *dec.* 22. *numer.* 110.

Septimò, curia sæcularis Regia ordinaria contentionem cum Curia Ecclesiastica ordinaria firmare non tenetur in Regaliis notoriis Domini Regis, quæ illi lege Regia, & jure Principatus competunt decisum refert Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *sub num.* 13.

90 Octavò, curia sæcularis Regia ordinaria contentionem cum Curia Ecclesiastica ordinaria firmare non tenetur, quando contentio quæ movetur est injusta, indebita, & in casu non permisso, Guttier. *de juramento confir. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. Surd. *consol.* 424. *à n.* 32. Martha *de jurisdict. part.* 2. *capite quarto*, *a num.* 16. Sesse *de inhib. capite octavo*, §. 3. *numer.* 13. cum aliis per Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 47. & 48. Ripoll. *variar. cap.* 3. *à num.* 220.

Exem-

91 Exemplum est quando quæstio ad Judicem Ecclesiasticum pertinens, an matrimonium sit, vel non jure factum, incidenter coram Judice sæculari tractatur, ibique cognoscitur, an de facto ita fuerit, puta an quis sit natus ex illo matrimonio, nec ne, vel an mulier sit desponsata, vel non, quo casu si fuerint expeditæ litteræ in forma contentionis per Curiam Ecclesiasticam, non cogitur Curia sæcularis contentionem firmare, neque firma juris procedit, Portol. *foro* 3. *num.* 10. *de compet. jurisd. ubi refert decisionem Curiæ Justitiæ Aragonum:* Siquidem secundùm veriorem sententiam in Tribunalibus receptam, in hac cognitione Judex sæcularis competens est, Bart. *in l. Titia*, *n.6. ff. solut. matrim.* Quem sequuntur plures quos referunt Covar. *in epit. ad* 4. *part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 3. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 130. Portoles *foro* 3. *num.* 10. *de compet. jurisdict.* Guttieres *pract. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 2. Franchis *decis.* 36. Barbosa *in Titia*, *num.* 23. *ff. solut. matrimon.* Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 235. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 3. *à num.* 48. & alii plures citati *dec.* 2. *num.* 8. *& suprà num.* 86.

92 Nonò Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem cum Curia Ecclesiastica firmare non tenetur, quando Algutzirius, Commissarius, vel alius Regius Officialis captum detinet aliquem Clericum simpliciter tonsuratum, etiam non conjugatum de mandato, seu provisione Domini Proregis, & Locum tenentis generalis suæ Regiæ Majestatis, sive ex mandato, seu provisione Judicis Regiæ Curiæ, siquidem contentio firmari debet cum dicto Domino Prorege, seu Locum tenente generali, & non cum dicto Algutzirio, seu Commissario Regio, & casu quo contentio cum dicto Commissario Regio, sive Algutzirio firmetur, declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, ut decisum, & communi voto conclusum refert Michael Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 206. & judicatum fuit per Cancellarium Agullana, consultoribus, Benach, Calba de Vallseca, Bonet, Ferruz; & Jover 15. Februarii 1606. *super repetitione personæ Caroli Coma beneficiati Capirotundi*, & per dictum Cancellarium Agullana 30. Febr. 1607. Consultoribus Benach, Sola, & Solet *super repetitione personæ Raphaelis Mayò Clerici*, & per eumdem Cancellarium Agullana 23. Julii 1616. Consultoribus Senjust, & Morell *super repetitione personæ Michaelis Mondet asserti familiaris Episcopi Ilerden.*

93 Pro quibus facit concordia secunda inita per Dominum Regem, & Inquisitorem generalem hæreticæ pravitatis anni 1590. cap. 3. apud Dexart *ad capit. Reg. Sardin. fol.* 686. & concordia 3. anni 1599. cap. 1. apud Dexart fol. 695. & concordia 4. anni 1608. cap. 2. apud Dexart. fol. 702. ubi prohibetur Inquisitoribus capere Algutzirios, & alios Officiales, qui ex mandato Proregis, & Regiæ Audientiæ faciunt aliquam executionem contra ministros sancti Officii.

94 Quia Algutzirii, sive Commissarii, qui ex mandato Proregis capiunt aliquem Clericum, seu captum detinent, meri executores dicuntur, ad Bartol. *in l. à divo Pio*, *num.* 10. Jason. *numer.* 14. *ff. de re jud.* Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 2. *qu.* 19. *num.* 1. qui nullam habent causæ cognitionem, *l. executorem*, *l. si*, *ut proponis*, *C. de exec. rei jud. c. pastoralis*, §. *quia verò*, *de off. deleg.* Covar. *pract. c.* 16. *num.* 5. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 19. *numer.* 2. Menochius *de arb. jud. casu* 38. Riccius *collect.* 748. & 1304. Cancer. *par.* 2. *var. c.* 2. *à num.* 266. Faber. *in suo C. l.* 7. *tit.* 20. *de execut. rei jud. dif.* 9. Valenzuela *cons.* 9. *à num.* 1. Suelves *cons.* 31. *numer.* 3. *lib.* 1. Nec ab illis datur appellatio, *cap. novit, de appellat. l. ab executore*, *ff. de appellat. l. ab executione*, *C. quorum appellat. non recip.* Oldrad. *cons.* 227. *num...* Surd. *cons.* 368. *num.* 4. Borell. *in sum. dec. part.* 2. *tit.* 33. *à num.* 2. 125. *& à num.* 347. Scaccia *de appellat. quæst.* 17. Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *c.* 3. *num.* 15. Suelves *cons.* 31. *num.* 4. *l.* 1. ac propterea meritò si ad dominum Proregem talis contentio remittenda est, ad Fabrum *in suo C. l.* 7. *tom.* 10. *de exec. rei jud. dif.* 46. Cancer. *p.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 27.

95 Decimò, Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Abbatibus in causis propriis, sed ipsi contentionem firmare tenentur in Curia Ecclesiastica Episcopatus intra cujus limites monasteria sunt constructa, ut colligitur ex Fontanella *dec.* 320. 321. *& dec.* 323. *num.* 11. *part.* 2. & in Abbate Arularum fuit declaratum per Cancellarium Manegat 19. Nov. 1585. Consultoribus Ameil, & Sabater, & per Cancellarium Rovirola 19. Octobris 1604. de qua Xammar. *defin.* 100. *nu.* 3. *part.* 2. & in Abbate Rivipulli fuit observatum per Cancellarium Rovirola 20. Aprilis 1602. Consultoribus Astor, Benach, Calbà de Vallseca, & Puigmiya, & pluribus aliis.

Undecimò, Curia sæcularis Regia ordinaria con- 96
tentionem firmare non tenetur cum Azemblea Equirum S. Joannis Hierosolymitani, nec cum Priore Cathaloniæ, decisiones Cancellarii, & nostri Senatus refert Xammar. *defin.* 100. *in prin. & nu.* 1. *part.* 2. vide supra *dec.* 8. *num.* 44.

Duodecimò, & ultimò, Curia sæcularis Regia or- 97
dinaria contentionem cum Curia Ecclesiastica ordinaria firmare non tenetur in aliis pluribus casibus, sed quia illi communes sunt, referam *infrà decis.* 12. & pro Regno Aragonum adde alios quos refert Sesse *de inhib. c.* 5. §. 8. *à n.* 14. *& c.* 9. §. 2. *à num.* 3. *ad* 25.

ARGUMENTUM.

Cùm quibus Judicibus sæcularibus sit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis procedat.

SUMMARIUM.

1 *Judices sæculares Regii ordinarii qui dicantur, ut cum eis Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare teneatur.*
2 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Prorege, seu Locumtenente generali domini Regis.*
3 *Prorex est alter Nos.*
4 *Prorex fuit necessario deputatus, ut ob absentiam domini Regis nomine illius regalias exerceret.*
5 *Prorex personam domini Regis repræsentat.*
6 *Prorex obtinet eumdem locum cum domino Rege, idem est Tribunal, nec ab eo ad dominum Regem est appellatio.*
7 *Prorex sedet in eodem solio, ubi sedet dominus Rex, quando est in Regno.*
8 *Prorex Princeps reputatur.*
9 *Prorex fruitur omnibus honoribus, & gratiis, quibus utitur dominus Rex.*
10 *Prorex est honorandus sicut ipse dominus Rex, cujus est imago.*
11 *Proregi competit titulus Excellentiæ, etiam post depositum officium.*
12 *Proregem offendens punitur, ac si dominum Regem offendisset.*
13 *Contra Proregem committitur crimen læsæ Majestatis in primo capite.*
14 *Prorex potitur suprema potestate, & jurisdictione.*
15 *Prorex habet mandatum cum libera, etiam in reservatis.*
16 *Prorex potest concedere privilegium.*
17 *Prorex potest de criminibus, & pœnis gratiam facere.*
18 *Prorex potest omnia facere, quæ posset dominus Rex, si præsens esset in Regno, etiam si sint specialia, numer.* 19. *Exceptis his, quæ per jura patriæ, & mores majores à Regia Corona separari non possunt, n.* 20.
21 *Prorex instructionem secretam curare debet illam diligentissimè observare, quod si non fecerit, licèt reprehensione dignus sit, factum tenet, & validum est, & num.* 22.
23 *Prorex in Regnis Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & aliis Regnis habet jurisdictionem ordinariam.*

24 *Prorex in Cathalonia habet jurisdictionem delegatam, sed est ad universitatem causarum, num.28.*

25 *Proregis jurisdictio expirat in Cathalonia mortuo domino Rege, & quid in aliis Regnis, ibid.*

26 *Proregis jurisdictio expirat in Cathalonia præsente domino Rege, & quid in aliis Regnis, ibid.*

27 *Prorex in Cathalonia ad certum tempus creatum, puta ad triennium, eo finito non continuat usque ad adventum novi successoris, & quid stante clausula durante beneplacito, mera, & libera voluntate, & quid in aliis Regnis, ibid.*

29 *Contentio non firmatur solùm cum Prorege, sed cum Regia audientia, vel Regio criminali Concilio.*

30 *Regia Audientia habet jurisdictionem ordinariam.*

32 *Doctores Regiæ Audientiæ sunt Judices ordinarii, nedum quando cognoscunt ut universi, num.32. sed etiam quando cognoscunt ut singuli de causis sibi commissis, num.33.*

34 *Doctores Regiæ Audientiæ per mortem domini Regis non expirant.*

35 *Cancellarius, seu Regens Cancellariam committunt causas Doctoribus regiæ Audientiæ.*

36 *Commissio causarum quæ f[illegible] Cancellarium, seu regentem Cancellariam Doctoribus regiæ Audientiæ, non est delegatio, sed distributio causarum.*

37 *Commissio semel facta Doctori regiæ Audientiæ non potest revocari absque causa.*

38 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Consistorio verbali Reverendi Cancellarii.*

39 *Cancellarius in Cathalonia est Magistratus præeminens, ac magnæ dignitatis, potestatis, & jurisdictionis, nu. 40. de cujus præeminentiis remissivè, num.41.*

42 *Cancellarius in Cathalonia habet in regio Senatu suam Aulam, cui præest.*

43 *Cancellarius an veniat appellatione Doctorum regiæ Audientiæ.*

44 *Cancellarius in Cathalonia est Judex ordinarius.*

45 *Cancellarius per mortem Principis non expirat.*

46 *Cancellarius singulis diebus in Cathalonia tenet Audientiam ab hora prima ad tertiam post meridiem, & causas verbales audit, intellige dummodo non excedant summam viginti librarum, num. 47. Subintellige nisi in die Veneris fuerint sibi commissæ per dominum regem, vel Proregem, num. 48. Subintellige etiam, nisi in majori summa expressè, vel tacitè fuerit illius jurisdictio prorogata, num.49.*

50 *Scribæ mandati in regia Audientia etiam absente Prorege non possunt caput cooperire.*

51 *Cancellarius cognoscit in Cathalonia de Scribis mandati, & aliis Officialibus Cancellariæ, maximè in negotiis tangentibus eorum officium.*

52 *Cancellarius cognoscit in Cathalonia de aliis domesticis domini regis.*

53 *Cancellarius Assessor domini regis dicitur.*

54 *Cancellarius in sedendo, & incedendo præcedit omnibus judicibus, & officialibus, etiam Gerenti vices Gubernatoris Cathaloniæ.*

55 *Cancellarius præcedit in Cathalonia regentibus Supremi Aragonum.*

56 *Cancellarius non præcedit in Cathalonia Vicecancellario Coronæ Aragonum.*

57 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum consistorio verbali regentis Cancellariam.*

58 *Regens Cancellariam est Magistratus ordinarius, & ei competunt omnes prærogativæ, quæ ad Cancellarium spectant, & nu. 59.*

60 *Regens Cancellariam habet locum post Cancellarium, & præsidet in una ex Aulis civilibus regiæ Audientiæ Cathaloniæ.*

61 *Regens Cancellariam præcedit omnibus Comitibus, & Marchionibus, nedum Cathaloniæ, sed omnium Regnorum Hispaniæ.*

62 *Regens Cancellariam non præcedit in Cathalonia Regentibus, nec Fisci Advocato Supremi Aragonum.*

63 *Regens Cancellariam in Cathalonia, & Sardinia præcedit Gerenti vices Gubernatoris.*

64 *Regens Cancellariam debet singulis diebus tenere Audientiam, sicut Cancellarius.*

65 *Regens Cancellariam Assessor domini Regis dicitur.*

66 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Gerente vices Gubernatoris Viceregia gubernante.*

67 *Gerens vices Gubernatoris procedens Viceregia Præsidi Provinciæ comparatur.*

68 *Gerens vices Gubernatoris Viceregia procedens exercet regalias communicabiles, quatenus expressè cautum reperitur, vel quatenus habet de consuetudine.*

69 *Gerens vices Gubernatoris absente, vel mortuo domino Rege, Prorege, ac Primogenito maximam habet potestatem in Provincia.*

70 *Gerens vices Gubernatoris absente, vel mortuo domino Rege, ac Prorege, seu Primogenito tractat, & determinat omnes causas, ac negocia Cathaloniæ cum Doctoribus Regii concilii, præsidente suo Assessore, seu antiquiore in qualibet Aula, & quid in aliis Regnis, ibid.*

71 *Forma in causis votandis, & exequendis eadem servatur in Audientiis gerentis vices Gubernatoris procedentis Viceregia, quæ in Regia Audientia Locumtenentis generalis.*

72 *Gerens vices Gubernatoris procedens Viceregia, an habeat solùm assistentiam, vel Gubernium, & Regni claves.*

73 *Statuta in domino Rege censentur statuta in Gerente vices Gubernatoris procedente Viceregia.*

74 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Gerente vices Gubernatoris, etiam non procedente Viceregia, & quid in aliis Regnis, ibid. n. 75.*

76 *Gerens vices Gubernatoris Rectori Provinciæ comparatur.*

77 *Gerens vices Gubernatoris est ordinarius.*

78 *Gerens vices Gubernatoris est ordinarius ordinariorum.*

79 *Gerens vices Gubernatoris non cessat per adventum, & præsentiam domini Regis, seu Proregis in Regno, nisi in eadem Civitate, Villa, vel loco reperiantur, & nu.80.*

81 *Jurisdictio ordinaria non conquiescit per adventum superioris, nisi major, & minor Magistratus reperiantur in Provincia in eadem Civitate, Villa, vel Loco, nu.81.*

83 *Gerens vices Gubernatoris per mortem domini Regis non cessat.*

84 *Jurisdictio ordinaria morte concedentis non expirat.*

85 *Officium habens annexam jurisdictionem ordinariam morte domini Regis non expirat, etiam si esset concessum durante beneplacito mera, & libera voluntate, n. 86.*

87 *Officialis à Principe creatus absque justa causa revocari non potest, etiam si fuerit creatus cum clausula ad beneplacitum, & quid in officiis domus Regiæ, numer. 88. & quid in Officialibus Baronis, nu.89.*

90 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Locumtenente Gerentis vices Gubernatoris.*

91 *Locumtenens Gerentis vices Gubernatoris est ordinarius.*

92 *Gerens Vices Gubernatoris Cathaloniæ existens intra Principatum antiquitus non poterat facere Locumtenentem, & quod in Regno Aragonum, & de jure communi, ibid. Etiam in*

casu

casu infirmitatis, numer. 93. solùm in casu absentiæ, numer. 94.

95 *Gerens vices Gubernatoris Cathaloniæ hodie in casu absentiæ, infirmitatis, aut similis impedimenti potest facere Locumtenentem personam Militarem, & quid de jure communi, & quid cessante impedimento, ibidem.*

96 *Locumtenens Gerentis vices Gubernatoris Cathaloniæ, morte Gerentis vices Gubernatoris sustinentis non expirat.*

97 *Jurisdictio Locumtenentis, an expiret per mortem Officialis, qui eum constituit, remissivè, limita num. 98.*

99 *Officialis substituens durante infirmitate, absentia, vel aliquo impedimento, si postea mori contingat, substitutus etiam in casu mortis officium exercet sine alia auctoritatis accessione, & multò magis quando Prorex subrogat ob Officialis absentiam, infirmitatem, vel aliud simile impedimentum, & n. 100.*

101 *Jurisdictio Gerentis vices Gubernatoris, & sui Locumtenentis est par, & æqualis.*

102 *A sententiis Locumtenentis Gerentis vices Gubernatoris appellatur ad dominum Regem.*

103 *Locumtenens Gerentis vices Gubernatoris potest omnia, quæ potest Gerens vices Gubernatoris.*

104 *Locumtenentes Gerentis vices Gubernatoris gaudet omnibus prærogativis, & honoribus, quibus gaudet Gerens vices Gubernatoris.*

105 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Curia sæculari Magistri Rationalis, & nu. 136.*

106 *Magister Rationalis est ordinarius, & per mortem domini Regis non expirat.*

107 *Magister Rationalis connumeratur in Cathalonia in tertio ordine Officialium, sed in Regnis Valentiæ, & Sardiniæ in quarto.*

108 *Magister Rationalis in Cathalonia præcedit Bajulo generali, secus in Regnis Valentiæ, & Sardiniæ.*

109 *Magister Rationalis quibus nominibus appellabatur apud antiquos.*

110 *Magistro Rationali incumbit computa recipere Regiorum reddituum ab omnibus Regis Officialibus, & quid in aliis Regnis, & de jure communi, ibid.*

111 *Causæ computorum quæ vertuntur in officio Magistri Rationalis, non possunt evocari ad Regiam Audientiam.*

112 *Magister Rationalis cognoscit de juribus impositionum contra personas Ecclesiasticas.*

113 *Clericus sequester nominatus beneficiorum Regii patronatus, in officio Magistri Rationalis pro rationibus reddendis conveniendus est.*

114 *Clericus seqnester, seu depositarius nominatus per judicem sæcularem, tutor, curator, vel administrator bonorum laici pro reddendis rationibus est conveniendus in Curia sæculari, sed per quem sit facienda executio, ibid.*

Clericus ubi convenitur ratione officii, & non suo, sed alieno nomine, tamquam tutor, curator, seu procurator, alicujus laici, forum sortitur coram Judice sæculari, & apud eum negotium tractandum est, ibidem, versiculo, Ubi autem.

115 *Doctores Regiæ Audientiæ in civilibus sunt tantùm subjecti domino Regi, seu Locumtenenti generali, sivè in personalibus, sivè realibus numer. 116. etiam in emphiteuticariis, numer. 217. etsi de rebus minimis, numer. 118. cui exemptioni non possunt renunciare, num. 119. sivè actores sint; sivè rei, num. 120. quod privilegium extenditur ad eorum uxores, & filios, num. 121. intellige, ibidem.*

123 *Doctores Regiæ Audientiæ in criminalibus exempti sunt à foro ordinariorum, & etiam à jurisdictione Proregis, & tantum sunt subditi domino Regi, num. 124. conveniuntur tamen in*

officio Magistri Rationalis, num. 124.

125 *Magister Rationalis procedit executivè, & absque citatione contra Officiales reddentes computa si debitores remaneant.*

126 *Officiales reddentes computa in officio Magistri Rationalis, si fraudes commiserint, in pœna undecupli condemnantur, ac etiam eorum fidejussores, num. 127.*

128 *Sententiæ latæ contra Officiales, qui fraudes commiserunt in redditione computorum executioni demandantur, præstita cautione juratoria Fisci Procuratorem, num. 130.*

129 *Causæ appellationis à sententiis latis in officio Magistri rationalis, cui committatur.*

131 *Magister Rationalis habet Locumtenentem, & coadjutores.*

132 *Coadjutorum Officio Magistri Rationalis, quid pertineat.*

Locum tenens, Coadjutores Magistri Rationalis connumerantur omnes in tertio gradu Magistratuum.

133 *Locumtenens Magistri rationalis non gubernat nisi absente, vel impedito Magistro Rationali & absente Locumtenente, pertinet gubernium Coadjuteri antiquiori ordinario.*

134 *Locumtenens Magistri Rationalis absente, vel impedito Magistro Rationali, gaudet omnibus prærogativis Magistro Rationali concessis, excepta præcedentia, n. 135.*

137 *Magister Rationalis, & ejus Locumtenens, ac reliqui omnes officiales sunt exempti cum suis filiis, & uxoribus à jurisdictione ordinariorum, etiam Gerentis vices Gubernatoris Cathaloniæ.*

138 *Assessores Bajuliæ generalis Cathaloniæ sunt Judices in prima instantia causarum quæ tractantur in officio Magistri Rationalis.*

139 *Judices qui sint in gradu appellationis in officio Magistri Rationalis, & quid in tertia instantia, si casus appellationis veniat, ibidem.*

140 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Bajulo generali, & num. 141. & cum Locumtenente Bajuli generalis alicujus stationis, num. 142.*

143 *Bajulus generalis est procurator Cæsaris.*

144 *Bajulus generalis est antiquissimus magistratus.*

145 *Bajulus generalis est Judex ordinarius Regii patrimonii.*

146 *Bajulus generalis ab initio pro quo fuit institutus, & ad quid postea fuit ampliatus, nu. 147.*

148 *Causæ Regii patrimonii, sive Fiscus sit actor, sivereus, tractandæ sunt in Bajulia generali, & quid in aliis Regnis, de jure communi, ibidem, etiam contra Clericos, & Ecclesiasticas personas, num. 149. & quid de jure, nu. 150.*

151 *Causa Regii patrimonii quæ tractantur in Bajulia generali ad Regiam Audientiam evocari non possunt, & licèt antiquitus evocarentur prætextu intelligentiæ Regiorum privilegiorum, nu. 153. Hodie non evocantur, etiam prætextu cujuscumque qualitatis, nu. 154.*

155 *Assessores Bajuliæ generalis qui habent votum decisivum possunt compelli ad faciendum verbum in Regia Audientia Gerentis vices Gubernatoris Viceregia procedentis, nu. 156. intellige pro definitivis majoribus quatuorcentum librarum, num. 157. secus pro interlocutoriis, etiam habentibus vim definitivæ, & pro causis reclamationum, & quomodo hoc practicetur, vide latè ibidem, num. 157. & solùm à Regia Audientia recipitur tertia pars salarii, nu. 158. & quid in Regno Sardiniæ, nu. 159.*

160 *Judices reclamationum Curiæ Vicarii Barcinonæ, & Judices tabulæ compelli possunt ad faciendum verbum in Regia Audientia, & solùm recipitur tertia pars salarii.*

161 *Assessores Regiæ Procurationis Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, quomodo debet fa-*

cere verbum in Regia Audientia.

162 *In causis appellationum Bajuliæ generalis servandum est fieri assuetum.*

163 *Causæ appellationum Bajuliæ generalis quibus sint committendæ.*

164 *Sententiæ latæ in Bajulia generali sunt executioni demandandæ ad favorem fisci præstita per eum juratoria cautione, non obstante appellatione ad Regiam Audientiam, & inhibitione inde secuta, & idem quando sunt latæ ad favorem eorum qui jus, & causam à fisco habent,* 165.

166 *Bajulus generalis de quibus cognoscat.*

167 *Bajuli generalis jurisdictio prorogari potest.*

168 *Bajulus generalis in causis patrimonialibus utitur verbis præceptivis, in causis verò prorogatis, verbis deprecativis.*

169 *Bajulus generalis, & ipsius Assessores qui sunt Regii Consiliarii, nec non eorum Officiales, sunt exempti à foro ordinariorum, etiam Gerentis vices Gubernatoris Viceregia procedentis.*

170 *Bajulus generalis tam in civilibus, quàm in criminalibus cognoscit in prima instantia de omnibus Officialibus Bajuliæ generalis.*

171 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Regiis Vicariis, & Subvicariis, nu.*173. *quid in Regno Sardiniæ, n.*174.

172 *Vicarii, & Subvicarii contentionem firmare tenentur cum Curia Ecclesiastica etiam quod allegent habere manus ligatas à superiore, limita ibidem.*

*Expensæ factæ per Vicarios Regios, & alios judices sæculares super competentia, & defensione jurisdictionis adversùs Judices Ecclesiasticos, sunt in calculo recipiendæ, nu.*173. *versic. Expensæ.*

175 *Vicarii, & Subvicarii Regii in suis Vicariis & Subvicariis habent jurisdictionem ordinariam.*

176 *Vicarii, & Subvicarii Regii habent aliquas regalias per dominum Regem communicatas.*

177 *Vicarii Regii, an debeant esse Militares.*

178 *Vicarii, & Subvicarii Regii habent communicatas regalias constitutionum pacis, & treugnæ, & querelarum illius.*

179 *Vicarii, & Subvicarii Regii habent communicatam regaliam soni emissi.*

180 *Vicarii, & Subvicarii habent communicatam regaliam causarum Militarium, & Generosorum hominum, adeò ut nec Militares possint huic privilegio renuntiare,* 181. *Nec valida est contraria consuetudo, etiam immemorialis, num.* 182. *Nisi per capturam ad effectum remittendi ad suum superiorem, num.* 184. *Et quid in aliis Regnis Coronæ Aragonum, numer.* 185. *Sub hac regalia comprehenduntur causæ Baronum, etiam non Militarium, numer.* 186. *Et causæ Civium honoratorum Barcinonæ, Gerundæ, Burgentium, Villæ Perpiniani, & Doctorum tàm Jurisperitorum, quàm Medicorum, numero* 187. *qui privilegio militari gaudent, num.*188.

189 *Vicarii Regis habent communicantem Regaliam cognoscendi de causis exemptorum Ecclesiasticorum.*

190 *Rex, ac ejus Locumtenens generalis, & Vicarii regii ex consuetudine immemoriali cognoscere consueverunt in Cathalonia in causis exemptorum, & quomodo in regno Aragonum, numer.* 191. *Et quomodo in regno Valentiæ, num.*192. *Et quomodo in regno Luzitaniæ. num.*194. *Et quomodo in Senatu Dolano. num.*195. *Et quomodo in regno Neapolis num.*196. *Et quomodo in Camera Imperiali, numer.* 197. *Et in regno Franciæ, num.* 198.

199 *Regalia cognoscendi de exemptis, an repugnet juri communi.*

200 *Regalia cognoscendi de exemptis, an hodie practicetur, quidam negant, ibidem.*

201 *Alii affirmant.*

202 *Auctoris judicium.*

203 *Vicarii Regii præter regalias suprà enarratas non habent communicatas maximè supremas.*

204 *Regaliæ semper censentur exceptæ à quibuscumque dispositionibus generalibus, ampliatur nu.*205. 206. 207. 208. 209. & 210.

211 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Bajulis, & Subbajulis, & aliis quibuscumque Regiis Officialibus, & numer.*212.

213 *Bajuli, & Subbajuli Regis in suis Bajuliis, & Subbajuliis habent jurisdictionem Ordinariam.*

214 *Bajuli sunt antiquiores Vicariis Regiis.*

215 *Bajuli possunt in suis bajuliis facere processus soni emissi.*

216 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Alcadis Regiæ siccæ.*

217 *Alcadi Regiæ siccæ erant in Cathalonia Judices ordinarii.*

218 *Alcadi Regiæ siccæ habebant in Cathalonia omnimodam jurisdictionem, tàm in civilibus, quàm in criminalibus in omnibus Officialibus, & ministris siccæ privativè ad alios, etiamsi Officiales efficerentur Militares, num.* 219. *nisi fraudes fecissent in pondere, & mensura, quia tunc erant subjecti Ædili, n.*220. *vel nisi in causis emphyteuticariis, nu.* 221.

222 *Causæ Alcadorum, & Officialium siccæ ad Regiam Audientiam antiquitus in Cathalonia evocari non poterant, nisi prætextu oppressionis, numero* 223. *vel in causis appellationum, numero* 224.

225 *Alcadi, & Officiales siccæ non poterant etiam cum juramento foro suo proprio renuntiare, intellige respectu judicum sæcularium, vel in causis possessoriis n.*226.

227 *Officiales siccæ ut gauderent fori privilegio, duo requirebantur, & quæ illa erant, ibidem.*

228 *Officiales siccæ hodie non gaudent privilegio fori, nisi quatenus ad dictum officium pertinet, in reliquis sunt de foro ordinariorum.*

229 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Consulibus logiæ maris.*

230 *Consules logiæ maris sunt Judices in negotiis maritimis, in causis, & contractibus mercantilibus, numer.*231. *tam principalibus, quàm independentibus, & annexis, num.*234. *dummodo rei non sint absentes à Civitate, & ejus territorio, ibidem.*

232 *Causæ mercantiles quæ dicantur, remissivè.*

235 *Consules logiæ maris sunt Judices ordinarii, in causis, & negotiis mercantilibus, & maritimis, ac independentibus ab eis.*

236 *Consulum jurisdictio præter causas mercantiles, maritimas, & dependentes ab eis non extenditur ad alias etiam inter ipsos mercatores, numero* 236.

237 *Consulum jurisdictio prorogari non potest, & numero* 238.

239 *Consulum jurisdictio an sit privativa, vel cumulativa.*

240 *Actor de jure communi potest reum pro maritimis, & mercantilibus convenire coram Consulibus logiæ maris, vel coram ordinario.*

241 *Reus de jure communi pro causis maritimis, & mercantilibus conventus coram ordinario non potest petere se remitti ad Consules maris.*

242 *Reus de jure communi pro causis maritimis, & mercantilibus conventus coram Consulibus logiæ maris non potest eorum jurisdictionem declinare.*

243 *Causæ vertentes coram Consulibus logiæ maris ad Regiam Audientiam evocari possunt cum qualitate, dummodo sint majores tercentum librarum.*

244 *Statutum disponens super decisionibus causarum non comprehendit causas miserabilium personarum, nisi de eis fiat expressè mentio.*

245 *Pri-*

245 *Privilegium personis miserabilibus concessum non censetur derogatum per clausulas derogatorias generales.*

246 *Causæ prohibitæ evocari ad Regiam Audientiam, poterunt ad eam evocari cum qualitate.*

247 *Causæ privilegii de la bandera Civitatis Ilerdæ ad Regiam Audientiam evocari possunt cum qualitate.*

248 *Causæ vertentes in terris Baronum ad Regiam Audientiam cum qualitate evocari possunt.*

249 *Consulum jurisdictio non se extendit ad causas criminales.*

250 *Doctores tractantes de Consulibus logiæ maris.*

DECISIO X.

DIxi *decis.*8.*numer.*1.*cum duob.sequen.* quòd contentio solùm firmatur in principatu Cathaloniæ, Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios, & tradidi qui dicantur Judices Ecclesiastici ordinarii, cum quibus Curia sæcularis Regia ordinaria contentionem firmare tenetur, modò videndum est, qui dicantur Judices sæculares Regii ordinarii, cum quibus Curia Ecclesiastica ordinaria contentio-
2 nem juxta nostram concordiam firmare teneatur, & quando firma juris cum illis procedat.

Primò, Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare juxta concordiam tenetur, & firma juris procedit cum Domino Rege, aut Prorege, seu Locumtenente generali Domini Regis, & Regia Audientia, Michael Ferrer. *p.* 3. *obser. c.*172. & ita quotidie practicatur, & possem infinita exemplaria referre.

3 Ratio est quia Prorex est alter Nos, Oliba *de jure fisci*, *cap.*4. *numer.* 58. & 61. Cancer *p.* 3. *var. c.*3. *num.*329. Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 11. & *de regal. c.*1. *num.*13. & *cap.*21. *numer.* 29. & *in addit.* ad Peguer. *in pract. civil. rub.*27. *num.*77. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.*7. *num.*97. Berart. *in specul.visitat. cap.* 9. *num.* 2. Fontanella *decis.*3. *num.* 7. Ramirez *de leg. Reg.* §. 11. *numero primo*, Belluga *in specul. Princip. rub.*25. *num.*4. Sesse *decis.*175. *numer.* 5. Franchis *decis.* 163.*num.*3. Muta *decis.* 44. *numer.*22. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.*2. *tit.*25. *cap.*12. *numer.* 15. Giurba *cons.* 19. *num.*19. Mastril. *de Magistrat. lib.*5. *cap.* 6. *num.*32. & *decis.*205. *numer.*14. Novar. *ad prag. Reg. Neapol. proposit.*2. *numer.*10. Castillo *decis.*113. *num.*6. & 18. Suelves *cons.*41. *num.*36. *lib.*2. Mattheu *de regim.*
4 *Reg. Valen.tom.*1.*cap.*2. §.1. *n.*15. Sic vocatus, quia ob absentiam Domini Regis fuit necessariò deputatus, ut illius nomine regalias exerceret, Oliba *de jure fisci c.*4. *num.*58. Cancer. *part.* 3. *var. cap.*3. *numer.*329. Bosch. *dels titols de honor. lib.* 2. *cap.* 36. §.39. *versic. Lo origen.* Carol.de Gras. *excep.*1. *num.*43. Castillo *decis.*113. *numer.*18. Ripoll. *de regal. cap.* 1. *à numer.* 14.
5 Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.*1. *cap.*2. §.1. *num.* 9. Et ita meritò vocatur alter Nos, quia Domini Regis personam repræsentat, & est alius Repræsentatus Oliba *de jure fisci*, *cap.*4. *numer.* 58. Cancer. *part.*3. *var. cap.*3. *numer.*329. Ripoll. *de regal. c.* 11. *numer.*27. Bosch. *dels titols de honor. lib.*2. *cap.*26 §. 39. *versic. Lo Rey*, Carol. de Gras. *excep.*1.*num.*43. Novar. *ad pragmat. Reg. Neapol. proposit.*2. *num.*4. Amendola ad Franchis *decis.* 165. *numer.* 1. Aponte *de potest. Proreg.tit.* 1. *num.*1. Portoles §. *Locumtenens generalis*, *numer.*6. *in fine*, Fontanella *dec.*433. *num.*18.*part.*2. Giurba *consil.* 19. *sub num.*17. & *cons.* 59. *num.* 2. Ramirez *de lege Reg.* §. 11. *num.*3. Berart. *in specu. visit. cap.* 9. *num.*1. & 2. Mastrill. *lib.* 5. *de magist. cap.* 6. *à numer.* 21. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 6. & 7. cum per Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.*2. §.1. *numer.*2. & 3. Sanfelicius *dec.*221. *numer.* 8. Et dixit geminatis vicibus Regium Concilium Cathaloniæ in illa causa declarationis bannimenti, contra Venerabilem Inquisitorem Dominicum Abbad. 13. Febru. 1637. de qua infrà, *dec.*30.*num.*75.

6 Unde Prorex non obtinet secundum locum à domino Rege, sed eumdem locum cum domino Rege, & idem est Tribunal, idem Regium Concilium, nec ab eo ad dominum Regem est appellatio, aut recursus, Oliba *de jure fisci*, *c.*4. *n.*61. & 64. Cancer. *part.*5. *var.* 7
*c.*3. *n.*329. Bosch. *dels titols de honor. l.*2.*c.*36.§.3. *in fine principis* & §.39. *vers. Lo tribunal.* Ripoll. ad Pegueram *in prac.civil.rub.*27. *num.*77. Xammar. *de off.jud. par.*2. *q.*7. *nu.* 97. & *de privil. Barcin.* §.7. *nu.* 4. Fontanella *decis.*433. *nu.*18.*par.*2. Carol.de Gras. *excep.*1.*num.*43. Ramirez *de leg.Reg.*§.11. *num.*3. Et ideo sedet in eodem solio,ubi dominus Rex sedere consuevit,quando est in Regno. Novar. *ad pragmaticas Reg.Neapol. proposit.*2.*nu.* 11. Belluga *in specul. Princip. rub.* 6. *num.*4. cum relatis
per Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.*1. *cap.*2. §.1. *nu-* 8
mer. 22. cum aliis per Mastril. *de magist. lib.* 2. *cap.*6. *numer.*34. Berart. *in specul.visit. cap.*9. *numer.* 4. Cum sine dubio Princeps in provincia reputetur, Novar. *quæst. foren.* 30. *num.*2. Giurba *cons.*19. *num.*19. *in fine*, Berart. *in specul. visitat. cap.*9. *num.*3. Fontanella *decis.* 433. *nu.* 20. *part.*2.

Et omnibus honoribus, gratiis, prærogativis, & 9
privilegiis fruitur, quibus ipse dominus Rex utitur, Carol. de Gras. *excep.*1.*n.*45. Surd. *cons.* 281. *à numer.*1. cum aliis per Mastril. *de magistr. lib.*2.*cap.*6.*à numer.*26. Novar. *ad prag. reg. Neapoli proposit.*2.*num.*5. Berart.*in specul.visit. cap.*9. *num.*10.& 11.Mattheu *de regim.Reg.* 10
*Valen.t.*1.*cap.*2.§.1. *numer.*13. Ac est honorandus, sicut ipse dominus Rex cujus est imago,Novar. & Mastril. *ubi proximè*, ille *num.*12.& 13.iste *num.*34. Menochius *cons.* 52.*num.*1. Regens Vico *ad pragm. reg. Sard. lib.*1.*tit.*2. *cap.*1.*gloss.in fine*, Solorzano *de jure Indiar.tom.*2. *lib.*4. *cap.*9.*n.*13.Mattheu *de regim.Reg.Valen.tom.*1.*cap.*2.§.1. *num.*23.Illique competit titulus Excellentiæ, Novar.*ad* 11
*prag.Reg.Neapol.proposit.*2. *nu.*8. Dexart. *ad capit. Reg. Sard. rub.de off. Proreg.n.*12.& *in cap.*6.*nu.*10.*eodem tit.* Etiam post depositum officium, Ramirez *de leg. reg.* §. 11.*nu.*8. Ac illum offendens punitur, ac si dominum Re- 12
gem offendisset, Bobadilla *lib.*1.*cap.*12.*num.*57.*littera C. in fine*. Et contra illum committitur crimen læsæ Maje- 13
statis in primo capite, Capicius *dec.*130.*nu.*49. Roland. *cons.*1. *à nu.*1. Menochius *cons.*99. *num.*49. Gambacurta *de immun. Eccles.lib.*5.*c.*44. *numer.*6. latè Giurba *cons.* 59.*numer.*59.& 60. Farinacius *de crimin. læsæ Majestat. quæst.*112. *numer.*39. Fontanella *de pact. nup.tom.*1. *claus.* 3. *gloss.*1.*num.*5.

Potitur suprema potestate, & jurisdictione cum me- 14
ro, & mixto imperio, Novar. *ad pragmat. Reg. Neapol. proposit.*2.*num.*5. Mastril. *de magistr. lib.*5. *cap.*6.*nu.* 80. Ramirez *de lege Regia*, §.11. *numer.*31. Fontanella *dec.*3.*numer.*22. *part.*1. Sanfelicius *decis.*55. *numer.* 13. 15
Habetque mandatum cum libera in reservatis, Novar. *dicta proposit.*2.*num.*7. Giurba *cons.*19. *sub nu.* 16. & 20. 16
Et potest concedere privilegia, Cancer. *part.* 3. *var. cap.*3. *à num.*325. Oliba *de jure fisci*, *cap.*4.*nu.*18. Fontanella *dec.*433. *à num.*18. *part.*2. Bossius *tit. de Principe*, *num.*87. Giurba *cons.*19. *num.*48. Mastril. *de magist. lib.* 5.*cap.*6. *num.*243. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.*1. *cap.*2. §.1. *num.*73. Et de criminibus, & pœnis gratiam 17
facere, Mastril. *de magistr. l.*5. *cap.*6. *num.*147.& *decis.* 205. *num.*8. Giurba *cons.*22. *num.*11. & *cons.*74. *num.*16. Berart. *in specul.visit.c.*9. *num.*33. Regens Vico *ad pragmat.Reg.Sard. lib.*2. *tit.*25.*cap.*12. Sesse *de inhibit.cap.*2. §.5.*numer.*10. Portoles §. *Rex*, *num.* 182. Peguera *decis.* 30. Ripoll. *de regal. cap.* 35.*numer.* 37. Ramirez *de lege Reg.* §. 25. *à nu.* 45. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.*2. §.1. *num.*95.

Et ut uno verbo claudam, potest omnia facere, quæ 18
ipse dominus Rex posset,si præsens esset in Regno, Franchis *decis.* 165. *numer.* 2. ubi Amendola *numer.* 1. Belluga *in specul. Prin. rub.*25. Fontanella *decis.* 433. *à num.* 18. *part.*2. Ripoll. *de regal.c.*21. *numer.*27.Aponte *de potest. Proreg. tit.*1. *nu.*1. Ballis *tract.var.lib.*5.*de off. Proreg. num.*3. Castillo *decis.*113. *num.* 6. Marcus *decis.*17. *num.*24. Berart. *in specul. visit. cap.*9. *num.* 1. Burgius *de modo procedend. ex abrupto quæst.*51. *num.*3. Giurba *consil.*19. *numer.*17.& *cons.*59. *sub numer.*2.Novar.*ad pragmat. Reg. Neapol. proposit.* 2. *numer.* 4. Sanfelicius *decis.* 221. *numer.* 8. Etiam si sint specialia, Carol. de Gras. *excep.*1. *num.*44. Milanen. *decis.*8. *num.*72. *lib.*2. latè Mastril. *de magistrat. lib.*5. *cap.*6. *à num.*25. 19

& 245. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 1. tit. 4. cap. 4. num. 5.* Dexart. *ad cap. Reg. Sard. in proœm. n. 25.* Giurba *conſ. 19. numer. 18.* Portoles §. *Locumtenens generalis, numer. 5. & 6.* Caſtillo *deciſ. 125. numer. 18.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 1. ſub*
20 *numer. 13.* Dumtaxat exceptis his, quæ per jura patriæ, & morés majorum à Regia Corona ſeparari non poſſunt, Oliba *de jure fiſci, cap. 4. numer. 58. & 61.* Borell. ad Bellug. *in ſpecu. Prin. rub. 24. §. poſtremo, littera A.* Bardaxi *de off. Guber. q. 5. num. 5. & foro unico, nu. 4. quòd dominus Rex non poſſit facere locumtenentem general.* Cancer. *p. 3. var. c. 3. num. 329.* Fontanella *deciſ. 3. numer. 23. part. 1.* Xammar. *de off. jud. part. 1, quæſt. 7, num. 97.* Ripoll. ad Peregr. *in pract. civil. rub. 27. num. 77.* Giurba *conſ. 19. numer. 34. & 35. & conſ. 59. numer. 33.* Portoles §. *Locumtenens generalis à numer. 7.* Boſch. *dels*
21 *titols de honor, lib. 2, c. 36. §. 39. verſic. Lo tribunal,* Ramirez *de leg. Regia, §. 11. numer. 5.* At ſi haberet inſtructionem ſecretam, qua illius poteſtas moderaretur, diligentiſſimè illam obſervare curabit, §. *ut autem in authen. de Præſide Piſidiæ collat. 10.* Cerdan. *in veriloquio de razon de eſtado, cap. 1. §. 2.* Aponte *de poteſt. Proregis, tit. 1. num. 2. & §. 4. num. 5.* Ramirez *de leg. Regia, §. 11. numer. 6.* Maſtrill. *de magiſtrat. l. 5. cap. 6. num. 146.* Fontanella *deciſ. 433. numer. 21. & 23. part. 2.* Bardaxi *foro 1. numer. 5. quod dominus Rex non poſſit facere Locumtenentem,* Sanfelicius *deciſ. 62. à numer. 113.*
22 Valenzuela *conſ. 147. numer. 42.* Verùm ſi non fecerit, licèt reprehenſione dignus ſit; factum tamen tenet, & validum eſt, Ripoll. *de regal. cap. 1. num. 15.* Boſch. *dels titols de honor, libr. 2. cap. 36. §. 39. verſic. Ningun altre,* Fontanella *deciſ. 433. num. 22. part. 2.* Ramirez *de lege Regia, §. 11. num. 7.*
rogativis, præeminentiis, privilegiis, & honoribus, quibus Gerens vices Gubernatoris gaudet, Ramirez *de leg. Regia* §. 24. *n.* 18. Peregrin. *de jure fisci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 75. Latissimè omnino videndus Illustris. Dominus Vice-Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *observ* 1. *à num.* 209. Portoles §. *Judex*, *n.* 76. *in fine*, Bobad. *lib.* 2. *cap.* 12. *nu.* 16. Avendaño *de exequen. mandat. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 4. *versic. Decimo*, Aviles *cap.* 4. *Prætor. gloss. justitia*, *à num.* 8. Azevedo *lib.* 10. *nu.* 2. *&* 7. *tit.* 5. *lib.* 5. *recop.* Boer. *decis.* 151. *nu.* 4. Barbosa *in cap. cum ex voluntate*, *nu.* 9. *de sentent. exco. in* 6. Xammar. *defin.* 88. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. meritò igitur si cum Locumtenente Gerentis vices Gubernatoris est firmanda contentio.

Septimò, Curia Ecclesiastica ordinaria contentio- 105
nem firmare tenetur, & firma juris procedit cum Curia sæculari Magistri rationalis, Oliba *de jure fisci*, *c.* 11. *nu.* 22. Xammar. *defin.* 100. *nu.* 1. *par.* 3.

Ratio est, quia Magister rationalis cùm sit officium 106
creatum per jura patriæ, *toto titul. de officio de Mestre rational.* est Magistratus ordinarius, & per mortem domini Regis ejus officium non expirat, Oliba *de fisci*, *cap.* 4. *num.* 49. Et est tantæ auctoritatis, & præemi- 107
nentiæ, ut connumeretur in Cathalonia in tertio ordine, seu gradu Officialium, Belluga qui juxta observantiam Cathaloniæ loquitur, *in specul. Princip. rub.* 6. *num.* 9. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 4. *numer.* 52. Bosch. *dels titols de honor. lib.* 2. *cap.* 36. §. 3. *versic. La tercer grav. &* §. 46. *in prin.* Berart. *in specul. visit. cap.* 14. *numer.* 3. *&* 6. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 4. *numer.* 117. Sed in Regno Valentiæ con-

108 connumerantur in quarto ordine Officialium, Matth. *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *à numer.* 35. & in Regno Sardiniæ Dexart. *in cap.* 10. *num.* 18. *&* 19. *de Parlament.* Atque in Cathalonia Magiſter rationalis præcedit Bajulo generali, Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 56. ſed in Regno Valentiæ Bajulus generalis præcedit Magiſtro Rationali. Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 35. 36. *&* 37. & in Regno Sardiniæ, Dexart. *cap.* 9. *num.* 18. *de Parlam. ubi teſtatur ita in petitorio deciſum.*

109 Apud antiquos Magiſter rationalis variis nominibus appellabatur, quæ referunt Belluga *in ſpec. Princ. rub.* 6. *num.* 9. ubi Borell. *litt. M.* Boſch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. 46. *circa princ.* Berart. *in ſpec. viſit. cap.* 14. *num.* 1. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 4. *nu.* 118. Maſtril. *de magiſtr. lib.* 5. *cap.* 9. Matth. *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 40. *&* 41.

110 Apud nos verò Magiſter rationalis vocatur, ſic dictus, quia ad ejus officium pertinet, & ſpectat audire, videre, recognoſcere, exigere, & recipere omnes rationes, & computa bonorum, & reddituum fiſcalium, Patrimonialium, omnium Officialium Regiorum Principatus, & Comitatuum, ut puta Bajuli generalis Cathaloniæ, Procuratoris Regii Patrimonii Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ, ac Civitatis, & Campi Tarraconæ, Theſaurarii generalis Coronæ Aragonum, Regentis Regiam Theſaurariam dicti Principatus, & Comitatuum, Vicariorum, & Bajulorum, & aliorum Officialium Regiorum de omnibus compoſitionibus, & aliis emolumentis, de jure Cathaloniæ, *conſtit. unica, de offici de Meſtre rational*, Oliba *de jure fiſci, cap.* 4. *numer.* 52. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 380. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 14. *num.* 4. 6. *&* 50. Boſch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. 46. *poſt principium*, De Regno Aragonum Ramirez *de lege Regia*, §. 15. *num.* 15. de Regno Valentiæ Belluga *in ſpecu. Princ. rub.* 6. *numer.* 9. Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *numer.* 38. De Regno Sardiniæ Dexart *in cap.* 2. *num.* 4. *de Regio Procuratore*. De Regno Siciliæ Maſtril. *de magiſtr. l.* 5. *c.* 9. De Regno Neapolis Borrel, in addit. ad Bellugam *rub.* 6. *littera M.* Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 700. De Regno Caſtellæ vide Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 699. *verſic. Tertium tribunal eſt*, de jure communi *lib.* 2. ubi Amaya, *num.* 3. *Cod. de jure fiſci, lib.* 10. *l. Cod. de aprochis publ. eod. libro*, Garcia *de nobilit. gloſſ.* 3. *num.* 2. Barboſa *in leg. ad fiſcum, nu.* 4. *Cod. ubi cauſæ fiſcales*, Larrea *alleg.* 52. Solorzano

111 *de jure Indiar. lib.* 5. *cap. unico, à num.* 131. Quod adeò verum eſt, ut cauſæ computorum examinandorum per Magiſtrum Rationalem cujuſcumque quantitis ſint, ſivè prætextu quarumcumque qualitatum evocari non poſſunt, ſed in officio Magiſtri rationalis ſunt tractandæ privativè ad Regiam Audientiam, *ex Regia Pragmatica Sereniſſimi Regis Ferdinandi, Data Montiſſoni* 2. *Septembris* 1510. referunt Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. c.* 326. Peguera *in pract. civil. rub.* 4. *num.* 30. & ibi Ripoll. remiſſivè *nu.* 116. *in fine*, idem Ripoll. *de regal. cap.* 25. *numer.* 81. Boſch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. 46. *verſic. Eſta juriſdictio*, Berar. *in ſpecul. viſit. cap.* 14. *num.* 8. Ita fuit obſervatum per Excellentiſſimum Locumtenentem generaliter ex deliberatione utriuſque Aulæ Regiæ Audientiæ in tribus ſupplicationibus oblatis per Franciſcum Bon Bajulum de Ulleſt. 21. Novemb. 1584. providendo ſupplicata non procedere, *ut habetur in officio Magiſtri rationalis, in regeſtro* 7. *Don Franciſci de Moncad.i, fol.* 54.

112 Quinimò Magiſter rationalis cognoſcit de juribus impoſitionum contra perſonas Eccleſiaſticas, pro quibus in ſuo officio conveniuntur ad reddendum de illis juribus rationem; Ripol. ad Pegueram *in tract. civil. rub.* 4. *numer.* 119. *ubi deciſionem Cancellarii Cathalo-*

113 *niæ refert*. Ac etiam Clericus ſequeſter nominatus Abbatiarum, & beneficiorum, quæ ſunt de patronia, & patrimonio domini Regis, in officio Magiſtri Rationalis pro reddendis rationibus, & in dependentibus à ſequeſtro conveniendus eſt, Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 46. ita fuit declaratum per Priorem Joſephum Jalpi Tertium per ſuam Excellentiam nominatum *in favorem Fiſci Procuratoris Patrimonialis, & illuſtris Don Paſchalis de Aragon Regentis Regiam Cancellariam in Sacro Supremo Regio Aragonum Concilio, nunc ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis digniſſimi, uti hæredis Nobilis Joſephi de Monrodon Archidiaconi de Beſſos, contra Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ, & Joannem Vila Canonicum Barcinon. die* 23. *Jan.* 1655. Ut in Clerico facto ſequeſtro, vel depoſitario per Judicem 114 ſæcularem, tutore, curatore vel adminiſtratore bonorum laici, qui ad reſtitutionem, depoſiti, ſeu conſignationem ſequeſtri, vel pro reddendis rationibus tutelæ, curæ, & alterius adminiſtrationis bonorum laici coram Judice ſæculari conveniendus eſt, tenent Bald. *in l. acceptam, num.* 4. *per illum textum, Cod. de uſur.* Afflic. *dec.* 24. *nu.* 3. ubi Urſillis *nu.* 2. Maranta *de ord. jud. part.* 4. *diſt.* 11. *nu.* 62. Scacia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 96. Farinac. *in prax. par.* 1. *qu.* 8. *nu.* 113. *verſic. limita* 11. Narbona *lib.* 20. *gloſſ.* 10. *num.* 23. *&* 24. *tit.* 1. *l.* 4. *recop.* Aviles *cap.* 20. *Prætor. gloſſ. uſurpan. nu.* 10. Azevedo *l.* 10. *num.* 36. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Cancer. *var. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 159. & latè alios refert *par.* 3. *cap.* 8. *num.* 100. *ubi teſtatur ita ter conſuluiſſe*, Gratian. *diſcep. foren. cap.* 8. *num.* 18. *&* 19. Marcus *deciſ.* 1037. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 37. *numer.* 6. Cenedo *collect. ad decretum*, 37. *num.* 1. Portoles §. *Clericus, n.* 51. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 130. Carol. de Graſ. *de effect. cler. effect.* 1. *n.* 855. Guttier. *de tutel.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. *in fine*. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *n.* 16. *&* 18. Corroccius *de ſequeſtro par.* 1. *de perſona q.* 2. *& depoſito, par.* 1. *qu.* 121. Salgado *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 14. *à n.* 46. Squillante *de privileg. cler. cap.* 7. *à num.* 82. Fontanella *dec.* 309. *à num.* 19. *par.* 2. Hermoſilla ad Greg. Lopez *tom.* 1. *fol.* 191. *num.* 7. Faber *in ſuo Cod. lib.* 1. *tit.* 3. *de Epiſ. & Cler. dif.* 55. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 31. Capicius latro *dec.* 123. *num.* 10. *lib.* 2. *& conſ.* 103. *lib.* 2. Saravia *de juriſdict. adjunct. quæſt.* 30. *ſub num.* 2. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 22. qui mille alios laudat, Quidquid pro contraria aliquos referant, & ſequantur Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 20. *nu.* 53. Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 21. *& in ſum. par.* 2. *verbo Judex laicus, num.* 23. *fol.* 106. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 15. *& de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 21. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 7. Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 136. Carpio *de execut. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 40. *verſic. Nec ſuſtineri*, Tondut. *de præven. jud. par.* 2. *cap.* 29. *num.* 52. Fermoſin. *in cap. qualiter, quæſt.* 7. *à num.* 5. *de judiciis*, Thoro *in compen.* 2. *verbo remiſſio cauſa computorum fol.* 579. *&* *part.* 3. *ſect.* 1. *verbo Clericus adminiſtrator, fol.* 166. *& in ſupplemento, verbo Clericus qui tutelam, fol.* 89. Rovit. *deciſ.* 20. Benè verum de jure eſt, quòd hoc tantùm procedit, quoad cognitionem, non verò quoad executionem, ut tenent aliis relatis Cevallos *de cogn. per viam violen. par.* 2. *quæſt.* 76. *à numer.* 16. Martha *de juriſdictione, par.* 4. *caſu* 104. *num.* 8. *&* 9. *& caſu* 124. *num.* 4. *&* 5. Fermoſinus *in cap. qualiter, quæſt.* 7. *à numer.* 8. *de judiciis*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *tom.* 2. *fol.* 191. *num.* 8. latè Vela *diſſert.* 45. *à num.* 63. *præcipuè à num.* 85. qui *numer.* 92. *&* 94. *deciſiones Senatus Hiſpalenſis refert tom.* 2. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 21. *in fine*, Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 21. *in fine, & in ſumma, part.* 2. *verbo Judex laicus, num.* 23. ſed tu in his vide, quæ dicam infrà *deciſ.* 26. *de executione ſententiæ Cancellarii à num.* 24.

Ubi autem Clericus ratione officii convenitur non ſuo, ſed alieno nomine, tamquam tutor, ſeu procurator alicujus laici, forum ſortitur coram judice ſæculari, & apud eum negotium tractandum eſt, quia non agitur de intereſſe Clerici, ſed laici, & ſic non attenditur illius perſona, ſed hujus cujus nomine convenitur. Pro negativa Sperel. *deciſ.* 19. *num.* 32. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 36. Sed pro affirmativa, præter ibi citatos Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad q.* 29. *num.* 34. *&* 35. Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effect. à num.* 844. Thoro *in compen. dec. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio cauſæ, fol.* 71. Socin. *in cap.* 1.

uum. 52.

num. 52. & 53. *de foro compet.* Gail. *lib.* 1. *obser.* 37. *num.* 7. *versic. Sexto fallit.* Scaccia, & si omninò non firmet *de jud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 94. ad quem se refert Farinac. *in prax. part.* 1. *q.* 8. *nu.* 46. *ampliat.* 17. *in fine*, Squillante *de privil. cler. cap.* 7. *numer.* 87. quidquid dicant Cançer. *part.* 1. *var. c.* 7. *num.* 156. & Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 20. *num.* 54. quia contra eos, & alios est vera sententia, ut latissimè probat Vela *dissert.* 40. *tom.* 2. Cevallos *de cog. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 71. *num.* 32. ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, & Ferruz 24. Januarii 1610. *contra Petrum Dalmau Canonicum Barcinonæ, & alios administratores personæ, & bonorum Josephi Calvò impuberis*, & per eumdem Cancellarium Agullana, Consultoribus Solèr, & Roca 1. Junii 1611. *contra Michaelem Segur Presbyterum Villæ de Montblanc*, & per Cancellarium Carmona 18. Maii 1618. *contra œconomum sanctæ Catharinæ*, & per Cancellarium Erill, 16. Junii 1637. *contra Sebastianum Font Clericum, & alios tutores, & curatores filiorum Francisci Font.*

115 Imò nam licèt Doctores Regii Concilii in civilibus sint exempti à foro ordinariorum, & tantùm subditi domino Regi vel ejus locumtenenti generali, de jure Cathaloniæ *const.* 12. *à contrario sensu de jurisdict. de tots Jutges*, ubi Mieres *in Curia Montissoni Regis Petri III. tom.* 2. *col.* 11. *c.* 23. *n.* 2. 3. 10. & 13. *fol.* 100. *in novis*, & ad eum Despujol *verbo Doctores Regiæ Audientiæ*, *fol.* 60. Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 142. & 302. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 3. *numer.* 23. Ripol. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 2. *num.* 27. *testatur ita proxim. quotidianam observare*, Xammar. *de off. judic. par.* 1. *quæst.* 2. *numer.* 58. Et de jure, *lib.* 2. ubi Castren. *num.* 1. *in fine lib.* 3. *C. ubi Senator, vel clarissimi, meliora jura, in lib.* 3. *C. de proposit. sacri cubiculi, lib.* 12. *leg.* 4. *C. de silen. eodem lib.* Portocarrero
116 *in allegat. pro jurisdict. Inquisit. num.* 9. Anton. Faber. *in suo C. lib.* 5. *tit.* 17. *ubi Senat. vel clarissimi, dif.* 1. 2. & 3. Sive in personalibus, sive in realibus, Faber. *in suo Cod. lib.* 3. *tit.* 17. *ubi Senat. vel clarif. dif.* 3. Etiam
117 in emphyteuticariis, Fontanella *decis.* 13. *numer.* 13. *par.* 2. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 2. *numer.* 26. Et in aliis, & si de rebus minimis, Faber *in suo C. lib.* 3. *tit.* 17. *ubi Senator, vel clarif. dif.* 1. *versic. an autem*, Cui exemptioni renuntiare non possunt, nec ordinarii jurisdictionem prorogare, latè Xammar. *de*
118 *offic. jud. par.* 1. *quæst.* 2. *à num.* 62. *ad* 65. Fontanella *de*
119 *pac. nup. tom.* 1. *clau.* 3. *glo.* 1. *numer.* 10. Sive rei sint, sive actores, Faber *in suo C. lib.* 3. *tit.* 17. *ubi Senat. vel clarif. dif.* 1. *probat. leg. viros, C. de commit. consist. lib.* 12. *junctal. fin. de princip. agent. leg.* 12. Portocarrero *in alleg. pro jurisdict. Inquisit. num.* 10. Et fuit ita de-
120 cisum in Regia Audientia 12. Septembris 1628. in causa quæ agendo prosequebatur Magnificus Raymundus Rubi de Marimon Regius Consiliarius, contra T. Gali Podii Ceritaniæ relatore Mir, scriba Mallol, & dixerunt proposito dubio omnes Doctores Regiæ Audientiæ junctis tribus Aulis 19. Augusti 1654. sed non fuit scripta conclusio, & ita quotidie practicatur.

121 Quod privilegium in causis uxorum, & liberorum Doctorum Regii Concilii locum habet *juxta tradita decis.* 8. *num.* 108. si cum ipsis habitaverint, Faber *in suo C. lib.* 3. *tit.* 17. *ubi Senatores, vel clarif. defin.* 3. *versic. quas rationes*, istis verò defunctis, cùm concedatur ratione officii, & non dignitatis, in Viduarum, & liberorum personis omninò cessat, Faber *in suo C. lib.* 3. *tit.* 17. *ubi Senatores, defin.* 3. *in fine*, & *lib.* 9. *tit.* 28. *de dignitat. defin.* 22. & 23. Barbosa *in leg. quia tale, num.* 25. *ff. solut. matr.* Paschal. *de pat. potest. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 7. Narbona *lib.* 9. *glo.* 9. *num.* 22. *tit.* 26. *lib.* 3. *recop.* quidquid dicat Cabedo *decis.* 213. *num.* 16. *par.* 1. nam contrarium est verius, ut ipse Cabedo refert, *decis.* 98. *sub numer.* 3. *part.* 1. Et licèt Doctores Regiæ Audientiæ in causis criminalibus ne-
122 dum sint exempti à foro Ordinariorum. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 302. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 2. *num.* 58. Sed etiam à foro & jurisdictione Proregis,
123 & sint tantùm subditi domino Regi, adeò ut solus dominus Rex de illis in criminalibus cognoscat, vel qui mandatum speciale ab ipso habeat, taliter quòd Prorex absque speciali commissione suæ Regiæ & Majestatis non potest contra illos processus fulminare, inquirere, nec in vinculis conjicere, & si de facto fecerit, est ipso jure nullum, ut nec possit per dominum Regem revalidari, probant jura *in leg. fin. C. ubi Senat. vel clarif. leg. si gravius*, *Cod. de dig. lib.* 12. plura alia jura citant Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *nu.* 46. 47. & 48. Mastril. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 6. *à cap.* 134. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *a num.* 73. & *in politica*, *lib.* 5. *cap.* 4. *versic. Lo septimo*, & *latè versic. Y esto es fol.* 785. Carleval. *de judic. disp.* 2. *num.* 1112. & *num.* 1233. ubi addit, quòd non possunt consensu suo fine licentia domini Regis prorogare jurisdictionem cujuscumque inferioris, etiam Proregis; quod rectè adnotavit Capiblanc, *pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 107. & 108. *de Baronib.* latissimè exemplaria referentes, & contrariis eruditè respondentes, Tapia *decis. Suprem. Italiæ* 3. *totam*, Sanfelicius *dec.* 62. *per totam*, sequitur Thoro *in compen. decis. in supplemento*, *verbo Prorex an possit fol.* 509. Nisi periculum sit in mora, Sanfelicius *decis.* 62. *num.* 123. ex Bobadilla *in polit. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 60. & 61. vel nisi causa esset gravis, & scandalosa, nam tunc Prorex potest Senatorem suspendere etiam inconsulto
124 domino Rege, Solorzano *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *a numer.* 80. Tamen in officio Magistri rationalis fuit conventus Nobilis Franciscus Gamiz Doctor Regii Concilii uti fidejussor Sebastiani Masselleres capitis excubiarum Civitatis Barcinonæ, & ex quo dictus Masselleres fraudavit in redditione computorum die 8. Martii 1629. fuit dictus Doctor Gamiz simul cum aliis confidejussoribus condemnatus in quantitate per dictum Masselleres fraudata, & in undecuplo, verum est quòd dictus Doctor Gamiz forum non declinavit, sed hoc exemplare ad causas criminales referendum est, nam quando Fiscus agit ad pœnam undecupli, dicitur agere criminaliter, Ramon *cons.* 35. *num.* 34. conducunt Mascard. *de probat. conclus.* 165. *num.* 4. Farinac. *in prax. par.* 3. *quæst.* 111. *num.* 271.

125 Quomodo autem Magister rationalis procedat contra Officiales reddentes computa, si debitores remaneant, dico quòd executiva in persona, & bonis absque alia citatione, Xammar. *de off. jud. par.* 2. *qu.* 6. *num.* 98. Berart. *in spec. visit. cap.* 14. *a num.* 10.
126 Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 46. *versic. Esta jurisdictio*, de jure Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 5. 6. & 7. Si autem Officiales triennales, administratores, receptores, & Regii quicumque ministri fraudulenter se habuerint in redditione computorum, in pœna undecupli condemnantur, juxta Regiam pragmaticam Serenissimi domini Regis Alphonsi, Dat. fœlicibus Castri 18. Octobris 1541. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 48. *versic. Esta jurisd. in fine*, Ramon *cons.* 35. *num.* 34. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 380. & 381. Berart. *in specul. visit. cap.* 41. *num.* 53. Fontanella *decis.* 538. *num.* 8. qui addit; quòd in undecuplò includitur simplum, ita quòd Officialis solum condemnatur in undecuplo, comprehenso illo simplo, & testatur ita practicari in officio Magistri rationalis, *part.* 2. & est mera veritas, ut vidi *in exemplaribus mox referendis*, idem tradit Aviles *cap.* 1. *prætor*, *gloss. setenas*, Bobadillas *in polit. lib.* 1. *num.* 235. Et nedum ipsi Officiales condemnantur in undecuplo, sed etiam eorum fidejussores, ut constat ex decisione suprà relata *num.* 124. & possem aliis pluribus decisionibus confirmare, quas vidi in diversis processibus illius officii, seu cumulavi in processu Fisci Procuratoris contra Josephum Spuny, vide Cancer. *par.* 3. *vari cap.* 12. *n.* 133. 134. & 135. Bobad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 87. Istæ condemnationes executioni demandantur præstita cautione per Fisci Procuratorem, etiamsi ab eis appelletur; sed causa appellationis committitur in eodem officio mutatis Assessoribus, quæ intra sex menses, vel ex causa intra annum est terminanda, summariè & de plano, sola veritate facti inspecta,

ſpecta, ut cavetur in pragmatica Sereniſſimi domini Imperatoris Caroli V. Dat. Montiſſoni 30. Septembris 1542. Cautio autem quæ præſtatur per Fiſci procuratorem, eſt ſimplex abſque fidejuſſoribus cum obligatione bonorum ſuæ Regiæ Majeſtatis, & ſui Regii Patrimonii, ut vidi in proceſſu Fiſci procuratoris, contra Raphaelem Balcells, & Joſephum Spuny, *fol.* 257.

131 Magiſter Rationalis habet Locumtenentem, & Coadjutores, Boſch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 3. *verſic. Lo tercer*, & §. 46. *in fine principii*, Mattheu *de regim. reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 47. & 48. Oliba *de jure fiſci*, *cap.* 4. *num.* 52. Berart. *in ſpec. viſit. cap.* 14. *nu.* 7. Ad officium Coadjutorum ſpectat expedi-

132 re mandata, & proviſiones pro exigendis juribus patrimonialibus, Boſch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *c.* 36. §. 4. *in fine principii*, Maſtril. *de magiſtratib. lib.* 5. *c.* 9. *n.*

133 12. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 14. *nu.* 7. Omnes tam Locumtenentes, quàm Coadjutores connumerantur in eodem tertio gradu Magiſtratuum, Boſch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 3. *verſic. Lo tercer.* Oliba *de jure fiſci*, *cap.* 4. *num.* 52. Sed cum hac differentia, quòd Locumtenens non gubernat niſi abſente, vel impedito Magiſtro Rationali, Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 47. & abſente Locumtenente gubernat Coadjutor ordinarius antiquior, & ſic de gradu in gradum.

134 Locumtenens abſens, vel impedito Magiſtro rationali, & Coadjutor antiquior abſente, vel impedito

135 Locumtenente gaudet omnibus privilegiis, & prærogativis Magiſtro rationali conceſſis, Mattheu *de regim. reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 47. Excepta præcedentia cum Bajulo generali, nam Bajulus generalis præcedit in Cathalonia Locumtenenti Magiſtri rationalis, Xammar. *de off. jud. par.* 1. *q.* 2. *n.* 56. qui *nu.* 57. addit, quòd totum corpus Officialium Magiſtri rationalis etiamſi regatur per Locumtenentem in præfato officio, præit corpori Officialium Bajuliæ generalis, ut teſtatur vidiſſe in adventu domini noſtri Regis anno 1632. conducunt Maſtril. *lib.* 5. *de magiſt. cap.* 4. *numer.* 74. & alii per Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 41. *n.* 67. & 68.

136 Ex quibus ſequitur, quòd contentio firmatur in Cathalonia cum Curia Magiſtri rationalis, ſive regatur per ipſum Magiſtrum rationalem, ſive per Locumtenentem, & ſuo caſu per antiquiorem Coadjutorem: & ſcio aliquando fuiſſe firmatam contentionem, & poſtmodum declaratum ſuper meritis cauſæ, & ita benè firmatam contentionem, ut fuit obſervatum in caſu relato per Ripoll. in addit. ad Pegueram *in pract. civil. rub.* 4. *numer.* 119. & fuit expreſsè declaratum per Cancellarium Copons 28. Septembris 1592. Conſultoribus Sabater, Guardiola, Sunyer, Oliba, & Deſcamps *cum curia Eccleſiaſtica Barcinonæ*, de qua Xammar. *defin.* 100. *numer.* 11. *part.* 2. & per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Peguera, Ferrer, Magarola, Senjuſt *cum curia Eccleſiaſtica Barcinonæ*, & *Communitatem Eccleſiæ Villæfranchæ Pœniten.* & per Priorem Jalpi Tertium per ſuam Excellentiam nominatum 23. Januarii 1655. *cum curia Eccleſiaſtica Barcinonæ Sede vacante*, & *Joannem Baptiſtam Vela Canonicum Barcinonæ*, & *multis aliis*.

137 Nec omitto, quòd tam Magiſter rationalis, & ejus Locumtenens, quàm illius Aſſeſſores, & reliqui omnes Officiales ejuſdem officii ſunt exempti à foro, & juriſdictione ordinariorum, etiam Gerentis vices Gubernatoris Cathaloniæ unà cum filiis, & uxoribus, juxta Regias pragmaticas refert Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 6. qui *num.* 62. addit iſtos Officiales non poſſe prædictæ exemptioni renunciare, Oliba *de jure fiſci*, *cap.* 4. *num.* 52. Mieres *in Curia Montiſſoni Regis Petri III. part.* 2. *col.* 6. *cap.* 23. *in fine*, *fol.* 100. Adde quòd adeò verum eſt in Cathalonia uti locum habeat tàm in civilibus, quàm in criminalibus, etiamſi Gerens vices Gubernatoris Cathaloniæ procedat Vice-Regia, ut habetur in Regia Epiſtola Domini Regis Philippi III. Dat. en Lisboa 24. Auguſti 1619. quæ legitur in libro viridi pragmaticarum, & Regiarum Epiſtolarum officii Magiſtri Rationalis *fol.* 370. & quid obſervatur in Regno Valentiæ, Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 1. *c.* 2. §. 4. *num.* 44.

Denique Aſſeſſores Bajuliæ generalis Cathalonię ſunt 138
Judices in prima inſtantia cauſarum, quæ tractantur in officio Magiſtri rationalis, *ex Regia epiſtola Data Matriti* 8. *Auguſti* 1608. *quæ legitur in regiſtro* 7. *Don Gaſtonis de Moncada*, *fol.* 190. Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 380. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 8. *part.* 3. *numer.* 14. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 56. qui illas decidunt cum Fiſci Advocato Patrimoniali Regiæ Audientiæ, Xammar. *defin.* 15. *in prin.* & *numer.* 15. *part.* 1. & ſalarium inter ipſos intereſſentes æqualiter dividitur, nulla data portione abſentibus, etiam ex cauſa Reipublicæ. In gradu verò appellationis, 139
cauſæ officii Magiſtri rationalis (ſive ſint à definitivis, ſive ab interlocutoriis) tractantur in eodem officio, ſed committuntur aliis Aſſeſſoribus, *pragmatica Sereniſſimi Domini Imperatoris Caroli V. Data Montiſſoni* 30. *Septemb.* 1542. iſti ultimi Aſſeſſores qui in aliis negotiis ſunt Conſultores officii Magiſtri rationalis, ſunt Cancellarius, Regens Cancellariam, Doctor antiquior Regiæ Audientiæ, & Fiſci Advocatus Patrimonialis, *ex dicta Regia epiſtola* 8. *Auguſti* 1608. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *num.* 14. committuntur tamen Doctori antiquiori Regiæ Audientiæ, & illo abſente, vel infirmo, alio Doctori Regiæ Audientiæ immediatè ſequenti in antiquitate; qui illas decidit cum voto Cancellarii, Regentis Cancellariam, & Fiſci Advocati Patrimonialis, *atque ita practicatur*: Addo quòd ſi ab interlocutoriis proviſis per Aſſeſſores Bajuliæ generalis non appelletur, ſed reclametur, & cauſæ committantur eiſdem Aſſeſſoribus Bajuliæ generalis, illæ declarantur deſertæ, *ut fuit meis temporibus bis obſervatum in proceſſu venerabilis Melchioris Palau Archidiaconi majoris*, & *Canonici ſanctæ Eccleſiæ Barcinonæ*, *ac Inquiſitoris hæreticæ pravitatis*, *contra Coſmam Codina Canonicum ſanctæ Annæ Barcinonæ*, & ſic ſciant Advocati, quòd in hoc officio ab interlocutoriis non reclamatur, ſed appellatur.

Sed quid in tertia inſtantia ſi veniat caſus in quo appellatio interponi poſſit, quibus cauſa ſit committenda, iſte evenit in proceſſu Fiſci Procuratoris Patrimonialis contra Angelam Regnes uxorem Montſerrati Regnes receptoris Regiæ Procurationis Comitatuum Roſſelionis, & Ceritaniæ, quæ in prima inſtantia 2. Julii 1614. Ad relationem Hieronymi Pujades Aſſeſſoris Bajuliæ generalis extitit condemnata, & ſententia executioni demandata, & interpoſita appellatione, cauſaque commiſſa Joanni Gallego Doctori antiquiori Regiæ Audientiæ, prædictam ſententiam revocavit 29. Maii 1617. & executionem nullam declaravit, è qua emptores bonorum dictæ executionis appellarunt, & cùm in hoc caſu eſſet licita appellatio, per officium Magiſtri rationalis fuit interpoſita conſultatio cum domino Rege, *duabus litteris ſcriptis* 30. *Junii*, & 8. *Julii* 1617. *quæ leguntur in Regiarum litterarum primo fol.* 66. *pag.* 2. & *fol.* 70. *pag.* 2. & dominus Rex mandavit officio Magiſtri rationalis, quòd in prædicta cauſa, & aliis ſimilibus nominaret in Judices pro cauſis tertiæ inſtantiæ aliquem, vel aliquos Doctores Regiæ Audientiæ ſibi benè viſos, *ut habetur in duobus Regiis litteris*, *una data Matriti* 27. *Junii*, & *alia data in ſancto Laurentio* 11. *Auguſti* 1617. *quæ leguntur in regiarum litterarum primo fol.* 70. & 76. *pag.* 2.

Octavò, Curia Eccleſiaſtica ordinaria contentio- 140
nem juxta noſtram concordiam firmare tenetur, & firma juris procedit cum Bajulo generali Cathaloniæ, Regiis Procuratoribus Comitatuum Roſſelionis, & Ceritaniæ, Civitatis, & Campi Tarraconæ, ac Bajulo Regio Civitatis Dertuzæ, Oliba *de jure fiſci*, *cap.* 11. *num.* 22. Et ita plures fuiſſe inter dictas Cu- 141
rias firmatas contentiones, & poſtea declaratum ſuper meritis cauſæ, & ſic benè firmatas contentiones, ut fuit declaratum in Bajulo generali Cathaloniæ, in caſibus relatis per Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 181. *num.* 241. & 247. & *de regal. cap.* 16. *num.* 33. & per Cancellarium Copons 19. Septembris 1597. Conſultoribus Peguera, Sabater, Guardiola, Deſchams & Valencas, *cum Curia Eccleſiaſtica Barcino-*

cinonæ, & per Cancellarium Puigmari 13. Junii 1622. Consultoribus Astor, & Roca *cum Curia Ecclesiastica Barcinonæ*, & per dictum Cancellarium Puigmari 3. Septembris 1623. cum eisdem Consultoribus, *& cum eadem Curia*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 7. Aprilis 1628. Consultoribus Carreres, Guerau, & Rubi de Marimon *cum Curia Ecclesiastica Barcinonæ*, & per dictum Cancellarium Puigmari 1. Februarii 1631. *cum Curia Ecclesiastica Urgelen. & aliis mille exemplaribus*, & in Regio Procuratore Comitatuum Rossellonis, & Ceritaniæ, fuit ita observatum in casibus relatis per Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 179. *&* 182. & per Cancellarium Puigmari 4. Martii 1623. Consultore Roca *cum Curia Ecclesiastica Elnen.* & per Cancellarium Puigmari 29. Maii 1626. Consultoribus Astor, & Aguilò *cum Curia Ecclesiastica Urgellen.* & per dictum Cancellarium Puigmari 27. Junii 1626. *cum eadem Curia Ecclesiastica Urgellen.* & in Procuratore Regio Civitatis, & Campi Terraconæ, ita fuit observatum per Cancellarium Puigmari 18. Martii 1626. *cum Curia Ecclesiastica Tarraconæ*, & per dictum Cancellarium Puigmari 22. Junii 1627. Consultoribus Miyavilafranqueza, & Aguilò *cum eadem Curia Ecclesiastica Tarraconæ*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 8. Julii 1627. & 1. Februarii 1630. Consultoribus Ramon, Guerau & Rubi de Marimon *cum dicta Curia Ecclesiastica Tarraconæ*, & per Cancellarium Erill 17. Martii 1632. Consultoribus Carreres, Rubi de Marimon, & Llorens, & 9. Junii 1638. Consultoribus Rubi de Marimon, Pons, & Turell. *cum dicta Curia*, & in Bajulo Regio Civitatis Dertuzæ, ita fuit observatum per Cancellarium Puigmari 26. Septembris 1623. Consultoribus Ferrer, & Sejust, & 24. Septembris 1626. Consultoribus Magarola, Gamiz, Roca, & Carreres *cum Curia Ecclesiastica Dertuzæ*.

142 Et nedum firmatur contentio cum Bajulo generali Cathaloniæ, & ejus Tribunali, sed etiam cum Locumtenente Bajuli generalis alicujus stationis, ut fuit practicatum per Cancellarium Copons 21. Novembris 1592. Consultoribus Sunyer, Oliba, & Descamps *inter Curiam Ecclesiasticam Gerunden. & Narcisum Vilhi Procuratorem anniversariorum Presbyteralium communium Sedis Gerundæ ex una, & Curiam secularem Locumtenentis Bajuli generalis stationis Gerundæ, & Michaelem Riu Mercatorem, ac custodem pignorum dictæ Bajuliæ*, de qua Xammar. *definit.* 100. *numer.* 12. *part.* 2. Et in Locumtenente Bajuli Regii Civitatis Dertuzæ, ita fuit observatum per Cancellarium Puigmari 27. Julii 1626. *cum Curia Ecclesiastica Dertuzæ*.

143 Ratio est, quia Bajulus generalis Cathaloniæ, (& idem dico de Procuratoribus Regiis Comitatuum Rossellonis, & Ceritaniæ, Civitatis, & Campi Tarraconæ, ac Bajulo Regio Dertuzæ,) apud nos idem est, quod Procurator Cæsaris, ut ex nostris Cathalanis docent Oliba *de jure fisci*, *cap.* 14. *numer.* 123. Berart. *in specul. visit. cap.* 15. *numer.* 5. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 16. *numer.* 45. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 20. *in princip.* Ex 140 Aragonensibus Bardaxi *foro unico*, *in princip. titul. quod de cætero officium Bajuliæ general.* Ramirez *de lege regia*, §. 23. *numer.* 12. Ximenez de Araguès *de offic. Bajuli generalis*, §. 1. *numer.* 1. Ex Valentinis Belluga *in speculat. Princip. rub.* 6. *numer.* 11. Escolano *historiæ de Valentin. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 8. Regens Leon *decis.* 87. *num.* 1. *decis.* 105. *num.* 4. 141 *lib.* 1. *& decis.* 187. *numer.* 1. *lib.* 2. Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *numer.* 5. *&* 9. & sensit Concilium supremum Aragonum in decisione relata per Leon *decis.* 105. *num.* 10. *prope finem*. Ex Sardis Dexart. *in rubricæ de regio Procuratore*, *numer.* 1. Ex Castellanis Orosius *in rubrica de off. procurat. Cæsar. numer.* 15. Garcia *de nobilit. glos.* 3. *à numer.* 1. & de Regno Mayoricarum Dametus *in histor. Mayoricar. lib.* 1. §. 17. Est in Cathalonia antiquissimus Magistratus, Oliba *de jure fisci*, *capite* 4. *num.* 53. Despujol ad Mieres *verbo Bajulo generali Cathaloniæ*, *fol.* 18. Berart. *in specul. visit. cap.* 15. *nu.* 1. De Bajulo generali Regni Valentiæ Escolano, *in histor. Valen. to.* 1. *lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 5. Mattheu *de regim. reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *à num.* 10. De Bajulo generali Regni Aragonum Ximenez de Araguez *de offic. Bajul. general.* §. 1. *per totum*, Et cum sit officium creatum per jura patriæ, *toto titulo re offici de Baille general*, est Judex ordinarius Regii Patrimonii, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Alphansi*, *par.* 2. *col.* 11. *cap.* 2. *nu.* 105. *fol.* 502. & ad eum Despujol. *verbo Bajulus generalis dicitur*, *fol.* 17. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 4. *num.* 49. De Bajulo generali Aragonum Ximenez de Araguez *de officio Bajuli generalis*, §. 22. *à num.* 1. De Bajulo generali Valentiæ Regens Leon *decis.* 105. *à num.* 9. *lib.* 1. Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *numer.* 9. De Regio Procuratore Sardiniæ Dexart. *in cap.* 1. *num.* 1. *&* 9. *de Regio Procurat.* De Regio Procuratore Majoricarum Dametus *lib.* 1. *in hist. Majoricar.* §. 57. & de Locumtenentibus stationariis Bajuli generalis, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 4. *num.* 53. Xammar. *defin.* 146 100. *num.* 13. *par.* 2. Et licèt ab initio esset institutus, & ordinatus pro recuperandis, & colligendis redditibus Regiis, ut post antiquos tenent ex nostris Despujol ad Mieres *verbo Bajulo generali*, *fol.* 18. Berart. *in specul. visit. cap.* 15. *in prin.* Ex Valentinis Escolano *in histor. de Valen. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 25. *n.* 5. Ex Aragonensibus Molinus *verbo Bajulus*, *fol.* 46. Bardaxi *foro unico*, *versic. Bajulus autem tit. quod de cætero*, *off. Bajuol.* Ramirez *de lege Reg.* §. 15. *nu.* 12. Pater Murillo *de las excellentias de Saragoca*, *tract.* 3. Ximenez de Araguez *de off. Bajud. general.* §. 8. *nu.* 1. Postea verò fuit ampliatus 147 ad cognitionem causarum Regii Patrimonii Oliba *de jure fisci*, *cap.* 4. *num.* 53. Bosch. *del titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 39. §. 20. *in prin.* Mattheu *de regim. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 4. & alii, *nu.* 145. relati.

Ex quo sequitur, causas Regii Patrimonii in pri- 148 ma instantia, sive fiscus actor sit, sive res tractandas esse in Bajulia generali, ut docent, ex nostris Oliba *de jure fisci*, *cap.* 25. *num.* 15. Ripoll. *var. cap.* 1. *nu.* 546. Carrascus post *leg. recop. tract.* 1. *de casibus curiæ à numer.* 166. 192. *&* 193. Peguera *decis.* 177. *ubi decisionem nostræ Regiæ Audientiæ refert*, *par.* 1. Calicius *in margar. fisci*, *dub.* 3. *versic. vigesimo octavo*, Mieres *in curia Barcinonæ Regis Alphonsi*, *par.* 2. *col.* 11. *cap.* 2. *nu.* 100. *in novis*, Bosch. *de titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 30. §. 30. *versic. To es les causes*, Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 23. Despujol. ad Mieres *verba Bajulus generalis dicitur*, *fol.* 17. Xammar. *de off. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 73. *& par.* 2. *quæst.* 7. *numer.* 45. *& defin.* 8. *à num.* 1. *par.* 1. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *nu.* 305. *& cap.* 16. *num.* 45. Berart. *in specul. visit. cap.* 15. *à num.* 9. ex Valentinis Regens Leon *decis.* 105. *num.* 9. *&* 10. ubi refert decisionem Supremi Senatus *lib.* 1. *& decis.* 3. *à num.* 10. *lib.* 3. Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *numer.* 9. *ubi alios laudat*, ex Aragonensibus Ximenez de Araguez *de off. Bajuli general.* §. 4. *à num.* 6. *&* §. 22. *num.* 1. in Regno Sardiniæ in Regia Procuratione Dexart. *cap.* 1. *num.* 9. *de Regio Procuratore*. In Regno Neapolis in Regia Camera summariæ Carleval. *de judiciis*, *lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 700. Sanfelicius *decis.* 181. *à num.* 1. In Regno Castellæ in Concilio Regii Patrimonii, Carleval. *de judicii lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 699. & de jure communi in Tribunali Procuratoris Cæsaris, *lib.* 2. *Cod. adver. fisco*, *lib.* 1. 2. *&* 3. *C. ubi causæ fiscales*, *lib.* 1. *C. de offic. Procurat. Cæsar.* Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 7. *tit.* 1. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *litteræ F. à num.* 180. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. *per totum præcipuè num.* 28. Guzman. *de evict. quæst.* 8. *per totam*, *præcipua num.* 10. Mastril. *de magist. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 20. *nu.* 44. Plures laudat Salgado *in labyrintho*, *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 14. *&* 15. Faber. *in suo C. lib.* 3. *tit.* 12. *dif.* 40. *numer.* 3. Thesaur. *decis.* 213. *num.* 1. Alfaro *de off. fiscal. gloss.* 6. *num.* 22. *gloss.* 18. *num.* 7. *&* 8. *gloss.* 34. *à numer.* 206. Claperius *in centur. decis.* 53. Gail. *lib.* 1. *obser.* 20. *numer.* 1. *&* 2. latè aliis relatis Carleval. *de judiciis lib.* 1. *disput.* 2.

num.

num. 698. Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *à num.* 71. Ximenez de Araguez *de off. Bajul. general.* §. 4. *à num.* 6. Etiam contra Clericos, & personas Ecclesiasticas, Callicius *in Margarita fisci, dub.* 8. *versic.* 172. Oliba *de jure fisci, cap.* 14. *num.* 20. *&* 123. *& cap.* 15. *à num.* 14. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 164. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *à num.* 19. *& var. cap.* 1. *à num.* 179. *ad* 183. *ubi quatuor decisiones Cancellarii Cathaloniæ laudat, & numer.* 560. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. *in fine, &* §. 21. *versic. La jurisdictio, cum sequent. fol.* 261. *ubi novem decisiones Cancellarii refert,* Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *nu.* 76. *&* 77. *ubi tres decisiones Cancellarii cumulat, & defin.* 8. *num.* 4. *par.* 1. modernè fuit ita decisum per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Codina, Ferrer, & Pastor 21. Octobris 1659. *contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Præpositum præposituræ mensis Novemb. Sedis Barcinonæ*, & dixit Regium Concilium Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo V. Dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis: *Item cognoscit de juribus suis Regiis, & sic de concernentibus regalias, & Regium Patrimonium, etiam contra clericos.* Et de Regno Castellæ, & aliis Regnis docent Azevedo *lib.* 7. *num.* 14. *tit.* 18. *lib.* 9. *recop.* Noguerol. *alleg.* 19. *num.* 144. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 50. Castillo *de tertiis, cap.* 12. *num.* 38. Salgado *de supplicat. ad Sanctiss. par.* 1. *cap.* 1. *à num.* 232. *& de Regia protect. par.* 3. *cap.* 16. *à num.* 188. *& in labyrinto, p.* 1. *c.* 7. *nu.* 17. Guzman. *de evict. qu.* 8. *à num.* 15. Larrea *alleg. fisc.* 27. *nu.* 14. Pareja qui plures alios laudat, *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 9. *à nu.* 64. *& tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *à numer.* 71. Pereira *cons.* 5. *per totum*, Cabedo *decis.* 15. *part.* 2. Constant. *in lib.* 1. *sub n.* 100. *C. de fili, off. lib.* 12. Fermosinus *in cap.* 1. *qu.* 18. *de judicii*, Martha *de jurisd. par.* 4. *cap.* 44. *num.* 18. *&* 19. Costa *de rata, qu.* 227. *in fine* Galeota *de alien. & succes. off. à num.* 248. Sixtim. *de regal. lib.* 1. *cap.* 6. *à nu.* 69. Aliàs regulariter de jure Fiscus personas Ecclesiasticas ad suos Judices non trahit, Peregrin. *de jure fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *numer.* 15. Afflictis *decis.* 2. Xammar. *de off. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *numer.* 75. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 14. *num.* 32. *in fine*, Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 66. *& in sum. verbo Judex laicus, sub num.* 27. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 7. *dubit.* 4. & ita observari in Regno Aragonum Sesse *decis.* 77. *nu.* 16. *lib.* 1.

151 Prædicta adeò vera sunt, quòd causæ Regii Patrimonii, quæ in prima instantia in Bajulia generali tractantur, prætextu qualitatum pauperratis, viduitatis, pupillaritatis, & religionis ad Regiam Audientiam evocari non possunt, imò si evocantur restitui solent, Ferrer. *par.* 1. *obser. cap.* 23. *& p. cap.* 54. *ubi refert dec. nostri Senatus*, Peguere *in pract. civil. rub.* 4. *num.* 12. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *numer.* 74. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *c.* 36. §. 21. *versic. En totes estes, &* §. 30. *versic. Totes les causes ubi decisiones, nostri Senatus*, Despujol ad Mieres *verbo Bajulus generalis dicitur, fol.* 17. Xammar. *defin.* 8. *à num.* 1. *par.* 1. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 18. *num.* 52. quidquid dicat idem Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub.* 3. *à num.* 15. *ad* 17. *& rub.* 4. *à numer.* 85. *ad* 89. De quo nulla est habenda ratio, quasi dictum contra rationem, & justitiam, & ita illius verba numeris relatis ab ejus codice delenda sunt.

152 Et quamvis aliqui ex nostris notent, quòd potestas Bajuli generalis est reformata, ut Oliba *de jure fisci, cap.* 7. *num.* 5. Despujol ad Mieres *verbo Bajulo generali, fol.* 18. Et quòd antiquitùs evocari poterant, &
153 consueverunt, prætextu si ageretur de viribus, intellectu, & observantia Regiorum privilegiorum, Ferrer. *part.* 1. *obser. cap.* 23. *&* 24. Peguera *in pract. civil. rub.* 4. *num.* 12. Despujol ad Mieres *verbo Bajulus generalis dicitur, fol.* 27. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *num.* 31. 32. 75. *&* 76. *& var. cap.* 1. *num.* 546. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 18. *num.* 53.

154 Hodie verò causæ Regii Patrimonialis, nec textu interpretationis Regiorum privilegiorum, nec prætextu contentionis inter duos Regios Officiales, nec qualibet alia qualitate evocari possunt à Bajulia generali ad Regiam Audientiam, *ex Regia pragmatica Seren. Domini Philippi III. Daja en el Pardo* 5. *Novembris* 1617. *& ex Regia pragmatica Serenissimi Domini nostri Regis nunc fœliciter Regnantis, Data Matriti* 11. *Julii* 1630. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *à num.* 74. *ad* 78. *& var. cap.* 1. *nu.* 547. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. 30. *versi. Totes les causes*, & idem observatur in Regno Valentiæ ex Regiis rescriptis relatis per Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *n.* 19. & in Cathalonia ita fuit decisum in causa Fisci Procuratoriis Bajuliæ generalis ex una, & Don Franciscum de Erill Regium Cancellarium, Hieronymum Gueran, & Raymundum Rubi de Marimon Regios Consiliarios ex altera, per Don Matthiam Bajetola, & Cavanilles Regentem Cancellariam in S. S. R. A. Concilio, Visitatorem Regium generalem Officialium Regiorum Cathaloniæ ad tabulam non tenentium, cum conjudicibus, & associatis suis Don Ferdinando Azcon Regio Consiliario Regiæ Audientiæ Sardiniæ, & Doctore Hyacintho Ortin Advocato Fiscali Regiæ Audientiæ Valentiæ 26. Junii 1636. Scriba Regiæ Visitæ Joannes Boher, in qua etiam fuit declaratum, quòd requisitis Doctoribus Regiæ Audientiæ de restituendis prædictis causis, vel alio quocumque modo illis constiterit de earum qualitate, dictas causas statim sine dilatione aliqua restituant Bajuliæ generali, & restitutio de meis temporalibus fuit petita verbo, & verbo etiam provisa, & executa.

Benè tamen verum est, quòd Assessores Bajuliæ ge- 155
neralis Cathaloniæ, & Regiæ Procurationis Comitatuum Rossellonis, & Ceritaniæ, (qui aliàs habent votum decisivum, & dictus Bajulus Generalis Cathaloniæ, & dictus Regius Procurator Comitatuum Rossellonis, & Ceritaniæ illud habent data Assessorum paritate, Bosch. *dels titols de honor lib.* 2. *cap.* 36. §. 30. *in prin.*) compelli possunt ad partis petitionem per Proregem, & Locumtenentem generalem, ut non pronuntient nec sententient in tali causa, nisi facto verbo in Regia Audientia, qui juxta ejus votum insequendo dictam conclusionem nomine dicti Bajuli generalis, vel dicti Regii Procuratoris sententiam proferre debent, de jure Cathaloniæ *constit.* 3. *&* 4. *de officii de Balle general, cap. Curiæ* 38. *anni* 1599. Ferrer. *par.* 1. *obser. cap.* 23. *versic. Adde*, Ripol. *de reg. cap.* 25. *à num.* 55. *ad* 59. *& num.* 87. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 18. *num.* 51. *&* 54. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. 30. *versic. Se reserva*, exemplare trahit Ramon *cons.* 5. *fine*, De Regno Sardiniæ, *cap. Curiæ* 5. *de recursu*, in recopilatis per Dexart. *fol.* 1129. & Regia pragma- 156
tica de qua Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 30. Similiter compelli possunt ad faciendum verbum per Gerentem vices generalis Gubernatoris Viceregia procedentem, *caput curiæ* 38. *anni* 1599. Ferrer. *par.* 1. *obs. Guber. cap.* 77. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. §. 9. *versi. Quantasia*. At in Cathalonia solùm compelli possunt 157
ad faciendum verbum pro sententiis definitivis tantùm majoribus quatuor centum librarum, *const.* 4. *de officii Balle general*, nota Ferrer. *par.* 1. *obs. cap.* 23. *versic. Adde*; secus pro interlocutoriis, etiam habentibus vim definitivæ, ut fuit decisum in qua quærelæ propositæ per Fisci Procuratorem Bajuliæ generalis Cathaloniæ, contra Michaelem Carreres Regiæ Audientiæ Doctorem exercentem officium Regentis Cancellar. uti antiquiorem suæ Aulæ per dictum Regium Visitatorem generalem, & Regentem Cancellariam in S. S. R. A. Concilio Don Matthiam in Bajutola, & Cavanilles cum suis conjudicibus, & associatis; 19. *Junii* 1636. *Scriba Joanne Boher.* secus etiam pro causis reclamationum Bajuliæ generalis, ut fuit pariter decisum per dictum Regentem Cancellariam, & Regium Visitat. D. Matthiam de Bajetola, & Cavanilles cum suis conjudicibus in favorem dicti Fisci Procuratoris Bajuliæ generalis, contra D. Francis. de Erill Regium Cancellarium, & Nobilem Michaelem Sola Regentem Cancellariam 20. *Junii* 1636. *Scriba Joanne Boher.* Et casu quo pro definitivis fiat mandatum dictis Assessoribus de faciendo verbum in Regia Audientia, si apparet causam esse minorem quatuor centum librarum, illud mandatum instante verbo fisci Procu-

ratore

rarore Bajuliæ generalis provisione etiam verbo facta cum deliberatione Regiæ Audientiæ revocatur, & annullatur, expediturque carcellum à Regia Audientia annullationis, & revocationis, eodem modo quo expeditur, quando fit mandatum de faciendo verbum cum firma Præsidentis illius Aulæ, ubi verbum faciendum erat, ut fuit provisum per Reverend. Abbatem Sancti Pauli de Campo Fra Michaelem de Soèr Regium Cancellar. in causa Doct. Michaelis Osona Præceptoris Sedis Barcin. contra Michaelem Malla super beneficio sanctæ Spinæ in dicta Sede fundato de Regio Patronatu, 6. *Dec.* 1657. idemque observatur, quando pro habentibus vim definitivæ, & quando pro causis reclamationum dictæ Bajuliæ generalis fit mandatum de faciendo verbum, nam illud verbo etiam annullatur, & revocatur, ut fuit provisum in causis habentibus vim definitivæ per Magnificum Josephum Mur Regentem Cancellarium in causa Fisci Procuratoris Bajuliæ generalis, contra Nobilem Petronillam de Pinòs, & Peramola Vicecomitissam de Canet 24. *Junii* 1598. *est iste processus in archivio Bajuliæ generalis*, *cartha* 118. quando autem fit mandatum de faciendo verbum pro sententiis definitivis, si contingat fieri aliqua provisio interlocutoria, hæc providetur in ipsa Bajulia generali, non obstante dicto mandato faciendi verbum in Regia Audientia, quia illud solùm fuit factum pro definitivis, ita fuit observatum in causa interdicti interim intenta per Fisci Procuratorem Bajuliæ generalis, contra Syndicum Civitatis Barcinonæ provisione facta per Magnificum Thomam
158 Arquès 11. *Dec.* 1657. At pro definitivis dumtaxat Regia Audientia recepit tertiam partem salarii, *const.* 3. *tit. de Balle general*, notat additio ad Ferrer. *part.* 1.
159 *observ. Gub. cap.* 77. Sed in Regno Sardiniæ compelli possunt Assessores Regiæ Procurationis ad faciendum verbum, nedum pro definitivis majoribus quatuorcentum librarum, sed etiam pro interlocutoriis, & pro providendis petitionibus, Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib. tit.* 1. *c.* 30. & Regia Audientia Sardiniæ exigit medietatem salarii, & ita vidi pluries practicatum. Declarationes autem, & conclusiones Regiæ Audientiæ in hujusmodi causis Bajuliæ generalis Cathaloniæ, & Regiæ Procurationis Comitatuum Rossellonis, & Ceritaniæ fiunt cum voto Fisci Advocati Patrimonialis, ut fuit observatum 20. Febr. 1632. *Vide in libro conclusionum civilium*, *fol.* 57. & die 17. Junii 1633. *vide in libro conclusionum civilium*, *fol.* 192. & die 11. Maji 1634. *vide in libro conclusionum civilium*, *fol.* 214. & die 14. Maji 1637. *vide in libro*
160 *conclusionum*, *& mille aliis*. Cæterùm in judicibus tabulæ, ac in judicibus appellationum causarum Syndicatus, & in judicibus reclamationum Curiæ Vicarii Barcinonæ practicatur in Cathalonia, quòd illis ad partis petitionem fit mandatum per Regiam Audientiam, ne in dictis causis declarent, nisi facto verbo in Regia Audientia, & de ejus voto, vide Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 18. *à num.* 48. ut fuit observatum in causa Subvicarii Gerundæ Jacobi Guasch, de qua infrà *decis.* 35. *num.* 85. formam tradit Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. in rub.* 4. *num.* 12. simileque mandatum fieri potest per Viceregiam Audientiam, Ferrer *part.* 1. *observ. gu-*
161 *ber. cap.* 77. *& part.* 2. *c.* 16. *cum seq.* Sed Regia Audientia, seu Viceregia solùm recepit tertiam partem salarii, & ita practicatur. Quod autem dictum est de faciendo verbum in Regia Audientia per Assessores Regiæ Procurationis Comitatuum Rossellonis, & Ceritaniæ, potest dictum verbum fieri transmittendo solùm copiam authenticam processus; *juxta formam constit.* 4. *de offici de Balle general*.

162 Hæc quæ de evocatione dixi, procedunt in causis primæ instantiæ, quoad causas verò appellationis, Serenissimus Dominus Rex Philippus III. & Serenissimus Dominus noster Rex nunc fœliciter regnans suis Regiis pragmaticis relatis, *num.* 154. nihil immutarunt, sed mandant observare, quod in Bajula generali est fieri assuetum, Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36.
163 §. 50. *vers. Totes les causes*. Et ita à sententiis definitivis per Bajulum generalem latis appellatur ad Regiam Audientiam, & causæ appellationum ad eam evocantur sine aliqua qualitate, Ferrer. *part.* 1. *observ. cap.* 23. Despujol ad Mieres *verbo Bajulus generalis dicitur*, *fol.* 17. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *num.* 40. à sententiis autem interlocutoriis etiam habentibus vim definitivæ per Bajulum generalem latis non appellatur, sed reclamatur, & causa reclamationis per eumdem Bajulum generalem committi debet duobus idoneis Jurisperitis, ex Regio privilegio Serenissimi Domini Regis Alphonsi IV. Dat. in Castro novo Civitatis Neapolis 5. Maji 1444. latè Xammar. *defin.* 8. *à n.* 20. *part.* 1. quod secus observatur in Regno Valentiæ, ubi à sententiis Bajuli generalis in Patrimonialibus non datur appellatio ad Regiam Audientiam, sed ad Supremum Aragonum Concilium, vel ad eumdem Bajulum generalem mutato Assessore, qui tenetur nominare unum ex Doctoribus Regiæ Audientiæ per turnum, ut post alios tradit Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4.
n. 19. *&* 20. Sed sententiæ in prima instantia latæ in con- 164
sistorio Bajuliæ generalis Cathaloniæ, nedum quando Fiscus habet interesse, executioni demandantur, præstita juratoria cautione per Fisci Procuratorem, non obstante appellatione interposita ad Regiam Audientiam, & inhibitione inde emanata, & consistorio præsentata, *ut disponit Regia pragmatica Serenissimi Domini Imperatoris Caroli V. Dat. Montissoni* 30. *Sept.* 1542. *& Regia pragmatica Serenissimi Domini Regis Philippi II. Dat. Vallisoleti* 7. *Septembr.* 1545. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 39. §. 30. *vers. Totes les sententies*, Ripoll. *var. cap.* 18. *n.* 569. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 18. *num.* 53. & de sententiis Bajuli generalis Regni Aragonum, Ximenez de Araguez *de officio Bajuli generalis*, §. 6. *num.* 31. Verùm etiam executioni 165
demandantur, quando sunt latæ in favorem eorum, qui jus, & causam à Fisco habent, *dicta pragmatica Serenissimi Domini Imperatoris Caroli V.* conducunt Pereg. *de jure fisci*, *lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 3. *&* 4. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 26. *à n.* 45. Barbosa *in l. venditor*, 49. *à n.* 183. *ff. de judiciis*, & lata manu Carleval *de judiciis*, *lib.* 1. *à n.* 707. *ad* 711.

Bajulus generalis de quibus cognoscat, vide de jure 166
Cathaloniæ Ripoll. *variar. cap.* 1. *à num.* 540. *ad* 545. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 21. Berart. *in specul. visit. c.* 5. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 304. *&* 305. Xammar *de off. jud. par.* 2. *quæst.* 7. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 7. *num.* 5. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 52. *cum seq.* De Regno Valentiæ Belluga *in specul. Princ. rub.* 6. *num.* 11. Regens Leon *decis.* 103. *lib.* 1. Cerdan. *in arbore jurisd. verbo. El Baye*, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. 5. 4. *à n.* 6. De Regno Aragonum Ramirez *de lege Regiæ* §. 15. *n.* 11. *&* 12. Portolès §. *Bajulus num.* 8. *&* 9. Sesse *decis.* 177. *lib.* 2. De Regno Sardiniæ Dexart. *in cap.* 1. *de Regio Procurat.* De Regno Neapoli Rovit. & Novar. *ad pragmat. de offic. Procurat. Cæsar.* de jure Larrea *alleg. fiscal.* 7. *par.* 1. latissimè Ximenez de Araguez *in suo tract. de offic. Bajuli generalis*, *per totum*.

Sed nota, quòd jurisdictio Bajuli generalis, & Re- 167
gii Procuratoris per duos privatos prorogari potest, *l.* 1. *Cod. de jurisd. omn. jud.* 5. *C. ad leg. Flavi. de plagiar. gloss. in l.* 1. *verbo agenti*, *C. de pedan. jud.* Larrea *alleg. fiscal.* 8. *a num.* 25. Rovit. *in pragm.* 62. *n.* 4. *de off. Procur. Cæsar.* Carleval *de jud. lib.* 2. *disp.* 2. *n.* 168. *&* *n.* 1196. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *n.* 21. latè Regens Leon *dec.* 103. *ubi refert decisiones S. S. R. A. Concilii*, *& Regiæ Audientiæ Valentiæ*, *par.* 1. Ximenez de Araguez *de offic. Bajul. general.* §. 4. *numer.* 10. *&* 11. At in his est differentia, quòd quando 168
Bajulus generalis scribit judicibus ordinariis Civitatum, & Locorum Regni in causis Patrimonialibus, uti potest verbis præceptivis, mandando, & inhibendo; in causis autem de quibus cognoscit ex prorogata jurisdictione, non potest uti verbis præceptivis, sed debet scribere requirendo, hortando, & rogando, Regens Leon *dec.* 87. *part.* 1. Mattheu *de reg. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 22.

Unum in his scias, quòd Bajulus generalis Catha- 169
loniæ, & ipsius Assessores, qui sunt Regii Consiliarii, Xammar *de off. jud. p.* 1. *q.* 2. *n.* 55. De Regno Valentiæ vide Matth. *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 2. §. 4. *n.* 29.

nec non Locumtenentes Bajuli generalis, & eorum Officiales, tàm in civilibus, quàm in criminalibus exempti sunt à foro, & jurisdictione ordinariorum, Gubernatoris Cathaloniæ, & vices Gerentis illius, ex Regiis pragmaticis, & sententiis, de quibus Ferrer *part.* 3. *observ. cap.* 55. *in princ.* Berart. *in specul. visit. c.* 15. *num.* 4. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 2. *nu.* 59. etiam procedente Viceregia, ut contra Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 55. *vers. Ego tamen*, decisum refert Ripoll. *var. c.* 1. *n.* 566. Nisi essent delegati, & non convenirentur ratione officii, Xammar. *de off. jud. part.* 1. *q.* 2. *numer.* 60. id ipsum in Regno Sardiniæ docet Dexart. *in*
179 *cap.* 1. *num.* 7. & 8. *de offic. Procurat.* Imò Bajulus generalis tàm in civilibus, quàm in criminalibus cognoscit in prima instantia de omnibus Officialibus Bajuliæ generalis, Ripoll. *var. c.* 1. *num.* 565. Idem in Regno Sardiniæ ex Regiis pragmaticis Serenissimorum Regum Alphontii, & Ferdinandi, *reconditis in libro Regiæ Procurationis*. In Regno Valentiæ Madriaga *del senado y Principe*, *cap.* 4. In Regno Aragonum Ximenez de Araguez *de offic. Bajul. general.* §. 22. *num.* 9. In Regno Neapoli Galeota *post respons. fiscal.* 1. *de privileg. Reg. Cameræ summariæ*, *à num.* 98. Capici Latro *decis.* 298. *lib.* 2. Sanfelicius *decis.* 291. & quid de jure communi idem Sanfelicius *dec.* 291. *num.* 10. *& à num.* 19. Ximenez de Araguez *de off. Bajul. general.* §. 22. *à numer.* 8.

171 Nonò, Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur, & firma juris procedit cum Regiis Vicariis, & Subvicariis, Ferrer *part.* 3. *observ. c.* 172. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 11. *n.* 22. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 21. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 24. §. 5. *vers. Al Veguer de Rosselò, y demes de Cathaluna, & in hoc est difficultas.*

172 Imò Vicarii, & Subvicarii, ac etiam Bajuli, & Subbajuli Regii contentionem cum Curia Ecclesiastica requirentes firmare tenentur, non obstante, quòd dicant consultationem interposuisse cum domino Prorege, ut fuit decisum per Cancellarium Garmona, Consultoribus Ferrer, & Rollan 31. Martii 1618. *in facto immunitatis Ecclesiæ Franciſci Bru, ut dixi decis.* 8. *num.* 40. vel allegent habere manus ligatas à superiore, *pragmatic. mes suplica* 7. *de conten. jurisd.* & apud Regentem Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 29. Nisi aliàs causa evocata fuerit ad Regiam Audientiam civilem, vel interpositus per reum recursus ad Regium criminale Concilium; nam tunc cum illi judices inferiores sint incompetentes, contentio non procedit, ut infrà *decis.* 12. *n.* 71.

173 Ideoque firmatas contentiones inter Curiam Ecclesiasticam ordinariam, & Vicarios, ac Subvicarios Regios, & postea declaratum super meritis causæ, & ex consequenti benè firmatas contentiones ut fuit observatum in Vicariis Regiis in casibus relatis per Ripoll. *variar. cap.* 1. *numer.* 181. 191. 235. 236. 243. 250. 252. 255. 257. 263. 266. & 267. noster Ramon. *cons.* 92. & per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Senjust, & Soler *inter Curiam sæcularem Vicarii Barcinonæ*, & *Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ* 25. *Augusti* 1621. & per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Senjust. Ferrer, Roca, & Gamiz *inter Curiam Ecclesiasticam Dertuzæ & Curiam sæcularem Vicarii Regii dictæ Civitatis* 17. *Martii* 1622. & per eumdem Cancellarium Puigmari, *inter Curiam Ecclesiasticam Ilerdæ*, *& Curiam sæcularem Vicarii*, *& Patiariorum dictæ civitatis* 16. *Julii* 1622. & per dictum Cancellarium Puigm. *inter Curiam Ecclesiasticam Elnen. & Curiam sæcularem Vicarii Rossellonis*, *& Vallespiri* 30. *Martii* 1623. & per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultore Roca *inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ*, *& Curiam sæcularem Vicarii Acrimontis* 28. *Julii* 1623. & per præfatum Cancellarium Puigmari *inter Curiam Ecclesiasticam Urgellen. & Curiam sæcularem Vicarii Cervariæ* 12. *Octobr.* 1623. & per eumdem Cancellarium Puigmari *inter Curiam Ecclesiasticam Celsonen. & Curiam sæcularem Vicarii Regii Minoriſſæ* 27. *Novembris* 1624. & eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Roman, & Aguilò *inter Curiam Ecclesiasticam Decanatus Montisalbi*, *& Curiam sæcularem Vicarii Regii dictæ villæ* 22. *Februarii* 1625. & per dictum Cancellarium Puigmari *inter Curiam sæcularem Regentis Vicariam dictæ villæ* 24. *Novembr.* 1627. Et in Subvicariis Regiis, ita fuit observatum per Cancellarium Puigmari *inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ*, *& Curiam sæcularem Subvicarii Regii Bisulduni* 12. *Augusti* 1623. & per dictum Cancellarium Puigmari *inter Curiam Ecclesiasticam Ilerden. & Curiam sæcularem Subvicarii ejusdem Civitatis* 20. *Julii* 1618. & per Cancellarium Erill *inter Curiam Ecclesiasticam Vicen. & Curiam sæcularem Subvicarii Regii Vicen.* 21. *Decembr.* 1632. & per Cancellarium Erill, Consultoribus Berart, Jossa, & Massò *inter Curiam Ecclesiasticam Decanatus Vallis de Anco*, *& Curiam sæcularem Subvicarii Pallarien.* 28. *Aprilis* 1636. *sunt & alia infinita exemplaria quæ consultò omitto*. Expensæ autem quas Vicarii Regii, & alii Judices sæculares faciunt super competentia, & defensione jurisdictionis adversùs Judices Ecclesiasticos, sunt per Magistrum rationalem in calculo recipiendæ, Aviles *cap.* 3. *Præjor*, *verbo jurisdict. num.* 36. Bobadilla *in polit. lib.* 5. *c.* 7. *n.* 9. Berart. *in specul. visit. cap.* 14. *num.* 21.

In Regno Sardiniæ Vicarii Regii non firmant con- 174
tentionem, nisi locum Regia Audientia, Gerens vices Gubernatoris Capitum Calaris & Galluræ, & Gerens vices Gubernatoris Capitis Sassaris, & Logudorii; nam cum evenisset de mense Aprilis 1651. quòd Vicarius Civitatis Calaris expedisset litteras exhortatorias in forma contentionis pro Don Francisco Melonda contra Curiam Ecclesiasticam Calaritanam, fuit illi formiter mandatum per Regiam Audientiam ad petitionem Fisci Procuratoris Patrimonialis, quòd id de cætero non faceret, quod fuit ex eo, quia agebatur de causa Militaris, qui est exemptus in eo Regno à foro Vicariorum, & Domini de Senatu uno ore dixerunt, quòd licèt Vicarii Regii possint pro aliis contentionem firmare, nunquam tamen tale visum fuit, nec auditum, quòd firmassent.

Ratio prædictorum est, quia Vicarii, & Subvicarii 175
Regii in suis Vicariis, & Subvicariis sunt Judices ordinarii, & in eisdem ordinariam exercent jurisdictionem, *toto titulo de offici de Veguer*, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 4. *nu.* 56. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 1. *cap.* 24. §. 1. Peguera *in pract. civil. rub.* 3. *à num.* 1. ubi Ripoll. *à num.* 3. idem Ripoll. *de reg. cap.* 25. *à numer.* 1. *& var. c.* 3. *num.* 209. *& pract. Vicar. Barcin. rub.* 1. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *qu.* 15. *num.* 32. & de Justitiis Regni Valentiæ, & aliorum Regnorum, quòd sint Judices ordinarii, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 4. §. 1. *&* 2.

Et sunt tantæ auctoritatis, excellentiæ, & præemi- 176
nentiæ, ut habeant aliquas regalias per dominum Regem communicatas, de quibus Vicarii, & Subvicarii cognoscunt, sicut ipsemet Dominus Rex ob communicationem Regalium, de illis factam, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 4. *n.* 16. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *c.* 24. §. 1. *vers. La jurisdictio*, Cancer. *p.* 3. *var. cap.* 5. *n.* 118. Fontan. *dec.* 316. *n.* 5. *&* 15. *par.* 2. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 1. *n.* 3. Despujol ad Mieres *verbo Vicarius in causis*, *fol.* 205. latè de Justitiis Urbis Valentiæ, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 4. §. 2. Ob idque dixit Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 1. *num.* 4. quòd Vicarii Regii non possiunt esse nisi Militares, vel 177
gaudentes privilegio Militari, cujus contrarium est verius, ut testatur idem Ripoll. ad Peguer. *in pract. civili rub.* 3. *sub n.* 6. & latè probat Fontan. *dec.* 220. *per totam*, *præcipuè nu.* 17. *&* 18. *ubi decisionem nostri Senatus refert part.* 1. Xammar *defin.* 140. *part.* 2. sed idem Fontan. *n.* 19. limitat nisi Universitas talia haberet privilegia, & *n.* 20. explicat cujus conditionis, & qualitatis esse debeant in Cathalonia Subvicarii, & decisionem nostri Senatus adducit.

Regalias quas in Cathalonia habent Vicarii, & Sub- 178
vicarii Regii à Domino Rege communicatas, esse constitutionum pacis, & treguæ, & querelarum illius, Marquill. *in usat. simili modo*, *versic. Quæro* 14. *fol.* 182. *pag.* 2. *col.* 2. *& in usat. hoc quod juris est sanctorum*, *vers. octava regalia*, *& vers. Decima septima regalia*, *fol.* 310.

fol. 310. Calic. *de pace*, *& treuga dub.* 8. Oliba *de jure Fisci*, *cap.* 4. *à num.* 16. Ripoll. *de regal. cap.* 30. *numer.* 44. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 3. *sub num.* 3. *& rub.* 13. *vers. Scias igitur*, Fontan. *decis.* 316. *sub num.* 5. *part.* 2. *& de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 15. *num.* 116. *&* 122.

179 Item soni emissi, Calicius *de sono emisso qu.* 6. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 14. *num.* 60. Ripoll. *de regal. cap.* 12. *à num.* 6. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 2. *sub nu.* 3. *& rub.* 12. Cancer. *part.* 3. *cap.* 5. *à n.* 40. *&* 117. Fontanella *dec.* 316. *sub nu.* 5. *part.* 2. *& de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 11. *n.* 52. Despujol ad Mieres, *verbo Vicarius in causis*, *fol.* 105.

180 Item causarum Militarium, & Generosorum hominum *constit. si regu.* 4. *de jurisdict. omn. jud.* Calicius *in prærog. Milit. numer.* 29. *&* 30. *& in usar. placitum mandetur num.* 4. *vers.* 17. Socarrarts *in cap. Barones*, *num.* 38. *fol.* 415. Marquiles *in usat. ex magnatibus*, *versic. Undè est sciendum fol.* 264. *pag.* 2. Mieres *in cur. Barcin. Reg. Petri II. part.* 1. *col.* 6. *cap.* 44. *nu.* 3. *& à n.* 15. *& cap.* 55. *à n.* 7. & ad eum Despujol *verbo vicarius est ordinarius*, *fol.* 204. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 3. *cap.* 4. *vers. Son del for*, Ripoll. *de regal. cap.* 25. *num.* 9. & latè *cap.* 31. *à num.* 37. *ad* 56. *& in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 3. *num.* 6. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 1. *n.* 5. Xammar *de off. jud. part.* 1. *qu.* 7. *n.* 65. *& defin.* 105. *num.* 4. *& defin.* 140. *n.* 5. *part.* 2. Cancer *part.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 138. 139. *&* 140. *& part.* 3. *cap.* 3. *num.* 127. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *à num.* 38. *& tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 15. *num.* 143. *& decis.* 220. *num.* 8. *part.* 1. *& decis.* 316. *nu-*

181 *mer.* 5. *& decis.* 356. *num.* 20. *part.* 2. Adeò ut Militares non possint huic privilegio renuntiare, & se subjicere Bajulis Regiis, nec Baronibus, utpote concessio in favorem totius ordinis Militaris, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Petri II. part.* 1. *col.* 2. *cap.* 44. *à num.* 15. Oliba *de jure fisci*, *cap.* 3. *num.* 71. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 3. *numer.* 6. *in fine*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *num.* 39. Dexart. *ad capitul. Reg. Sard. capit.* 20. *num.* 6. *de militarib.* Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *nu.* 141. *in fine*, Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 3. *cap.* 4. *vers. Son del for*,

182 Nec consuetudo contraria etiam immemorialis valida est, qua non obstante Militares sunt de foro Regiorum Vicariorum, Mieres *in curia Barcinonæ Regis Petri II. part.* 1. *col.* 2. *cap.* 44. *à num.* 17. *& cap.* 55. *à numer.* 22. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *nu.* 48. *& tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 15. *num.* 43. *ubi decisio nostri Senatus*, Ripoll. *de regal. cap.* 31. *à num.* 54. Dexart. *ad capit. Reg. Sard. cap.* 20. *numer.* 7. *ubi decisio*

183 *illius Senatus*, *de Militaribus*. Intellige in civilibus; secus in criminalibus in quibus Vicarii Regii de Militaribus non cognoscunt, *sententia Domini Regis Petri III.* 28. *Martii* 1368. relata *in pragm.* 6. *de jurisdict. De tots Juges* Calicius *in usat. placitum mandetur*, *num.* 4. *versic.* 18. *& in prærog. milit. num.* 29. *&* 30. Mieres *in curia Barcinonæ Regis Petri II. part.* 2. *col.* 2. *cap.* 55. *num.* 11. *&* 12. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *num.* 38. *& decis.* 220. *num.* 9. *part.* 1. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 7. *à num.* 62. *& de privileg. Barcin.* §. 11. *à numer.* 21. *& defin.* 140. *numer.* 5. *part.* 2. quidquid dicant Cancer. & ab eo relati *var.*

184 *resol. part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 138. 139. *&* 140. Nisi per capturam ad finem eos remittendi ad suum superiorem, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 13. *numer.* 127. 128. *&* 129. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 3. *cap.* 4. *vers. San del fors* Portoles *de lib. cap. per viam privileg.* §. 5. *à num.* 26. *&* §. *infantio*, *à numer.* 25. Ramirez *de lege reg.* §. 33. *numer.* 2. Bajard ad Clar. §. *fin. quæst.* 28. *numer.* 1. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 12. *num.* 22. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 14. *n.* 12.

185 Militarium, & Nobilium causæ à quibus cognoscantur in reliquis Regnis Coronæ Aragonum, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, vide pro Regno Sardiniæ Olives *ad leg. Sard. cap.* 24. *numer.* 12. *&* 23. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 9. *cap.* 7. *n.* 2. Dexart. latè *in cap.* 10. *de militar.* De Regno Valentiæ Belluga *in spec. Princ. rub.* 25. Cerdan *in arbore jurisdiction. verbo los Barones*, Regens Leon *decis.* 24. *n.* 21. *part.* 3. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 4. §. 2. *à n.* 6. *& cap.* 6. §. 1. *à num.* 67. De Regno Aragonum Portoles §. *infantio*, *à num.* 21. *ad* 25. *&* §. *nobilis à num.* 9. *ad* 15. Sesse *decis.* 1. *num.* 32. Bardaxi *de off. Guber. quæst.* 5. *num.* 112. *&* 113. Ramirez *de lege Reg.* §. 33. *n.* 1. *&* 14.

Sub hac regalia comprehenduntur causæ Baronum, 186
etiam non Militarium, qui sunt de jurisdictione Regiorum Vicariorum sicut ipsi Militares, *constit.* 4. *de jurisdict. de tots Jutges* & post Mieres Fontan. *dec.* 366. *n.* 20. *&* 21. *part.* 2. & pro aliis Regnis & videndi sunt Matth. *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *nu.* 68. Thoro *in compen. decis. tom.* 2. *verbo Baro, exteræ nationis*, *& tom.* 3. *verbo Baro Dominus*, *& verbo Baro an cognoscere*, Capiblanc. *pragm.* 8. *part.* 2. *à num.* 262. *de Baronib.* Giurba *dec.* 118. *num.* 7. Carleval *de judiciis*, *lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 696. *&* 697. Aponte *de potest. Proreg. tit.* 7. *n.* 4. Sanfelicius *dec.* 65. Merlinus *controver. libr.* 1. *cap.* 69. Dexart. *in cap. decimoquinto*, *num. quarto*, *de rescriptis*, Tondutus *de præven. jud. parte secunda*, *capite secundo*, *à n.* 21.

Comprehenduntur etiam causæ Civium honorato- 187
rum Barcinonæ, & Gerundæ, Burgentium Villæ Perpiniani, & Doctorum tàm Jurisperitorum, quàm Medicorum, qui pariter sunt de jurisdictione Regiorum Vicariorum, sicut ipsi Militares, Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 9. §. 3. *versic. Son de les jurisdictions.* De aliis Regnis videndi sunt Dexart. *in cap.* 20. *num.* 3. *in fine*, *de militaribus*, Cerdan. *de arbore jurisdict. verbo los Barones*, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *numer.* 67. Quia gaudent privilegio mili- 188
tari, quemadmodum ipsi Militares, ut de Civibus honoratis Barcinonæ tradunt Oliba *de jure fisci*, *cap.* 3. *n.* 80. Berart. *in specul. visit. cap.* 22. *num.* 17. Xammar *de privileg. Barcin.* §. 10. *à num.* 26. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 2. *n.* 77. *& gloss.* 3. *à n.* 91. & latè *decis.* 211. *part.* 1. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 9. *cum suis* §§. Ripoll. *de regal. cap.* 5. *à numer.* 39. Regens Leon *decis.* 9. *à numer.* 131. *lib.* 3. De Civibus honoratis Valentiæ idem Regens Leon *decis.* 9. *à numer.* 185. *lib.* 3. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *n.* 67. De civibus honoratis Cæsaraugustæ idem Regens Leon *decis.* 9. *à n.* 165. *lib.* 3. De civibus honoratis Gerundæ, quidquid antiquitùs in dubium esset revocatum, ut per Fontanellam *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *numer.* 96. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 9. §. 2. *versic. Quant als ciutadans*, hodie gaudent, & utuntur omnibus honoribus, gratiis, franquesiis, & prærogativis, quibus gaudent, & utuntur, gaudebuntque & utentur in futurum pro qualibet causa, & ratione Cives honorati Barcinonæ, exceptis honoribus particularibus domus dictæ Civitatis Barcinonæ, ex Regio privilegio Serenissimi Domini nostri Regis, *Dat. in Cœnobio Divi Laurentii quinta Novembris* 1654. Cancer. *part.* 3. *cap.* 3. *à num.* 2. *qui scripsit ante hoc privilegium.* De burgensibus Villæ Perpiniani Fontanella *de pactis nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *à n.* 97. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 3. *à n.* 231. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 9. *cum suis* §§. Ripoll. *de regal. cap.* 5. *num.* 41. Regens Leon *decis.* 9. *numer.* 135. *&* 136. *lib.* 3. Xammar *defin.* 105. *à numer.* 8. *part.* 2. De Doctoribus tàm Jurisperitis, quàm Medicis, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 1. *à n.* 26. *& in additionibus num.* 3. Peguera *decis.* 165. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 3. *numer.* 6. Regens Leon *decis.* 9. *num.* 187. *lib.* 3. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *num.* 67. Sanfelicius *decis.* 56. *à num.* 1.

Et tamdem Vicarii Regii habent communicatam re- 189
galiam cognoscendi de causis exemptorum Ecclesiasticorum, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Petri II. part.* 1. *col.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. *fol.* 21. *in novis*, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 14. *nu.* 3. *&* 9. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *n.* 50. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 5. *sub num.* 119. Fontanell. *decis.* 316. *part.* 2.

In Cathalonia enim Dominus Rex, seu ejus Locum- 190
tenens generalis, ac Regia Audientia, Vicarii Regii in suis Vicariis ex immemoriali consuetudine censuerunt

fuerunt cognoscere de causis Ecclesiasticorum exemptorum, qui in Principatu non habent superiorem, non spiritualibus, nec criminalibus, sed civilibus descendentibus ex contractu, vel quasi, Calicius *in Margarita fisci dub. 6. versic.* 151. Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Petri II. part. 1. col. 2. cap. 11. numer. 1. fol. 21. in novis*, Ferrer. *part. 1. observ. Gubernator. capite 63. & 73.* Oliba *de jure fisci, cap. 14. à num. 3. & 9.* Cancer. *part. 2. var. resol. cap. 2. numer. 17. ubi testatur ita hactenus esse in usu in Cathalonia, & part. 3. cap. 5. à n.* 119. Ripoll. *de regal. cap. 11. à num. 49. & var. cap. 1. n.* 205. Fontanella *dec.* 288. *num.* 14. *ubi decisionem Cancellarii refert, & testatur fuisse semper observatum, & declaratum mille exemplaribus, part.* 1. & dixit Regium Cathaloniæ Concilium in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo V. *Dat. Barcin.* 13. *Febr.* 1551. his verbis: *Cognoscit vestra Majestas in civilibus de Prælatis, & aliis exemptis.*

1 Similiter in Regno Aragonum, Justitia Aragonum ex antiquissima consuetudine est Judex peculiaris in causis exemptorum, Molin. *in repertor. verbo Justitia Aragonum, versic. Item justitia Aragonum est Judex, fol.* 202. *col.* 3. *in fine*, ubi Portoles, *numer.* 16. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 2. *num.* 17. *& 19. in fine, &* §. 3. *num.* 136. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *num.* 27. Bardaxi, *in titul. de offic. just. Arag. vers. Hac etiam, fol.* 107. *col.* 4. Blancas *in comment. Aragon. pag.* 347. Cenedo *collect.* 37. *ad decretum, nu.* 3. *& pract. quæst.* 45. *num.* 10. Suelves *cons.* 18. *numer.* 21. *lib.* 1. nedum in civilibus *ut loquuntur præcitati Doctores*, sed etiam in criminalibus in temporalibus tantùm, non autem in personis, exemplare refert Molinus *in repertor. verbo Justitia Aragonum, versic. die prima Decembris, fol.* 204. *col.* 2. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 136. & idem dicendum est de Regia Audientia illius Regni, Bardaxi *tit. de offic. just. Aragon. versic. Hoc etiam, fol.* 107.

192 Pariter in Regno Valentiæ, Dominus Rex ex longissimo usu, & consuetudine cujus initii memoria non extat, est Judex exemptorum, ut latè probat Belluga *in specul. Princ. rub.* 11. §. *videndum, à num.* 10. *ad* 18. *& rub.* 25. §. *sæpissime, numer.* 2. & comprobatur *ex foro* 9. *&* 16. *de jurisd. omn. jud. foro* 8. *de decimis*, & ex Regiis reseriptis relatis per Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 5. *à num.* 200. *ad* 209. notat de Regnis Valentiæ, & Aragonum, Cutellus *de immunit. Eccl. lib.* 2. *quæst.* 17. *num.* 7. ubi citat Costam. *cons.* 2. *à num.* 29. *& alios*, addo Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 49. *& in polit. libro* 4. *cap.* 2. *fol.* 310. *versic. Lo mesmo*, quod procedit nedum in causis civilibus, ut in contradictorio judicio bis per Cancellarium competentiarum declaratum testatur Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num* 206. sed etiam in criminalibus usque ad pœnam capitalem, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *numer.* 203. exemplaria refert *numer.* 205. *&* 207. & non solùm Dominus Rex, & ejus Suprema Tribunalia hanc cognitionem causarum exemptorum habent, sed etiam Gerens vices generalis Gubernatoris de exemptis judicare solet, Belluga *in spec. Princ. rub.* 11. §. *videndum, num.* 17. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 3. *numer.* 60. & decisionem Cancellarii laudat *tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *numer.* 208. ea quæ nedum practicantur in illo Regno in causis civilibus, & criminalibus exemptorum scilicet Militum sancti Joannis Hierosolymitani, sancti Jacobi de Spata, & aliorum Ordinum Militarium, exceptis Militibus Virginis Mariæ de Montesa, ut in exemplaribus relatis per Mattheu *de regim. Reg. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 205. 206. *&* 207. juxta Regium reseriptum per ipsum traditum *numer.* 201. sed etiam practicantur in criminalibus in exemptis sacris initiatis, saltim quoad capturam, idem Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *numer.* 205. *versic. Dubium*, hancque cognitionem in exemptos à Sede Apostolica confirmatam fuisse, & vidisse Bullam testatur Belluga *in spec. Princ. rub.* 11. §. *videndum, numer.* 17. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 3. *numer.* 60. *& tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 209. dixi exceptis Militibus Ordinis Virginis Mariæ de Montesa, nam quoad istos regalia cognitionis in exemptos non militat, ex Regio reseripto relato per Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 4. *num.* 46. *in fine*.

Similis regalia cognitionis in exemptos viget in Re- 193
gno Castellæ, etiam in criminalibus, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 127. Cevallos *com. cent. com. quæst.* 897. *nu.* 616. *& de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 23. *num.* 10. *ubi refert ita audivisse fuisse judicatum in Rota Romana in una Abulensi Capella*, Salgado *de suppli. ad Sanctis. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 82.

In Regno Luzitaniæ, quod ad causas civiles, quæ 194
respiciunt exemptorum patrimonialia, contractus, & violentias in Regno commissas, Navar. *in cap. cum contingat, remed.* 1. *vers. Undecimo recit, de reseript. fol.* 152. Valascus *cons.* 99. *numer.* 3. *&* 5. latè Pereira *decis.* 118. *& de manu Regia, part.* 2. *c.* 22.

In Senatu Dolano, tàm in civilibus, quàm in crimi- 195
nalibus, Grivel. *dec.* 30. *num.* 17.

In Regno Neapolitano, tàm in civilibus, quàm in 196
criminalibus, Carleval *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 438. *propè finem.*

In Camera Imperiali, Græveus *in addit. ad Gail.* 197
concl. 30.

In Regno Franciæ, Rebuff. *in concordat. tit. de caus-* 198
sis, versiculo, Ideo infertur, fol. 645.

Et an hæc regalia sit conformis juri communi vel illi 199
repugnet, pro utraque Pereira *decis.* 118. *num.* 5. *&* 6. videndi sunt Grivell. *dec.* 30. *n.* 17. Fontanella *dec.* 284. *n.* 14. *part.* 1. Thomas del Bene *de Parlament. dub.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 1. *& de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 5.

Sed an hodie practicetur, & practicari possit, pro- 200
pter decretum Concilii Tridentini *sess.* 7. *de refor. cap.* 14. *& sess.* 22. *de reform. cap.* 11. & Bullæ in Cœna Domini, *rub. contra Officiales, & Prælatos qui evocant causas* fuit in nostra Regia Audientia dubitatum anno 1582. ut refert Ferrer *part.* 1. *observ. Gubern. cap.* 65. *in additionibus*, & quòd practicari non possit, nec practicetur, tenent Oliba *de jure fisci, cap.* 14. *num.* 9. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 3. *num.* 136. *in fine, vers. Hodie tamen*, Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 213. *&* 214. Magalius *part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 37. Dexart. *ad capit. Reg. Sard. cap.* 5. *à num.* 1. *ad* 4. *de Episc. & Cler. fol.* 384. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 73. latè probat Borell. *in addit. ad Bellugam rub.* 11. §. *videndum, littera G.* Thomas del Bene *de Parlam. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 23. *fol.* 65. *& de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 9. *dubit.* 29. Fontanella *dec.* 288. *num.* 15. *part.* 1. *&* *decis.* 311. *num.* 22. *&* *decis.* 316. *part.* 2. Fermosinus *in cap.* 2. *quæst.* 24. *num.* 6. *& latè in cap. qualiter, quæst.* 3. *de judiciis*, & fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Manegat, Consultoribus Peguera, Guardiola, & Oliba 17. Februarii 1587. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Antonii Campana Mercatoris uti Procuratoris Conventus Monialium Monasterii de Montesion, contra Curiam sæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ, cujus verba refero infra decis.* 22. *de attentatis, num.* 86. & per Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, Guardiola, Alzina, Eerran, Regas & Valencas, 9. Decembris 1594. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & fratris Alvaris Cella procuratoris & Thesaurarii generalis Religionis S. Joannis Hierosolymitani, contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Christophorum Monsarratum Montaner, occasione procedimentorum factorum in dicta Regia Audientia, contra Fratrem Raymundum Upri Præceptorem præceptoris spelunce Francoli, cujus verba referuntur infra decis.* 22. *de attentatis, num.* 89. & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Peguera, Senjust, Marala Rubi, & Coll. 31. Januarii 1606. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ, Prioris, & Conventus Scalæ Dei, contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, Episcopum, Capitulum, & Canonicos Ilerdæ, cujus verba refero infra decis.* 22. *de attentatis numer.* 86. de qua meminerunt Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 218. Fontanella *decis.* 288. *numer.* 15.

part. 1.

part. 1. *& decis.* 316. *numer.* 12. *part.* 2. & per Cancellarium Agullana, Consultoribus omnibus ferè Doctoribus Regiæ Audientiæ 19. Novembris 1616. *in favorem Monasterii Beatæ Mariæ de Montserrat*, de qua Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 102. *præcipuè num.* 207. *&* 208. & per Cancellarium Puigmari 31. Julii 1625. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ & Economi Monasterii Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, contrà Curiam secularem Regentis Vicariam Barcinonæ & Onofrium Sala negotiatorem dictæ Civitatis, cujus verba referuntur infrà decis.* 22. *de attentatis, num.* 86. *in fine*, & per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ramon, & Carreres, 20. Februarii 1627. *in favorem Collegii sancti Martini Sacosta Societatis Jesu Civitatis Gerundæ.*

201 Contrarium quòd hæc regalia practicetur, & practicari possit, tenent Cenedo *collect. ad decretum*, 37. *num.* 3. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 127. latè Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *a n.* 200. qui *num.* 202. plures laudat, Navar. *in cap. cum contingat, remed.* 1. *versic. Undecimo facit de rescript.* Ripoll. *de regal. cap.* 11. *à num.* 49. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 5. *à num.* 119. *ad* 127. Pereira *decis.* 118. *& de manu Regia, part.* 2. *cap.* 22. *num.* 17. & ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Roca, Carreres, & Aguilò 23. Novembris 1626. sequendo etiam aliam declarationem anni 1504. de quibus Fontanella *decis.* 228. *n.* 14. *&* 19. *versiculo Disputatus, part.* 1.

202 Quid dicendum in hac difficultate, ait Fontanella *decis.* 228. *num.* 20. *part.* 1. mutatam esse in Cathalonia opinionem quoad caput cognoscendi de exemptis, & retentam quoad aliud manumissorum, quasi dicat, quòd hodie exempti conveniri non possunt in Curia sæculari secundùm primam opinionem, sed si exempti sunt manumissores, possunt in ea conveniri secundùm secundam opinionem sed quomodo hæc divisio in una, & eadem re, & quomodo hæc præcisio, cogitandum reliquit, & sic non est meum pro nunc aperire judicium, quid in Cathalonia servandum sit, solum dico quòd si secunda opinio indistinctè sequeretur, melius bono communi Reipublicæ consuleretur, ut quotidie nos docet experientia, sicut in Regnis Aragonum, Valentiæ, & aliis relatis *à num.* 191. *ad* 199. in quibus adhuc servatur convenire exemptos in Curia sæculari, & in confirmationem secundæ opinionis videatur Pereira *decis.* 118. *per totam qui latissimè illam tractat, & contrariis argumentis satisfit.*

203 Unum ultimò in hoc nono casu noto, quòd Vicarii Regii præter regalias suprà enarratas non habent alias communicatas, maximè supremas, latè Fontan. *dec.* 318. *à num.* 14. *p.* 2. notat Ripoll. *de regal. c.* 45. *n.* 47.

204 Quia regaliæ semper censentur exceptæ à quibuscumque privilegiis concessionibus, & dispositionibus generalibus, nisi de illis fiat expressa, & specifica mentio, *c.* 1. *de capit. qui Curiam vend. cap.* 1. *quæ sint regalia in usib. feud. c. quoad revelationem, de off. de legat.* Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Pet. II. part.* 1. *collat.* 2. *cap.* 55. *num.* 20. *&* 21. *& ad eum* Despujol. *verbo regalia semper, fol.* 168. Calicius *in prærog. mili. num.* 68. Cancer *p.* 2. *var. c.* 2. *n.* 125. *& p.* 3. *c.* 3. *n.* 117. *&* 438. *& c.* 9. *n.* 21. Peguera *in pract. civil. rub.* 4. *num.* 2. 6. *&* 27. *in fine, & dec.* 12. *num.* 6. *part.* 2. Ripoll. *de regal. c.* 1. *nu.* 20. *& c.* 2. *n.* 9. *& c.* 42. *à n.* 21. *& in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 3. *nu.* 16. Ferrer. *p.* 1. *observ. cap.* 21. *&* 12. *& p.* 3. *cap.* 422. *versic. Et eisdem prædictis modis*, Oliba, *de jure fisc. c.* 4. *nu.* 19. *& cap.* 6. *à num.* 7. *& cap.* 24. *numer.* 8. *& in* §. *pœnales relect. ultim. num.* 55. *&* 120. *in fine*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss. numer.* 33. *& latè claus.* 4. *gloss.* 14. *à num.* 8. *& decis.* 297. *num.* 7. *part.* 1. *& decis.* 316. *num.* 14. *part.* 2. Ramon noster *cons.* 25. *num.* 14. Ferrer. *in constit. hac nostra eviden.* 3. *numer.* 40. Capicius *decis.* 130. *num.* 44. Boer. *decis.* 50. *nu.* 12. *&* 13. Minsinger *cent.* 6. *observ.* 99. Faber. *in suo C. lib.* 3. *tit.* 12. *de jurisdict. omn. jud. diff.* 12. *versic. Quod ergo*, Regens Leon *decis.* 82. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 1. Cutellus *decis.* 1. *numer.* 96. *&* 97. Larrea *alleg. fiscal.* 13. *num.* 9. *& alleg.* 77. *num.* 9. Rossental *de feud. cap.* 5. *concluf.* 14. *num.* 1. Belluga *in specul. Princ. rub.* 14. §. *nunc videamus, num.* 42. Sixtin. *de regal. lib.* 1. *c.* 5. *à n.* 76. Mastril. *lib.* 1. *cap.* 14. Sesse *dec.* 175. *l.* 2. Morl. *in emp. jur. p.* 1. *tit.* 2. *in præmis. n.* 158. Giurba *cons.* 19. *n.* 27. Menoch. *cons.* 604. *nu.* 8. *& l.* 3. *præsumpt.* 97. *n.* 4. Sanselicius *decis.* 62. *n.* 124. *& decis.* 66. *nu.* 4. Adeò ut in concessionibus regalium de una specie ad aliam non possit fieri illatio, etiamsi generaliter, & verbis amplissimis sit facta concessio, latè Rolandus *cons.* 1. *à n.* 17. *lib.* 1. pluribus probat Sixtin. *de regal. lib.* 1. *c.* 5. *à n.* 63. Galeota *respon. fisc.* 12. *cap.* 6. *n.* 104. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 3. *num.* 291. 205

Cum aliquibus concessis non veniant reliquæ Cutellus *decis.* 1. *nu.* 97. Ripoll. *de regal. cap.* 42. *à num.* 24. Et limitata Principis concessio limitari debet producere effectum, latè Castillo *quotidian. l.* 4. *cap.* 45. Pareja *de instr. edit.* 2. *resol.* 6. *specie* 3. *n.* 200. 206 207

Eo maximè, quia regalium concessio tamquam specialis, & exorbitans à jure communi non recipit extensionem, quinimo venit restringenda, nec ad consequentiam trahi potest, Mastril. *de Magistrat. lib.* 1. *nupt.* 16. *num.* 20. *&* 21. Larrea, *alleg. fiscal.* 30. *n.* 14. 208

Cum regalia concedere non beneficium, sed potius privilegium censendum sit, Galeota *in apolog. ad respon. fiscal.* 12. *num.* 106. 209

Et consequenter est strictè interpretandum *cap. patri de privileg.* Larrea *alleg. fiscal.* 12. *numer.* 18. nec ex identitate rationis extendendum imò restringendum, & limitandum ad casus per ipsum expressos, Gironda *de privileg. à num.* 53. Honrigues *in patrocin. Gymnas. Cæsaraug. part.* 3. *à n.* 16. Valenzuela *cons.* 33. *à num.* 268. Fontanella *decis.* 110. *à numer.* 6. *& decis.* 279. *num.* 7. *part.* 1. *& decis.* 416. *à numer.* 3. *part.* 2. 210

Decimò, Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur, & firma juris procedit cum Bajulis & Subbajulis Regiis, & aliis quibuscumque Regiis, & aliis quibuscumque Regiis Officialibus, ut docent ex nostris Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 172. *in princ.* Oliba *de jure fisci, cap.* 11. *n.* 22. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 16. 22. *&* 24. ex Valentinis Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 2. §. 1. *sect.* 5. *n.* 217. 211

Ideoque multoties in Cathalonia fuit firmata contentio inter Curiam Ecclesiasticam ordinariam, & Bajulos, ac Subbajulos Regios, & alios Regios Officiales, & deinde declaratum per Cancellarium super meritis causæ, & consequenter benè firmatam contentionem, ut fuit practicarum in Bajulis Regiis in casibus relatis per Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 188. *&* 256. & per Cancellarium Puigmari 25. Decembris 1621. Consultoribus Astor, Senjust, Bonet, & Rollan *inter Curiam Ecclesiasticam Gerunden. & Curiam secularem Bajuli Regii dictæ Civitatis*, & per dictum Cancellarium Puigmari 28. Junii 1623. *cum Curia seculari Bajuli Regii sancti Saturnini*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 25. Octobr. 1624. *cum Curia seculari Bajuli Regii Civitatis Minoriss.* & per præfatum Cancellarium Puigmari 6. Septembris 1615. Consultoribus Astor, Senjust, & Gamiz *cum Curia seculari Bajuli Regii Villæ Perpiniani*, & per dictum Cancellarium Puigmari 26. Novembris 1626. *cum Curia seculari Bajuli Regii sancti Felicis de Pallarols*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 15. Junii 1631. *cum Curia seculari Bajuli Regii de Ciurana*, & per Cancellarium Erill. 2. Octobris 1632. *cum Curia seculari Bajuli Regii Villæ Montisalbi*, & in aliis Regiis Officialibus ita fuit observatum per Cancellarium Erill. 11. Julii 1634. Consultoribus Rubi de Marimon, Josa, & Masso *inter Curiam Ecclesiasticam Archidiaconi Majoris Vice-Gerentis vices Episcopales Sede vacante, & Curiam secularem, & Regiam Judicis ordinarii Vicen.* exemplare Regni Valentiæ refert Mattheu *de regim. Reg. Valen.* 1. 2. *n.* 7. §. 1. *sect.* 5. *n.* 217. 212

Ratio est, quia Bajuli, & Subbajuli Regii in suis bajuliis, & subbajuliis sunt ordinarii plebejorum, & ordinariam in illis exercent jurisdictionem, Oliba *de jure fisci, cap.* 4. *num.* 54. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *n.* 9. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 44. §. 1. Peguera 213

guera *in pract. civil. rub.* 3. & ibi Ripoll. *à num.* 5. Et sunt in Cathalonia antiquiores Vicariis Regiis, Oliba *de jure fisci, cap.* 4. *num.* 14. Bosch. *dels titols de honor,*
215 *lib.* 2. *cap.* 24. §. 1. *vers. Lo origen.* Et possunt in suis bajuliis facere processus soni emissi, Calicius *de sono emisso, quæst.* 5. *vers. Quæro ac processus soni emissi,* Oliba *de jure fisci, cap.* 14. *num.* 60. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 11. *n.* 52. *ubi decisio nostri Senatus,* hoc intelligens, quando ipsi soli sunt in locis; si verò in eis sunt Vicarii, vel eorum Locum tenentes ad eos, & non ad Bajulos Regios spectat.

216 Undecimò Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Alcaldis Regiæ domus monetæ, apud nos dictis de la Seca, Oliba *de jure fisci, cap.* 11. *n.* 22. prout fuit firmata, & postea declaratum super meritis in casibus relatis per Ripoll. *var. c.* 1. *n.* 248. 271. & 576.

217 Ratio est, quia Alcaldi de la Seca cum eorum officium sit creatum per jura patriæ, *toto titul. de Alca-*
218 *dos, y Moneders de la Seca,* Erant ordinarii, & habebant omnimodam jurisdictionem in omnes Officiales, & ministros Siccæ, tàm in civilibus, quàm in criminalibus privativè ad alios, ex Regio privilegio Serenissimi Domini Regis Alphonsi, Dat. 12. Decembris 1445. confirmato per Serenissimum Dominum Imperatorem Carolum V. suo Regio privilegio, Dat. Barcinonæ de mense Decembr. 1542. & alio Regio privilegio per Serenissimum Regem Philippum II. Dat. 23. Decembris 1558. de quibus meminit Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 520. 521. 522. & 575. Mieres *in Curiæ Barcinonæ Reginæ Mariæ part.* 2. *col.* 10. *cap.* 21. *num.* 27. & 31. *in novis,* Bosch. *dels titols de honor, lib.* 4. *cap.* 27. §. 1. *in fine principii,* de Regno Valentiæ probat Mattheu *de regim. Reg. Valent. num.* 1. *cap.* 2. §. 6. *numer.* 2. & *à num.* 26. qui *num.* 18. *duas decisiones sui Se-*
219 *natus refert,* etiam si Officiales Siccæ efficerentur Militares, Mieres, & Ripoll. *qui supra,* ille *num.* 28. iste
220 *num.* 578. Nisi fraudes fecissent in pondere, & mensura rerum venalium, quia tunc subjecti erant Ædili, sive Mustaphasio, Mieres, & Ripoll. *locis relatis,* ille *num.* 17. iste *num.* 528. Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 15. *vers. Adde pro materia,* de Regno Valentiæ, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 5.
221 *num.* 21. Vel nisi in causis emphyteuticariis, in quibus conveniendi erant coram Judice capibreviationis per dominum directum assignato, Michael Ferrer. *part.* 1. *observ. cap.* 14. *vers. Hoc intelligo,* & *cap.* 18. *ubi decisionem refert,* & in aliis casibus de quibus Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 5. *à numer.* 19. *ad* 17.

222 Prædicta adeò vera erant, ut causæ Alcaldorum, & Officialium Siccæ prætextu cujuscumque qualitatis ad Regiam Audientiam antiquitùs evocari non poterant, ut refert bis decisum Michael Ferrer. *part.* 1. *obser. cap.* 14. *in princ.* Ripoll. *de regal. cap.* 25. *num.* 63. & *var.*
223 *cap.* 4. *n.* 523. & 524. *ubi decisionem laudat.* Nisi Judices Alcaldorum oppressionem fecissent litigantibus, nam prætextu qualitatis oppressionis poterant evocari ad Regiam Audientiam, Mieres, qui sic debet intelligi *in*
224 *curia Barcinonæ Regis Alphonsi, part.* 2. *col.* 11. *cap.* 2. *num.* 65. & 66. Ferrer. *part.* 1. *observ. cap.* 14. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *num.* 64. & 65. Fontan. *decis.* 390. *n.* 6. *part.* 2. Vel causæ essent appellationum, quæ in Regia Audientia tractandæ sunt Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. §. 5. *n.* 29.

225 Nec Officiales, & Alcadi Siccæ monetæ Regiæ foro suo proprio etiam cum juramento renuntiare poterant, ex præcitatis Regiis privilegiis *n.* 218. Mieres *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ, part.* 2. *col.* 10. *cap.* 21. *num.* 38. *in novis,* & ad eum Despujol *verbo monetarii Sicca, fol.* 132. Ferrer. *part.* 1. *observ. cap.* 15. &
226 *part.* 3. *c.* 11. & 160. *vers. Animadvertendum tamen est,* Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 377. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *n.* 46. intellige respectu Judicum sæcularium, at coram Judicibus Ecclesiasticis conveniri poterant virtute juramenti, Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 268. & 576. *ubi decisionem Cancellarii refert,* vel in causis processoriis, Ripoll. *var. cap. primo n.* 248. *ubi aliam decisionem Cancellarii laudat.*

Ut autem Officiales Siccæ possent gaudere privi- 227
legio fori, requirebantur duo, primum, quòd essent examinati in arte, *const.* 1. *de offic. de Alcades, y Moneders de la Seca,* aliàs si de examine non constabat, non gaudebat privilegio fori, Ripoll. referens ita decisum, *var. cap.* 1. *num.* 580. secundum quòd non essent Francigenæ, *constit.* 3. *eod. tit.* Bosch. *dels titols de honor, lib.* 4. *cap.* 27. §. 1. *vers. per gozar.*

Sed hic observantur antiquitûs, hodie verò Alcadi, 228
& Officiales Siccæ non gaudent suis privilegiis, nisi quatenus faciunt exercitium sui officii, & in eo quod ad dictum officium tangit, & non aliter, in reliquis verò sunt de foro ordinariorum, *constit.* 4. *de offic. de Alcades y Moneders de la Seca,* Ferrer. *part.* 1. *observ. cap.* 15. *vers. Adde, & tene menti,* Bosch. *dels titols de honor, lib.* 4. *cap.* 27. §. 1. *Per gozar,* notat Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 577. in Regno Valentiæ prærogativæ Officialium Siccæ adhuc in suo robore manent, Matth. *de Reg. Val. tom.* 1. *c.* 2. §. 5.

Duodecimò, ultimò Curia Ecclesiastica ordinaria 229
contentionem firmare tenetur cum Consulibus Magistratus logiæ maris, Oliba *de jure fisci, cap.* 11. *num.* 22. pro ut fuit firmata, & postea super meritis causæ declaratum per Cancellarium Loris 31. Januar. 1578. Consultoribus Ros, Cordelles & Quintana *de qua infra decis.* 22. *de attentatis, num.* 86. & per Cancellarium Manegat, Consultoribus Ferrer, Amell, Peguera, Sabater, & Oliba 20. Martii 1586. & pluribus aliis.

Ratio est quia Consules Magistratus logiæ maris 230
cùm sint Judices, nedum in omnibus factis, rebus, contractib. & negotiis maritimis *relatis in cap.* 22. *libri Consulatus,* & in pragmatica Regia apud Regentem Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 48. *cap.* 1. & apud Bosch. *dels titols de honor, lib.* 4. *cap.* 24. §. 2. *vers. Tenen. & vers. Apres,* Sed etiam in omnibus factis 231
contractibus, & causis mercantilibus ex Regiis privilegiis de quibus latè Ripoll. *de magist. log. mar. cap.* 6. *à num.* 1. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 4. *c.* 24. §. 2. *vers. Lo Rey Don Marti, cum sequent.* Xammar. *de privileg. Barcin.* §. 10. *n.* 9. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 4. §. 10. *num.* 3. Quæ causæ mercantiles qua- 232
les dicantur, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 9. Ripoll. in addit. ad Pegueram, *in pract. civil. rub.* 4. *num.* 67. Xammar. *defin.* 104. *nu.* 6. *part.* 2. Solorzano *in polit. lib.* 6. *cap.* 14. *mersi. Porrò es, fol.* 1008. & latè habetur in sententia lata ad relationem Magnifici Joannis Pauli Xammar. *relata infrà n.* 238.

Dicuntur ordinarii, ac eorum jurisdictio ordinaria 233
est, ut ex Greg. Lopez *l.* 1. *tit.* 4. *part.* 4. *verbo menestor es,* Parlador. *rer. quotid. in sesquicent. differen.* 129. *num.* 4. Solorzano *in polit. de jure Indiar. lib.* 6. *cap.* 14. *versic. El segundo, pag.* 1014. docet Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 4. §. 10. *num.* 6. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 4. *cap.* 24. *in fine princ.* & *vers. Lo origen. in fine,* Ripoll. *de magistrat. log. Mar. cap.* 6. *num.* 8.

Non solùm in causis, & negotiis principalibus, sed 234
etiam in omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, Portoles §. *Judex, num.* 118. Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 48. *cap.* 31. *n.* 5. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 4. *c.* 24. §. 2. *vers. Tota,* Stracca, *de mercatura, tit. quomodo procedendum sit, part.* 2. *num.* 11. Salzedo qui plures alios refert *l.* 2. *n.* 15. 27. & 28. *tit.* 13. *lib.* 3. *recop. fol.* 203. dummodo rei non sint absentes à Civitate Barcinonæ & ejus territorio, decisum refert Xammar. *defin.* 104. *num.* 2. *part.* 2. quidquid dicat Ripoll. *de magistr. log. maris, cap.* 6. *num.* 57. *in fine,* & *cap.* 22. *nu.* 131. & 132. nam verba privilegii Regis Martini per Ripoll. relata intelligenda sunt, quando rei sunt præsentes, secus si sunt absentes à Civitate Barcinonæ, & ejus territorio juxta decisionem per Xammar traditam, & de Consulibus maris Villæ Perpiniani decisum testatur Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gl.* 3. *part.* 10. *à n.* 25. & *dec.* 181. *n.* 28. *part.* 1. & *dec.* 325. *n.* 18. & *dec.* 327. *n.* 3. *part.* 2.

Quòd Consules Magistratus Logiæ Maris sunt judices nedum in omnibus factis, rebus, contractibus, &

nego-

negotiis maritimis, sed etiam in omnibus factis, contractibus, & causis mercantilibus, non solùm in causis, & negotiis principalibus, sed etiam in omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis; dummodo rei non sint absentes à Civitate Barcinonæ, & ejus territorio. Volui videre decisionem nostri Senatus factam 8. Octobris 1523. per nostrum Xammar ibidem relatam, & inveni in ea positum motivum sequentem. Et quia Consules maris Barcinonæ de absentibus à Civitate, & territorio Barcinonæ in vim privilegii non cognoscunt, neque cognoscere possunt, neque aliàs consueverunt, &c.

235 Verùm licèt jurisdictio Consulum Magistratus Logiæ Maris ordinaria sit, tamen limitata est ad res mercantiles, & maritimas, ac in annexis, & dependentibus ab eis, ut dixi *à num.* 203. non tamen extenditur ad alias, *l. fin. gloss.* & commun. Doctores, *C. de jurisdict. omni. jud.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 41. *num.* 5. Rovit. *pragmat.* 2. *num.* 26. *de jurisd. invicem non turband.* Petrus Barbosa *in lib.* 1. *art.* 1. *à num.* 218. *ff. de jud.* cum pluribus per Salzedo *in l.* 2. *à num.* 16. *tit.* 13. *lib.* 3. *recopil. fol.* 203. Martha *de jurisd. part.* 4. *casu* 184. Suel-
236 ves *cons.* 12. *num.* 32. *lib.* 1. Etiam inter mercatores, Barbosa *in l.* 1. *art.* 1. *num.* 78. *de jud.* Giurba *cons.* 92. *num.* 92. *num.* 8. Portoles §. *Judex*, *numer.* 119. plures. Salzedo *l.* 2. *num.* 21. *&* 24. *tit.* 13. *lib.* 3. *recop. fol.* 204. Stracca *de mercat. titul. quomodo procedendum sit*,
237 *part.* 2. *num.* 12. Adeò ut partium consensu prorogari non possit, nec virtute pacti renuntiationis proprii fori, Cinus *in lib.* 1. *num.* 2. *in fine*, *Cod. de jurisdict. omn. jud.* plures antiquos citat Gratianus *decis.* 78. *numer.* 25. & reprobatis contrariis Portoles §. *Judex*, *numer.* 124. *&* 115. cum aliis Solorzano *in polit. lib.* 6. *cap.* 14. *vers. El segundo*, *in fine*, *fol.* 1014. noster Xammar *defin.* 104. *numer.* 4. *part.* 2. Guttier. *de jurament. confir. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. *in fine*, Amat. *resol.* 33. *num.* 19. *in fine*, Fermosinus *in cap. significasti* 18. *qu.* 1. *num.* 19. *de foro compet.* ubi Felicianus de Vega *num.* 24. cum relatis per Carleval *de jud. disp.* 2. *num.* 1169. latè Salzedo *l.* 2. *à num.* 13. *ad* 25. *tit.* 13. *lib.* 3. *recopil. fol.* 203. Giurba *cons.* 29. Adde Ripol. *de Magist. log. Mar. cap.* 20. *num.* 239. 240. *&* 241. Barbosa *in l.* 1. *à num.* 4. *Cod. de jurisd. omn. jud.* decisum per Senatum Valentinum refert Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 4. §. 10. *num.* 7. *&* 8. & quidquid dicant Ripoll. *de magist. log. mar. cap.* 6. *num.* 33. Pereira *dec.* 29. & alii per Carleval *loco relato num.* 1168. Modernè fuit ita declaratum in nostra Regia Audientia in favorem
238 Petri Andrioge, contra Josephum Roig Chirurgum 3. Junii 1656. per Magnificum Ludovicum Ferrer, quæ fuit in gradu supplicationis confirmata 8. Julii dicti anni 1656. ad relationem Nobilis Hieronymi de Codina, Scriba Ferrer, & magis ex proposito fuit decisum in favorem Fisci Procuratoris Patrimonialis, contra Syndicum, & Consules logiæ maris Civitatis Barcinonæ, die 4. Februarii 1660. ad relationem Magnifici Joannis Pauli Xammar, Scriba Fores, & Montagut, etenim jurisdictio limitata ad certam speciem causarum ad aliam diversam speciem prorogari nequit, ut in terminis considerant Doctores proximè citati, Xammar *numero quarto*, Solorzano *vers. El segundo*, *in fine*, Fermosinus *num.* 18. Portoles *nu.* 124. & alii per Carleval *num.* 1169. Leon *decis.* 105. *num.* 6. *&* 7. *part.* 1. Adde quòd hujusmodi sententia in Aula Reverendi Cancellarii 26. Septembris 1661. ad relationem Magnifici Joannis Baptistæ Pastor fuit in gradu supplicationis cùm expensarum condemnatione confirmata, maximè cùm diverso modo procedatur in causis mercantilibus in Consulatu logiæ maris, ac in cæteris causis in aliis tribunalibus, ita Barbosa *in l.* 1. *art.* 1. *à num.* 126. *ff. de jud.* latè Carleval *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *à num.* 1176. & multò magis attentis verbis privilegii Domini Regis Joannis, Dat. Barcinonæ 7. Julii 1460. *ut in dicta Regia sententia lata ad relationem dicti Xammar habetur*. Quidquid illud in contrarium alleget Ripol. *de Magist. log. Mar. cap.* 6. *num.* 33.

239 Sed utrùm Jurisdictio Consulum logiæ Maris ad omnes causas mercantiles, & maritimas, & in dependentibus ab eis sit cumulativa, vel privativa, quidam tenent esse privativam, ut probant Azevedo *l.* 1. *a numer.* 10. *tit.* 13. *lib.* 7. *recop.* Sesse *decis.* 458. *num.* 26. *lib.* 4. Petrus Barbosa *in l.* 2. *à num.* 121. *ad* 145. *ff. de jud.* Surd. *cons.* 56. *à num.* 33. *lib.* 1. Guttier. *pract. lib.* 3. *qu.* 24. Fermosinus *in cap. cæterum*, 5. *qu.* 23. *de jud.* Galeota *respon. fiscal.* 2. *à num.* 103. Salzedo *l.* 2. *à numer.* 6. *&* *à num.* 29. *tit.* 13. *lib.* 3. *recopil.* Solorzano *in polit. Indiar. lib.* 6. *cap.* 14. *versic. El segundo*, *fol.* 1014. & ita servatur in Regno Valentiæ, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 4. §. 10. *num.* 3. *&* 9. & in Principatu Cathaloniæ, *ut resultat ex capitibus Consulatus*, *& ex Regiis privilegiis Domini Regis Martini*, *Dat. Barcinonæ* 15. *Januarii* 1402. *quod est insertum in fine libri Consulatus*, *& Domini Regis Philippi III. Dat. Barcinonæ* 13. *Julii* 1599. & ex aliis tradit Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 24. *in princ. fol.* 467. Nisi partes prorogaverint jurisdictionem Regiæ Audientiæ, vel Vicarii Regii, nam tunc causæ mercantiles possunt ex jurisdictione prorogata tractari, & decidi in Regia Audientia, vel in Curia Vicarii Regii, ex his quæ in terminis docent Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 491. *in fine*, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *numer.* 8. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 24. §. 20. *vers. Segons*, *fol.* 471. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 87. *&* *in addit.* ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 4. *nu.* 68. *&* 69. *&* *de magist. log. mar. cap.* 7. *à num.* 8. Fontanella *decis.* 231. *à num.* 1. *part.* 1. Possunt tamen Consules logiæ maris per suum Syndicum petere eis remitti causam mercantilem ex propagata jurisdictione in Regia Audientia, seu in Curia Vicarii Regii vertentem, ex his quæ de Baronibus respectu suorum vassallorum dixi *decis.* 11. *num.* 51. & sic verbo fuit provisum, & executum 18. Febr. 1659. ad relationem Magnifici Raphaelis Vilosa habito colloquio cum sua Aula, verùm post hæc scripta inveni in decisionibus manuscriptis Magni. Font. pastor Regii Senatoris, istum casum fuisse antiquitùs in Regio Senatu disputatum, & attentis verbis privilegii concessi Consulibus logiæ maris per Dominum Regem Petrum 26. Julii 1380. in quo dicitur, quòd invitis partibus coram ordinariis causæ mercantiles non tractentur, sed coram Consulibus, fuit decisum ad relationem Magnifici Petri de Clariana de mense Martii 1638. Quòd si partes subjiciant se judicio Regiæ Audientiæ prorogando illius jurisdictionem, non possunt Consules logiæ maris petere causam mercantilem ad se remitti, nec obstat, quod de Baronibus respectu suorum vassallorum dictum fuit, quia magna diversitatis ratio militat inter illum, & istum casum, etenim jurisdictio Baronum eorum favore in vassallos, & subditos concessa fuit, *ut sentiunt Doctores citati decis.* 11. *à num.* 55. jurisdictio verò Consulum logiæ maris concessa fuit in causis mercantilibus, & maritimis favore partium, *ut ex dicto privilegio Domini Regis Petri clarè liquet*, & consequenter possunt partes foro earum favore concesso renuntiare, prorogando jurisdictionem Regiæ Audientiæ, vel Vicarii Regii, *ad text. in l. si quis in conscribendo*, *C. de pactis:* Nec relevat si dicatur, jurisdictionem Consulum logiæ maris esse privativè concessam, & quando jurisdictio data est certo Judici privativè ad alios etiam ex consensu partium ad alium Judicem prorogari nequit, ut docent pluribus citatis Suelves *cons.* 18. *numer.* 18. *lib.* 1. Salzedo *lib.* 2. *numer.* 32. *&* 33. *tit.* 13. *lib.* 3. *recop.* quia præterquam, quòd contrarium ut verius tenent Barbosa *in lib.* 1. *art.* 4. *à num.* 52. *ff. de jud.* latè Carleval *de jud. disp.* 2. *à num.* 1167. *ad* 1206. Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *à num.* 19. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* procedit, quando jurisdictio est concessa privativè favore ipsius judicis, secus si favore partium, ita Gratian. *decis.* 78. *num.* 36. *&* 37. & si aliter intelligat Carleval *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *numer.* 1187. 1194. *&* 1304. cujus dictum non adaptatur verbis dicti privilegii Domini Regis Petri, hæc nota, nam quotidie in praxi evenire possunt: Alii autem existimant (ut ad propositum redeam) esse cumulativè concessam ad jurisdictionem ordinariam, Portoles §. *Judex*, *num.* 121.

Menochius *lib. 2. præsump. 18. à num. 26.* cum aliis per Regentem Vico *ad pragm. Reg. Sara. lib. 2. tit. 48. cap. 3. num. 2. & 4.* & ita servatur in regno Sardiniæ ex Regia pragmatica de qua Vico *lib. 2. tit. 48. cap. 2. ut ipse*
240 *notat. cap. 3. num. 2. in fine.* Atque ita secundùm hanc ultimam opinionem est in electione actoris convenire reum pro rebus mercantilibus, vel maritimis coram Consulibus logiæ maris, vel coram ordinario, Portoles, & Vico *ubi proxime*, ille *nu. 121.* iste *num. 4.* Barbosa *in l. fin. numer. 7. Cod. de jurisd. omni. judic.* cum
241 aliis per Salzedo *lib. 2. num. 12. tit. 13. lib. 3. recop.* Et si elegerit convenire reum coram Judice ordinario, non potest petere se remitti ad Consules logiæ maris, Stracca *de mercat. titul. quomodo procedendum sit, part. 1. num. 8. & 9.* Vico *ubi suprà num. 4.* Et è contra si elegerit eum convenire coram Consulibus logiæ maris, non
242 poterit eorum jurisdictionem declinare, Portoles §. *Judex, numer. 117.* Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 2. tit. 48. cap. 3.* Salzedo *lib. 21. num. 31. tit. 13. lib. 3. recop.*

243 Potest tamen reus, tàm de jure communi, quàm Cathaloniæ si fuerit conventus in Consulatu logiæ maris, ac etiam actor prætextu paupertatis, pupillaritatis, viduitatis, vel alterius qualitatis causam vertentem in Consulatu logiæ maris ad Regiam Audientiam evocare, *cons. tit. 1. & 2. de causes mercantivols*, Ferrer. *part. 1. observ. cap. 38.* Peguera *in pract. civil. rub. 4. num. 7.* & ibi Ripoll. *numer. 68. & 69.* idem Peguera *decis. 171. part. 1.* idem Ripoll. *de regal. cap. 25. num. 38.* Fontanella *decis. 231. numer. 2. & decis. 238. num. 2. ubi decisio nostri Senatus part. 1.* latè Bosch. *dels titols de honor, lib. 4. cap. 24. §. 10. versic. Soleſtra regalia, cum sequent. fol. 469.* Ripoll. *de magistrat. log. mar. cap. 6. num. 8. & à num. 21.* Mattheu *de Reg. Valen. tom. 1. cap. 4. §. 10. num. 10. & 11.* & notant Ferrer, Cancer. Ripoll. Bosch. & Fontanella, *locis citatis, num. 239. &* ita quotidie practicatur, dummodo causa sit major tercentum librarum, ex Regio privilegio Domini Philippi III. Dat. Barcinonæ 13. Julii 1599. Fontanella *decis. 238. numer. 18. & 19. part. 1.* & si aliud dispositum sit in Regno Castellæ, Solorzano *in polit. lib. 6. cap. 14. versic. El segundo, ibi, Yesto es verdad. fol. 1014.* notat Mattheu *ubi supra num. 12.*

244 Estque ratio, quia statutum disponens super decisionibus causarum non comprehendit causas mirabilium personarum, nisi expressè dicatur, ut post Mieres tradunt Ferrer. *part. 1. observ. cap. 12. versic. Ista conclusio*, Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num. 25.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 4. num. 55.* Vico *ad prag.*
245 *Reg. Sard. lib. 1. tit. 11. cap. 15. num. 14. in fine*, Cum privilegium personis miserabilibus concessum nunquam tollatur per secundum continens clausulas derogatorias generales; nam requiruntur speciales, Roman. *cons. 269.* & alii per Gratian. *discept. foren. 182. num. 10. & 12.* Menochius *lib. 6. præsumpt. 40. num. 6. & de arbitrar. casu 66. sub num. 32.* Franchis *decis. 192. à numer. 2.* Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num. 25.* plures alios Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. num. 580.* Atque ita
246 causæ prohibitæ simpliciter evocari ad Regiam Audientiam poterunt cum qualitate ad illam evocari, quia non est credendum, nec verosimile voluisse Principem eam regaliam tàm faciliter à se abdicare, Thesaurus *decis. 177. num. 9. ubi testatur decisum in suo Senatu*, & ibi Additio ejus filii *aliam decisionem laudat*, Franchis, & addentes *decis. 827. &* 192. Menochius *de arbit. jud. casu 66. num. 32.* Gratian. *discept. foren. cap. 182. à num. 10.* Castillo *lib. 3. controver. cap. 25. num. 7.* Belluga *in specul. Princip. rub. 38. §. conqueruntur, numero primo, versic. Sed videntur*, Vico, *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 11. cap. 13. num. 14.* Mastril. *dec. 127. num. 14. & 15.* Castillo *decis. 39. num. 1. 2. & 3.* Cancer. *part. 1. var. cap. 2. numer. 24. & 25.* Fontanella *decis. 463. numer. 14. part. 2. & de pact. nup. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. numer. 77.* Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub. 4. numer. 54.* Novar. *in prax. elect. fori, part. 1. sect. 2.* Fermosinus *in cap. ex parte,*
247 *quæst. 1. num. 4. de foro compet.* alios plures, cum decisione Senatus Valentini, & Supremi Aragonum, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 1. cap. 1. §. 2. num. 51. & cap. 4. §. 10. num. 10. & 11.* & alii citati *numer. 248.* Exemplum est in privilegio *de la bandera de damnificar* Civitatis Ilerdæ, in quo, & si expressè disponatur, causam illius non posse ad Regiam Audientiam evocari, nihilominus cum in eo privilegio non sit facta mentio de qualitatibus viduitatis, paupertatis, vel pupillaritatis posse fieri cum una ex dictis qualitatibus evocationem dictæ causæ ad Regiam Audientiam, ut decisum refert Ferrer *part. 1. observ. cap. 12.* Peguera *in pract. civil. rub. 4. numero tertio versic. Ampliatur nunc primo*, Fontanella *dec. 463. num. 15. part. 2.*

Quod & in terris Baronum locum habet, ut non 248
obstante concessione jurisdictionis in omnes habitantes in castro, potest causa evocari ad Regiam Audientiam cum qualitate miserabilitatis, viduitatis, vel pupillaritatis, Franchis, & addentes *decis. 162. à num. 2.* Thesaurus *decis. 177. num. 13.* Cancer. *part. 2. var. cap. 2. n. 26. ubi testatur hoc jure nos uti*, Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 4. numer. 42.* Paschal. post alios, *de pat. potest. part. 2. cap. 2. n. 106.* Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib. 1. tit. 11. cap. 13. num. 30.* Thoro *in compend. decis. part.... verbo privilegium jurisdictionis, fol. 417.* Mastril. *decis. 147. à num. 28. de magist. lib. 4. cap. 16. à numer. 233.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 1. cap. 6. §. 1. à num. 79.* Gramat. & addentes, *decis. 20.* Giurba *decis. 82. num. 4.* Trentacinq. *lib. 2. var. de citat. res. 2. num. 2.* latè Carleval *de jud. lib. 1. disp. 2. à num. 577.*

Prædicta, quæ de Consulum jurisdictione dixi, dum- 249
taxat procedunt in civilibus ad res mercantiles, & maritimas, ac ab eis dependentibus, nullatenus tamen se extendunt ad causas criminales; nam etsi Mercator delinquat in mercatura, coram Consulibus conveniri non potest, ut post Salicet. docet Stracca de mercatura *tit. quomodo procedendum sit, part. 2. num. 15. fol. 527.* Portoles §. *Judex n. 120.* Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib. 2. tit. 48. cap. 3. n. 8.* Thoro *in compend. dec. p. 2. verbo jurisd. fol. 316.*

Reliqua de Consulum jurisdictione, & eorum pri- 250
vilegiis, & prærogativis, videndi sunt Stracca *de mercatura, titulo quomodo procedendum sit, p. 2. fol. 525.* Portoles §. *Judex, num. 106. usque ad finem*, Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 2. tit. 48. cap. 1. 2. & 3.* Azevedo *lib. 1. titulo 13. libro 3. recopil.* Salzedo *libro 2. tit. 13. libro 3. recopil.* Mattheu *de regimine Regni Valentiæ, tom. 1. capite 4. §. 10.* Solorzano *de jure Indiarum, libro 1. capite 8. à num. 11. & tom. 2. libro 5. capite unico, numer. 60. & in polit. Indiana, libro 6. cap. 14. versic. Otro privilegio, cum sequentibus*, Cancer. *part. 3. var. cap. 10. à num. 12. ad 14. & cap. 17. à num. 468. ad 481.* Ripoll. *var. capite 11. à num. 526. & de regal. cap. 25. à num. 38. & in additione ad Pegueram, rubrica 4. a numer. 67. ad 70. & rubrica 27. à n. 95.* Fontanella *decis. 230. ad 241. part. 1.* latè Bosch. *dels titols de honor, libr. 4. capite 24. cum suis §§.* & novissimè Ripoll. *in suo tractatu de magistrat. logiæ maris, per totum*, Dametus *in histor. Majoricarum lib. 1. capite 18.*

ARGUMENTUM.

Cum quibus Judicibus sæcularibus non sit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis non procedat.

SUMMARIUM.

1 *Curia Ecclesiastica ordinaria an teneatur contentionem firmare cum Capitaneo generali.*
2 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Capitaneo generali respectu Provincialium.*
3 *Capitaneus generalis nullam in Provinciales habet jurisdictionem.*

4 *Li-*

4 *Limita* 1. *si Provinciales coram eo falsum deposuerint.*
5 *Limita* 2. *si Capitaneo generali, vel suis Alguezi-riis ducendo exercitum, vel exercentibus opera ad Bellicam artem pertinentia fiat de facto resistentia.*
6 *Limita* 3. *si Provinciales deliquerint intra locum custodiæ, vulgò* cuerpo de guardia.
7 *Limita* 4. *si Provinciales delinquant in exercitu.*
8 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Capitaneo generali respectu militum in causis civilibus.*
9 *Capitaneus generalis in causis civilibus militum non est Judex competens.*
10 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Capitaneo generali respectu militum in delictis militaribus.*
11 *Capitaneus, generalis in delictis militaribus est Judex competens militum, amplia, n.* 12.
13 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Capitaneo generali respectu militum in delictis communibus levibus.*
14 *Capitaneus generalis in delictis communibus levibus est Judex competens militum.*
15 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Capitaneo generali respectu militum in delictis communibus gravibus.*
16 *Capitaneus generalis in delictis communibus gravibus non est Judex competens militum.*
17 *Nisi delictum esset commissum in loco custodiæ, vulgo* cuerpo de guardia.
18 *Capitaneus generalis hodie de consuetudine & ex Regiis rescriptis cognoscit de causis militum, tam civilibus, quàm criminalibus, etiam communibus gravibus.*
19 *Amplia* 1. *ut milites non possint foro suo militari renunciare.*
20 *Amplia* 2. *in uxoribus militum quæ privilegio fori militari gaudent.*
21 *Amplia* 3. *in familiaribus militum, quos ipsi secum ducunt, dummodo sint militibus necessarii secundùm personæ dignitatem & qualitatem.*
22 *Amplia* 4. *in Artificibus qui sequuntur exercitum, & illis qui inserviunt pro victu, & vestitu, qui fori privilegio militari gaudent.*
23 *Limita* 1. *si milites non sint descripti in numero, & titulo militum.*
24 *Limita* 2. *si milites actu non militant, nisi in tribus casibus, num.* 25. & 26.
27 *Limita nisi milites fuerint effecti post commissum delictum, & idem est in clerico, Nobile, Equite ordinum militarium, Familiaribus sanctæ Inquisitionis, & aliis similibus.*
28 *Limita* 4. *si miles falsum deposuerit coram Judice pagano.*
29 *Limita* 5. *in milite negotiatore.*
30 *Limita* 6. *quoad capturam ad effectum remittendi ad suum Judicem.*
31 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem hodie firmare tenetur cum capitaneo generali respectu militum, tàm in causis civilibus, quàm criminalibus, etiam communibus gravibus.*
32 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Curia sæculari classis triremium.*
33 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Capitaneo generali respectu Officialium tribunalis Capitaniæ generalis Cathaloniæ.*
34 *Capitaneus generalis non est Judex competens Officialium Capitaniæ generalis Cathaloniæ.*
35 *Cognitio an quis sit miles, vel an delictum sit commune, vel militare ad Magistrum militum spectat, sed contrarium est verius, num.* 36.
37 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Barone.*
38 *Adeò, quòd si firmetur, declaratur contentionem non procedere.*
39 *Vassallus, aut subditus Baronis si pulsetur coram Judice Ecclesiastico, tàm Baro, quàm Vassallus debent firmare jus in posse Regii Vicarii seu Regiæ Audientiæ.*
40 *Vassallus Baronis si litem contestatus fuerit coram Ecclesiastico, & Baro pro interesse suæ jurisdictionis contentionem firmaverit, an declaranda sit pro Barone, vel pro Judice Ecclesiastico.*
41 *Vassallus litigans de re feudali coram Judice Ecclesiastico declaranda est contentio pro Barone.*
42 *Vassallus feudatarius non potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis sine domini directi consensu.*
43 *Vassallus Baronis litigans de re allodiali coram Ecclesiastico declaranda est contentio contra Baronem, contrarium num.* 49.
44 *Vassallus, & subditus Baronis super re allodiali jurisdictionem alterius Judicis prorogare potest sine domini consensu, contrarium, numero* 50.
45 *Laicus jurisdictionem Judicis Ecclesiastici prorogare potest sine licentia sui superioris.*
46 *Laicus ratione juramenti potest conveniri in Curia Ecclesiastica pro illius observantia.*
47 *Laicus proprio foro renuntians potest coram Judice Ecclesiastico conveniri.*
48 *Vassallus prohiberi non potest à Barone, ne litiget coram Judice Ecclesiastico.*
51 *Vassallus quoad sui præjudicium de re allodiali prorogare potest judisdictionem alterius Judicis, sed quoad præjudicium Baronis.*
52 *Barones possunt repetere vassallos etiam invitos alibi litigantes de re allodiali.*
53 *Nisi scientes tacuerint.*
54 *Barones possunt prohibere vassallis, ne litigent coram aliis, nisi coram se.*
55 *Barones possunt prohibere vassallis, ne litigent coram Judicibus Ecclesiasticis, & similia statuta vigent in pluribus Regnis, & valida sunt.*
56 *Barones possunt prohibere vassallis, ne adeant Regia tribunalia, sed contrarium fuit practicatum in Regno Sardiniæ.*
57 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Ædili, sive Mustaphassio.*
58 *Ædilis, sivè Mustaphassius debet firmare jus in posse Vicarii Regii, aut Baluli Regii, vel Regiæ Audientiæ, & tunc procedit contentio.*
59 *De Officio Ædilis, sivè Mustaphassii qui scripserunt, & quibus nominibus appelletur.*
60 *Ædilis sivè Mustaphassius habet jurisdictionem contra eos qui falsis ponderibus, & mensuris utuntur, etiamsi fuerint Nobiles, numero* 61. *vel Capitaneæ generalis, alios quoscumque sæculares, num.* 62. *primativè ad alios Judices, num.* 63. *sed semotis privilegiis ejus jurisdictio est cumulativa cum ordinario, numero* 64.
65 *Utentes falsis ponderibus, & mensuris qua pœna puniantur.*
66 *Judex sæcularis an possit punire Clericos utentes falsis ponderibus, & mensuris, ubi de negativa, & affirmativa, num.* 67. *& illarum consiliatione, numero* 68.
Mustaphassius potest falsas mensuras rumpere, & frangere etiam Clericorum, & in loco publico affigere, num. 68. *vers. Illud autem scias.*
69 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Curia Regia sæculari incompetente, & quid in materia libertatis Ecclesiasticæ, numer.* 72. *versiculo Circa.*
70 *Contentio non procedit, quando per Judices Regios inferiores firmatur, & reus est impetitus in Regia Curia de pluribus delictis.*
71 *Contentio non procedit, quando firmatur per Regios Judices inferiores, & lis seu causa pendet in Regia Audientia.*
72 *Contentio non procedit, quando reus est captus per meum Judicem, & firmatur cum alio, qui reum captum non habet, & n.* 74.
73 *Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Deputatis generalibus Cathaloniæ.*

74 *De-*

74 *Deputatus Eccleſiaſticus Cathaloniæ procedit auctoritate Apoſtolica cenſuris, & aliis pœnis contra Eccleſiaſticos, & Religioſos pro rebus Generalitatis, & idem in Deputato Eccleſiaſtico Regni Valentiæ, num.* 75.

76 *Doctores de Deputatis tractantes.*

DECISIO XI.

1 PRimò, Curia Eccleſiaſtica ordinaria contentionem firmare non tenetur, nec firma juris procedit cum Capitaneo generali, ſed quia hæc regula nimis generalis eſt, diſtinguam ſex caſus, & in eis explanabo, quid de jure ſtatutum ſit, & quid de conſuetudine, & per reſcripta Regia obſervetur.

2 Primus caſus eſt, reſpectu Principalium, in quo de jure contentio cum Capitaneo generali non procedit, ut fuit deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Peguera, Ferrer, Regus, Pineda, Bonet, & Magarola 20. Octobris 1603. *in facto immunitatis Eccleſiæ Hieronymi Montanyes militis deſertoris, ut prætendebatur, quia tamen erat ſolutus, & liberatus à militia, fuit declaratum contentionem non eſſe firmandam cum Capitaneo generali.*

3 Ratio eſt, quia Capitaneus generalis nullam in Provinciales habet juriſdictionem, *l.* 1. *C. de offi. mag. milit. l.* 1. *&* 2. *C. de offi. milit. judic. l. militaribus, C. de decurionib. l.* 10. Valenzuela *conſ.* 200. *num.* 44. Regens Vico *l.* 1. *ad pragm. Reg. Sardin. tit.* 4. *c.* 4. *num.* 13. *& lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 12. *n.* 16. & ex noſtris Socarrats *in c. ſi aliquis dominus, num.* 61. *fol.* 370. Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 116. *verſic. Primo fuit concluſum*, Peguera *deciſ.* 60. *in princ.* Ramon. *conſ.* 43. *n.* 5. Oliba *de jure fiſci, c.* 4. *n.* 64.

4 Limita 1. ſi Provinciales coram Capitaneo generali falſum depoſuerint, nam tunc Capitaneus generalis contra eos procedere poteſt, & pœna extraordinaria illos punire, ex regula *l. nullum, C. teſtib.* ita Peguera *deciſ.* 80. *n.* 1. Regens Vico *l.* 1. *ad pragm. Sard. tit.* 4. *c.* 4. *n.* 13. *in fine.*

5 Limita 2. ſi Provinciales ipſi Capitaneo generali, ſuiſque Algutziriis ducendo exercitum, vel aliàs exercentibus opera ad bellicam artem pertinentia de facto reſiſtentiam fecerint, quo caſu de jure, & pro publica utilitate, ne belli exercitium eo modo impediatur, cognitio, & punitio ad Capitaneum generalem pertinet, Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 116. *verſic. Primo fuit concluſum, in fine*, conducit Giurba *conſ.* 59. *n.* 12. *in fine.*

6 Limita 3. ſi Provinciales deliquerint intra locum cuſtodiæ, vulgò *cuerpo di guardia*, nam tunc Capitaneus generalis procedere poteſt, & ejus Auditor habet in eos juriſdictionem, ratione loci in quo delictum factum fuit, *l.* 1. *C. ubi crimm. agi aport.* Georg. *alleg.* 48. *num.* 6. Tondutus *de præven. judic. part.* 1. *c.* 28. *nu.* 41. De cujus limitationis veritate quando caſus occurrat, videat Lector in ſimili, quæ de laico delinquente in Eccleſia tradunt mille aliis relatis Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 2. *verſi. Et adde quod hoc caſu*, Guttier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 13. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 62. *& de immun. Eccleſ. à num.* 233. Oliba *de jure fiſci, cap.* 11. *à num.* 7. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 170. Diana *reſol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 67. Peguera *dec.* 60. *num.* 3. *tom.* 2. Tondutus *de præven. jud. part.* 2. *cap.* 29. *à num.* 29. Vela *in c.* 1. *num.* 58. *de offic. ordin.* Cabal. *reſol. crim. caſu* 164. Guazzin. *de defen. recor. defen. c.* 11. *n.* 19. Juli Chart. *dec.* 54. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 49.

7 Limita 4. ſi Provinciales delinquant in exercitu dum ſunt inibi pro quibuſcumque delictis ibidem commiſſis, Soccarrats *in cap. ſi aliquis dominus, num.* 61. *fol.* 370. ſed vide pro veritate limitationem præcedentem, alios plures caſus in quibus Capitaneus generalis habet juriſdictionem in Provincialibus, tradit Peguera *in tractatu manuſcripto de juriſdict. Capit. generalis, cap.* 6.

8 Secundus caſus eſt, reſpectu militum in cauſis civilibus, in quibus de jure contentio cum Capitaneo generali non procedit, quia Capitaneus generalis in cauſis civilibus militum non eſt Judex competens, nam militare privilegium non extenditur, nec protrahitur ad cauſas civiles, Caſtren. *in l. magiſteriæ, C. de juriſdic. omni, jud.* Bobadilla *in polit. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 67. Galeota *reſp. fiſcal.* 1. *nu.* 28. *&* 30. Regens Vico *libro* 1. *ad pragmat. Reg. Sard. tit.* 4. *c.* 4. *n.* 3. *&* 4. deciſionem Regiæ Audientiæ Sardiniæ refert Dexart. *in rubri. de officio Proreg. n.* 8. *fol.* 486. quidquid dicat Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *numer.* 2. Contrarium docet Tond. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 2. per text. *in leg. magiſteriæ*, ibi: *Etiam civilium quæſtionum, C. de juriſdictione omnium judicum*, quod & tradit Bobad. *in polit. lib.* 4. *capit.* 2. *numer.* 17. Ubi limitat in tribus Regiis, & univerſitatibus, & contractationibus. 9

Tertius caſus eſt in delictis militaribus, quæ quis ut miles admittit, *l.* 2. *§. proprium, ff. de re milit.* videlicet ſi milites fuerint deſertores militiæ, transfugæ, proditores, deſides circa Ducum præcepta, alienaverint, vel luſerint arma, ſeu equos, vel ſimilia delicta perpetraverint, quæ diligenter, & copiosè referunt Decian. *tr. crim. lib.* 6. *cap.* 14. *&* 15. Aiala *de jure belli, l.* 3. *cap.* 10. *&* 11. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera M. an.* 205. Cabal. *reſol. crim. caſu* 294. *à n.* 87. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *c.* 18. *n.* 17. in quibus Curia Eccleſiaſtica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Capitanea generali, ad Ferrer. *part.* 3. *obſerv. c.* 217. Quia Capitaneus generalis in delictis militaribus eſt Judex competens militum, & iſti regulariter pro hujuſmodi delictis conveniri, & acuſari debent coram Duce belli, vel Magiſtro militum, *l.* 1. 2. *&* 3. *l. officium regentis, §. officium tribunorum, ff. de re milit. l. certi juris, C. de judi. l. magiſteriæ, C. de juriſd. omni. jud. l.* 2. *C. ſi à non compet. jud.* Farinac. *conſ.* 4. *n.* 17. *in fine, & frag. crim. p.* 8. *littera M. n.* 218. Cabal. *reſol. crim. caſu* 294. *n.* 252. Solorzano *de jure Indiar. l.* 2. *c.* 31. *num.* 8. Linglois *deciſ.* 13. *qu.* 2. *n.* 21. Beluga *in ſpecul. Princip. rub.* 25. *§. ſæpiſſimè, ante n.* 1. Aiala *de jure belli, l.* 3. *cap.* 8. *à nu.* 1. Tondutus *de præven. jud. p.* 1. *c.* 28. *à n.* 12. *&* 22. Georg. *alleg.* 48. *nu.* 2. *&* 3. Bobadil. *l.* 4. *c.* 2. *n.* 67. Regens Vico *l.* 1. *ad pragm. Reg. Sard. tit.* 4. *c.* 4. *num.* 1. *&* 2. Valaſcus *de privil. pauper. part.* 1. *qu.* 17. *à num.* 66. Maſtril. *dec.* 190. *numer.* 126. *& de magiſt. lib.* 5. *cap.* 16. *nu.* 5. Borell. *in ſum. deciſ. part.* 1. *tit.* 43. *num.* 149. Giurba *conſ.* 56. *num.* 89. 90. *&* 108. Franchis *dec.* 88. *à num.* 1. Riccius *collect.* 95. Barboſa *in l. magiſteriæ, C. de juriſd. omni. judi.* Clarus *§. fin. quæſt.* 35. *verſic. Quæro modo*, Caſtillo *dec.* 105. *à num.* 8. Rovit. *pragm.* 16. *nu.* 16. *de militib.* Guazzin. *defen.* 1. *c.* 39. *num.* 30. Galeota *reſpon. fiſcal.* 1. *num.* 25. *&* 37. Decian. *tr. crim. l.* 7. *c.* 1. 5. Dexart. *ad cap. Reg. Sardin. rub. de offic. Pror. n.* 7. Valenzuela *conſ.* 200. *nu.* 33. Narbona *l.* 20. *gl.* 20. *nu.* 34. *tit.* 1. *l.* 4. *recop.* Salzedo *l.* 2. *n.* 10. *tit.* 13. *l.* 3. *recop. f.* 203. cum multis aliis per Carleval. *de jud. l.* 1. *diſp.* 2. *n.* 461. *&* 462. & ex noſtris Socarrats *in c. ſi aliquis dominus, nu.* 61. *fol.* 307. Adeò quòd milites ſi pro delictis militaribus per Magiſtratus ordinarios capiantur, ad Capitaneum generalem unà cum omnibus actis remitti debent, *l.* 1. *C. de exhiben. reis, l. militibus, ff. cod. l. fin. C. de re mil. l.* 12. *l. magiſteriæ, C. de juriſd. omni. jud.* Farinac. *conſ.* 4. *n.* 18. *& in praxi part.* 1. *q.* 4. *num.* 4. *verſi. Amplia, & frag. crim. par.* 2. *littera M. num.* 218. Maſtril. *de magiſt. l.* 5. *c.* 16. *ſub n.* 4. *&* 19. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *c.* 28. *num.* 14. cum aliis per Giurb. *conſ.* 59. *n.* 89. 10

Quartus caſus eſt, in delictis non militaribus, ſed communibus levibus, ut in damno, injuria, & ſimilibus in quibus Curia Eccleſiaſtica ordinaria contentionem cum Capitaneo generali firmare de jure tenetur, ſiquidem, Capitaneus generalis eſt Judex competens militum in delictis communibus levibus, Franchis *deciſ.* 88. *nu.* 2. *&* 6. Bobadilla *l.* 4. *c.* 2. *ſub nu.* 62. Maſtrill. *deciſ.* 209. *nu.* 26. Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 25. *§. ſæpiſſimè, ante num.* 1. Tondutus *de præven. judic. part.* 1. *c.* 28. *n.* 31. Carleval. *de judi. l.* 1. *diſp.* 2. *num.* 462. *in fine*, Regens Vico *lib.* 1. *ad pragm. Reg. Sard. tit.* 4. *c.* 4. *n.* 7. Guazzin. *defen.* 1. *c.* 39. *n.* 30. *& alii ex laudatis n.* 11. 11 12 13 14

Quintus caſus eſt, in delictis non militaribus, ſed com- 15

communibus gravibus extra militiam commissis, ut in furto, raptu, homicidio, & similibus, in quibus Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem cum Capitaneo generali de jure firmare non tenetur, Ferrer. *part.* 3. *obser. c.* 217. *ubi testatur ita declarasse Regium Cancellarium cum consensu omnium Doctorum Regiæ*
16 *Audientiæ qui intervenire poterunt uno excepto*. Nam Capitaneus generalis super milites, & stipendiarios pro delictis non militaribus, sed communibus gravibus extra militiam commissis nullam habet jurisdictionem, imò coertio, & punitio militum in similibus delictis de jure spectat ad ordinarium loci ubi deliquerunt *glo. in l. magisteria verbo civilium*, ubi Castren. *nu.* 1. Saliceto *n.* 2. & 3. *de jurisd. omn. jud. l. fin. glo. verbo militibus*, *ff. de accusat. l.* 1. *gl. fin. ubi* Salicet. *num.* 1. & 2. *C. de exhiben. reis*, *l. judices*, *C. de dignit. l.* 12. *l.* 2. 3. & *fin. ff. de re milit.* Bossius *tit. de foro compet. n.* 3. Clar. §. *fin. n.* 35. *versic. quæro modo*, Bobadill. *l.* 4. *c.* 2. *num.* 67. *ubi gl. littera G. plures laudat.* Belluga *in spec. Princ. rub.* 25. §. *sapissimè*, *ante n.* 1. Portoles §. *absens*, *num.* 113. Franchis *dec.* 88. *n.* 2. Guazzin. *def.* 1. *c.* 39. *n.* 30. Mastril. *l.* 5. *de magistr. cap.* 16. *n.* 19. & *dec.* 290. *n.* 126. Cabal. *resol. crim. casu* 264. *n.* 172. Castillo *dec.* 105. *à n.* 8. plures Giurba *con.* 59. *nu.* 47. & *à n.* 105. Narbona *l.* 20. *gl.* 20. *n.* 54. *tit.* 1. *l.* 4. *recop.* latè Regens Vico *lib. ad pragm. Reg. Sard. tit.* 4. *cap.* 4. *à num.* 5. *ad* 10. *ubi decisio Regiæ Audientiæ Sardiniæ* 27. *Octobris* 1604. & *tit.* 7. *cap.* 7. *n.* 15. Dexart. *in rub. de officio Proreg. num.* 7. *ubi aliam decisionem Regiæ Audientiæ Sardiniæ factam* 22. *Septembris* 1631. *refert.* Tondutus *de prævent. par.* 1. *c.* 28. *n.* 30. Carleval. *de jud. l.* 1. *disp.* 2. *nu.* 462. & ex nostris Socorrats *in cap. si aliquis dominus*, *n.* 61. *fol.* 370. Exemplaria refert Fer-
17 rer. *p.* 3. *obser. c.* 116. *in prin.* Oliba *de jure fisci*, *cap.* 4. *n.* 63. Nisi delictum esset commissum in loco custodiæ vulgo, *cuerpo de guardia*, nam tunc milites à solo Capitaneo generali puniri possunt, Tondut. *de præv. jud. part.* 1. *cap.* 28. *n.* 34.

18 Verùm in pluribus partibus ad tollendas contentiones, & controversias Judicum ordinariorum cum Judicibus militum per rescripta Regia est dispositum, quòd indistinctè militum causæ, tàm civiles, quàm criminales etiam communes graves cognoscantur per Judices, & Auditores belli, & non per ordinarios locorum, ut de Regno Castellæ, testantur Bobadilla *lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 68. Azevedo *c.* 1. *nu.* 70. *tit.* 16. *l.* 8. *recopil.* Fermosin. *in cap. ex parte quæst.* 15. *de foro compet.* de Regno Siciliæ Castillo *decis.* 105. *n.* 9. 10. & 11. & de consuetudine ita observari referunt Juli. Clar. §. *fin. quæst.* 35. *versic. quæro modo*. Cabal. *resol. crim. casu* 254. *nu.* 389. Mastril. *decis.* 290. *cum* 127. & *de magist. lib.* 5. *cap.* 16. *nu.* 19. Boer. *de custod. Clavi. num.* 29. Guazzin. *defen.* 1. *c.* 39. *num.* 10. Giurba *cons.* 39. *num.* 80. *versic. Respondetur secundo* & *num.* 89. ac ita observari in hoc Principatu Cathaloniæ tàm ex consuetudine, de qua Socorrats *in cap. si aliquis dominus nu.* 61. Peguera *in suo tractatu manuscripto*, *de jurisdict. Capitanei generalis cap.* 5. quàm etiam ex modernis Regiis rescriptis, receptis causis Officialium Capitaniæ generalis, nisi in pertinentibus ad officium, ut infrà *num.* 34. In Regno Neapolis, idem pariter observatur quoad milites Hispanos, sed quoad milites Neapolitanos quoad eorum causas criminales id etiam practicatur; secùs quoad causas civiles pro quibus Judicibus ordinariis subjiciuntur *pragmat.* 16. ubi latè Rovit. *à num.* 12. *de milit.* Matthæus Partinnus *in pragm.* 15. *à num.* 17. *de militib.* Tapia *de jure Reg. lib.* 3. *rub.* 6. *ubi de crimin. agi oport. in pragmat.* 1. *nu.* 45. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 463. Quòd Capitaneus Generalis hodie de consuetudine, & Regiis rescriptis cognoscit de causis militum tam civilibus, quàm criminalibus, etiam communibus gravibus. Hæc regia rescripta refert Carrascus post *leg. recop. tract.* 1. *de casibus Curiæ*, *num.* 144. Et fuit observatum in Regio criminali Cathaloniæ Consilio 16. Maii 1632. in favorem Joannis Diaz de Colina, Equitis Equestris societatis Comitis de Oñate, qui fuit traditus suo ordinario illum petenti. Et ad hunc effectum fuerunt per Regium Consilium factæ litteræ, & directæ ordinario Villæ Figueriarum, juxta Regiæ Curiæ Stylum.

Amplia 1. ut milites fori privilegio militari renun- 19
tiare non possint, neque se subjicere Judici pagano, ob generalem regulam textus *in cap. si diligenti*, *de foro compet.* Cabal. *resol. crim. casu* 225. *per totum*, & *casu* 294. *num.* 255. Paschal *de pat. potest. p.* 3. *cap.* 1. *nu.* 27. quidquid dicant Aiala *de jure bel. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 3. Rovit. *in pragmat.* 16. *num.* 42. *de militib.* Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *n.* 5. & 6. Salgado *in labyrint. cred. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 56. quia contra eos, & alios est verior sententia, ut per Carleval *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 464. 465. & 466. & per Parejam *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 2. *num.* 203. & 238. Larrea *alleg.* 64. *num.* 13. *tom.* 1. Vide Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. *numero* 17. 18. & 19. Per nostrum Regium criminale Cathaloniæ Consilium 24. Maii 1662. circa factum per Gerentem vices Gubernatoris Generalis Cathaloniæ procedentem vice Regiæ Propositum de captura Petri Salvat militis societatis Nobilis Emanuelis de Oms capri vigori retroclami expositi coram judice retroclamorum pro debito, pro quo uti fidejussor firmaverat in quodam debitorii instrumento cum clausulis guarentigiis, & renuntiationibus proprii fori, postquam erat miles: fuit resolutum, quòd notificaretur Judici retroclamorum ut eum traderet suo ordinario illum petenti.

Amplia 2. in uxoribus militum, quæ gaudent privi- 20
legio fori militum competenti earum viris militibus, *ut latè suprà tradidi decis.* 8. *n.* 108.

Amplia 3. in familiaribus militum, qui gaudent fori 21
privilegio militum, ad Portoles §. *absent nu.* 16. dummodo familiares quos ipsi secum ducunt tales sint qui sint ipsi militibus necessarii secundùm personarum dignitatem, & qualitatem, aliàs fori privilegio non gaudent, ut post antiquos tradit Gratian. *discep. foren. cap.* 340. *nu.* 9. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 29. *nu.* 13. & 2. Vide tradita *decis.* 8. *à n.* 121.

Amplia 4. in artificibus, qui exercitum sequuntur 22
pro servitio ipsius veluti ad conficiendas vestes, calceos, panem, & similia, vel inserviunt ad portanda alimenta victui necessaria, & ex Aloysio de Leo *in l.* 1. *num.* 9. *C. de uxor. militat.* tradit Tondutus *de præventione judicial. part.* 1. *c.* 29. *num.* 4.

Limita 1. in militibus non descriptis, nec relatis in 23
numero, & titulo militum, etiam electis ad militarem exercitationem, qui fori privilegio militari non gaudent, *l. ex eo*, ubi Bart. & comm. Doctores *ff. de milit. testa. l. eos qui*, *C. de apparit. magistr. milit. lib.* 11. *l. qui sub prætextu*, *C. de colleg. & chartopatris*, & *nummul. lib.* 11. *l. ne quidem*, *C. de rest. milit.* §. *illis autem*, *de milit. testam. l. sancimus*, *C. de restit. milit. glos. in l. eos C. de off. magist. milit.* Farinac. *cons.* 4. *nu.* 9. *lib.* 2. Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 27. *numer.* 17. *glos. littera D. & lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 67. Mastril. *de magist. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 5. Narbona *lib.* 20. *glos.* 5. *num.* 4. & *glos.* 21. *à nu.* 46. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Valasc. *de privil. pauper. part.* 1. *qu.* 17. *à num.* 16. Mascard. *de probat. conclus.* 262. *num.* 65. Giurba *consul.* 59. *num.* 71. 73. & 114. Aiala *de jure belli*, *lib.* 3. *c.* 8. *num.* 2. Regens Vico *lib.* 1. *ad pragmat. Reg. Sard. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. Rovit. *pragmat.* 1. *num.* 2. & *pragmat.* 16. *num.* 56. *de militib.* Riccius *collect.* 95. Acacius *de privileg. milit. lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 8. Ponte *de potest. Proreg. tit.* 7. §. 7. *à nu.* 34. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *nu.* 4. cum relatis per Carleval. *de judic. lib.* 1. *disput.* 2. *num.* 468. plures alios laudat Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 36. latè Capicius Latro *decis.* 105. *à num.* 15. & *à nu.* 41. *lib.* 1. videndus Sanfelicius *decis.* 264. Fermosilla ad Gregor. Lopez *nu.* 6. *fol.* 220. *tom.* 2. Fermosin. *in cap. proposuisti*, *quæst.* 4. *num.* 15. *de foro compet.* Galeota *respon. fiscal.* 1. *nu.* 89. Thoro *in compen. decis. suplemento. verbo miles aut gaudeat fol.* 404.

Limita 2. in militibus actu non militantibus, vel in 24
expeditione militari non existentibus, qui privilegio fori militari non gaudent, *l. penultima*, ubi Bald. *C. de testam. milit.* Regens Vico *l.* 1. *ad pragmat. Reg. Sard. tit.* 4. *cap.* 4. *nu.* 21. cum multis laudatis per Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 468. & per Perejam *de instrum.*

inſtrum. editio. tom. 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *num.* 36. Gratian. *diſcep. foren.* 186. *num.* 29. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 39. *nu.* 30. *in fine*, cum aliis per Hermoſin, ad Gregor. Lopez *nu.* 5. *fol.* 220. *tom.* 2. Fermoſin. *in cap. propoſuiſti*, *qu.* 4. *num.* 16. *de foro compet.* de quo videndi ſunt Farinac. *conſ.* 4. *num.* 19. *lib.* 1. lata manu Maſtril. *deciſ.* 173. *lib.* 2. Caſtillo *deciſ.* 105. Tondutus *de præv. jud. p.* 1. *c.* 28. *n.* 3. 4. & 40. Giurba *conſ.* 59. *n.* 80. *verſi. Reſpondetur*

25 *ſecundo*. Niſi milites conveniantur ſuper cauſis publicis, quas dum militarent exercuerunt, & ſuper Ratiociniis militaribus, nam tunc etiam ſi actu non militent, ſed militiæ cingulum honorificè, & juſtis de cauſis depoſuerint, nihilominus gaudent foro militari, & Judicibus militaribus, & non aliis ſubſunt, *l.* 2. *C. ubi de ratiocin. agi oport.* Franchis, *deciſ.* 417. *num.* 9. Aiala *de jure belli*, *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Cabal. *reſol. crim. caſu* 294. *n.* 295. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 469. Coſta *de facti ſcientia*, & *ignor. inſpect.* 84. *à num.* 13. Pareja *de inſtru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpec.* 6. *num.* 387. Fermoſinus *in cap. propoſuiſti*, *qu.* 4. *n.* 17. *de foro*

26 *compet.* Vel niſi judicium apud Judices militares ſemel cœptum fuiſſet, nam etiam ſi milites moriantur, aut militiam depoſuerint, nihilominus apud eoſdem judicium finiri debet, ex regula generali textus *in l. cum quædam puella*, 19. *ff. de judicio omni. jud.* & *in libro ubi cœptum*, 30. *ff. de jud. l. nullus*, *quarta*, *C. de veter. lib.* 12. qui textus optimè probat inſtitutum, tradit egregiè aliis cumulatis Valaſcus, *conſ.* 57. Decian. *in genere loquens tract. crim. lib.* 4. *c.* 22. *nu.* 8. Fermoſinus *in cap. propoſuiſti*, *qu.* 4. *n.* 18. *de foro compet.* Carleval *de jud. lib.* 1. *diſput. t.* 2. *nu.* 470. Pareja *de inſtr. edit. tom.* 2. *tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpecie* 6. *num.* 388. & 389. Aut niſi milites eſſent parati ad ſerviendum in bello cum armis & equis ad omne mandatum ſuperioris, qui licèt non ſint in actu expeditionis, cum continuò militent, fori privilegio militari fruuntur, benè Gratian. *diſcep. foren. cap.* 186. *nu.* 27. & 28. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 19. *nu.* 5. Cyriac. Niger. *controver.* 201. *nu.* 114. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 7. & 20.

27 Limita 3. in illis qui poſt commiſſum delictum effecti fuerint milites, qui fori privilegio militari non gaudent, quæ limitatio an vera ſit, conſulendi ſunt Aiala *de jure belli*, *lib.* 3. *cap.* 4. *à nu.* 4. Cabal. *reſol. crimin. caſu* 147. *à num.* 1. *ad* 15. & *caſu* 294. *à num.* 256. Barboſa *in l. ſi quis poſteaquam*, *à num.* 110. *ff. de jud.* Fermoſinus *in cap. propoſuiſti*, *quæſt.* 4. *de foro compet.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *à num.* 473. *ad* 478. Regens Vico *lib.* 1. *ad pragmat. Reg. Sard. tit.* 4. *cap.* 4. *à num.* 16. *ad* 20. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap* 28. *à num.* 43. *ad* 62. De Clerico effecto poſt commiſſum delictum videndi ſunt Cabal. *reſolut. crim. caſu* 198. & 247. Socin. *in cap. propoſuiſti*, *penultimo à num.* 45. *de foro compet.* ubi Barboſa *num.* 7. Valaſc. *de privileg. pauper. lib.* 3. *quæſt.* 17. *à nu.* 153. Julii Chartar. *deciſ.* 17. *à nu.* 25. Portoles §. *Clericus*, *num.* 52. Tondutus *de præv. jud. part.* 2. *cap.* 53. *à num.* 2. Mattheu *e regim. Reg. Valen. to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4. *num.* 173. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 6. & *cap.* 4. *dubit.* 26. & 27. & *c.* 6. *dubit.* 14. Daniel de Nobilibus *contr. in addit. ad cap.* 40. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 5. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *cap.* 40. *à num.* 5. Fermoſin. *in cap. cum non ab homine*, *quæſt.* 16. *à num.* 4. *de jud.* & *in cap. propoſuiſti*, *quæſt.* 7. *à nu.* 6. *de foro compet.* Barboſa *de jure Eccleſiaſt. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *à nu.* 87. Sanfelicius *deciſ.* 2. *nu.* 19. Thoro *in compendio deciſionum*, *part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio petita*, *fol.* 127. Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 8. *à nu.* 104. Ambroſinus *de immun. Eccleſ. cap.* 19. Martha *de juriſdic. part.* 4. *caſu* 33. & 121. latè Barboſa *in l. ſi quis poſteaquam*, *à num.* 199. *ff. de jud.* latiſſimè Carol. de Graſ. *de effect. cler. effect.* 1. *à nu.* 1071. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 10. *nu.* 5. ubi Laynez *nu.* 6. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 226. Salgado *de Reg. protec. part.* 4. *cap.* 114. *à num.* 119. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 77. Giurba *conſ.* 15. Cutellus *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *qu.* 27. Cenedo *collect. ad decret.* 37. *num.* 15. & *collect. ad decretal.* 23. *num.* 1. Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 16. & *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 33. & *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 84. Narbona *l.* 20. *glo.* 31. *à nu.* 39. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Maſtril. *deciſ.* 299. Valaſcus *conſult.* 48. Franch. *dec.* 290. 384. 365. 417. & plures alii quos laudat Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 447. *cum ſequen.* & *nu.* 908. Ex noſtris Michael Ferrer. *part.* 3. *obſer. cap.* 209. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 2. *à nu.* 148. *ad* 153. & *nu.* 243. latè & benè Fontanella *deciſ.* 312. *nu.* 23. & 24. *lib.* 2. De Nobile effecto poſt commiſſum delictum, Dexart. *ad cap. Reg. Sard. cap.* 20. *n.* 9. & 10. *de militar.* De equite S. Joannis Hieroſolymitani, vel aliorum Ordinum Militarium effecto poſt delictum commiſſum; Franchis *deciſ.* 449. Giurba *conſ.* 59. *num.* 73. Cabal. *reſol. caſu* 65. Burgius *de modo proceden. ex abrup. q.* 65. *n.* 64. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *nu.* 446. De Scholaribus deſcriptis in matricula poſt commiſſum delictum, latè Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 7. *à nu.* 76. de Familiaribus ſanctæ Inquiſitionis, effectis poſt commiſſum delictum, Narbona *l.* 10. *gloſ.* 21. *à num.* 42. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Laynez in addit. ad Gomez *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. *verſi. In Familiaribus*, Cancer. *part.* 2. *var. reſolut. cap.* 2. *num.* 246. qui mille alios, tàm Theologos, quàm Juriſconſultos referunt, & ſimiles caſus exemplificant, & uno verbo Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 907. & vide infrà *deciſ.* 30. *num.* 100. quid in civilibus *infrà deciſione* 36. *à nu.* 72. Vide Fontanellam, *de pactis nuptialibus tomo primo*, *clauſula tertia*, *gloſſa* 3. *num.* 17. 18. & 19. ubi deciſionem noſtri Senatus refert.

Limita 4. ſi milites falſum depoſuerint, qui non ob- 28
ſtante fori privilegio ſubjecti manent Judici apud quem falſum teſtimonium dixerunt, etiam ſi Judex paganus ſit, Aiala *de jure belli*, *lib.* 3. *c.* 8. *num.* 5. Cabal. *reſol. crim. caſu* 294. *n.* 257. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *nu.* 478. Julius Criſpolius *de caſib. milit. caſu* 33. Sanfelicius *deciſ.* 250. *nu.* 16. Fermoſinus *in cap. propoſuiſti*, *qu.* 4. *n.* 13. *de foro compet.*

Limita 5. in militibus negotiatoribus, qui non ob- 29
ſtante fori privilegio coram Judice negotiationis quam exercent, conveniri poſſunt, *l. unica*, *C. negotiator ne militent lib.* 11. *l. per iniquum*, *C. de juriſdic. omni. jud. l. unica*, *C. in quibus cauſis milit. fori præſcrip. uti non poſſe*, Aiala *de jure belli*, *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 7. *à num.* 17. Cabal. *reſol. de crimin. caſu* 294. *num.* 258. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 471. Sivè per ſe ipſos hujuſmodi exercitio negotiationis vacent, ſivè per alios Gratian. *diſcep. foren. cap.* 186. *nu.* 24. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *à num.* 9. etiam ſi negotiatio finita ſit, ex Franchis *dec.* 417. *num.* 9. Carleval. loco proximè relato *numer.* 472. Fermoſinus *in cap. propoſuiſti*, *qu.* 4. *num.* 14. *de foro compet.*

Limita 6. ut Judex ordinarius loci poſſit procedere ad 30
capturam militum animo illos remittendi ad ſuos militares Judices, Salgado *de Reg. protec. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. Tondutus *de præv. judic. part.* 1. *cap.* 28. *nu.* 8.

Ex quibus præcipuè ex dictis *nu.* 18. ſequitur quòd 31
hodie in Cathalonia indiſtinctè Curia Eccleſiaſtica ordinaria contentionem firmare tenetur cum Capitaneo generali in omnibus cauſis, tàm civilibus, quàm criminalibus etiam communibus gravibus militum, prout fuit obſervatum in cauſis criminalibus per Cancellarium Erill. 15. Octobr. 1633. Conſultoribus Mir, & Magarola, cum Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ Sede vacante *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſonas Philippi Botay*, & *Bartholomæi Albino militum equitantium Regni Neapolis*, & *ſub Vexillo Andreæ Philomarino Ducis militantium in præſenti Principatu Cathaloniæ de aliquibus delictis impetitorum*, & *fuit declaratum ipſos gaudere immunitate Eccleſiæ*, & *ad locum ſacrum reſtituendos fore*, & *eſſe*, & per Priorem Jalpi tertium per ſuam Excellentiam nominatum, prima Decembris 1654. Conſultoribus Andreâ, Codina, & Llunes, cum Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſonam Franciſci Pujol militis impetiti de furto in via publica*, *exiſtente Auditore exercitus Don Martino Bacan de la Ralde*, & *fuit declaratum gaudere quia unicum*, & *ex occaſione orta incontinenti*, & per Cancellarium Soler, Conſultoribus Serra, Paſtor, & Xammar, inter Curiam Eccleſiaſticam, Barcinonæ, & Curiam ſæcularem

Audi-

Auditoris generalis exercitus Cathaloniæ, *in causa immunitatis Ecclesiæ Francisci Angroya militis*, & per Cancellarium Sunyer, Consultoribus Pastor, Xammar, & Rull. inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ, & Curiam sæcularem Auditoris generalis exercitus Cathaloniæ *in facto immunitatis Ecclesiæ Joannis Crexell. Signiferi societatis Isidori Ravanal militiæ Tarraconæ*. Et in causis civilibus ita fuit observatum per Cancellarium Agulla, 12. Decemb. 1708. cum Curia Ecclesiastica Barcinonæ *occasione firmæ juris factæ in Capitania generali per Petrum de Montagut, & le Vallgornera procedimentis factis in Curia Ecclesiastica*
32 *instante Nobili Anna Erill. & de Areney pro quodam debitore octuaginta librarum*. Et idem observatur cum Curia sæculari classis triremium Principatus Cathaloniæ cum qua firmatur contentio, per ea quæ tradunt Franchis *decis.* 88. Castillo *decis.* 105. *num.* 8. Cabal. *resol. crimin. casu* 294. *nu.* 277. Mastrill. *de magistrat. lib.* 5. *c.* 16. *num.* 20. Tondutus *de præv. jud. cap.* 28. *nu.* 21. *&* 22. Sanfelicius *decis.* 290. *num.* 33. Constant. *in l. unica, à num.* 76. *C. de classis, lib.* 11. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disput.* 2. *num.* 688. Et ita fuit observatum per Cancellarium Agullana 18. Aprilis 1612. Consultoribus Ferruz, Rubi Coll, & Sala *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Joannis Colomer militis triremium classis Cathaloniæ*, & per Cancellarium Puigmari 10. Februarii 1622. *cum Curia Ecclesiastica Barcinonæ, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Matthæi Sacoa Sartoris Villæ del Pont de Suert*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 31. Octobr. 1622. cum Curia Ecclesiastica Barcinonæ *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Petri Domingo*.

33 Sextus casus est, respectu Officialium Tribunalis Capitaniæ generalis Cathaloniæ non gentis bellicæ, pro quibus Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur cum Capitaneo generali; nam Ca-
34 pitaneus generalis non est Judex competens Officialium Capitaniæ generalis Cathaloniæ non gentis bellicæ, nisi in pertinentibus ad eorum officium, ut declaravit sua Regia Majestas duabus Regiis litteris in sequenti conclusione Regii Concilii criminalis insertis.

Die 12. *mensis Januarii anno Domini* 1618. *Barcinonæ in Regio Concilio Præsidente in eo Magnifico Regente Regiam Cancellariam, interfuerunt cum eo, Magnifici Franciscus Bonet, Joannes Magarola, Franciscus Ferruz, Michael Sala Fisci Advocatus, Michael Rollan, & Nobilis Franciscus Roig, & de Mendoca.*

In facto propositionis factæ per Michaelem de Balba & Vallseca Regentem Regiam Cancellariam occasione Regiarum litterarum datarum Matriti 21. *Decembris* 1618. *directarum, altera scilicet Magnifici Regenti Regiam Cancellariam, & Doctoribus Regii Concilii, & altera Magnifico Michaeli Sala Fisci Advocato, fuit deliberatum, quòd inferantur, seu consuantur in processu Gasparis Xarles, & in libro conclusionum criminalium.*

Quarum litterarum videlicet, quæ dirigitur Magnificis Regenti Regiam Cancellariam, & Doctoribus Regii Concilii, tenor sic se habet, videlicet ab extra in subscriptione, Alos Magnificos, y Amados Consejeres nuestros el Regente la Cancelleria, y Doctores del Consejo criminal de Cathaluña, intus verò sic se habet.

EL REY.

Magnificos y Amados Consejeres nuestros, He sabido los procedimentos que se han hecho contra Gaspar Xarles Notario por haver testificado cierto poderes quo otorgaron algunos Religiosos de Monserrate, sin licentia de su superior, y que haviendo se provehido por essa mi Real Audientia que fuesse preso, y llevado a las carceles Reales de essa Ciudad, de orden de mi Lugartiniente y Capitan general en esse Principado. y por el Tribunal de la Capitania general fue llevado à las Atarazanas de essa Ciudad, donde est à preso, y porque como sabeis el conocimiento desse negocio, toca derechamente a essa mi Real Audiencia, y no es justo, ni mi voluntad que se hagan novedades y essa se pudiera escusar, os encargo, y mando provedis, y deis orden, que luego se lleve a mis carceles Reales dessa Ciudad, para que vosotros conoscais dessa causa, pues aunque el dicho Xarles seu Notario de la Capitania general el delicto le ha cometido como Notario particular, y si el Tribunal de dicha Capitania tiene otra pretencion, puede acudir a vosotros a quien toca esse conocimiento, ne embargante que el Abad del Monasterio de nuestra Senora de Monserrate se aya contentado, segun se dize, que no se proceda contra esse reo, pues se puede passar adelante a peticion de mi Procurador Fiscal, y esto executareis sin dilacion alguna. Dat. en Madrid a 21. *Deziembre* 1618. YO EL REY, *Ut Roig Vicecancellarius Vit. Comes Thesaurarius generalis, Ut Perez Manrques Regens, Ut. Villar Regens, Ut. Don Salvator Fontanes Regens, Ut. Sentis Regens, Ut. Don Franciscus de Castellui Regens, Don Franciscus Gassol Prothonotarius.*

Alterius verò directæ dicto Magnifico Michaeli Sala, tenor sic se habet, videlicet ab extra in directione, Al Magnifico y Amado Consejero nuestro el Doctor Miguel Sala nuestro Abogado Fiscal en Cathaluna, intus verò.

EL REY.

Magnifico y Amado Consejero nuestro, he visto por vuestras cartas lo que ha passado acerea de la prision de Gaspar Xarles Notario, y lo que mi Lugartiniente y Capitan general en esse Principado proveyò por el Tribunal de la Capitania general de que le pusiessen preso en las Atarzanas, de donde he sabido, que sale cada dia, y se passea, y porque mi voluntad es, que pues el conocimiento desta causa toca a los de essa Audientia, la decidan, y no se innove, he mandado escrivirle; y a los Doctores della, las cartas cujas copias van con esta, serè muy servido, que en lo que os tocare ayudeis à que se reparare essa novedad, y vos pudierades haver escusado, haver entregado el preso, aunque mas viva instancia vos hiziera mi Capitan general, y assi en todo caso procurareis que se prenda luego el dicho Xarles, y le pongan en las carceles dessa Ciudad, para que se pueda declarar en su causa, lo que fuere de justicia, avisandome de comodo se Kuviere hecho, y de lo que se fuere haziendo, que tal es mi volundad. Dat. en Madrid a 21. *de Deziembre* 1618. YO EL REY. *Ut Roig. Vicecancellarius, Ut. Comes Thesaurarius generalis, Ut. Perez Manriquez Regens, Ut Villar Regens, Ut. Don Salvador Fontanet Regens, Ut. Sentis Regens, Ut. Don Franciscus de Castellui Regens, Don Franciscus Gassol Prothonotarius.*

Unum scias, quod aliqui dicant, quòd cognoscere 35
an quis sit miles, ad Judicem militarem pertineat, Faber. *in l. magisteriæ, ad finem, C. de jurisdict. omni. jud.* per text. *in cap. si Judex laicus, de sentent. excom. in* 6. *l. qui cum uno, §. reus, ff. de re milit.* de cujus intellectu Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 476. *&* 477. & cognoscere an delictum sit militare, vel commune grave ad Magistrum militum spectet, Bossius *tit. de foro compet. numero* 151. quem ad hoc citant Cabal. *resol. crim. casu* 294. *numero* 292. Franchis *decis.* 88. Giurba *cons.* 59. *num.* 68. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 37.

Contrarium verius existimo, quòd talis cognitio 36
spectet ad Judicem ordinarium loci, tenet Rovi. contrariis respondens *in pragmat.* 16. *num.* 49. *de milit.* sequitur Giurba *cons.* 59. *num.* 80. videndus Merlinus *controv. jur. lib.* 1. *c.* 14. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 28. *nu.* 38. *&* 39. & hæc secunda opinio approbata remanet prima Regia epistola suprà inserta, ibi: *Y si el Tribunal de dicha Capitania tiene otra pretencion, puede acudir à vosotros à quien toca esse conocimiento*, & secunda Regia littera, ibi: *Y por que mi voluntad es, que pues el conocimiento desta causa toca a los de essa Audiencia, la decidan.*

Secundò, Curia Ecclesiastica ordinaria contentio- 37
nem juxta nostram concordiam firmare non tenetur, neque firma juris procedit cum Barone Oliba *de jure fisci, c.* 11. *num.* 24. *&* 26. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 21. *&* 22. Xammar *defin.* 100. *num.* 4. *par.* 2. Vi- 38
de in confirmationem tradita *decis.* 8. *à num.* 1. Adeò quòd si Curia Ecclesiastica contentionem cum Barone firmet,

firmet, declaratur in Cathalonia contentionem non esse, ita fuit observatum per Cancellarium Carmona 13. Novembris 1617. *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Paulæ Soler viduæ Villæ de Canibus*, & per eumdem Cancellarium Carmona 28. Januarii 1618. *inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Bajulum parochiæ de Llavaneriis, occasione firmæ juris factæ in curia sæculari per fisci Procuratorem ejusdem, & Syndicum Universitatis dictæ parochiæ.*

39 Atque ita si vassallus, aut si subditus Baronis pulsetur per Judicem Ecclesiasti um ordinarium, tunc vassallus, aut subditus conqueri tenetur apud suum Baronem, & tàm Baro, quàm vassallus, aut subditus firmant jus, & de jure in posse Vicarii Regii ad quem pertinet defensio jurisdictionis Baronis, & Vicarius Regius pro dicto Barone, & vassallo, aut subdito scribit Curiæ Ecclesiasticæ forma solita, ut fuit observatum in causa contentionis declarata per Cancellarium Erill. 5. Octobr. 1622. *in favorem Consulum Villæ Castilionis Empariarum*, & per eumdem Cancellarium Erill. cum suis Consultoribus 13. Julii 1635. *in favorem Juratorum Loci de Foxà, & mille aliis*, & tradunt Oliba *de jure fisci, c. 11. n. 24. & 26.* Bosch. *dels titols de honor, lib. 2. cap. 24. §. 5. vers. Al Veguer de Rossello.* Idem observatum est, si Baro reum extrahat ab Ecclesia, & ei mandetur per Judicem Ecclesiasticum, ut intra spatium duodecim horarum reum restituat Ecclesiæ, debet Baro contentionem firmare in posse Vicarii Regii, seu Regiæ Audientiæ, ita fuit observatum per Cancellarium Carmona 21. Decemb. 1617. in facto immunitatis Ecclesiæ Jaçobi Mar y Mon : & ita practicari refert Cancer. *part. 3. variar. cap. 10. nu. 21. & 22.* Xammar. *defin. 100. num. 4. part. 2.* qui *num. 5.* addit, quòd si ipse Baro pulsetur per Judicem Ecclesiasticum firmare debet jus coram Vicario Regio in cujus Vicaria est Baronia, & *nu. 6.* dicit, quòd si Baro firmet jus in Regio Concilio, & non coram Vicario suo ordinario, declaratur contentionem non procedere, & refert ita decisum per Cancellarium Loris 20. Maii 1577. sed in hoc ultimo contrarium existimo, tum quia in illa decisione Cancellarii Loris, non fuit declaratum id, quod inquit Xammar, sed quòd contentio erat firmanda in Curia Vicarii Regii Tarraconæ, & non ita in Curia Vicarii Archiepiscopi, tum etiam quia est in electione Baronis firmare jus coram Vicario Regio, vel in Regia Audientia evocando ad eam illam causam, ad similitudinem vassalli Regii, qui etsi debeat firmare coram suo ordinario Regio, *ut infrà decis. decima tertia, numero secundo*, potest jus firmare in Regia Audientia causam ad eam evocando, *& ita quotidie practicatur*, conducit Ripoll. *de regal. c. 12. num. 32.* cum per evocationem succedat Regia Audientia in locum Vicarii Regii, *ut infra decis. 16. à nu. 13.*

40 Dubium tamen est, si vassallus, aut subditus Baronis litem contestaverit coram Judice Ecclesiastico, & postea Baro pro suo interesse jurisdictionis firmat jus, & de jure coram Vicario Regio suo ordinario, seu in Regia Audientia, & inde contentio jurisdictionis firmetur, pro quo sit declaranda contentio, an pro Judice Ecclesiastico, an verò pro Barone, distingue duos casus.

Primus est, in vassallo litigante de re feudali.

Secundus est, in vassallo, aut subdito litigante de re allodiali.

41 In primo casu, si vassallus litigat coram Judice Ecclesiastico de re feudali, vel bonis subjectis ad onera erga ipsum Dominum, declaranda est contentio pro Barone, latè probat Cancer. *part. 3. var. cap. 10. à nu.*

42 34. Ratio est, quia vassalli feudatarii jurisdictionem alterius Judicis prorogare non possunt sine consensu Dominorum directorum, ne in eorum præjudicium aliqua collusio committatur, *cap. ex transmissa, 6. cap. ex p. 15. de foro compet. cap. cæterum, 5. de jud.* & post antiquos Maranta *ord. jud. part. 4. dist. 12. num. 25.* Jul. Clar. *§. feudum, quæst. 90. numero 10.* Gail. *obser. libro primo, cap. 40. numero sexto*, Menochius *de reti. posse. remed. 3. numero 403. & 404.* Boer. *decis. 114. numero quinto*, Osascus *decis. 78. numero decimo tertio, & decimo octavo*, Belluga *in speculat. Princip. rubric. 41. §. leges Regni numero 59.* Ponte *decision. 33. numero 6.* Pereira *decis. 29. numero 5.* Barbosa *in l. 1. art. 3. num. 56. & art. 4. à num. 46. ff. de jud.* Rovit. *in pragm. 2. numero septimo, titul. ubi de delicto quis debeat conveniri*, Cancer. *parte tertia var. cap. 10. à numero trigesimo tertio*, Capicius *decis. 9. numer. octavo, versic. Secundo limitatur, numero nono*, cum relatis per Carleval. *de jud. libro primo disputatione secunda, num. 1093.* Fermosinus *in cap. significasti, quæst. 8. numero quinto, de foro compet.* Nisi in tredecim casibus, quos referunt Felicius *in cap. cæterum, à numero sexto, de jud.* Boer. *decis. 114. à num. 10.* Capicius *decis. 9.* Menochius *de retinen. posse. remed. 3. à num. 411.* Tondutus *de præv. jud. part. 2. cap. 49. num. 6.*

In secundo casu, quando vassallus, aut subditus Baronis litigat coram Judice Ecclesiastico de re allodiali, quidam existimat contentionem declarandam esse con- 43
tra Baronem, & in favorem Judicis Ecclesiastici, ut tenent Ferrer *part. 3. observ. cap. 216. ubi testatur ita pluries fuisse servatum, & refert decisionem Cancellarii Cathaloniæ, & Doctores Regiæ Audientiæ quæ in ea intervenerunt*, Cancer. *part. 3. var. cap. 10. num. 25. & 26.*

Quia vassalli, & subditi de re non feudali in qua nullum interesse Baronis versatur, jurisdictionem alterius Judicis prorogare possunt sine Dominorum consensu, Capi, *dec. 9. num. 7. 8. & 12.* Boer. *decis. 214. à* 44
numer. 4. Surd. *dec. 47. à numer. 34. l. 1.* Cancer qui testatur de receptiori, & ita practicari, *part. 2. var. c. 2. numer. 219.* Barbosa *in l. 1. art. 5. num. 157. ff. de jud.* Carleval qui mille alios cumulat, & in hac residet, *de jud. lib. 1. disp. 2. num. 1094. 1098. & 1099.* Tondut. *de præven. jud. part. 1. cap. 49. num. 6.* Fermosin. *in cap. significasti, quæst. 8. num. 6. de foro compet.* Nisi investitura Baronum concessa fuerit cum clausulis privativis, abdicativis, & decreti irritantis respectu aliorum Judicum, quo casu per vassallos seu subditos non potest fieri prorogatio alterius Judicis sine Baronum consensu, Capici. *dec. 9. à num. 15.* Barbosa *in l. 1. art. 3. num. 153. & art. 4. à numero 48. ff. de jud.* Capiblanc. *pragm. 1. à num. 118. de Baron.* Benè explicat Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. numero 1100.*

Et hæc opinio maximè procedit respectu Judicis Ec- 45
clesiastici, siquidem laicus de jure communi jurisdictionem Judicis Ecclesiastici prorogare potest sine licentia sui superioris, *l. si quis ex consensu, 7. l. Episcopale, 8. C. de Episcop. Audi. c. significasti*, ubi Butrius *num. 9.* Socin. *num. 4.* Barbosa *num. 5.* Fermosin. *quæst. 8. num. 1. de foro compet.* Boer. *dec. 69. num. 5.* Osascus *dec. 78. nu. 1. & 2.* Barbosa *in l. 1. art. 3. num. 133. ff. de judic.* Sanchez *cons. moral. l. 6. c. 1. dub. 6. numero 1.* cum relatis per Carleval. *de jud. l. 1. disp. 2. n. 1116. & 1120.* Narbona *l. 59. glos. 1. num. 9. tit. 4. l. 2. recop.* idem Fermosin. *in c. licet suscepto, quæst. 3. num. 1. de foro compet.* Diana *resol. moral. part. 4. tract. 1. resol. 24. in fine, & part. 5. tract. 1. resol. 8. & par. 6. tr. 2. resol. 7. & in fine & in sum. verbo statutum, num. 11.* Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom. 2. c. 10. dub. 6. sect. 2. à num. 13.* Cutellus *de immu. Eccles. l. 2. quæst. 3. numer. 25. vers. Ex quo.* Ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Senjust, & Puigmiyà 15. Januarii 1602. *in favorem tutorum, & curatorum pupillæ filiæ Joannis Spinosa, contra Antonium Spinosa Calligarium Villæ de Valls*, & per eumdem Cancellarium Rovirola 26. *Maji* 1602. *contra Franciscum Paris Agricolam Villæ Sanahugiæ*, & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, Ferruz 5. Julii 1610. *contra Nobilem Magdalenam Terrè*, & in Regia Audientia Cathaloniæ ita fuit declaratum in facto juris firmæ factæ per Joannem Gavanet, & alios litis consortes procedimentis factis per Officialem Curiæ Ecclesiasticæ Ilerdę uti conservatorem Universitatis dictæ Civitatis, instante Antonio Guix studente in
præfata Universitate, ad relationem Magnifici Hiero- 46
nymi Torner 14. Augusti 1568. *vidi in archivo Regio* Præsertim stante juramento, propter quod laicus conveniri potest in Curia Ecclesiastica ad illius observantiam, *c. fin. foro compet. in 6. c. licet mulieres de jure juran. in 6.* Osasc. *decis. 77. n. 1.* Farinac. *in prax. part. 1.*

qu. 8.

qu. 8. n. 151. Guttier. *de jur. confir. part.* 3. *c.* 12. *à nu.* 2. Sanchez *in sum. l.* 3. *c.* 13. *à nu.* 11. Vela *dissert.* 10. *cap.* 27. *par.* 1. Gomez *tom.* 2. *var. c.* 14. *num.* 22. ubi Laynez *num.* 23. Bobad. *in pol. l.* 2. *c.* 17. *nu.* 52. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 119. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *c.* 10. *dub.* 6. *sect.* 1. cum relatis per Cenedo *collect.* 2. *ad sextum*, *num.* 2. Barbosa *in c. fin. n.* 3. *de foro compet. n.* 6. Carleval *de judic. l.* 1. *disput.* 1. *num.* 204. *in fine*, plures decisiones Cancellarii Cathaloniæ laudat Ripoll. *var. c.* 1. *à nu.* 266. & *num.* 576. Adde ita etiam fuisse decisum per Cancellarium Rovirola 19. Decembris 1598. *contra Jacobum Llariza*, & die 12. Decembris 1602. Consultoribus Senjust, & Puigmiyà *contra Gasparem Berenguer*, & 1. Decembr. 1603. *contra Petrum Munyos*, & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Ferrer, Senjust, & Miyavilafranquesa 6. Maii 1606. *contra Michaelem Viver*, & die 12. Decembris 1608. *contra Petrum Montagut*, & die 26. Januar. 1607. Consultoribus Magarola, & Rubi Coll. *contra Matthiam Alzina*, & die 12. Maii 1610. Consultoribus Senjust, & Miyavillafranquesa, *contra Paulum Vilosa Domicellum Coadjutorem in officio Magistri rationalis*, & per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Senjust, & Gamiz 9. Aprilis 1625. *contra Annam*, *Balthazarem Terrojas*, & die 13. Julii 1625. cum eisdem Consultoribus *contra Don Josephum Milsocòs*, Et multò magis stante contractu clausula renuntiationis proprii fori, & submissionis alterius cujuscumque Judicis potest laicus coram Ecclesiastico Judice conveniri, quamvis fuerit tertius possessor, Sperel. *dec.* 98. *num.* 31. & 32. Osascus *dec.* 78. *num.* 2. de mente nostri Senatùs Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 37. tres decisiones Cancellarii Cathaloniæ laudat Cancer. *p.* 2. *variar. c.* 2. *à num.* 389. & *par.* 3. *cap.* 15. *nu.* 247. refert, & sequitur Xammar *defin.* 98. *nu.* 2. *p.* 2. alias tres decisiones tradit Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 4. *num.* 108. Adde ita fuisse etiam decisum Cancellarium Rovirola, Consultoribus Puigmiyà, & Senjust 3. Octobris 1062. *contra Ludovicum de Corbera*, & *de Castello Dominum qui dicebatur de Llinàs*, & per Cancellarium Agullana 9. Octobris 1606. Consultoribus Nagarola, & Rubi Coll. *contra Joannem & Margaretam Llusians*, & die 6. Septembris 1607. Consultoribus Ferruz, & Rubi Coll. *contra Mattheum Bach*, & die 23. Maii 1613. Consultoribus Senjust, & Gamis *contra Michaelem Oller*, & die 20. Junii 1615. *contra conjuges Cafonts*, & per Cancellarium Carmona 28. Septembris 1617. *contra Alexandrum*, & *Mariam Annam Miralles*, die 23. Decembris 1617. Consultore Ramon contra Nobilem Jacobum Cassador, & per Cancellarium Puigmari 31. Augusti 1619. *contra Universitatem de Malda*, & die 28. Junii 1623. Consultore Roca *contra Universitatem loci de Gra*, & die 18. Octobris 1626. *contra Petrum Torrent.* & die 16. Novembris 1627. Consultoribus Roca, & Guerau *contra Franciscum de Gualbes*, & *Corbera*, & die 19. Januarii 1628. *contra Doctorem Narciscum Ferdinandum Garcia*, & die 1. Maii 1631. *contra Balthazarem Amill*, & per Cancellarium Erill, Consultore Guerau 30. Aprilis 1632. *contra Don Diacum de Alentem. Dominum qui dicebatur de Cero*, & *de la* 48 *Donzell.* Et adeo concludunt Doctores quòd Judex non potest prohibere subditos suos, quos intellexit litigare coram alio Judice, ne coram eo litigent; præcipuè quando partes vellent coram Ecclesiastico litigare. Osascus *decis.* 78. *nu.* 4. latè Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *à num.* 101.

49 Alii autem existimant contentionem declarandam esse pro Barone & contra Judicem Ecclesiasticum, Cancer. *part.* 3. *var. c.* 10. *à nu.* 27. Quia Vassalli, & sub-
50 diti Baronum sine ipsorum consensu, etiam de re allodiali jurisdictionem alterius judicis prorogare non possunt, Capaci *dec.* 9. *à n.* Thesaur. *dec.* 266. *nu.* 9. Belluga *in specul. Princip. rub.* 15. §. *sed quid dices*, *num.* 5. & 6. & *rub.* 42. §. *leges Regni*, *num.* 59. Osascus *decis.* 78. *num.* 12. *à num.* 16. *versi. Item*, Surd. *cons.* 47. *à num.* 34. Cancer. *part.* 3. *c.* 10. *à num.* 27. Leon *decis.* 168. *nu.* 13. & 15. *part.* 2. Franchis *decis.* 417. *num.* 2. & *decis.* 529. Vico *ad pragm. Reg. Sard. l.* 1. *tit.* 7. *c.* 4. *à n.* 20. & *c.* 1. *n.* 2. & *tit.* 11. *c.* 18. *n.* 1. & *tit.* 18. *c.* 4. *num.* 3. & *c.* 26. & *lib.* 2. *tit.* 47. *c.* 6. Novar. *pragm.* 1. *collect.* 2. *num.* 6. *jurisd. invicem non turband.* & *gravam.* 235. *num.* 6. *lib.* 1. Giurbad. *cons.* 95. *nu.* 8. & 13. Gratian. *decis.* 98. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *c.* 11. *nu.* 3. cum relatis per Carleval. *de jud. l.* 1. *disp.* 2. *n.* 1096. & per Parejam *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 2. *à num.* 133.

Sed verior mihi videtur opinio existimantium, quòd 51 subditi, & vassalli Baronis possunt, quoad sui præjudicium in re allodiali jurisdictionem alterius Judicis prorogare, non verò in præjudicium ipsorum Baronum, ita Franchis *dec.* 417. *num.* 1. & *decis.* 541. Mastril. *de magist. l.* 4. *c.* 16. *à nu.* 61. Sesse *de inhibit. c.* 26. *nu.* 15. Capiblanc. *pragm.* 8. *part.* 1. *nu.* 123. & 124. *de Baronib.* Regens Vico *l.* 1. *ad prag. Reg. Sard. tit.* 7. *cap.* 5. *nu.* 3. & *tit.* 18. *c.* 26. *sub num.* 26. Barbosa *in l.* 1. *art.* 4. *num.* 23. & *à num.* 61. *ff. de judi.* Rovit. *pragm.* 2. *num.* 7. *ubi de delict. quis deb. conven.* Surdus *cons.* 47. *à num.* 25. *lib.* 1. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *à num.* 27. *præcipuè num.* 31. Paschal. *de part. potest. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 108. Novar. *grava* 140. *lib.* 1. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 11. *numero* 4. Gratian. *decis.* 78. *à nu.* 38. Giurba *cons.* 59. *n.* 109. & *cons.* 95. *nu.* 8. & 14. cum congestis per Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 808. 1059. & 1223. & Parejam *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *specie* 2. *à nu.* 234.

Unde Barones, & alii domini jurisdictionis, tàm 52 perpetui, quàm temporales possunt repetere vassallos, & subditos suos alibi litigantes de re allodiali, etiam invitos, Capicius *decis.* 9. Franchis *decis.* 417. *nu.* 1. *in fine*, & *nu.* 2. cum relatis per Pereiram *decis.* 2. *nu.* 10. *versi. Unde*, Regens Vico, *lib.* 1. *de las letes de Sardena*, *tit.* 18. *cap.* 4. *nu.* 3. & *cap.* 25. & 26. cum relatis per Cutellum, *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 19. & per Thomam del Bene *de immun. Eccles. to.* 2. *c.* 10. *dubit.* 6. *sect.* 2. *num.* 5. cum pluribus aliis congestis per Giurb. Carleval, & Pareiram *locis num. præcedenti relatis*. Nisi scientes tacuerint, nam tunc validum est 53 judicium, & continuari potest contra vassallos, vide Cancer. & non pœnitebit *part.* 3. *var. capit.* 10. *à numero* 36.

Et possunt pariter Barones, & alii domini jurisdi- 54 ctionis tàm perpetui, quàm temporales prohibere, ac mandare vassallis, & subditis suis ne coram alii litigent nisi coram eis, Osascus, *decis.* 31. *num.* 7. & *decis.* 78. *num.* 12. Surdus *cons.* 47. *lib.* 1. Boer. *decis.* 114. *num.* 2. Ursillis ad Afflict. *dec.* 155. *num.* 4. & *decis.* 65. *num.* 39. Regens Leon *decis.* 168. *num.* 14. *lib.* 2. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 100. & *part.* 3. *cap.* 10. *num.* 30. Regens Vico *lib.* 1. *ad prag. Sard. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 13. & *tit.* 13. *cap.* 3. *nu.* 3. Sesse *de inhibit. cap.* 26. *à num.* 2. Gail. *lib.* 1. *observ.* 40. *num.* 6. Franchis *decis.* 417. *num.* 2. Mastril. *de magistr. lib.* 4. *capit.* 16. *num.* 64. cum relatis per Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 1. *num.* 1105. & aliis congestis per Cutellum *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 19. & per Thomam del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 6. & *tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 6. *sect. nu.* 4. Nec coram Judicibus Ecclesiasti- 55 cis propter præjudicium, quod eorum jurisdictioni generatur, idque tàm de jure, quàm ex legibus Castellæ, Lusitaniæ, Sardiniæ & aliorum Regnorum, Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 3. *à num.* 1. & *cap.* 26. *num.* 33. & 14. Barbosa *in cap. significasti*, *nu.* 5. ubi Fermosin. *quæst.* 8. *num.* 2. & 3. *de foro compet.* Pereira *de manu Regia*, *part.* 2. *cap.* 35. & *decis.* 29. *num.* 6. Regens Vico *lib.* 1. *ad pragmat. Reg. Sardin. tit.* 7. *cap.* 4. *num.* 9. & 13. Azevedo, *lib.* 11. *à num.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Barbosa *in lib.* 1. *art.* 3. *num.* 139. *ff. de jud.* cum relatis per Carleval. *de judiciis*, *lib.* 1. *disput.* 2. *num.* 1121. intellige ut per Cancer. *part.* 2. *var. res. cap.* 2. *n.* 104. & per Barbosa *in prax. exigen. portion. quæst.* 4. Hujusmodique leges validas esse, ut innumeris relatis tradunt Petrus Barbosa *in lib.* 1. *part.* 1. *à nu.* 72. *ff. soluto matrim.* Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisp. in studiis general. cap.* 29. *num.* 8. Fermosin. *in cap. licet ex suscepto*, *quæst.* 3. & 5. *de jud.* Pereira *de manu Regia*, *part.* 1. *c.* 19. Sanchez *in summa*, *lib.* 3. *cap.* 22. *à num.* 5. Valascus *consult.* 99. Guttier. *in authent. sacramenta puberum*, *à num.* 46.

num. 46. *C. si adver. vendit.* Cevallos *com. cont. com. quæst.* 288. Emanuel Barbosa *ad leg. Luzitan. lib.* 4. *tit.* 73. *num.* 1. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 1. *à num.* 8. Fachineus *controver. lib.* 3. *cap.* 13. Morla *in empor. jurisd. part.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 23. Cutellus *de immu. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 36. Salgado *de supplicat. ad Sanctis. part.* 2. *cap.* 1. *à num.* 31. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 6. *sect.* 2. *num.* 20. Salzedo *l.* 10. *num.* 107. *tit.* 1. *lib.* 1. *recop. fol.* 18. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 1121. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 8. *à num.* 50. Vela *dissert.* 10. *à nu.* 21. *lib.* 1. Poncius *de matrimon. lib.* 12. *cap.* 8. §. 5. Germosilla ad Gregor. Lopez *l.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *gloss.* 12. *à nu.* 105. Laynez in addit. ad Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 14. *nu.* 23. *versi. Quod stante*, Fragoso *de regim. Reipub. part.* 1. *lib.* 2. *disp.* 4. §. 1. *à nu.* 273. Cenedo *collect.* 2. *ad sextum*, *n.* 4. *qui mille alios laudant*.

56 Sed dubium est, an Baronus, & alii domini jurisdictioni tàm perpetui, quàm temporales possint prohibere vassallis, seu subditis suis ne adeant Regia Tribunalia, affirmant Boer. *dec.* 114. Osascus *decis.* 78. Sesse *de inhibit. cap.* 26. *à nu.* 6. Novarius *in pragmat.* 1. *collect.* 2. *nu.* 3. *de jud. invic. non turband.* Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 30. *in fine*, Riccius *collect.* 1923. Mastril. *de magist. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 64. negant & veriùs, Lucas de Penna *in l. unica*, *in fine*, *C. ut nemo luscip. rust. ad suum patron. lib.* 11. Capici. *decis.* 130. *num.* 10. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 107. Annania. *singul.* 62. Rebuf. *in tract. de evocat. quæst.* 6. *nu.* 60. Novari. *grav.* 235. *lib.* 1. *& grava.* 38. *lib.* 2. ita fuit observatum in Regia Audientia Sardiniæ junctis Aulis de tempore Eminentissimi Cardinalis Theodori Principis Trivulcii, Proregis, & Locumtenentis generalis in initio anni 1651. apprehendendo proclamata originalia facta per Rectorem Marchionatus de Quirra, quæ recursum ad Regiam Audientiam vassallis Marchionatus prohibebant, & quia per ista proclamata impediebatur major, & suprema regalia Domini Regis, fuit processum criminaliter pro sequestranda jurisdictione Marchionis, sed causam scio non fuisse continuatam.

57 Tertiò Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur juxta nostram concordiam, neque

58 firma juris procedit cum Ædili, vel Almutacafo, sive Mustafassio, imò Ædilis, sive Mustafassius, vel Almutacafus debet firmare jus, & de jure in posse Regiæ Audientiæ, vel Regii Vicarii, seu Bajuli Regii, & tunc procedit contentio, ut fuit practicatum coram Cancellariis in casibus relatis per Michaelem Ferrer. *p.* 3. *observ. cap.* 233. 234. 428. & 429. Ripoll. *var. resol. cap.* 1. *num.* 188. & 189. & per Cancellarium Rovirola 16. Novemb. 1601. *in firma juris facta per Ædilem Civitatis Urgellen. coram suo ordinario*, & per Cancellarium Agullana, Consultoribus, Peguera, Senjust, Magarola. Puigmiyà, Ferruz, & Jover 12. Decembris 1608. *in firma juris facta per Gasparem Montaner Ædilem civitatis Barcinonæ coram Regia Audientia in causa contentionis cum curia Ecclesiastica, & Capitulo Sedis Barcinonæ*, & per Cancellarium Puigmari 20. Februarii 1627. *in firma juris facta per Ædilem, & Juratos Villæfranchæ Peniten. coram Vicario Barcinonæ in causa contentionis cum Curia Ecclesiastica Villæfranchæ Peniten.* & per eumdem Cancellarium Puigmari 22. Maii 1629. *in firma juris facta per Joannem Amat Medicinæ Doctorem Ædilem civitatis Barcinonæ coram Vicario Regio dictæ civitatis in causa contentionis cum Curia Ecclesiastica Barcinonæ, & Oeconomo Monasterii sancti Cucuphatis Vallen.*

59 De officio, jurisdictione, & potestate Ædilis, & quibus nominibus in unaquaque Provincia appelletur, latè scripserunt ex Cathalanis Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 233. 234. 428. & 419. Ripoll. *variar. cap.* 1. *num.* 188. & 189. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 4. *cap.* 26. *in prin.* Xammar. *de privil. Barcinonæ*, §. 10. *num.* 12. & 13. Cancer. *p.* 2. *var. c.* 2. *nu.* 220. Fontan. *dec.* 310. *nu.* 4. *p.* 2. Ex Aragonens. Portoles ad Molin. §. *Almutacafus* Sesse *dec.* 177. *num.* 5. *lib.* 2. *& de inhibit. c.* 5. §. 9. *nu.* 72. Ximenez de Araguez *de offic. Bajuli general.* §. 9. *nu.* 11. & §. 20. *n.* 9. Tarracona *instit. feud. lib.* 1. *tit.* 10. Ex Valentinis Cedran *in arbore jurisdict. verbo Almutacen. & notis*, *littera F.* Mandariaga *de Senatu & Principe*, *capite* 40. *versi. El Mustacaf*, Regens Leon *decis.* 9. *sub num.* 189. *lib.* 3. Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 4. §. 4. *à nu.* 39. Ex Castellanis Sebastien. Covar. *in thesauro linguæ Castel. verbo Almotacen, & verbo Fiel executor*, Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 135. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 20. *& in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *versi. Si bien*, Avendaño *de exequent. mandat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 12. Valenzuela *cons.* 200. *à num.* 22. *lib.* 2. Ex Neapolitanis Novarius *in prax. sect.* 2. *qu.* 43. *num.* 12. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 691. Et de Regno Majoricarum Dametus *in histor. Majoricar. lib.* 1. *cap.* 24.

Inter alia in quibus Ædilis, sive Mustafassius habet 60
jurisdictionem est in ponderibus, & mensuris contra eos, qui illis falsis utuntur, ut ex pluribus Regiis pragmaticis probat Bosch. *dels titols de honor*, *l.* 4. *c.* 26. *versi. Los Privilegis*, & tradunt Doctores *num. præce-* 61
denti relati, etiamsi fuerint Nobiles, Portoles ad Molin. §. *Almutacafus*, *num.* 1. Vel Familiares sanctæ In- 62
quisitionis, aut Officiales Capitaniæ generalis, & alii quicumque sæculares, idem Bosch. *loco proximè citato*, *versi. Dicta jurisdictio tenen*, Privativè ad alios 63
Judices, & Officiales Regios, ut pluribus Regiis pragmaticis probat Bosch. *dicto lib.* 4. *cap.* 26. *vers. Dita jurisdictio no sols*. Xammar. *de privil. Barcin.* §. 10. *nu.* 13. *ubi refert decisionem Regiæ Audientiæ*, Sed semotis 64
privilegiis ejus jurisdictio est cumulativa cum ordinario, & datur locus præventioni, ut latè probat Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *à nu.* 220. sed contrarium quòd si privata, Sesse *decis.* 438. *n.* 26. *tom.* 4.

Sed qua pœna puniantur illi, qui ponderibus, & 65
mensuris falsis utuntur, vide Menochium *de arbi. jud. casu.* 317. Azevedo *l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 5. *recopil.* ubi Mattienco *glos.* 5. & 6. Portoles ad Molin. §. *falsitas*, *à nu.* 7. Gomez *in l.* 80. *tauri nu.* 12. Mexia *in pragmat. pan. conclu.* 5. *à nu.* 30. Cenedo *collect.* 9. *ad decretal. nu.* 1. Farinacius *de falsit. quæst.* 150. *à nu.* 76. Borell. *de magist. edit. lib.* 3. *cap.* 15. Regens Vico *lib.* 2. *de las letes Sardena*, *tit.* 41. *c.* 7. *n.* 2. & 3.

Sed utrùm Ædilis, seu Mustafassius, ac quilibet Ju- 66
dex sæcularis, possint punire Clericos falsis ponderibus & mensuris utentes, negant Salzedo ad Bernardum Diaz *in pract. crim. canon. cap.* 55. *versi. Si tamen Clericus*, Narbona *l.* 20. *glo.* 20. *à nu.* 1. *præcipuè nu.* 33. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Squillante *de privil. Clerical. cap.* 8. *nu.* 38. Carolus de Gras. *de effect. Clericat. effect.* 1. *nu.* 945. latè Fontanella *decis.* 515. *per totam præcipuè à num.* 15. *part.* 2. Barbosa *in cap. ut mensuræ nu.* 3. *de emption. & vend.* plures Theologos laudant Diana, *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 76. & *part.* 5 *tr.* 1. *resol.* 6. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 11. 54. & *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 17.

Affimant, Cassaneus *in consuetud. Burg. rub.* 1. §. 1. 67
num. 91. *in fine*, *fol.* 52. Aufrerarius *de potest. sæcul. in Eccles. regul.* 1. *fallen.* 1. *à num.* 1. & *fallen.* 12. 13. & 26. *num.* 24. Mexia *in pragmat. panis*, *concl.* 5. *num.* 29. Cenedo *collect. ad decretum*, 27. *nu.* 18. & *collect.* 9. *ad decretales*, *num.* 1. *in fine*, Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 129. Ximenez de Araguez *de offic. Bajul. general.* §. 20. *num.* 6. Borell. *in sum. decis. tit.* 43. *de foro compet. nu.* 34. & 35. & *de Regis Cathol. præstan. cap.* 71. *num.* 357. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 64. *num.* 14. *versi. El segundo*, & *num.* 15. & 16. Cutellus *ad leg. Jacobi*, *cap.* 59. *num.* 71. *in fine*, & *cap.* 64. *nota* 75. *num.* 3. & *ad leg. Federici*, *cap.* 116. *nota* 105. *num.* 3. *de immu. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 77. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tit.* 41. *cap.* 6. *num.* 4. Salzedo *de leg. polit. lib.* 1. *cap* 4. *num.* 19. ad Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 4. *nu.* 227. & *cap.* 8. *nu.* 108. Xammar. *de privil. Barcin. rub.* 16. *à num.* 15. *præcipuè numero* 17.

Conciliant verò, & distinguunt alii, quòd Ædilis, 68
sivè Mustafassius possit recognoscere pondera, & mensuras Clericorum, & ad hunc effectum intrare domos illorum, executionem autem pœnarum teneatur facere cum assistentia Officialis Ecclesiastici, ita Michael Ferrer *part.* 3. *obser. cap.* 233. 234. 428. & 429. *ubi decisiones*

siones Cancellarii Cathaloniæ, Ripoll. *var. cap.* 1. *nu.* 188. 189. *ubi decisiones Cancellarii Cathaloniæ*, Fontanella *decis.* 310. *num.* 4. *part.* 2. Regens Visies *in primo discursu anni* 1638. §. 7. *versi. Aunque, ante finem fol.* 52. Regens Vico *lib.* 1. *ad pragmat. Reg. Sard. tit.* 7. *cap.* 15. §. 30. & hæc conciliato verissima est, quando Clerici vendunt, & vendere possunt publicè omnibus etiam sæcularibus; secus quando Clerici conveniunt inter se de dividendis carnibus, & piscibus inter ipsos, & pro faciliori divisione erigunt macellum, ut in eo pro eis carnes scindantur, & carnes & pisces vendantur certo pretio, prout ipsis taxandum benè visum fuerit; nam tunc etiam si falsis ponderibus utantur à Judice sæculari puniri non possunt, juxta decisionem Cancellarii Cathaloniæ quam refert Fontanella *decis.* 515. *num.* 18. quam sic intelligit *nu.* 20. *versic. Ad quod part.* 2.

Illud autem scias, quòd Ædilis, sivè Mustafassius potest falsas mensuras rumpere, & frangere; *l. jubemus, C. de defen. Civit. l. lectos, C. de peric. & commod. rei vend. l.* 2. §. *si quis nemine, ff. ne quid in loco publico*; quæ jura citat Regens Vico *lib.* 2. *a l pragmat. Reg. Sard. titul.* 41. *cap.* 7. *numero* 3. *versi. Primum*, etiam Clericorum, idem Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 30. & illas in loco publico affigere, Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 129.

69 Quartò, Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem firmare non tenetur juxta nostram concordiam, neque firma juris procedit cum Judice Regio sæculari incompetente, semper enim est firmanda contentio per Judicem sæcularem Regium ordinarium, qui se Judicem competentem prætendit, aliàs declaratur contentionem non procedere, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 24. Pareja *de instru. edit. tit.* 2. *resol.* 6. *specul.* 2. *sub num.* 231.

70 Hinc primò infertur, contentionem non procedere, quando per inferiores Regios firmatur contentio cum Curia Ecclesiastica, & reus est impetitus in Regia Curia de pluribus delictis, ut fuit declaratum per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Peguera, Ubach Regàs, Astor, Fontanet, Torner, Bonet, & Puigmiya 26. Augusti 1600. *in facto immunitatis Ecclesiæ Raphaelis Vidal.* & per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, Ramon, Besturs, & Carreres 27. Augusti 1626. *in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Decani Pratorum Regis ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Regis Cervariæ ex altera, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Jacobi Serra dicti Bonsoms, alias lo Gasco del Planell; nam cum pendente contentione fuerit petitum per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ declarari contentionem non esse legitimè firmatam, ex quo dictus Bonsoms aliàs Serra erat impetitus in Regia Curia de pluribus delictis, fuit declaratum contentionem inter dictas Curias firmatam non procedere*, conducunt tradita per Bajard. ad Clar. §. 1. *fin. qu.* 78. *num.* 79. Capiblanc. *de Baron. pragmat.* 8. *cap.* 58. *nu.* 8. Vico *lib.* 1. *ad pragm. Reg. Sard. tit.* 18. *cap.* 4. *num.* 26. Ferrer. *par.* 3. *observan. cap.* 468. *versi. Et est una potissima ratio.* Sed vide declarationem factam per Cancellarium Puigmari 30. Julii 1623. relatam ad litteram *decis.* 24. *num.* 207. quæ videtur contraria huic resolutioni.

71 Hinc secundò infertur, contentionem non procedere, quando per Regios Judices inferiores firmatur contentio, & lis, seu causa pendet in Regia Audientia, quo casu pariter declaratur contentionem non procedere, ut fuit declaratum de mense Augusti 1602. in casu relato per Cancer *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 24. & per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Roca, & Carreres 29. Aprilis 1627. *inter Curiam Ecclesiasticam Decani Montisalbi, & Procuratores Confratriæ pauperum Jesu Christi dictæ Villæ ex una, & Curiam sæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ, & Jacobum Vidal Curritorem auris dictæ civitatis ex altera*, conducunt tradita per Rotam *decis.* 3. *de testibus in antiquis*, & coram Cavaller. *dec.* 156. Pegu. *dec.* 68. *p.* 2. Fontanel. *dec.* 181. 182. & 183. *par.* 1. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 18. *à nu.* 57.

72 Hinc etiam tertiò infertur, contentionem non procedere, quando reus est captus per unum Judicem, & firmatur contentio cum alio, qui reum captum non habet, ut fuit declaratum per Cancellarium Sorribes, Consultoribus Clariana de Seva, Ferrer, Vilana, Llobregat, & Suñer 17. Martii 1554. *in favorem spectabilis Gubernatoris Cathaloniæ & contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ*, de qua meminit Ripoll. *var. resol. cap.* 1. *num.* 183.

Circa istum quartum casum post hæc scripta inveni in materia libertatis Ecclesiasticæ, quòd Episcopus Cardinalis Dertuzæ, & ejus Fisci procurator firmavit jus, & de jure in Curia Ecclesiastica Episcopi Barcinonæ super reconventione facta in Regia Audientia per Syndicum Civitatis Dertuzæ petentem Ecclesiasticas personas condemnari ad contribuendum in juribus seu gabellis dictis Drets del non imposit, & in aliis impositionibus dictæ Civitatis: Et cùm esset firmata contentio inter Curiam Ecclesiast cam Episcopi Barcinonæ, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, fuit declaratum per Cancellarium Puigmari 27. Junii 1626. *firmæ jurisfactæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per Episcopum Dertuz. & Fisci procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Dertuzæ, ratione reconventionis prædictæ locum fuisse & esse.* Ex qua declaratione colligitur, posse Episcopum in materia libertatis Ecclesiæ firmare jus in posse alterius Episcopi, & si unus non sit alterius Judex competens, quod videtur fundari in eo, quòd quilibet Episcopus est defensor Ecclesiasticæ libertatis, ut dixi *dec.* 9. *num.* 69. Sed non videtur tutum, quòd unus Episcopus firmet jus in Curia alterius Episcopi, sed debet firmare, vel in sua Curia, vel in Curia Archiepiscopi, tum quia firmandum est de jure apud Judicem, qui competentem esse prætendit, ut dixi *supra à numero* 69. tum etiam, quia firma juris nihil aliud est quàm satisdatio de judicio sisti, & judicato solvendo, ut infrà *decis.* 12. *numer.* 4. & 5. & unus Episcopus non est, nec potest esse Judex competens alterius Episcopi, sed Archiepiscopus, ut infrà *dec.* 32. *à nu.* 8. Nec obstat quòd quilibet Episcopus sit defensor libertatis Ecclesiasticæ, quia hoc regulariter verum est respectu Clericorum, quorum aliàs est, & esse potest Judex competens, & respectu eorum potest contentionem firmare, ut tradunt Doctores relati *dicta dec.* 9. *nu.* 69. non autem respectu alterius Episcopi, cujus non est, nec esse potest Judex competens, sed Archiepiscopus, ut infrà *decis.* 32. *à num.* 8. & in Archiepiscopo Tarraconæ, qui jus firmavit in Curia Ecclesiastica Barcinonæ, cùm esset motum dubium, an esset firmanda contentio, fuit declaratum per Cancellarium Puigmari 14. Julii 1626. contentionem per Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ non esse firmandam.

Quintò Curia Ecclesiastica ordinaria contentionem 73
firmare non tenetur, neque firma juris procedit cum Deputatis generalis Cathaloniæ, aliàs si firmetur inter Curiam Ecclesiasticam, & ipsos Deputatos, solet declarari per Cancellarium contentionem non procedere, Ripoll. *var. c.* 1. *à nu.* 183. ubi testatur ita fuisse declaratum per Cancellarium Sorribes in facto contentionis Petri Comabelia Cleri per Deputatos capti; & detenti in suis carceribus.

Cæterùm istud exemplare non est ad propositum ad casum quem Ripoll. refert, quia in eo non fuit firmata contentio cum Deputatis generalis Cathaloniæ, qui dictum Petrum Comabella captum habebant, sed cum spectabili Gerente vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ, per quem Clericus non erat captus, & sic meritò fuit declaratum contentionem non procedere, *ut vidi in dicto exemplari authentico, & dixi numer. præcedenti.*

Præterea, quia Deputatus Ecclesiasticus Cathaloniæ 74
tamquam Judex delegatus à Sede Apostolica virtute rescripti, seu Brevis sanctissimi Clementis Papæ Septimi, Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 17. Kalendas 1514. Pontificatus sui anno Primo, procedit censuris, & aliis pœnis contra Ecclesiasticos, & Religiosos pro rebus generalitatis, Bosch. *dels titols de honor, l.* 4. *cap.* 2. §. 2. *versi. Lo Deputat Ecclesiastic.* Ripoll. ad Pegueram *in pract. crim. cap.* 27. *num.* 3. ubi testatur ita fuisse practicatum

catum contra Franciscum Fraga Presbyterum Villæ de Tibissa, qui se reciperet intus Hospitale genera e sanctæ Crucis Civitatis Barcinonæ, & ab eo per dictum Ripoll. cum assistentia Officialium Deputatis fuit extractus, & in carceres Deputationis repositus, & de Deputatis status Ecclesiastici Regni Valentiæ ex Bulla Adriani Sexti idem tradit Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 1. capit. 3. §. 2. numero 26.* quocirca si hoc est
75 verum, prout est indubitatum, quomodo potest dari casus, ut firmetur contentio inter Curiam Ecclesiasticam, & Deputatum Ecclesiasticum in causis Clerici pro rebus Generalitatis cum electione Arbitrorum, & suo casu coram Cancellario, certè considerare non possum, siquidem inter ordinarium Ecclesiasticum, & delegatum Ecclesiasticum orta contentione jurisdictionis non reccurritur ad electionem Arbitrorum, sed delegatus tamquam major cognoscit, an sit jurisdictio, ut dicam infrà *decis. 34. à num. 1.*

76 De Deputatis, & eorum officio, auctoritate, & præeminentia, latè Mattheu *de regim. Reg. Valen. to. 1. cap. 3. §. 2. 3. & 4.* qui *dicto §. 2. num. 9.* refert Doctores Valentinos, Cathalanos, Aragonenses, & Siculos de illis tractantes, quos non transcribo, sed ad eum lectorem remitto. Addo ex Cathalanis Berart. *in specu. visit. cap. 24.* Bosch. *dels titols de honor, lib. 4. cap. 2. & §. 1. 2. & 3.* Ripoll. ad Pegueram *in pract. crimin. c. 27.* Ex Aragonensibus Bardaxi *in rubrica & foro 1. 2. 3. & 4. de offic. Deputator. & in foro unico de Personis quæ ad officia extractæ non admittuntur, & in foro unico de imbursat. offic. Regni*, Sesse *de inhib. cap. 3. §. 2. à num. 3.* Suelves *cons. 64. nu. 6. lib. 1. & cons. 42. l. 3.* Ex Sardis Dexart. *in cap. 6. de capit. cart. local. fol. 155.* Ex Valentinis Leon *decis. 14. lib. 3.*

Alios casus communes utrique Curiæ in quibus non firmatur contentio, referam decisione sequenti.

ARGUMENTUM.

Cum quibus Judicibus, tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus non sit firmanda contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, & quando firma juris cum illis non procedat.

SUMMARIUM.

1 *Contentio non procedit, quando non constat in processu de litteris repetitoriis, vel de litteris responsivis in forma contentionis.*

2 *Contentio non procedit, quando in litteris à Curiis emanatis non est Arbiter nominatus in forma contentionis.*

3 *Contentio non procedit, quando non constat de firma juris, & nu. 19. secus in Regno Sardiniæ, ibid.*

4 *Firma juris est satisdatio de judicio sisti, & judicatum solvi.*

5 *Firma juris successit loco cautionis de judicio sisti, & judicatum solvi,*

6 *Judicia olim in Cathalonia à firma juris incipiebant tàm ex parte actoris, quàm rei, quod est juri communi conforme, nu. 7.*

8 *Firma juris de tempore usaticorum in causis communibus quomodo fiebat.*

9 *Firma juris cum pignoribus tenentibus est sublata in Cathalonia, nisi in aliquibus casibus, nu. 10. & quando ab ea excusetur, nu. 11.*

12 *Pignora tenentia quæ dicantur.*

13 *Firma juris de jure novo fiebat cum fidejussoribus, sed hodie est sublata, nisi in aliquibus casibus à num. 14. ad 20.*

14 *Firma juris hodie fit sine fidejussoribus cum sola hypotheca bonorum, & qualiter practicetur, num. 21. & 22. & an sufficiat quod firma juris fiat in supplicatsone coram Judice, an verò requiratur, quod de ea instrumentum per Notarium continuetur, dicto n. 22. versi. Sed utrum.*

23 *Contentio non est, quando renunciatur contentioni.*

24 *Reus an possit verbo renuntiare immunitati Ecclesiæ, ad quam confugerat, ubi pro affirmativa, & negativa, & quid in Cathalonia.*

17 *Reus potest de facto renuntiare immunitati Ecclesiæ, voluntariè, spontè ab ea egrediendo.*

26 *Clericus in sacris constitutus non potest, nec tacitè, nec expressè renuntiare privilegio fori consentiendo in Judicem laicum.*

27 *Nec cum juramento.*

28 *Nec cum consensu proprii Episcopi.*

29 *Clericus in minoribus ordinibus constitutus non potest verbo renuntiare privilegio fori, nisi facto omnino contrario, nu. 30.*

31 *Contentio non prodit super quæstione juris, nisi super quæstione facti.*

32 *Jus de sui natura semper est certum.*

33 *Quæstio juris quæ dicatur.*

34 *Quæstio facti quæ dicatur.*

35 *Contentio procedit, quando quæstio vertitur super jure simul, & facto.*

36 *Quæstio super jure simul, & facto quæ dicatur.*

37 *Contentio procedit super quæstione juris, quando jus est dubium, & intricatum.*

38 *Articulus juris dubii, & intricati æquiparatur quæstioni facti.*

39 *Jus dubium, & intricatum quod dicatur, remissivè.*

40 *Contentio non nova procedit super decisis in alia, quod est juri communi conforme, nu. 41.*

49 *Amplia primò, in contentione semel decisa per Arbitros.*

50 *Amplia secundò, in contentione semel decisa per Cancellarium.*

51 *Amplia tertio, in contentione semel decisa per Tertium.*

52 *Amplia quartò, in contentione expirata per lapsum termini, super qua nova contentio firmari non potest, quod est juri communi conforme, nu. 53. intellige, nu. 54.*

55 *Amplia quinto, ut fuerit firmata nova contentio, & opus sit declaratione, declaratur sententiam jus feciſſe inter partes & contentionem non procedere.*

56 *Amplia sexto, ut non admittatur nova contentio, etiam sub prætextu quod sit fundata super prætentione dubii probabilis.*

57 *Amplia septimò, ut contentione semel declarata non admittatur dubium de dubio, & vide n. 58.*

59 *Amplia octavò sive contentio fuerit semel declarata in causa criminali, vel civili;*

60 *Amplia nonò, ut nova contentio firmari non possit tàm respectu Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, & num. 61. & 62.*

63 *Subamplia 1. ut Curia Ecclesiastica possit procedere per excommunicationem, & alias censuras contra Curiam sæcularem.*

64 *Subamplia 2. ut Curia sæcularis possit procedere contra Curiam Ecclesiasticam per citationem ad banchum Regium, vel per occupationem temporalitatum, & de praxi, n. 65. & 66.*

67 *Amplia 10. etiam si sententia fuerit lata die feriata.*

68 *Amplia 11. ut si nova contentio firmetur, soleat Cancellarius procedimenta renovare ut attentata, nu. 69.*

70 *Amplia 12. & ultimò, ut in Regno Aragonum soleat juris firma concedi illi, in cujus favorem declarata fuit competentia.*

71 *Limita 1. quando allegatur in nova contentione aliqua nullitas sententiæ jam latæ, & ut puta quia prætendatur nullitas, ex defectu non servatæ formæ concordiæ, & aliorum jurium Patriæ, & nu. 72. & 73.*

74 *Sublimita 1. si nullitas solùm allegetur ex capite injustitiæ.*

75 *Sublimita 2. quando nullitas allegatur ut lis in longum protrahatur, nam tunc contentio nova non admittitur.*

76 *Sublimita 3. si de nullitate notoriè, & evidenter non constat.*

77 *Li-*

77 *Limita* 2. *quando in sententia declaratur contentionem non procedere, quod est juri communi conforme, num.* 78.

78 *Limita* 3. *quando declaratio contentionis fuit facta ex abrupto sine causæ cognitione, sed vide numero* 80.

81 *Limita* 4. *quando ex probationibus seu instrumentis de novo repertis rem aliter se habere apparet, nam tunc nova contentio firmari potest, & num.* 82.

84 *Limita* 5. *quando intervenit nova causa, quod est consentaneum juri communi num.* 85. *Exempla referuntur, nu.* 86. 87. *&* 88.

89 *Limita* 6. *quando contentio fuit declarata ad solam partis privatæ instantiam; nam tunc ad instantiam Fisci Procuratoris nova contentio firmari potest, & num.* 90. *quod est conforme juri communi, num.* 91.

92 *Limita* 7. *quando contentio fuit declarata ad instantiam Fisci Procuratoris, nam ad instantiam partis privatæ nova contentio firmari potest, quod & de jure procedit, num.* 93.

101 *Amplia* 1. *quando sunt plures interesse habentes, nam si ad instantiam unius fuerit firmata contentio, ad instantiam aliarum nova firmari potest.*

102 *Amplia* 2. *ut multò magis procedat, quando Fisci Procurator desistit aliqua allegare, quod est conforme juri communi, num.* 109.

104 *Sublimita* 1. *dummodo pars probet esse partem, & sua interesse, quod consonat juri communi, numero* 105.

105 *Sublimita* 2. *quando pars interessata allegaret, & probaret ignorantiam primæ contentionis, secus si haberet scientiam illius, quod est juri communi consentaneum, num.* 107.

109 *Limita* 8. *ut opposita exceptione coram Judice sæculari possit pars contentionem firmare.*

42 *Appellatio seu recursus non datur à sententia pro dirimenda contentione lata.*

43 *Sententia contra sententiam in rem judicatam transacta est ipso jure nulla, amplia num.* 44.

45 *Contentio est solum firmanda in casibus dubiis, non in claris, & notoriis, num.* 46.

46 *Res clara dicitur post latam sententiam.*

47 *Judicium novum formari non potest ad decisionem eorum, quæ in alio decisa sunt.*

48 *Contentio nova si admitteretur super casu decisо, esset in arbitrio alterius ex Curiis impedire executionem sententiæ.*

83 *Sententia in rem judicatam transacta quando rescindatur propter instrumenta de novo reperta.*

94 *Fisci Procurator utriusque Curiæ est formalis pars in contentionibus firmandis.*

95 *Contentio rectè firmatur ad instantiam Fisci utriusque Curiæ.*

96 *Pars formalis in contentionibus est ille, de cujus interesse agitur, & sic ad solam partis instantiam rectè procedit contentio, secus in Regno Valentiæ, numero* 99. *& in Regno Castellæ, numero* 100.

97 *Contentio rectè firmatur, tàm ad instantiam Fisci utriusque Curiæ, quàm partium privatarum de quarum interesse agitur.*

98 *Sententia contra unum lata pro jure suo alteri non præjudicat, quando plures in eadem re æquè principaliter pro portionibus jus habent.*

110 *Contentio non procedit, si Arbitri nominentur extra caput Vicariæ in qua formatur contentio, vel eligantur ex diversis Vicariis, vel extra locum ubi celebratur Regia Audientia.*

111 *Contentio non est, si firmetur per Judicem Ecclesiasticum non Diœcesanum, absque litteris subsidiariis Judicis Ecclesiastici Diœcesani, cui Judex sæcularis subest ratione peccati.*

112 *Contentio non est, si litteræ contentionis Judicis Ecclesiastici præsententur Curiæ sæculari per Portarios Regios.*

113 *Contentio non procedit si probatio Clericalis fuerit facta in Curia Ecclesiastica, non citato Fisci Procuratore Curiæ sæcularis,*

114 *Contentio non est, si non adest materia, super qua recadat.*

115 *Cancellarius casibus in quibus contentio non procedit, solet ex officio declarare, contentionem non procedere.*

DECISIO XII.

PRæter casus relatos suprà *decis.* 9. *&* 11. sunt alii communes Judicibus ordinariis Ecclesiasticis, & Regiis, in quibus contentio juxta nostram concordiam non firmatur, nec firma juris procedit. 1

Primus, quando non constat in processu de litteris receptoriis, requisitoriis, sive exhortatoriis, vel de litteris responsivis in forma contentionis cum suis præsentationibus respectivè, quo casu contentio non procedit, & declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Copons 29. Novembris 1595. *inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem, & Michaelem Puig Domicellum ex altera,* Et per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Dalmau, Fontanet, Salbà, Vallseca, & Puigmiya 11. Octobris 1601. *contra Franciscum Blades, & alios Villæ de Cambrils.* Et per eumdem Cancellarium Rovirola 20. Octobris 1601. *inter Curiam Ecclesiasticam Urgellen. & Curiam sæcularem Vicarii Ceritaniæ.* Et per dictum Cancellarium Rovirola 18. Martii 1604. *inter Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Curiam Ecclesiasticam Dortuzen.* Et per Cancellarium Puigmari 18. Maii 1626. *in facto contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ, & Hieronymum Ferrer Mercatorem dictæ Civitatis ex una, & Curiam sæcularem Regii Procuratoris Tarraconæ, & Gabrielem Marti Fiveller Juris utriusque Doctorem ex altera.* Et per eumdem Cancellarium Puigmari 20. Maii 1627. *in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ Sede vacante, & Curiam sæcularem Subvicarii Bisalduni occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Bartholomæi Arman loci de Vilert.* Et per dictum Cancellarium Puigmari 16. Martii 1630. *in causa contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Decanatus Aqualatæ, & Miginum Malet Presbyterum ex una, & Curiam sæcularem Regentis Vicariam Cervariæ, & Jacobum Fenoll Bajulum Villæ sanctæ Columbæ de Queralt ex altera.* Et per præfatum Cancellarium Puigmari 31. Januarii 1631. *in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Elnen. & Don Franciscum de Blanes Presbyterum Perpiniani ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Galcerandum Oriz, & de Vallgornera ex altera.* Et per Erill. Tertium per suam Excellentiam nominatum 2. Octobr. 1631. *in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Ilerden. & Franciscum Ferruz Presbyterum ex una, & Curiam sæcularem Regentis Vicariam Ilerdæ, & Don Guillelmum de Montagut ex altera.* Et per Josephum de Jalpi Tertium per suam Excellentiam nominatum, Consultoribus Vilosa, & Cellers 10. Junii 1654. *inter Vicarium Villæ Aqualatæ. In confirmationem hujus primi casus vide quæ dicam infrà decis.* 13. *&* 14. Ad effectum autem debitæ præsentationis litterarum contentionis à Curia Ecclesiastica emanatarum sufficit, quòd illæ præsententur Cancellario in locum Relatoris causæ Doctoris Regiæ Audientiæ, ut fuit observatum per Cancellarium Erill. 11. Octobris 1639. *in causa contentionis Comitissæ, & Bajuli de Guimerà.*

Secundus, quando in litteris ab una ex Curiis emanatis, etiamsi de illis constet in processu, non est Arbiter nominatus in forma contentionis, quo casu contentio non procedit, & declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Copons 9. Maii 1593. Consultoribus Peguera, Sabater, & Suñer *inter Curiam Ecclesiasticam Urgellen. & Rectorem Ecclesiæ parochialis Vicariam Acrimontis, & Nobilem Ludovicum de Alentorn, Dominum de Cero ex altera.* Et per Cancellarium Rovirola 20. Decembris 1603. *inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ Sede vacante, &* 2

Bajulum ſancti Juliani de Argentona. In confirmationem hujus ſecundi caſus vide quæ dicam infrà deciſ. 13. *&* 14.

3 Tertius caſus eſt, quando non conſtat de firma juris; nam contentio non procedit, & declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultore Sala 24. Martii 1578. & per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Reſtat, Seſcaſes, & Bonet 19. Decembr. 1602. *inter Curiam Eccleſiaſticam Urgellen. ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Ceritaniæ ex altera.* Et per Priorem Jalpi Tertium per ſuam Excellentiam nominatum, Conſultoribus Viloſa, & Sellers 15. Septembris 1654. *inter Curiam Eccleſiaſticam, & ſæcularem Tarraconæ*, & per eumdem Priorem Jalpi 23. Decembris, 1655. *inter Curiam Eccleſiaſticam Ilerden. Sede vacante ex una, & Curiam ſæcularem Regiæ Curiæ ex altera, quam ad litteram referam deciſ.* 24. *de ſententia, num.* 212. *Vide in confirmationem hujus tertii caſus quæ dicam infrà deciſ.* 13. *num.* 2. 6. *&* 14. *& dec.* 14. *nu.* 4. 5. *&* 6.

4 Sed ſcias pro hoc tertio caſu, quòd firma juris nihil aliud eſt, quàm ſatisdatio de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo, ut ex noſtris tradunt Jacobus de Monte Judaico *in uſat. omnes homines, num.* 1. ubi Calicius *ſub numero* 1. idem Calicius *in uſatico de omnibus cauſis, in princip. verſi. Directum*, Oliba *de jure Fiſci, cap.* 15. *num.* 60. Peguera *in conſtit. Item ne ſuper laudemio, verſic. octavo, num.* 15. Ex Valentinis Regens Leon *deciſ.* 95. *ſub num.* 2. *lib.* 1. Ex Aragonenſibus Suelves Seſſe *de inhibit. in anacephalenſi, numer.* 97. *&* 142. *& cap.* 1. §. 2. *num.* 91. *& c.* 2. §. 1. *num.* 26. *verſi. Ex ſu-*

5 *perioribus*, Succedit enim iſta firma juris loco cautionis de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, Jacobus de Monte Judaico *in uſatic. omnes homines ſub numero* 5. ubi Calicius *num.* 32. *verſi. In Cathalonia*, Peguera *in conſt. item ne ſuper laudemio, verſi. Octavo, numero* 15. *in fine*, Oliba *de jure Fiſc. c.* 11. *ſub num.* 66. Deſpujol. ad Ferrer. *par.* 3. *obſ. c.* 364. Mieres *in Curia Barcinonæ Regiæ Mariæ, part.* 2. *coll.* 10. *cap.* 8. *num.* 12. *fol.* 374. *in novis* Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *cl.* 4. *gl.* 15. *num.* 130.

6 Olim in Cathalonia de jure uſaticorum omnia judicia incipiebant à firma juris tàm ex parte actoris, quàm

7 rei, ne judicia eſſent eluſoria, *uſat. omnes homines, uſat. de omnibus namque, titul. de juys, y firmes de drat*, Calicius *in dicto uſat. de omnibus, num.* 5. *in prin.* Oliba *de jure Fiſci, c.* 11. *n.* 16. *& cap.* 15. *n.* 24. *in fine*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *glo.* 15. *n.* 129. Quod juri communi receptum eſt, *authent. offeratur, C. de litis conteſt. authent. generaliter, C. de Epiſcop. & Cler.* cum aliis juribus relatis per Calicium *in uſat. de omnibus, n.* 2. *oppoſit.* 3. *&* 4. Oliba *de jure Fiſci, cap.* 11. *n.* 6. *in fine*, idem Calicius *de pace, & treuga, dub.* 11. *verſi. ulterius*, Fontanella *de pact. nup. to.* 1. *clau.* 4. *gl.* 15. *ſub num.* 128. Vide Seſſe *de inhibit. cap.* 2. §. *à nu.* 13. Leon *dec.* 95. *à n.* 2. *l.* 1. Gomez *in l.* 66. *tauri*, Pichard. *in* §. *ſed hodie, de ſatiſd.* Fermoſinus *in rub de litis conteſt. qu.* 21. *à nu.* 1. Maranta *de ord. jud. part.* 6. *membro* 8. *tit. de ſatiſdatione.*

8 Firma juris in cauſis communibus in quibus auctor, vel reus non habebat dominationem, vel ſenioritatem, fiebat de eodem tempore uſaticorum cum fidejuſſoribus, vel pignoribus tenentibus, & ſi pignora tenentia non adeſſent, vel fidejuſſores non reperirentur cum cautione juratoria, ut colligitur *ex uſat. de omnibus, titu. de juys y firmas de dret, & ex authent. generaliter, C. de Epiſcop. & Cler.* ita Calicius *de pace, & treuga, dub.* 12. *in prin. & in uſat. de omnibus, nu.* 10. 11. *&* 13. *verſi. Quæro ſexto*, Socarrats *in c. ſi dominus, nu.* 45. *fol.* 19. Deſpujol ad Ferrer. *par.* 3. *obſer. cap.* 364. *in princ.* notat Oliba *de jure Fiſci, cap.* 11. *nu.* 14. *& in* §. *curare, relect.* 2. *nu.* 5. *de actionib.* Fontanella *de pact. nup. to.* 1. *clauſ.* 4. *glo.* 15. *nu.* 132. videndus de jure Fermoſinus *in rub. de litis conteſtatione, qu.* 21. *nu.* 3. 4. 5. *&* *à nu.* 19.

9 Sed hæc firma juris cum pignoribus tenentibus eſt ſublata, ut infrà *nu.* 20. niſi in caſibus, quando firmatur pro pace, & treuga, *conſtit.* 23. *verſi. La querella de pace & treuga*, Calicius *de pace & treuga, dub.* 11. *verſi. Ulterius*, Ferrer. *part.* 3. *obſ. cap.* 144. *incip. ita fuit declaratum*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 15. *num.* 128. vel quando firmatur pro batalia, *uſat. bataia, tit. de deſeiximents*, utrumque probat *conſt.* 1. *de juys y firmes de dret*, Socarrats *in c. ſi dominus, num.* 45. *fol.* 19. Oliba *de jure Fiſci, cap.* 11. *nu.* 15. Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Jacobi*, 2. *par.* 1. *col.* 4. *cap.* 21. *nu.* 1. *&* 3. *fol.* 150. & in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi, *par.* 2. *col.* 9. *c.* 25. *nu.* 1. *&* 84. *fol.* 272. & in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ, *part.* 2. *col.* 10. *cap.* 8. *num.* 13. *fol.* 374. *in novit.* Deſpujol ad Ferrer. *par.* 3. *obſer. cap.* 364. Vel quando litigatur pro pœnis fiſcalibus juxta Regiam pragmaticam quam refert Mieres *in Curia Regis Iacobi II. par.* 1. *col.* 4. *cap.* 21. *à num.* 4. *fol.* 150. Deſpujol. ad Ferrer. *par.* 3. *obſer. cap.* 364. Vel in cauſis appellationum Curiæ Gerundæ, Mieres & Deſpujol. *ubi proximè*, ille *nu.* 3. *verſi. Item fallit de conſuetudine*, iſte *cap.* 364. & tamdem in alio caſu ſpeciali Curiæ Gerundæ, quem refert Mieres *loco relato numero* 12. Socarrats *in cap. ſi dominus, numero* 45. *in fine fol.* 19. Sed adverte quòd licèt aliàs regulari- 10
ter liberum eſſet in cauſis communibus firmare directum cum fidejuſſoribus, vel cum pignoribus tenentibus, Calicius *in uſat. de omnibus, numero* 10. *quæſt.* 1. excipiuntur caſus ſupra relati in quibus firmandum eſt de jure cum pignoribus tenentibus, Mieres in Curia Barcinonæ Regis Jacobi II. *part.* 1. *col.* 4. *cap.* 12. *num.* 2. *in fine fol.* 150. Calicius *in uſatico de omnibus, numer.* 2. *oppoſit.* 1. *&* 2. Oliba *in* §. *curare, relect.* 2. *ſub num.* 5. *de actionibus.* Niſi firmans poſſideret immo- 11
bilia, nam talis ab hac firma juris cum pignoribus tenentibus excuſatur, *l. ſciendum*, ubi Doctores, *ff. qui ſatisdare cog.* latè Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Iacobi II. part.* 1. *col.* 4. *cap.* 21. *à numer.* 13. *fol.* 151. *in novis*, Calicius *in uſat. de omnibus, numer.* 2. *oppoſit.* 3. *&* *num.* 10. Oliba *in* §. *curare, relect.* 2. *num.* 5. *de actionib.* Seſſe *de inhibit. cap.* 2. §. 5. *numer.* 14. Pichard. *in* §. *ſed hodie à numer.* 30. *de ſatiſdat.* latè Fermoſin. *in rub. de litis conteſtatione, qu.* 21. *à num.* 12. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub.* 7. *à num.* 11. An poſſidens bona immobilia, ut non teneatur ſatiſdare, requiratur, quòd illa poſſideat in loco judicii, an verò ſufficiat, quòd illa poſſideat intra Provinciam? tractant Doctores *in leg. ſciendum* §. *poſſeſſor, leg. fide juſſor.* §. *neceſſaria, ff. qui ſatisdare cog.* Roderic. Suarez *lib.* 2. *tit.* 3. *de los emplacamientos lib.* 3. *for. & in addit. verſ. ulterius, littera A. num. tertio, fol. mihi* 141. Gregor. Lopez *leg.* 41. *gloſ.* 1. *num.* 7. *tit.* 2. *par.* 2. Azevedo *lib.* 3. *num. tertio & 13. titul.* 16. *lib.* 5. *recop.* Gomez *in l.* 66. *Tauri, numero primo, verſ. Item intellige*, Pichar. *in* §. *ſed hodie, num.* 29. *de ſatiſdat.* Fermoſin. *in rub. de litis conteſt. qu.* 21. *num.* 17. omnium latiſſimè Farinac. *conſ.* 165. *tom.* 2. Quæ autem 12
dicantur pignora tenentia *in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi, part.* 2. *colum.* 9. *cap.* 25. *num.* 85. *&* 89. *folio* 277. *in novis*, Calicius *in uſat. de omnibus, num.* 11. *verſi. Quæro qualia.*

Poſtea verò de jure novo firma juris in cauſis com- 13
munibus fiebat cum fidejuſſoribus, *conſtit.* 1. *de Iuys, y fermes de dret*, ubi Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Jacobi, par.* 1. *col.* 4. *c.* 12. *à num.* 1. *fol.* 150. Oliba *de jure fiſci c.* 11. *num.* 14. *in fine, & in* §. *curare relect.* 2. *ſub nu.* 5. *de actionib.* Seſſe *de inhib. cap.* 9. §. 1. *ſub num.* 24. Deſpujol. ad Ferrer. *par.* 5. *obſerv. cap.* 364. quod adhuc obſervatur in Regno Aragonum, tradit Seſſe *de inhibit. cap.* 2. §. 5. *nu.* 12. *verſi. Redeundo*, Fontanella *de pact. nup. to.* 1. *clau.* 4. *gloſ.* 15. *nu.* 33. Sed hodie in
Cathalonia hæc firma juris cum fidejuſſoribus eſt ſubla- 14
ta, ut infrà *n.* 20. niſi in logia maris, Oliba *de jure fiſci, cap.* 11. *n.* 18. Deſpujol. ad Ferrer. *p.* 3. *obſer. cap.* 364. Vel in commandis repetendis, Oliba, & Deſpujol. *ubi proximè.* Vel pro aſſecuratione tabulæ, quæ eſt quædam firma juris, Mieres *in Curia Barcinonæ, Regis Jacobi II. p.* 1. *coll.* 4. *c.* 21. *n.* 3. *verſi. Item fallit in aſſecuratione, fol.* 150. Deſpujol. ad Ferrer. *p.* 3. *obſer. c.* 364. Berart. *in ſpecul. viſit. c.* 4. *n.* 59. Item per querelantes in cauſis Syndicatûs, Bobadilla *in polit. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 18. Berart. *in ſpect. viſit. c.* 4. *nu.* 59. & formam tradit, *n.* 60.

15 Sed

15 Sed hæc in Cathalonia (exceptis casibus suprà enarratis) in desuetudinem abierunt, ubi causæ communes introducuntur non per querelam firmæ juris, sed per simplicem petitionem cum narratione facti absque alia diligentia, ut testantur Oliba *de jure fisci cap.* 11. *num.* 18. *in fine*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 15. *numer.* 130. & 131. (forsan ignorantia Advocatorum, ut post Mieres, exclamabant Oliba, & Fontanella *ubi proximè*, ille *numero* 19. iste *numero* 130. Præ-
26 terquam in eis quæ contra Civem Barcinonæ in Curia Vicarii moventur, *pragmat.* 1. *de donat. libell. pragmat.* 2. §. 1. & 3. *de orde judiciali de la Cort del Veguer de Barcelona*, Ripoll. ad Pegueram, *in pract. civil. rub.* 3. *numero* 9. & *in pract. Vicar. Barcinon. rubr.* 2. *num.* 26. Oliba *de jure fisci cap.* 11. *numero* 18. *in fine*, Ferrer *part.* 1. *obser. Guber. cap.* 56. & 59. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 15. *num.* 131. & contra eamdem Civitatem, juxta notata per Fontan. *dec.* 521. *à princ. par.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 3. *numero* 9. & tunc solus Actor firmat jus Reo,
17 non è contra, Oliba *de jure fisci capite* 11. *numero* 18. *in fine*, Adeò, quòd si in supplicatione oblata contra Civem Barcin. in Curia Vicarii fuerit per actorem omissia firma juris, processus redditur retronullus, ut
18 latè probat Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 3. *à numero* 12. Præterquam etiam in causis de domibus evacuandis in quibus conductor firmare de jure tene-
19 tur, aliàs expellitur ab hospitio, *pragmatica* 1. *de lloguers*, Ripoll. *var. cap.* 12. *num.* 92. Vel in causis contentionis jurisdictionis, vel immunitatis Ecclesiæ inter Judices ordinarios Ecclesiasticos, & Regios sæculares debet constare de firma juris per ambas Curias, & ita practicatur in Principatu Cathaloniæ, & Regnis Aragonum, & Valentiæ, ut tradunt Doctores citandi infrà *decis.* 13. *num.* 2. & 6. & *decis.* 34. *num.* 4. 5. & 6. & sic meritò si in istis causis, quando non constat de firma juris declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, quod non practicatur in Regno Sardiniæ ubi non firmatur jus, & de jure, sed expediuntur litteræ exhortatoriæ in forma contentionis absque firma juris.

20 Et sic hodie in Cathalonia in causis communibus in casibus proximè relatis firmatur de jure sine fidejussoribus, cum sola hipotheca & obligatione bonorum firmantis, Oliba *de jure fisci*, *cap.* 11. *num.* 14. *in fine*,
21 Quod practicatur hoc modo, quòd firmatur jus, & de jure in & super bonis suis pro decem solidis cum juris augmento, & cum clausulis universis, & promittitur de judicio sisti & judicatum solvi cum obligatione omnium, & singulorum bonorum suorum mobilium, &c. Jacobus de Monte Judaico *in usatico omnes homines numero* 5. ubi Calicius *num.* 19. & 32. Despujol ad Ferrer. *part.* 1. *obser. cap.* 364. Peguera *in constit. Item ne super laudemio*, *vers.* 8. *numero* 13. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 15. *numero* 134. Apud quos etiam reperies, quòd eadem forma hodie firmatur de jure per vassallum domino feudi, Oliba *in* §. *curare*, *relect.* 2. *numero* 5. *de actionib.* Peguera *in constit. Item ne super laudemio*, *vers.* 8. *numero* 27. & 38. Formam tradunt Socarrats *in cap. si dominus*, *numero* 41. *fol.* 18. Calicius *in usat. omnes*, *num.* 18. Peguera *ubi proximè*,
22 *vers.* 8. *num.* 158. Et ne vim facias in illis verbis pro decem solidis, nam sufficit firmare pro quinque solidis, vel alia minori quantitate cum juris augmento, vis enim stat in illis verbis, cum juris augmento, quæ comprehendunt omnes quantitates, & totum, quidquid, & quantum in causa crescere, & in condemnationem, & causam venire possunt, Jacobus de Monte Judaico *in usatico omnes homines*, *num.* 5. ubi Calicius *nu.* 31. Peguera *in constit. Item ne super laudemio*, *vers.* 8. *nu.* 15. *in fine*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 14. *glos.* 15. *num.* 135.

Sed utrùm sufficiat, quòd firma juris fiat in supplicatione coram Judice, an verò requiratur, quòd de ea instrumentum per Notarium continuetur, hoc dubium fuit graviter disputatum in causa feudi super revocatione emparæ realis in decimis, & redditibus Castellaniæ de Odena appositæ, inter admodum Illustrem Ducem Sugurbi, & Cardonæ ex una, & Josephum Cruilles, & Rayadell, & Nobilem Mariam conjuges ex altera, in qua conjuges Cruilles, & Rayadells solùm coram Judice feudi firmarunt jus, & de jure in supplicatione, quæ postea de consensu partium fuit evocata ad Regiam Audientiam, Advocatus admodum Illustris Ducis Sugurbi, & Cardonæ prætendebat, quòd ultra firmam juris factam in supplicatione coram Judice feudi, requirebatur quòd de illa continuaretur per Notarium instrumentum ex Calicio, Socorrats, & Peguera, *locis citatis numero* 1. sed Advocatus conjugum Cruilles, & Rayadells dicebat, quòd sufficiens erat, quòd firma juris facta fuisset in supplicatione coram Judice feudi, cum nullo jure patrio in firma juris judiciali contrarium cautum esset, & ad Calicium, Socarrats, & Pegueram respondebat, loqui in firma juris extrajudiciali, ut ex eorum lectura clarè liquet, replicabat Advocatus admodum Illustris Ducis Sugurbi, & Cardonæ, ex Oliba *de jure fisci*, *cap.* 11. *numero* 13. & 14. ubi loquens de firma juris judiciali videtur sentire, quòd de ea per Notarium est conficiendum instrumentum. His adjungebat, quòd nostra firma juris est conformis juri communi, ex Calicio, Oliba, & Fontanella relatis *nu.* 7. & quòd de jure communi est conficiendum instrumentum de hac judiciali firma juris, ut probant jura allegata, *num.* 7. Respondebat Advocatus conjugum Cruilles, & Royadells, quòd Oliba non loquitur ita clarè, & quod sufficiat in judicialibus, quòd firma juris fiat in supplicatione coram Judice ad evitandam nullitatem, allegabat Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 3. *num.* 12. & ad jura contraria quæ allegabantur de jure communi, relata *nu.* 7. dicebat loqui de firma juris cum fidejussoribus, quæ in Cathalonia abiit in desuetudinem, ut dixi *n.* 20. Addebat per firmam juris factam in supplicatione coram judice, ita assecuratum remanebat judicium, sicut si de ea instrumentum continuaretur; & cùm pars assecurata remansisset per firmam juris in supplicatione factam, frustrà requirebatur, quòd de illa instrumentum conficeretur *argumento l. fin. C. qui admitti*, *l. in donatione*, *C. de donationibus*, denique concludebat, quòd in processu erant exhibita duodecim exemplaria in causis feudi Bajuliæ generalis Cathaloniæ annorum 1589. ad 1595. in quibus solùm erat firmatum de jure in supplicatione coram Judice, absque eo quòd de firma juris esset continuatum instrumentum. Quis dices, fuit exitus hujus causæ? Die 15. Junii 1658. in Aula Reveren. Cancellarii ad relationem Nobilis Josephi Romea de Ferrer facto verbo fuit annullata, & revocata dicta empara relata in decimis, & redditibus Castellaniæ de Odena apposita post firmam juris in supplicatione facta coram Judice feudi, & admodum Illustris Dux Sugurbi & Cardonæ condemnatus ad deferendum vacuam, & expeditam dictis conjugibus de Cruilles & Royadells possessionem d. Castellaniæ de Odena, unà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & expensis, sequendo decisionem nostri Senatus relatam per Fontanellam *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 4. *nu.* 77. ab hac provisione fuit supplicatum contrario imperio, & in forma ad Aulam regentis Cancellariam, & causa mihi commissa, advocati ambarum partium fortiter insistebant unusquisque in sua opinione, pro parte admodum Illustris Ducis Sugurbi, & Cardonæ fuerunt exhibita in processu vigintiquatuor exemplaria in causis feudi Bajuliæ generalis Cathaloniæ annorum 1529. ad 1640. in quibus præter firmam juris factam in supplicatione coram Judice, fuit de illa confectum per Notarium instrumentum, & sic dicebat ejus Advocatus, illis standum esse, eo quia in materia observantiæ variæ ultimus status attenditur, Castillo *controver. lib.* 5. *cap.* 93. §. 7. *num.* 14. Advocatus conjugum Cruilles, & Royadells non negabat hæc exemplaria, sed dicebat, quòd illa alia duodecim exemplaria in primitivo processu exhibita excusabant clientulos suos è dolo, culpa, & tàm gravi pœna emparæ Realis, Tiraquel. *de pœnis temperand. causæ* 32. Farinac. *in praxi par.* 3. *q.* 95. Advocatus admodum Illustris Ducis Sugurbi & Cardonæ, hæc agnoscebat, & replicabat, quòd si duodecim exemplaria antiqua annorum 1589. ad 1595. excusabant con-

juges Cruilles à pœna appositionis emparæ Realis, ex quo in illis solùm erat firmatum jus, & de jure in supplicatione coram Judice, vigintiquatuor exemplaria moderna annorum 1619. ad 1640. in quibus præter firmam juris factam in supplicatione coram Judice erat de illa continuatum instrumentum, debebant admodum Illustrem Ducem Sugurbi & Cardonæ excusare à restitutione fructuum, respondebat Advocatus conjugum Cruilles, hoc esse non poterat, quia conjuges Cruilles certabant de damno vitando, & admodum Illustris Dux Sugurbi, & Cardonæ agebat de lucro captando, & ubi duo contendunt de aliqua re, ille præferri debet, qui certat de damno vitando, ex his quæ docent Mastril. *dec.* 40. *n.* 5. & 6. Castillo *dec.* 197. *n.* 8. Fontanella *de pactis nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gl.* 12. *à n.* 104. & *dec.* 100. *part.* 1. Quibus omnibus perpensis fuit dicta provisio ad mei relationem confirmata, die 9. Novembr. 1658. Scriba Franciscus Ribes, & ita sufficit, quòd in supplicatione coram Judice oblata firmetur de jure, & non requiritur, quòd de ea per Notarium continuetur instrumentum, & ita praxis hodierna observat in contentionibus, & in omnibus causis Regiæ Audientiæ, in quibus solùm firmatur jus, & de jure in supplicatione, quæ coram Judice offertur, & non continuatur de hac firma juris instrumentum.

23 Quartus casus est, quando renuntiatur contentioni, quo casu contentio non procedit, & declaratur per Cancellarium contentionem non esse, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Copons 27. Maii 1594. Consultoribus Peguera, Sabater, Guardiolo, Oliba, Alzina, & Ferran, & per Cancellarium Puigmari *in causa contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Solsonen. ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Regii Minoriss. ex altera, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Joannis Pompona aliàs lato Agricolæ villæ de Gerundella, fuit declaratum* 27. *Novembris* 1624. *his verbis sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem non esse, ex quo per dictum Pompona aliàs latò ei renuntiatum fuit*, & per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, y Miya Vilafranqueza 18. Martii 1627. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Nobilem Agnetem de Malla, & Joannam Angulam de Arronis*, & per præfatum Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ramon, & Besturs 23. Martii 1630. *inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Curiam sæcularem Regii Concilii criminalis occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Mauricii Rossell, civitatis Minoriss. qui contentioni renunciavit*, & per Cancellarium Erill. 28. Martii 1634. *in causa contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & unos Manumissores testamenti Magdalenæ Carra ex una, & Curiam sæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ, & alios Manumissores dicti testamenti ex altera.*

24 Ex dictis in hoc quarto casu, signanter ex duabus declarationibus Cancellarii Puigmari factis 27. Novembris 1624. & 23. Martii 1630. videtur in Cathalonia amplexa illa opinio, ut reus possit verbo renuntiare immunitati Ecclesiæ ad quam confugerat, quidquid aliàs de jure sit controversum, negant autem Pechius *de arresto, & de jure sistendi, cap.* 9. *n.* 3. *in fine vers. Ego verò*. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *nu.* 12. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 80. *littera K*. Mastril. *dec.* 169. *à nu.* 9. *lib.* 2. Riccius *dec.* 174. *lib.* 1. Italia *de immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *à n.* 84. Farinac. *de immun. Eccles. num.* 303. & 304. Donat. Anton. de Marinis *resol. quotid. resol.* 180. & *seq.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 26. Urrutigoyti *in pastoral. regul. part.* 3. *voto* 4. *à nu.* 7. Sanfelicius *dec.* 242. *nu.* 1. Larrea *dec.* 39. *nu.* 2. Laynez in addit. ad Gomez *to.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 2. *in fine*, Saravia *de jurisd. adjunct. quæst.* 7. *à nu.* 10. Affirmant verò Visquis *de immun. Eccles. n.* 56. Suelves *cons.* 33. *nu.* 21. *vers. Quare*, *lib.* 1. Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 1. *quæst.* 30. *nu.* 14. *in fine*, Barbosa, *de jure Eccles. univers. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 57. & 58. Molinus *in tract. de immun. Eccles. à nu.* 180. *ad* 189. & secundùm hanc opinionem affirmativam disputato plenè articulo declaravit Cancellarius Puigmari 10. Novembris 1627. in causa dubii *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Joannis Morlas Villæ de Spareguera.*

Actu tamen, seu facto potest reus immunitati Eccle- 25
siæ renuntiare, ut puta si voluntariè, & spontè egrediatur, *cap. inter alia de immu. Eccles.* ibi *non est violenter ab Ecclesia extrahendus*, *can. frater.* 17. *qu.* 4. ibi *reluctantem reclamantemque violenter abstraherent.* Navar. *in manual. cap.* 25. *n.* 21. *in fine*, Boerius *dec.* 109. *quæst.* 3. *in fine*, Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *nu.* 12. Paz. *in prax. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. *nu.* 21. & 163. Villagut. *de exten. leg. fin. n.* 4. 5. & 6. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 11. *n.* 1. *vers. Nec dicatur*, quos laudat Mastrill. *dec.* 169. *à nu.* 1. *ad* 9. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 80. *littera E.* Suarez *de stat. relig. lib.* 3. *c.* 12. *nu.* 5. & 6. Farinac. *de immun. Eccles. nu.* 305. & 306. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 20. *nu.* 17. Lezana *verb. immu. Eccles. nu.* 18. Bonacin. *disp.* 3. *qu.* 7. *de immu. punct.* 5. Molinus *de immu. Eccles. n.* 139. & 140. Fontanella *dec.* 339. *nu.* 2. *par.* 2. Italia *de immun. Eccles. lib.* 1. *c.* 6. §. 3. *num. sexto*, Sanfelicius *dec.* 242. *num.* 6. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 25. *sect.* 1. *numero* 2.

Hæc quoad renuntiationem immunitatis Ecclesiæ, 26
sed quod attinet ad renuntiationem privilegii fori, Clericus in sacris constitutus non potest, nec tacitè, nec expresè illi renuntiare consentiendo in Judicem laicum, cùm in favorem totius status Ecclesiastici introductum sit, *cap. si diligenti* 12. ubi Fermosin. *qu.* 1. *cap. significasti*, 18. & utrobique, gloss. & Doctores *de foro compet.* Riccius *de pub. jud. quæst.* 35. *nu.* 3. Jur. Clar. §. *fin. qu.* 36. *nu.* 5. Gomez. *to.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 3. ubi Laynez *nu.* 4. Covar. *pract. cap.* 33. *nu.* 2. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 35. Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 8. *num.* 10. Guttier. *de jura. confir. par.* 1. *cap.* 16. *nu.* 30. Martha *de jurisdict. par.* 2. *cap.* 6. *ex nu.* 37. Petrus Barbosa *in l. alia*, §. *eleganter*, *nu.* 24. *ff. solu. matrim.* Ansald. *de jurisd. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. *à num.* 35. Suelves *cons.* 89. *num.* 4. *lib.* 1. Caballus *resol. crim. casu* 225. *num.* 4. & 5. Tuschus *pract. conclus. littera C. conclus.* 187. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 16. *nu.* 12. & 13. Mastril. *ecis.* 169. *nu.* 11. *lib.* 2. Sesse *ac inhibit. cap.* 5. §. 5. *num.* 7. & *decis.* 313. *num.* 66. Giurba *cons.* 67. *num.* 29. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 403. copiosè Carol. de Graf. *de effect. clericat. effect.* 1. *à num.* 22. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 8. *num.* 56. Grivell. *decis.* 30. *num.* 13. Regens Leon *decis.* 184. *num.* 4. *lib.* 2. Ludovisius *decis.* 441. *num.* 8. Squillante *de privileg. cler. cap.* 7. *num.* 2. & 3. Novarius *de elect. fori*, *sect.* 3. *quæst.* 7. *num.* 4. & 14. & *quæst.* 10. *nu.* 2. Plures Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 3. & *part.* 3. *tr.* 1. *resol.* 29. & *in summa*, *part.* 1. *verbo immunitas Ecclesiastica*, *nu.* 8. *fol.* 557. cum relatis per Velam. *dissert.* 43. *num.* 14. *lib.* 2. Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 12. *à nu.* 46. Augustin. Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 8. Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 3. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 14. *sect.* 1. & *cap.* 4. *dubit.* 31. *à nu.* 1. & *cap.* 5. *dubit.* 13. & *tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 34. *à nu.* 1. & *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 27. & *dubit.* 27. *sect.* 8. *subsect.* 3. *num.* Neque etiam cum juramento, Scaccia *nu.* 36. Cabal. *num.* 7. Ansald. *num.* 42. 27
Farinac. *nu.* 19. August. Barbosa *nu.* 8. Regens Vico *nu.* 47. Vela *num.* 14. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 14. *nu.* 7. & 8. & *cap.* 4. *dub.* 31. *nu.* 2. & *tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 34. *nu.* 3. Azevedo *lib.* 1. *num.* 21. *tit.* 5. *lib.* 4. *recopil.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 39. *num.* 10. Berart. *in specul. visit. cap.* 5. *num.* 38. Valenzuela *cons.* 42. *à num.* 1. Fermosin. *in cap. Si diligenti*, *qu.* 2. *num.* 7. *de foro compet.* Fontanella *decis.* 314. *n.* 16. *par.* 2. Nec cum consensu proprii Episcopi, *gloss.* 28
in cap. significasti, *de foro compet.* Scaccia *nu.* 28. Farinac. *num.* 13. Augustin. Barbosa *nu.* 8. *in fine*. Ansal. *nu.* 40. Ambrosin. *num.* 11. Grivell. *nu.* 13. Bajard. *num.* 10. Diana, *resol.* 3. *in fine*, Cabal. *nu.* 6. Giurba *num.* 29. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disput.* 2. *nu.* 1026. Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 152. *num.* 8. Carol. de Graf. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 652. Cutellus *de immu. Eccles. lib.* 2. *qu.* 3. *num.* 37. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *c.* 1. *dub.* 14. *à num.* 9. & *cap.* 4. *dub.* 31. *num.* 2.

& c. 5. dub. 13. nu. 3. & tom. 2. cap. 9. dubit. 34. nu. 3. & de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 27. nu. 21. in fine, & dub. 27. sect. 8. subsect. 3. n. 3. Tondut. *de præven. jud. par. 1. cap. 20. nu. 2.* Fermosin. *in cap. si diligenti quæst. 5. nu. 1. de foro compet.*

29 Quæ nedum procedunt in Clerico in sacris constituto, sed etiam in Clerico primæ tonsuræ, qui nec expressè, nec tacitè, nec cùm juramento, nec cum consensu Episcopi ullo modo potest privilegio fori renuntiare, Gomez *tom. 3. var. cap. 10. nu. 3.* Barbosa *de jure Eccles. univer. lib. 1. c. 39. §. 2. nu. 9.* & aliis ex suprà citatis. Nisi facto omnino contrario, *juxta gloss. quæ sic debet intelligi, in cap. tuæ, de apostat.* Farin. *in prax. par. 1. quæst. 8. nu. 15.* Barbosa *de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 10.* Carol. de Gras. *de effect. cler. effect. 1. nu. 37.* Anton. Faber. *in suo C. lib. 1. tit. 3. de Episcop. & Cleri. diffin. 19. & 39.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 2. num. 25.* explicant Cutellus *de immu. Eccles. lib. 2. qu. 19. n. 17. 18. & 19.* Thomas del Bene *de immu. Eccles. to. 2. cap. 9. dub. 35. sect. 1. num. 18.* & omnium latissimè Regens Vico *ad pragm. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 8. cap. 12. à num. 50.* Fermosin. *in cap. si diligenti, qu. 11. de foro compet.*

30

31 Quintus casus est, super quæstione juris, in qua non firmatur contentio, nec firma juris procedit; solùm enim firmatur contentio, quando disceptatur super quæstione facti, ita tenent ex nostris Cancer. *p. 3. var. c. 10. n. 70.* & ex Aragonensibus exemplificat Bardaxi *foro 1. nu. 13. de compet. jurisd.* idem Bardaxi *foro 3. nu. 1. vers. Item si super*, ubi Portol. *num. 9. eodem titulo*, Sesse *de inhibit. c. 9. §. 2. num. 18.* Suelves *cons. 10. n. 17. lib. 2.* Conducunt tradita per Gratian. *discept. foren. c. 536. n. 5.* Sesse *de inhibit. cap. 9. §. 2. n. 19.* Mascard. *de probat. conclu. 1177. à num. 48. ad 59.* Mastril. *dec. 8. n. 8.* Menochius *de arbit. jud. q. 53. nu. 4.* Fontanella *dec. 133. n. 14. & 15. part. 1.*

32 Ratio est, quia jus de sui natura semper est certum, *l. sed etsi restituatur, §. 1. ff. de jud. l. ornamentorum, ff. de aur. & arg. legat.* Bald. *in l. ancillæ, nu. 2. C. de furtis*, Natta *cons. 502. num. 9.* Postius *post tract. dec. 9. nu. 34.* Ramirez *de lege regia §. 20. sub num. 31.* Novarius *gravamm. 132. nu. 8. lib. 2.* Carleval. *de jud. lib. 1. tit. 2. disp. 5. n. 15.* Salgado *de reg. protect. p. 2. cap. 10. à n. 50.* Mastril. *dec. 217. n. 19. lib. 3.* & notant præcitati Doctores *nu. 31.* ideoque solùm de facto dubitari potest, non de jure, *gl. 1. in c. pastor.* ubi Decius *num. 9. de rescr.*

33 Quæstio juris dicitur, quando partes conveniunt in facto, & tantùm discordant circa jus, *l. eum qui temere, in fine*, ibi *gloss.* Bald. & Angel. *ff. de* Addit. ad Decium *in c. sæpè littera D. de appellat.* Barbosa *in l. Titia, num. 23. vers. Et ex his, ff. solut. matrim.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. p. 2. nu. 27.* Valasc. *consult. 159. n. 12.* Giurba *cons. 80. nu. 31.* Can-

34 cer. *p. 2. var. c. 3. nu. 52. p. 3. c. 18. nu. 94.* Quæstio verò facti dicitur quando partes sunt concordes circa jus, & tantùm dubitant de facto, & exiguntur super eo probationes, *l. triticum*, ubi Angelus *ff. de verb. oblig.* idem Angel. *in l. arethusa, ff. de stat. hom. ubi alleg. text. in l. Seye, §. fin. ff. de fundo instr.* Bart. *in l. Titia nu. 8.* ubi Barbosa *nu. 24. vers. Per contrarium, ff. solut. matrim.* Valasc. *cons. 159. nu. 12.* Giurba *cons. 80. n. 31. vers. Facti verò quæstio*, Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. p. 2. nu. 27.* Osascus, *decis. 37. n. 1.* Sperel. *decis. 8. n. 58. vers. Quæstio verò*, remissivè Riccius *de pub. jud. quæst. 36. nu. 12.*

35 Limitatur primò iste quintus casus, quando quæstio vertitur super jure simul, & facto, nam tunc firmatur contentio, & firma juris procedit, notat Portoles *foro 3. nu. 9. de compet. jurisdict. ubi alios Doctores laudat*, conducunt tradita per Trivisan. *decis. 2. num. 2. lib. 1.* Castillo *dec. 124. nu. 8.* Giurba *decis. 21. nu. 1. & decis. 58. n. 18.* Xammar. *de offic. jud. part. 1. qu. 15. nu. 118. in fine* Sperel. *decis. 8. nu. 58.*

36 Quæstio super jure simul, & facto dicitur (quæ mixta vocatur,) quando dubitatur simul de facto, & de jure, ut tradidi suprà *dec. 2. nu. 19.*

37 Limitatur secundò iste quintus casus, ut procedat, quando jus est certum, & clarum; secus verò, quando jus est dubium, intricatum, ambiguum, & perplexum; nam tunc est firmanda contentio, & firma juris procedit, ut notant Doctores *n. 31.* relati, conducunt tradita per Menoch. *de arb. jud. quæst. 53. num. 8.* Gratian. *discep. foren. c. 536. n. 5. 7. & 18.* Xammar. *de offic. judic. par. 1. q. 11. nu. 32. & 33.* Carleval. *de jud. lib. 1. tit. 2. disp. 5. nu. 16.* Vela *disser. 28. nu. 45. lib. 2.* Cancer. *part. 3. cap. 21. à nu. 7.*

Ratio est, quia articulus juris dubii, intricati, per- 38
plexi, & ambigui æquiparatur quæstioni facti, Capicius *decis. 10. nu. 18. & 20.* Gratian. *discept. foren. 536. n. 19.* & alii plures relati per Postium *decis. 9. nu. 35. &* 39
36. Ramon noster *cons. 79. n. 14.* Vela *dissert. 28. n. 45. lib. 2.* Capic. Latro *cons. 86. nu. 34. tom. 2.* Mastril. *dec. 217. n. 19. lib. 3.* Carlev. *de jud. l. 1. tit. 1. disp. 5. n. 16.* Daniel de Nobilibus *contr. disp. 1. num. 63.*

Sextus casus est, quando causa contentionis est se- 40
mel decisa, & declarata; nam tunc contentio juxta nostram concordiam non firmatur, nec firma juris procedit, nec utraque Curia Ecclesiastica, vel sæcularis ullo modo tenetur super eadem re, & causa novam contentionem acceptare, nec eam de novo firmare, imò illam à se rejicere potest tamquam turbativam Ecclesiasticæ, vel Regiæ jurisdictionis, & directè facientem contra casum concordiæ Regiæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, ut docent ex nostris Cathalanis Peguer. *in pract. cri. c. 26. n. 7. vers. Tamdem scire debemus*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub. 11. n. 13. & 19.* Cancer. *par. 3. var. cap. 10. n. 95.* Fontanella *decis. 318. à n. 2. par. 2. & ita pluries decisum.* Ex Aragonensibus Bardaxi *foro 6. in prin. & sub n. 1.* ubi latè Portol. *de compet. jurisdic.* Idem Portoles *foro 3. nu. 3. eodem titulo*, Suelves *cons. 85. sub nu. 7. lib. 1.* Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. titul. processu competen. de jurisdiction fol. 334. col. 1. vers. Y adviertase, per tex. in foro otrosi por quanto 6. de comp. de jurisdict.* quod & practicatur in Regnis Valentiæ, & Sardiniæ juxta decisiones infrà referendas *n.* 46. & 51. quod notavit Vico *lib. 2. ad pragmat. Reg. Sard. tit. 51. num. 21. glos. 1. in margine* & ex aliis latè probat Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. specie 4. à num. 313.*

Quod juri communi consentaneum esse probat Por- 41
toles *foro 6. num. 1. de compet. jurisd.* & conducunt quæ latè tradunt Jul. Clar. & ad eum Bajard. *§. fin. quæst. 57.* Covar. *libr. 2. var. cap. 10.* Boer. *decis. 289.* Decian. *tract. crim. lib. 3. cap. 36.* Tuschus *pract. concl. littera A. conclu. 53.* Caballus *resol. criminal. casu 93.* Scaccia *de judic. lib. 2. cap. 12. num. 8. & cap. 55. sub num. 2.* Giurba *cons. 53. num. 17.* Sesse *decis. 106.* Guazzin. *defen. 2. cap. 7.* Farinac. *in prax. part. 1. q. 1. nu. 51. & q. 4. per totam*, Chartar. *decis. Mediolan. 54. num. 5. & decis. 72. à num. 76.* Muta. *decis. 5. à num. 14.* Portoles *§. absolutio, à num. 1.* Suelves *cons. 99. num. 15. lib. 1.* Gomez *tom. 5. var. cap. 1. num. 26. &* 27. ubi Laynez *num. 27. & 28.*

Probatur primò, quia à sententia seu declaratione 42
pro dirimenda contentione facta, nec appellatio, nec alius recursus conceditur, sed illi omninò standum est, *ut infrà decis. 25. per totam*, ita Peguera *in pract. crim. cap. 26. num. 7. vers. Et primo*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub. 11. nu. 13.* Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. res. 6. specie 4. num. 313.*

Probatur secundò, quia sententia contra sententiam 43
in rem judicatam transactam est nulla ipso jure, *l. 1. ubi notant omnes, C. quando provocare non est necesse, l. post sententiam, C. de senten. & interlo. omni. jud. cap. inter Monasterium, de re jud.* Maranta *de ordin. jud. par. 6. de sententia, n. 119.* Tuschus *pract. concl. littera S. concl. 142.* Scaccia *de appellat. q. 11. à n. 194.* Giurba *decis. 70. nu. 11.* Salgado *de reg. protect. par. 1. cap. 8. nu. 3. & par. 3. cap. 17. num. 28.* Gratian. *decis. 129. nu. 1. & latè decis. 197. à num. 4.* Valenzuela *cons. 72. nu. 49.* Vela *dissert. 25. num. 43. tom. 1.* Borell. *in summa decis. tom. 2. tit. 30. nu. 183.* Plures alios laudat Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 4. num. 317.* Larrea *decis. 29. numero 4.* Cancer. *part. 3. var. capit. 17. à numero 1.* Suelves *cons. 23. numero 8. libr. 3.* Ramon. *cons. 60. numero 5.* Fontanella *decis. 175. numer. 1. part. 1. & decis. 318. numero 6. part. 2.* Ripol. ad Pegueram

in pract. civil. rub. 29. *num.* 26. Adeò ut ab ea uti nulla non sit necesse appellare, ut post glos. dicit Bartol. *in l. si diversa, C. de transaction.* & ex multis Magon. *dec. Floren.* 67. *num.* 32. Cancer. *part.* 3. *variar. cap.* 18. *nu.* 3. Fontanella *decis.* 318. *nu.* 7. *part.* 2. & si contentione semel decisa, & declarata iterùm nova contentio super eadem causa instaurari possit, admitteretur sententia contra sententiam, quod foret maximum absurdum, ita Fontanella *decis.* 318. *num.* 6. & 7. *part.* 2. Pareja *de inst. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *specie* 4. *num.* 317.

44 Probatur tertiò, quia contentio solùm est firmanda in casibus dubiis, non in claris, & notoriis, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 70. Fontanella *decis.* 256. *nu.* 22. *part.* 1. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *num.* 18. & 19. Gambacurta *de immu. Eccles. lib.* 6. *cap.* 3. *nu.* 2. & 4. & *cap.* 4. *nu.* 4. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *num.* 50. & res dicitur clara post latam sententiam, ut latè probat Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 664. ita Peguera *in pract. crimin. cap.* 26. *num.* 7. *vers. Et primò probatur, ibi secundò facit*, Portoles *foro* 3. *num.* 4. *de compet. jurisdic.* Ripoll. *in pract. Vicar. Bar-*
46 *cin. rub.* 11. *num.* 14. *vers. Tertio*, ita dixit Regium Concilium Regni Sardiniæ de mense Februarii 1651. contra Promotorem Fiscalem mensæ Calaritanæ, & Don Ambrosium Machin, & iterum contra eumdem Promotorem Fiscalem, & Gasparem Forteza; nam eùm ad eorum instantiam fuissent expeditæ à Curia Ecclesiastica Calaritana litteræ exhortatoriæ in forma contentionis, respondi cum petitione Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ contentionem non procedere, quia jus erat notorium, & clarum pro Regia jurisdictione, & ita fuit rescriptum per Regium Concilium Curiæ Ecclesiasticæ Calaritanæ, ut annullaret, & revocaret dictas litteras exhortatorias, (sic in eo Regno dictas) & de revocatione fidem faceret, aliàs veniret informaturus banchum Regium, cum comminatione occupationis temporalitatum & Curia Ecclesiastica revocavit procedimenta, & fidem de revocatione misit, quæ est penes Secretarium Vacca, & hæc procedimenta fuerunt per suam Regiam Majestatem Domini nostri Regis approbata *sua Regia Epistola, dat. Matriti*, 19. *Maii* 1651. *quæ legitur in libro Regiarum Epistolarum, fol.* 340.

47 Probatur quartò, quia judicium novum formari non potest ad rescissionem eorum quæ in alio decisa sunt, ne lis ex lite oriatur, contra jura relata per Parejam *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 6. Gratian. *discep. foren. c.* 445. *nu.* 10. Barzi. *decis.* 53. *nu.* 2. Fontan. *dec.* 175. *n.* 2. *p.* 1. ita idem Fontanel. *decis.* 318. *n.* 6. *par.* 2.

48 Probatur quintò, & ultimò, quia si contentio nova super casu deciso esset firmanda, sequeretur, quòd esset in libero arbitrio alterius ex Curiis impedire executionem sententiæ, ac eludere, & impedire Ecclesiasticam, vel Regiam jurisdictionem quod permittendum non est. Ita Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *nu.* 14. *vers. Tertio*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *vers. Et primò probatur, vers. Secundò facit*, qui alias rationes in confirmationem adducit.

49 Amplia primò, in contentione semel decisa, & declarata per arbitros, super qua iterum nova contentio firmari non potest docent ex Cathalonis Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *vers. Ex prædictis, folio mihi in additionat. per Ripoll.* 530. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub.* 11. *nu.* 13. *ubi testatur ita declaratum per Cancellarium Cassador.* 17. *Maii* 1567. De Regno Aragonum *probat foras* 6. ubi Bardaxi. *sub nu.* 1. Portoles *nu.* 4. *de comp. jurisdic.* Suelves *cons.* 89. *nu.* 7. *lib.* 1.

50 Amplia 2. in contentione declarata per Cancellarium super qua de eadem re, & causa nova contentio firmari non potest, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *vers. Tandem scire debemus cum seq. & in vers. Ex prædictis*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub.* 11. *nu.* 19. Fontanella *dec.* 318. *à nu.* 2. *part.* 2. Ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Manegat, Consultoribus Sala, Tamarit, Suner, & Oliba 20. Octobris 1586. *inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Joannem Setanti domicellum ex una, contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Joannem Michaelem Sabastida*, & per Cancellarium Carmona, Consultoribus Sala, & Gamis 8. Octobr. 1619. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Propositum majorem sancti Cucuphatis Vallen. contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Universitatem dictæ Villæ sancti Cucuphatis Valen.* & per Cancellarium Puignari 24. Januarii 1628. *in causa contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Rectorem collegii sancti Martini Sacosta Societatis Jesu Civitatis Gerundæ, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Oeconomum Monasterii de les Geronymes, & sororem Angelam Rode & Calders*, & per Cancellarium Eril. 7. Martii 1633. in favorem Curiæ sæcularis Regii Concilii criminalis contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Gabrielis Clussa aliàs Esclussa extracti cum sono emisso ab Ecclesia Parochiali Villæ Vilaller*, & per dictum Cancellarium Erill. 7. Martii 1633. *in favorem Curiæ sæcularis Regii Concilii criminalis, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ Sede vacante occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Vincenti Boadella loco de la Guardia Vicecomitatus de Castello*, & de Regno Aragonum *probat forus* 6. ubi Portol. *nu.* 4. *de compet. jurisdict.* Suelves *cons.* 85. *sub nu.* 7. *lib.* 1.

Amplia tertiò, in contentione declarata per tertium 51
in locum Cancellarii nominatum, super qua nova contentio firmari non potest, Peguera *in pract. crimin. cap.* 26. *nu.* 7. *vers. In cujus rei conformationem, ubi exemplare Senatus Cathaloniæ refert, & in vers. Ex prædictis*, ita fuit resolutum in Regia Audientia Sardiniæ, nam cum 6. Julii 1648. fuisset declaratum per Don Franciscum de Moncada tertium per suam Excellentiam nominatum, locum non esse firmæ juris factæ per Curiam Ecclesiasticam Calaritanam, quæ prætendebat nominationem factam per suam Excellentiam de persona Michaelis Ascanio Canonici Ussellen. in tertium fuisse nulliter factam, quia non erat Doctor in jure civili, nec Canonico, cum deinde à Curia Ecclesiastica Calaritana essent expeditæ litteræ exhortatoriæ in forma contentionis ad effectum, ut declararetur dictam sententiam non procedere, quia dictus Canonicus Don Franciscus Moncada non erat Doctor in Jure civili, nec Canonico, Fisci Procurator Regiæ Curiæ tenuit dictam contentionem firmare, quia jam erat jus dictum inter easdem partes super eodem articulo, & sic fuit rescriptum litteratoriæ Archiepiscopo Calaritano, & ejus Vicario generali, ut dicta procedimenta annullarent. cassarent, & revocarent, vel aliàs venirent informaturi banchum Regium, & die 19. ejusdem mensis Julii Archiepiscopus Calaritanus revocavit dicta procedimenta, *ut apparet in libris Regiæ Curiæ penes Secretarium Don Monserratum Vacca, & vide aliud exemplare infrà, num.* 57.

Amplia quartò, in contentione expirata ob lapsum 52
termini Cancellario seu tertio concessi ad declarandum, super qua nova contentio firmari non potest, quia expiratio contentionis idem operatur ad favorem Ecclesiæ, atque expressa declaratio, Fontanella *decis.* 318. *nu.* 22. *in fine, par.* 2. ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Cassador, 17. Maii 1567. Consultoribus Serra, Llobregar, Terca, Negrell, & Pla, & per Cancellarium Loris Consultoribus Cordelles, Balle, & Fontpastor 15. Novemb. 1578. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Jacobum Pintor Presbyterum, contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ*, & per Cancellarium Puigmari, in causa dubii Consultoribus Ferrer, & Senjust, 6. Decembris 1624. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Dertuzen. & Præpositi dictæ Sedis contra Curiam sæcularem Regis Procuratoris Dertuzæ, & Syndicum dictæ Civitatis, & Collectores juris del non impositi, fuit declaratum his verbis: sententiat, pronuntiat, & declarat dubio proposito pro parte Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ Dertuzen. locum fuisse & esse, & consequenter contentionem non esse firmandam.* Et per eumdem Cancellarium Puigmari 5. Aprilis 1629. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Gerunden. & Procuratorem anniversariorum Sedis Gerundæ, contra Curiam sæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ, & Elizabetham Vives viduam Simeonis Vives Botiguerii telarum civitatis Barcinonæ.* Et de Regno 53
Arago-

Aragonum *probat forus sexto de compet. de jurisd.* quod est conforme juri communi, ex his quæ docet Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 58. *num.* 31.

54 Intellige has ampliationes ut procedant, quando contentio esset debitè, & legitimè firmata; aliàs secus, ut fuit decisum per Cancellarium Puigmari 25. Septembris 1625. *quam decisionem infrà de foro n.* 73.

55 Amplia quintò, ut declarata semel contentione, si forsan fuerit firmata, & acceptata nova contentio super eadem causa, taliter quòd sit opus declaratione, declaratur per Cancellarium, sententiam latam jus fecisse inter partes, & contentionem non procedere, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 13. ubi refert declarationem Cancellarii Cassador 17. Maji 1565. & *numer.* 19. ubi testatur ita declaratum per Cancellarium Cassador 31. Julii 1570. Adde ita fuisse decisum per Cancellarium Puigmari 8. Februarii 1628. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Elnen. contra Curiam secularem Gerentis vices Gubernatoris Rossellionis, & Ceritaniæ, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Joannis Pons Villæ de Argeles, his verbis: sententiat, pronuntiat, & declarat sententiam latam per suam dominationem die* 15. *Novembris proximè lapsi jus fecisse inter Curias supradictas, & consequenter contentionem non procedere.*

56 Amplia sextò, ut super contentione semel declarata non admittatur nova contentio, etiam sub prætextu quòd sit facta, & fundata super prætensione dubii probabilis, Peguera *in pract. crimin. cap.* 26. *num.* 7. *vers. Tandem scire debemus.*

57 Amplia septimò, ut nec super contentione semel declarata admittatur dubium de dubio, Fontanella *decis.* 318. *numer.* 2. *part.* 2. & colligitur ex Peguera *in practica crim. cap.* 26. *num.* 7. *vers. Et primo, ibi secundo facit*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 14. *vers. Tertio.* Et vidi ita resolutum in Regia Audientia Sardiniæ junctis Aulis, nam cum die 12. Maji 1650. esset declaratum per Michaelem Ascanio tertium per suam Excellentiam nominatum Consultoribus Cartro, Baylo & Andrea, Scriba Michaele Manca Notario, locum esse firmæ juris factæ per Promotorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ Calaritanæ, versus & contra Illustrem Don Joannem de Castellui Marchionem de Laconi, & Fisci Procuratorem Patrimonialem, cum postea Marchio de Laconi, & Fisci Procurator Patrimonialis aliam contentionem movissent, prætendendo omnia dubia primæ contentionis non fuisse in sententia Cancellarii decisa, & hoc expeditis primis, secundis, & tertiis litteris exhortatoriis, Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Calaritanæ respondit suis litteris non teneri dictam contentionem acceptare, quia causa jam erat per Cancellarium decisa, cum deinde Marchio de Laconi, & Procurator Fiscalis Patrimonialis insisterent esse firmandum dubium de dubio, an contentio ista esset admittenda, quia omnia dubia primæ contentionis, quæ erant quatuor, non declarata, sed unum solum; & cùm essent expeditæ primæ, secundæ, & tertiæ litteræ exhortatoriæ, respondit cum suis litteris Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Calaritanæ, non esse locum dubio de dubio, quia jam erat causa decisa, & junctis Aulis in quibus erat Præses Eminentissimus Cardinalis Theodorus Princeps Trivulcius Prorex, & Capitaneus generalis Regni Sardiniæ, intervenientibus Don Jacobo Mir Regente Regiam Cancellariam, Don Michael Bonfant, Francisco Cartro, Don Antonio Canales, Don Josepho Adren, Don Dominico Brunengo, Francisco Gomez, Joanne Maria Pirella, & me Fisci Advocato, & pro Advocato Patrimoniali die 19. Decembris 1650. per majorem partem fuit resolutum, non esse ad ulteriora procedendum, nec dubium de dubio esse firmandum, sed quòd consuleretur Dominus Rex, & ejus Sacrum Supremum Regium Aragonum Concilium, prout fuit interposita consultatio, quæ die 6. Julii 1653. quo recessi ab eo Regno adhuc pendebat decisa.

58 Tamen ad evitandos inutiles circuitus, & de consumendo tempus in vanum, quia finaliter uno aut alio modo, utraque Curia suo casu firmare compellitur, ne sibi jus dicere videatur, melius esset statim, quòd movetur nova contentio super causa jam decisa illam firmare, & opponere exceptionem rei judicatæ, ut consulit Fontanella, *decis.* 318. *numer. tertio, part. secunda*, & fuit practicatum in Cathalonia in decisionibus suprà laudatis *num.* 50. & 52.

Amplia octavò, ut procedat sive contentio fuerit semel declarata in causa criminali, vel in causa civili, nam utroque casu contentio firmari non potest, Portoles *foro* 6. *n.* 16. *de compet. jurisdict.* 59

Amplia nonò, ut procedat tàm respectu Curiæ Ecclesiasticæ, quàm sæcularis; nam sicut Curia sæcularis non permittit Ecclesiasticæ, declarata semel contentione super una causa, ut aliam super eadem re de novo firmet, Peguera *in pract. crim. c.* 26. *n.* 7. *vers. Tandem scire debemus*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *n.* 29. Fontanella *dec.* 318. *n.* 1. *part.* 2. & fuit in Cathalonia practicatum in exemplaribus Cancellarii Erill *de quibus suprà num.* 50. & aliis exemplaribus relatis *infrà num.* 65. & 66. De Regno Aragonum *forus de competen. jurisd.* ubi Portoles *num.* 2. idem Portoles *foro* 3. *num.* 3. *eodem tit. quibus in locis refert exemplare Regiæ Audientiæ Regni Aragonum.* Et in Regno Sardiniæ ita fuit practicatum in exemplari *de quo suprà num.* 31. Ita Curia Ecclesiastica non permittit sæculari, contentione semel declarata super uno casu, ut aliam super eodem de novo firmet, Fontanella *dec.* 318. *num.* 5. *part.* 2. ut fuit practicatum in Cathalonia in exemplaribus Cancellarii Carmona *de quibus suprà num.* 50. Cancellarii Loris *de qua suprà n.* 52. & Cancellarii Puigmari *de quibus suprà num.* 52. & 55. & in Regno Sardiniæ ita vidi practicatum *in casu relato suprà num.* 57. ne Curia Ecclesiastica sit deterioris conditionis quàm sæcularis, Fontan. *dec.* 318. *n.* 5. *part.* 2. ea enim quæ dicta sunt, & dicuntur de Curia sæculari, repetenda sunt, & repetuntur in favorem Curiæ Ecclesiasticæ, Sesse *de inhib. cap.* 9. §. 2. *num.* 24. *in fine.* 60

Subamplia 1. ut Curia Ecclesiastica possit procedere per excommunicationem, & alias censuras contra Curiam sæcularem, quòd litteras novæ contentionis revocet tamquam factas super re jam decisa in alia contentione ad favorem Curiæ Ecclesiasticæ, Fontanella *decis.* 318. *numer.* 2. *part.* 2. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *numer.* 11. Portoles *foro* 2. *numer.* 3. *de compet. jurisd.* juxta practicam relatam per Peguera m loco statim allegando *numer.* 65. & 66. & infrà *decis.* 26. *num.* 13. 61

Subamplia secundò, ut Curia sæcularis possit procedere contra Curiam Ecclesiasticam per citationem ad banchum Regium, vel per occupationem temporalitatum, quod litteras novæ contentionis revocet tamquam factas super casu jam decisio in alia contentione ad favorem Curiæ sæcularis, Peguera *in pract. crim.* 26. *nu.* 7. *vers. Quare de prædicto casu*, Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 11. Fontanella *decis.* 314. *num.* 1. *part.* 2. Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 271. Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *in locis communibus n.* 6. & infrà *dec.* 26. *num.* 9. 62

Si Curia sæcularis vult hoc casu procedere contra Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum, practicatur hoc modo, quòd postquam litteræ repetitoriæ, sive exhortatoriæ fuerint præsentatæ per Curiam Ecclesiasticam Curiæ sæculari super nova contentione, eo tunc Fisci Procurator Regiæ Curiæ, sive Patrimonialis instat revocationem litterarum novæ contentionis proponendo casum cum supplicatione oblata in Regio Concilio, seu Regia Audientia, & ibi fit summaria cognitio; & si videtur novam contentionem esse frustratoriam, evidenter injustam, & notoriè eludentem, & impedientem Regiam jurisdictionem; non acceptatur, nec firmatur contentio, sed scribitur Curiæ Ecclesiasticæ pro revocatione, quamvis Curia Ecclesiastica intra terminum unius diei cassaret, revocet, & annullet, & à regestris suæ Curiæ prædictas litteras noviter emanatas deleat, & quod de dicta cassatione, annullatione, & revocatione intra dictum tempus fidem faciat, cum communicatione quod aliàs procedetur ad occupationem temporalitatum, ita tradit, exemplareque, & formam refert Peguera 63

guera *in pract. crimin. cap. 26. num. 7. vers. Quare in prædicto casu.*

66 Si verò Curia sæcularis vult hoc casu procedere contra Ecclesiasticam per informationem ad banchum Regium cum comminatione temporalitatum, practicatur hoc modo, quòd expeditis litteris à Curia Ecclesiastica, & Curiæ sæculari præsentatis, Fisci Procurator Regiæ Curiæ, vel Patrimonialis offert petitionem in Regio Concilio, vel in Regia Audientia narrando casum, & petit scribi Curiæ Ecclesiasticæ, quòd litteras novæ contentionis contra tenorem concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, contra Constitutiones Cathaloniæ, Capitula Curiarum, & alia jura patriæ emanatas, & omnia procedimenta contra Curiam sæcularem facta intra tres dies proximos casset, revocet, & annullet, & à regestris suæ Curiæ penitus deleat, aut die Jovis, vel Veneris immediatè sequenti compareat in bancho Regio hora nona ante meridiem dictum banchum Regium informaturus cum comminatione, quòd aliàs procedetur ad occupationem temporalitatum, & ad alia juris remedia decentia, & opportuna, ut tradit, exemplariaque refert Peguera *in pract. crim. cap. 26. n. 7. vers. In cujus rei confirmationem*, ita etiam practicatum fuit in Regia Audientia Sardiniæ *in casu relato suprà num. 51.*

67 Amplia decimò, etiamsi sententia fuerit lata die feriata, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub. 11. n. 51.*

68 Amplia undecimò, ut si super contentione decisa firmetur nova contentio, solet Cancellarius in Cathalonia revocare omnia procedimenta tamquam facta in æmulationem suæ declarationis, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub. 11. n. 19. in fine, ubi testatur ita fuisse declaratum per Cancellarium Sorribes 14. Aprilis 1553.* etiam parte opponente, sed officio, *ut infrà de attentatis decis. 22.* quæ ampliatio juri communi contraria
69 est, ex his quæ tradunt Cancer. *part. 3. var. cap. 17. à n. 8.* Ripoll. ad Pegueram *in pract. civ. rub. 19. à nu. 28.* Fontanella *dec. 377. à nu. 20. part. 2.* Carroccius *excep. 119. qui mille alios laudant.*

70 Amplia duodecimò, & ultimò, ut in Regno Aragonum juris firma concedi soleat illi, in cujus favorem competentia fuit declarata, per quam alia Curia inhiberi solet, ne de causa ob quam competentia formata in favorem alterius Curiæ declarata fuit, se amplius intromittere possit, neve pro eadem causa firmantem quoquo modo molestet, *forus 6.* ibi, *no pueda entrometerse de comp. jurisd.* ubi Portoles *numer. 3.* quatuor exemplaria refert, & *n. 4.* declarat procedere, quando competentia in Regno declarata fuit, secus si extra Regnum formata fuerit, *& testatur ita decisum in Curia Justitiæ Aragonum.*

71 Limita primò illum sextum casum, ut non procedat, quando in nova contentione allegatur nullitas sententiæ jam latæ ex aliqua probabili causa, ut puta quia prætenditur nullitas ex defectu non servatæ formæ concordiæ, & aliorum jurium Patriæ, vel quia concluderet defectum potestatis in Arbitris, Cancellario, & Tertio suo casu nominato, quòd extra tempus eis præfixum declaraverint, videlicet quòd Arbitri declaraverint post quinque dies, vel Cancellarius, seu Tertius post triginta dies, vel quia Tertius electus fuisset in locum Cancellarii non infirmi, non absentis, nec aliàs legitimè impediti, vel quia legitimè electus non præstito formali juramento processisset, & declarasset, quibus in casibus nova contentio firmari potest, ita limitat, & probat Peguera *in pract. crim. cap. 26. nu. 7. vers. Limitantur tamen prædicta*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barc. rub. 11. n. 25. in fine*, Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib. 2. tit. 51. n. 14.*

72 Et secundùm hanc limitationem ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Loris 10. Octobris 1579. Consultoribus Ros, Cordelles, Fontpastor, Ferrer, Sescases, Sala, Balle, & Puig. *in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Regii ejusdem Civitatis ex altera, his verbis, sententiat, pronuntiat, & declarat dictæ juris firmæ per supradictos Franciscum Vidal, Antonium Amat, Joannem Colomer, & Petrum Pasqual nominibus supradictis in dicta Curia sæculari factæ locum fuisse, & esse, & cognitionem dictæ causæ ad præfatam Curiam sæcularem Honorabili Vicario Barcinonæ pertinere, & spectare, & in ea fore, & esse pertractandam, non obstante sententia in præsenti causa contentionis die 31. & ultima mensis Julii proximè lapsi nulliter facta per Arbitros, quorum alter nempè electus pro parte dictæ Curiæ sæcularis tempore latæ dictæ sententiæ erat excommunicatus.*

Et fuit pariter ita declaratum per Cancellarium Puig- 73
mari 25. Septembris 1623. Consultoribus Senjust, Magarola, Gamiz, Carreres, & Guiamet, his verbis: *Providet expeditioni certificatoria instante pro parte Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ, & pro parte dicti Jacobi Borell prætendentium assertam contentionem de qua agitur expirasse locum non fuisse, nec esse, cum non fuerit debitè, & legitimè firmata*, & cum posteà de novo esset firmata contentio, per eumdem Cancellarium Puigmari 26. Junii 1626. Consultoribus Magarola, Carreres, & Gusamet fuit declaratum dictum Jacobum Borell immunitate Ecclesiastica per eum, & per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ allegata non gaudere.

Sublimita primò hanc primam limitationem, si nul- 74
litas solùm allegatur ex capite injustitiæ, nam eo prætextu nova contentio non procedit, Peguera *in pract. crim. c. 26. n. 7. vers. Ex prædictis*, Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. spec. 4. n. 3. 9. & 320.*

Sublimita secundò, quando nullitas allegatur, ut lis 75
in longum protrahatur, nam tunc ratione calumniæ præsumptæ nova contentio non admittitur, Peguera *in pract. crimin. cap. 26. num. 7. vers. Verum cum multoties.*

Sublimita tertiò, si de nullitate notoriè, & eviden- 76
ter non constat, nam tunc ob præsumptionem validitatis actus nova contentio ex capite nullitatis non firmatur, Peguera *in pract. crim. cap. 25. num. 7. vers. Ac propterea.*

Limita secundò illum sextum casum, quando in sen- 77
tentia declaratur contentionem non procedere, nam tunc nova contentio firmari potest. Cancer. *part. 3. var. cap. 10. n. 24. in fine*, Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 4. n. 328. & 319.* & fuit millies in Cathalonia practicatum, & modernè in casu relato infrà *n. 109.* Quæ limitatio juri communi conformis est, 78
ex his quæ tradunt Doctores de sententia absolutoria ab observatione judicii, vel ab instantia, in quibus certissimum est eamdem causam iterum in judicium deduci posse, nedum in civilibus, *l. sed & pupillus*, §. *si institoria, & ibi gloss.* Bald. Alber. & Salicet. *ff. de instit. action. l. harum actionum gloss. verbo absolvetur*, Bartol. *n. 3. ff. si servit. vindicetur*, Farinac. *in prax. crim. part. 3. q. 111. n. 549.* Giurba *cons. 76. n. 1. & 12.* alios congerit Salgado *de reg. prot. part. 1. cap. 7. n. 4. & seq.* quos laudat Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 3. n. 318.* Maranta *de ord. jud. part. 5. n. 50. in fine, vers. Quæ absolutoria, & part. 6. de sententia num. 33.* Vela *dissert. 41. n. 67. tom. 2.* sed etiam in criminalibus in sententia absolutoria ob ineptitudinem libelli, vel accusationis, Farinac. *cons. 23. n. 2. in fine lib. 1. & in prax. part. 1. q. 4. n. 23. juncto n. 24. vers. Absolutio autem ab observatione judicii*, Bajard. ad Clar. §. *fin. q. 57. n. 16. & 17.* Guazzin *def. 2. c. 7. n. 53.*

Limita tertiò, quando allegatur defectus ordinis ju- 79
ris naturalis non servati, ut puta quia fuit facta declaratio sine causæ cognitione, & ex abrupto non visis processibus, & actis exhibitis, nam tunc nova contentio super eadem re firmari potest, Peguera *in pract. crim. c. 26. n. 7. vers. Limitantur tamen prædicta circa medium.*

Cæterùm hæc limitatio, etsi de jure verissima sit, ut 80
infrà *dec. 16.* de Arbitris *n. 103.* non recepta in Cathalonia, ubi si Arbitri, Cancellarius, vel Tertius causam contentionis decidant non viso processu, sententia per eos lata valet, & executioni demandatur, juxtæ decisionem Cancellarii Puigmari relatam per Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub. 11. n. 15. in fine*, & infrà *dec. 16. de Arbitris n. 102.* per ea quæ dicam *dec. 24. de sententia n. 12. vers. Operantur septimò.*

Limita quartò, quando ex probationibus, seu instru- 81
mentis

mentis de novo repertis rem aliter se habere apparet, quo casu contentione semel decisa, iterum super eadem re nova contentio firmari potest, & debet, Quevedo *de judiciis part.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. Cutellus *de leg. Siculi ad leges Martini controv.* 6. *num.* 11. latissimè pluribus rationibus probat, & contraria proponit, ac illis respondet Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *res.* 6. *spec.* 4. *à n.* 321. *ad* 341. decisum refert Castillo *decis.* 155. *in fine, lib.* 2.

82 Cæterùm hanc limitationem impugnat Don Martinus de la Reategu. *in allegatione quam scripsit pro jurisdictione ordinaria in causis contentionum emergentibus super jurisdictione cum Concilio belli ex num.* 84. sed ab ejus impugnationibus se defendit idem Pareja *in addit. ad primum tomum positis post tom.* 2. *de instr. edit. in addit. à pag.* 253. *usque ad pag.* 260. *ipsum adeas, & videbis fundamenta utriusque opinionis.*

83 Utrùm autem sententia in rem judicatam transacta possit rescindi, & retractari propter instrumenta de novo reperta, videndi sunt pro regula, & limitationibus Peregrin. *de jure fisc. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 3. & 4. Padilla *in l. sub prætextu per totam C. de transaction.* Oddo *de restit. in integr. part.* 2. *quæst.* 73. *art.* 1. *cum seq.* Garcia *de nobil. gloss.* 6. *à num.* 2. Carrocius *exceptione* 49. Surdus *cons.* 268. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *de confes. resol.* 1. *à num.* 24. Gratian. *discept. forens. cap.* 118. *à num.* 1. Boerius *decis.* 307. Costa *de facti scien. & ignor. inspect.* 19. *dist.* 16. Barbosa *in cap. suborta de sententia. & eo jud.* Guttier. *de jurament. confirm. cap.* 7. *à n.* 2. Gabriel *com. concl. de rest. in integr. conclus.* 2. Cevallos *com. conc. com. q.* 542. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 4. *n.* 322. & *à num.* 338. Carleval *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 7. *à num.* 6. Fontan. *decis.* 176. & 177. *part.* 1.

84 Limita quintò, quando intervenit nova causa; nam tunc contentio nova firmari potest, Portoles *foro* 6. *nu.*
85 15. *de compet. jurisd.* quod est juri communi consentaneum, ex his quæ tradunt Mantica *de tac. & amb. conv. lib.* 26. *tit.* 6. *n.* 22. *vers. Unde*, Valenzuela *cons.* 176. *à n.* 51. Carlev. *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 7. *n.* 4. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 4. *n.* 326. Cancer. *part.* 3. *var. resol. c.* 17. *n.* 45.

86 Exemplum est, si Clericus in minoribus constitutus delictum committat, & ad Ecclesiam confugiat, à qua fuerit violenter extractus, & contentionem super Clericatu firmaverit, & in ea succubuerit, nihilominus potest super immunitate Ecclesiæ aliam novam contentionem firmare, Portoles *foro* 6. *n.* 15. *de comp. jur. ubi testatur ita decisum in Curia Justitiæ Aragonum.*

87 Et idem dicendum est è contra, si prius talis Clericus contentionem super immunitate Ecclesiæ firmaverit, ea declarata, nihilominus potest super Clericum novam contentionem firmare Ferrer. *par.* 3. *observ. c.* 187. & *cap.* 237. *in fine, vers. Denique, & in vers. Post prædictam, ubi refert decisionem Cancellarii Cathaloniæ cum interventione omnium Doctorum Regiæ Audientiæ.*

88 Aliud exemplum est, si reus in cujus favorem declarata fuit contentio, de novo aliud delictum committat ad Ecclesiam confugiat, nihilominus pro isto novo delicto contentionem firmare potest, Portoles *foro* 6. *nu.* 15. *vers. Similiter de compet. jurisdict. ubi refert ita decisum in Curia Justitiæ Aragonum.*

89 Limita sextò, quando contentio fuit declarata ad solam partis privatæ instantiam, & absque firma juris Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis respectivè; nam tunc licèt nova contentio firmari non possit respectu partis privatæ, quæ illam firmavit, benè tamen Fisci Procurator qui non fuit causa, iterum pro novo contentionem firmare potest, ex his quæ notat Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 196. *in fine vers. Die*, & tradit Fontanella *decis.* 317. *num.* 16. *part.* 2. *ubi testatur ita in Cathalonia practicari, & in hac conformitate habuisse de facto pro civitate Dertuzæ cum Capitulo, quod post semel declaratam contentionem in qua non intervenerat Fiscus, iste aliam movit pro suo interesse, in qua contrarium obtinuit declarari, & sic Civitas consecuta fuit per aliam quod per se non potuerat.*

90 Sed scias, quòd hæc causa fuit declarata in causa dubii per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ferrer. & Senjust die quinta Decembris 1624. *in favorem Curiæ sæcularis Regii Procuratoris Civitatis Dertuzæ & Syndicum dictæ Civitatis, & Collectorem juris dicti del non imposit, contra Curiam Ecclesiasticam Dertuzen. & Capitulum Sedis dictæ Civitatis, & Josephum Simo Archidiaconum de Culla, his verbis: sententiat, pronuntiat, & declarat, dubio proposito pro parte Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ locum non fuisse, nec esse, sed contentionem esse firmandam.* Quæ limitatio 91
juri communi conformis videtur ex his quæ tradunt Portoles §. *absolutio, num.* 10. Farinacius *in prax. parte prima, qu.* 4. *n.* 32.

Limita septimò, quando contentio solùm fuit declara- 92
ta ad instantiam Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis respectivè, & absque firma juris partis privatæ interessatæ, quo casu licèt nova contentio firmari non possit respectu Fisci Procuratoris, qui illam firmavit, benè tamen pars privata interessata quæ in contentione non intervenit, nec fuit in causa, iterum & de novo contentionem firmare potest, ut latè & benè respondendo contrariis probat Cancer. *part.* 3. *var. resol. cap.* 10. *à num.* 9. *ad* 114. quod & de jure procedit, 93
ut post alios tradunt Farinac. *cons.* 268. *num.* 61. & 62. *tom.* 2. Peregrin. *de immun. Eccles. cap.* 3. Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 4. *sect.* 2. *nu.* 7. Portoles *absolutio, n.* 9. 14. & *à n.* 20.

Ratio est, quia Fisci Procurator utriusque Curiæ nedum est principalis & formalis pars in contentionibus firmandis, *cap. si Judex laicus, de sentent. excom. in* 6. ibi: *vel Curia ipsa eum tamquam Clericum repetat*, Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 7. *in fine*, Farinac. *cons.* 168. *num.* 41. *tom.* 1. & *de immun. Eccles. num.* 376. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 44. *sect.* 1. *n.* 1. & sic ad instantiam Fisci utriusque Curiæ rectè procedit contentio, decisum referunt Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 176. 177. & 191. Fontanella *decis.* 330. *n.* 6. *part.* 2. & fuit in Cathalonia practicatum per Cancellarium Erill. Consultoribus Rubi de Mary Mon, & Pons, & Turel. 16. Junii 1637. *in favorem Fisci Procuratoris Curiarum Regiarum Perpiniani*, & per Cancellarium Soler, & Consultoribus Codiana, Vilossa, & Serra, 8. Junii 1656. *inter Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ, & Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Ilerden. Sede vacante*, sed etiam pars principalis, & formalis est ille de cujus interesse agitur, Bart. *in l. præsenti n.* 5. *C. de his qui ad Eccl. confug.* Panorm. *in c. inter aliam nu.* 26. *de immun. Eccl.* Oldrad. *cons.* 54. Farinac. *c.* 168. *à n.* 42. *tom.* 2. & *de immun. Eccles. nu.* 376. Peregrin. *de immun. Eccles. c.* 3. *à n.* 9. Diana *resol. moral. part.* 4. *tr.* 1. *resol.* 112. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 44. *sect.* 1. *à n.* 2. & *sect.* 2. *per totam*. Et sic etiam ad solam partis privatæ interessatæ instantiam rectè procedit contentio, ad Fontanellam *dec.* 317. *nu.* 16. *p.* 2. propterea ambo tàm Fisci Procuratores utriusque Curiæ, quàm partes privatæ de quarum interesse agitur, sunt partes principales, & formales ad contentionem firmandam, Castren *cons.* 424. *lib.* 1. Aufrer. ad Capel. Tholosan. *decis.* 422. *in princ.* Remig. *de immun. Eccl. q.* 10. & 11. cum relatis per Portoles §. *infantio, n.* 13. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 98. Thomas del Bene *de imm. Eccl. tom.* 2. *c.* 16. *dub.* 44. *sect.* 2. *n.* 1. & 2. Chartar. *dec. Archiep. Mediolan.* 46. *n.* 23. Cancer. *p.* 3. *var. c.* 10. *n.* 96. & 100. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *nu.* 26. Urrutigoyti *in pastor. regul. part.* 3. *vot.* 1. *n.* 16. Et quando plures in eadem re æquè principaliter pro portionibus jus habent, sententia contra unum lata pro jure suo alteri non præjudicat, Peregrin. *fideicom. art.* 53. *n.* 40. Osascus *dec.* 157. *num.* 16. & 17. Regens Leon, *dec.* 93. *n.* 15. *lib.* 1. cum relatis per Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 102.

Præcedentes 6. & 7. limitationes in Regno Valentiæ non procedunt, ubi contentio non potest firmari, nec suscitari à privatis, sed ad solam Fisci instantiam, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 2. §. 1. *sect.* 4. *num.* 114. & 115. nec etiam procedunt in Regno Castellaniæ, ubi libellus partis interesse habentis ad formandam contentionem non admittitur, sed tantùm Fisci Patroni, Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *res.* 6. *specie* 2. *à nu.* 227. & *in additionibus ad primum tomum*

positis

positis post tomum secundum, in addition ad pag. 258. usque ad p. 10. 260. vers. respondetur enim, quæ nunc suo loco sunt restitutæ.

Amplia primò hanc septimam limitationem, quando sunt plures interesse habentes, & ad instantiam unius fuerit firmata, & declarata contentio, nam ad aliorum instantiam nova contentio firmari potest, latè probat Portoles *foro 6. à n. 6. de compet. jurisdict. qui num. 12. binas decisiones Curiæ Justitiæ Aragonum refert*, & in ornatum plura repetit Cancer. *part. 3. var. cap. 10. à num. 99.*

102 Amplia secundò hanc septimam limitationem, ut multò magis procedat, quando Fisci Procurator desiit allegare aliqua, quæ ad victoriam causæ importabant, & de illis pars privata interessata probationes paratas haberet, quo casu absque dubio nova contentio per partem privatam firmari potest, Cancer. *part. 3. var.*
103 *cap. 10. num. 94. & 112.* quæ ampliatio juri communi conformis est, ex his tradunt pluribus relatis Portoles *§. absolutio, num. 3.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 4. num. 13.* Gommez *tom. 3. cap. 1. numer. 26.* idem Cancer. *part. 2. var. cap. 16. num. 118. & 119. & part. 3. cap. 10. num. 111. & 112.* Fontanella *decis. 595. part. 2.* Molina *de primogen. Hispan. & ibi Additionat. plures laudat lib. 4. cap. 8. à numer. 7.* Castillo *controvers. lib. 6. cap. 157. à num. 25.* Amat. *resol. 79. à num. 14. lib. 2.* Valenzuella *cons. 60. à numer. 64.* Fusarius *de substit. qu. 622. à numer. 13.* Regens Leon *in respons. juris post decis. 173. num. 255. & 256.* Vela *dissertat. 21. numer. 66. tom. 1.* Mastril. *decis. 272. à num. 15. libro secundo* Peguera *decis. 121. num. 3. vers. Sed hæc omnia*, cum aliis per Suelves *cons. 35. à nu. 4. lib. 1.* Guaz. *defen. 2. cap. 7. num. 44. & 45.*

104 Sublimita primò illam septimam limitationem ut procedat, dummodo pars probet esse partem, & sua interesse, non constet, ita Portoles *foro 1. num. 33. de compet. jurisdict.* Suelves *cons. 10. num. quinto, & 17.*
105 *lib. 2.* quæ sublimitatio est juri communi conformis, constat ex Doctoribus laudatis per Portoles *loco relato, & aliis proximè allegandis.*

106 Sublimita secundò ut procedat quando pars privata interessata allegaret ignorantiam primæ contentionis; secus verò si haberet scientiam illius; nam tunc nova contentio firmari non potest, notat Cancer *part. 3. var. cap. 10. num. 94.* & ita fuit in Cathalonia bis decisum per Cancellarium Erill. 7. Martii 1633. *in causis contentionum immunitatis Ecclesiæ Gabrielis Clusa,*
107 *& Vincentii Boadella de quibus suprà num. 50.* quæ sublimitatio est juri communi conformis, *ex text. in l. si cui, §. 1. ff. de accusat. l. maritus, §. si ante, ff. ad leg. Jul. de adulter.* & ex his quæ tradunt Marian. Socin. *in cap. de his num. 46. de accusation.* Gomez *tom. 3. var. cap. 1. num. 26. in fine*, Jul. Clar. *§. fin. quæst. 57. vers. Sed pone*, Guazzin. *defens. 2. cap. 7. nu. 46.* cum relatis per Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 4. n. 20.* Sesse *decis. 106. n. 3. & 6.*

108 Qualiter autem probetur ignorantia, & è contra qualiter probetur scientia illius, qui vult de novo contentionem firmare, videantur Marian. Socin. *cap. de his num. 47. de accusation.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 57. vers. Sed pone*, ubi Bajard. *n. 8. & 9.* Gomez *tom. 3. var. cap. 1. numer. 26. in fine*, Mascard. *de probat. conclus. 879. 880. 881. & 1294.* Menochius *lib. 6. præsumpt. 23. & de arbitrar. jud. casu 186.* Farinac. *in prax. part. 1. qu. 4. nu. 21. & frag. crim. part. 2. littera I. à n. 91.* Guazzin. *defens. 2. cap. 7. n. 47.* Suelves *cons. 25. num. 7. lib. 1. & cons. 25. num. 13. & 14. lib. 2.* & vide prædictas binas decisiones relatas *num. 106.* in quibus, eo quia dictis Clusa, & Boadella post declaratam primam contentionem cum interventione solius Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ dederunt suas defensiones in Regio criminali Concilio, fuit declaratum contentionem non esse firmandam.

109 Limita octavò illum sextum casum, si opposita exceptione coram Judice sæculari ipse in ea declaraverit, ut puta si Clericus coram Judice sæculari conventus opposuerit fori declinatoriam, & aliqua de causa succubuerit; vel si captus allegaverit coram Judice sæculari immunitatem Ecclesiæ, & per ipsum fuerit contra reum declaratum: nam non obstante dicta declaratione contentionem firmare potest, per ea quæ tradunt Cancer. *part. 3. var. resol. cap. 18. n. 116.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr. 31. n. 30. & 31.* & fuit in Cathalonia practicatum signanter in causa quam agendo prosequebantur Josephus Despuny domicellus, & Nobilis Hieronyma de Claramunt conjuges, versus, & contra Nobilem Casildam de Cassador, & Claramunt Monialem Conventus Beatæ Mariæ Angelorum Civitatis Barcinonæ, uti hæredem Nobilis Fulgentiæ de Cassador, & Claramunt defunctæ post litis contestationem: nam postquam in Regia Audientia in Aula Regentis Cancellariam ad Relationem Magnifici Francisci Llunes fuerit declaratum 18. Decembris 1654. locum non esse exceptioni fori declinatoriæ oppositæ per dictam Nobilem Casildam de Cassador, Scriba Oriol, dicta Nobilis Casilda de Cassador, & Claramunt contentionem movit in Curia Ecclesiastica Barcinonæ, & firmata cum Curia sæculari Regiæ Audientiæ inter dictas partes, devoluta causa ad Cancellarium, fuit in ea declaratum per Priorem Jalpi Tertium die 17. Septembris 1654. Consultoribus Puig, Vilossa, Boxados, Sala, & Alegre, & licèt in ea fuerit dictum contentionem non procedere, fuit ex eo, non quia fuit firmata post oppositam exceptionem, sed quia ipsa Monialis Nobilis Casilda de Cassador sola firmavit contentionem, debens illam firmare cum interventu Procuratoris, seu Syndici Monasterii Beatæ Mariæ Angelorum; & cùm deinde per dictam Nobilem Casildam Cassador cum interventu Procuratoris, seu Syndici dicti Monasterii nova fuerit firmata contentio cum Curia sæculari Regiæ Audientiæ, per Cancellarium Soler die 19. Junii 1656. fuit in ea formiter declaratum in favorem Curiæ sæcularis, Consultoribus, Puig, Vilossa, Marti de Ferran, Alegre, & Aleny, ita etiam fuit practicatum in Regno Valentiæ in exemplari relato per Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. c. 2. §. 1. sect. 4. num. 130.* conducunt tradita infrà *dec. 35. n. 120.*

Septimus casus est, in quo non procedit contentio, 110
si Arbitri nominentur extra caput Vicariæ in qua firmatur contentio, vel eligantur ex diversis Vicariis, vel extra locum ubi celebratur Regia Audientia, ut latè probatur infrà *decis. 16. à num. 4.*

Octavus casus est, in quo non est contentio, si per 111
Judicem Ecclesiasticum non Diœcesanum firmetur absque litteris subsidiariis Judicis Ecclesiastici Diœcesani, cui judex sæcularis subest ratione peccati, ut infrà *decis. 13. n. 53.*

Nonus casus est, in quo non est contentio, si litteræ 112
Judicis Ecclesiastici præsententur Curiæ sæculari per Portarios Regios, ut infrà *decis. 13. num. 60.*

Decimus casus est, in quo contentio non procedit, 113
si probatio Clericatus fuerit facta in Curia Ecclesiastica non citato Fisci Procuratore Curiæ sæcularis, ut infrà *dec. 13. num. 11. in fine.*

Undecimus casus est, in quo non est contentio, si 114
non adest materia super qua recadat, utpotè si post firmam juris appelletur a procedimentis ad superiorem, ut fuit decisum per Cancellarium Erill 28. Martii 1634. *contra Onufrium Villa Juris utriusque Doctorem, & Catharinam conjuges;* secus si ante firmam juris appelletur à procedimentis, & posteà firmetur de jure, nam tunc rectè procedit contentio, ut in casu relato per Urritigoyti *in past. regul. part. 3. voto 8. sub n. 1.* Adde, ut duodecimus casus sit, in quo non est contentio, si arbitri noluerint nominationem acceptare, ut infrà *decis. 16. n. 40.* quod ultimum an verum sit, tu considerabis, quando casus occurret.

Nota quòd in casibus in quibus contentio non proce- 115
dit, solet Cancellarius ex officio absque partis oppositione illam repellere, declarando contentionem non procedere, Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. gloss. 2. n. 57. in fine*, ut in casu relato *n. 109.* & pluribus aliis.

A R-

ARGUMENTUM.

De litteris repetitoriis, requisitoriis, inhibitoriis, seu exhortatoriis in causis contentionum ab utraque Ecclesiastica, & sæcular expediendis.

SUMMARIUM.

1 *Contentio inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios tribus ex causis oriri solet.*
2 *Laicus quando convenitur in Curia Ecclesiastica, quomodo contentionem firmare debet.*
3 *Qualitas tribuens jurisdictionem probanda est, limita num. 4.*
4 *Jurisdictio sæcularis ordinaria habet intentionem fundatam contra omnes in suo territorio existentes.*
5 *Adeò ut contrarium asserentibus incumbat onus probandi privilegium exemptionis.*
6 *Clericus quando convenitur in Curia sæculari, quomodo debet firmare contentionem.*
7 *Judex Ecclesiasticus non potest litteras contentionis expedire, nisi sibi constet reum esse Clericum.*
8 *Clericus quis non præsumitur, sed laicus.*
9 *Clericatus qualitas probanda est per eum, qui in Clericatu se fundat.*
10 *Clericatus quomodo probetur, remissivè.*
11 *Judex Ecclesiasticus probationem Clericatus facere tenetur citato, & vocato Judice, & Fisco Curiæ sæcularis, ac eo cujus interest.*
12 *Judex sæcularis dum processus in Curia Ecclesiastica super titulo Clericatus, & postquam fuit citatus, non potest procedimenta aliqua facere.*
13 *Judex Ecclesiasticus in litteris contentionis an teneatur inserere Bullas Clericatus, & informationem ab eo receptam.*
14 *Reus quando violenter extrahitur ab Ecclesia per Judicem sæcularem, quomodo debet firmare contentionem, & n. 15.*
16 *Reus violenter extractus ab Ecclesia per Judicem sæcularem, debet dare informationem coram Judice Ecclesiastico de illa violenta extractione, & ante illius receptionem est citandus de jure Fiscus Curiæ sæcularis, & ille cujus interest.*
17 *Judex Ecclesiasticus si pro parte rei allegetur immunitas Ecclesiæ, tenetur de jure citare Promotorem Fiscalem Ecclesiasticum.*
18 *Judex Ecclesiasticus si per Promotorem Fiscalem allegetur immunitas Ecclesiæ, tenetur ipsum reum citare.*
19 *Judex Ecclesiasticus ante receptionem informationis violentæ extractionis rei ab Ecclesia quis tenetur citare in Cathalonia, & Sardinia, & quid in Regno Valentiæ.*
20 *Judex sæcularis postquam est citatus per Judicem Ecclesiasticum ad videndum jurare testes de violenta rei extractione ab Ecclesia, nihil potest innovare.*
21 *Nisi transierit tempus considerabile.*
22 *Sed si aliqua procedimenta fecerit, sunt contra jus, sed non contra constitutiones.*
23 *Litteræ constitutionis quæ ab una Curia alteri scribuntur, quomodo dicantur in Corona Aragonum.*
24 *Litteræ primæ quæ in Corona Aragonum expediuntur pro contentione firmanda, continere debent nominationem Arbitri, & quid si Arbitri nominationem non contineant, & n. 25.*
26 *Arbitri pro dirimenda contentione qui persoliti sint nominari in Corona Aragonum pro Curia sæculari.*
27 *Arbitri nominatio pro dirimenda contentione respicit officium, & sic ad successorem pertinet.*
28 *Arbitri pro dirimenda contentione qui persoliti sint nominari in Corona Aragonum pro Curia Ecclesiastica.*
29 *Litteræ contentionis primò debent nominare tàm Officialem Ecclesiasticum, quàm Regium.*
30 *Limita primò, nisi contentio firmetur cum Prorege, & de ratione n. 31. & 32.*
33 *Limita secundò, nisi contentio firmetur cum Gerente vices generalis Gubernatoris Viceregia procedente.*
34 *Curia sæcularis primas litteras contentionis non potest expedire verbis præceptivis, sed verbis deprecativis, utendo verbis monemus, requirimus, & hortamur, aliàs potest Curia Ecclesiastica contra eam procedere censuris, & n. 35.*
36 *Verbum hortamur, vel monemus, quando importet deprecationem, & quando præceptum, & num. 37. & 38.*
39 *Judex sæcularis quando alium Judicem requirit tam Ecclesiasticum, quàm sæcularem uti debet verbis deprecativis, & non præceptivis, & sic non verbis imperamus, sed rogamus, requirimus, & hortamur, & num. 40.*
41 *Curia Ecclesiastica primas litteras contentionis debet expedire verbis deprecativis, non præceptivis, & sic per verbum monemus, requirimus, & hortamur, & non per verbum, mandamus, & num. 42.*
43 *Judex Ecclesiasticus in primis litteris quas Judici sæculari scribit etiam in casu implorationis auxilii, debet uti verbis deprecativis, & non præceptivis, aliàs potest Curia sæcularis contrà eum providere ad occupationem temporalitatum.*
44 *Curia sæcularis in litteris contentionis honorem debitum servare tenetur Curiæ Ecclesiast. & n. 45.*
46 *Curia Ecclesiastica in litteris contentionis honorem debitum servare tenetur Curiæ sæculari.*
47 *Ecclesiastici Magistratibus sæcularibus reverentiam præstare tenentur, & n. 48. & 49.*
50 *Curia Ecclesiastica in primis litteris contentionis non potest comminare censuras Regiis Officialibus, sed quibus verbis possit uti, & n. 51.*
52 *Curia Ecclesiastica in litteris contentionis contra Proregem numquam potest comminare censuras.*
53 *Judex Ecclesiasticus ille solum directè potest litteras contentionis expedire Judici sæculari, & illas ei notificare, cui Judex sæcularis subest ratione peccati; ille autem Judex Ecclesiasticus, cui Judex sæcularis non subest, litteras requisitorias expedire debet, aliàs contentionem non esse, ad quod Judex Ecclesiasticus requisitus consentire tenetur, & n. 54.*
55 *Judex sæcularis ordinarius ille solùm expedire potest litteras contentionis Judici Ecclesiastico, & illas ei notificare, in cujus territorio ordinarius Ecclesiasticus habet suum tribunal, ille autem Judex sæcularis, in cujus territorio non habet Ecclesiasticus tribunal, litteras requisitorias subsidiarias expedire debet, quibus Judex requisitus parere tenetur, & num. 56.*
57 *Limita in Judicibus qui habent jurisdictionem generalem in tota Provincia subjectivè ad suum tribunal.*
58 *Litteras contentionis sunt manu Judicis subscribendæ, & sigillo Curiæ muniendæ, ac per notarium in publicam formam reducendæ.*
59 *Litteræ contentionis Curiæ sæcularis præsentari debent Curiæ Ecclesiasticæ per portarios, vel notarios Regios.*
60 *Litteræ contentionis Curiæ Ecclesiasticæ præsentari debent Curiæ sæculari per suos nuntios, & notarios Apostolicos, aliàs declaratur per Cancellarium contentionem non esse.*
61 *Litterarum contentionis præsentatio quæ sit validior, & securior, illa quæ fit per nuntios, an quæ fit per notarios.*
62 *Forma primæ supplicationis, & primarum litterarum contentionis, quæ observatur in Regia Audientia Cathaloniæ, quando laicus convenitur in Curia Ecclesiastica.*
63 *Forma secundæ supplicationis, & secundarum litterarum contentionis, quæ observatur in Regia Audientia Cathaloniæ, quando laicus convenitur in Curia Ecclesiastica.*

64 Lit-

64 *Litteræ ſecundæ contentionis ſunt expediendæ per Curiam ſæcularem verbis deprecativis, addita ſolum comminatione pœnarum aſſuetarum,*

65 *Forma tertiæ ſupplicationis, & tertiarum litterarum contentionis, quæ obſervatur in Regia Audientia Cathaloniæ, quando laicus convenitur in Curia Eccleſiaſtica.*

66 *Litteræ tertiæ contentionis ſunt expediendæ per Curiam ſæcularem verbis deprecativis, citatio vero quæ in eis continetur, fit verbis præceptivis.*

67 *Forma ſupplicationum, & litterarum contentionis, quæ obſervatur per Judices ordinarios Regios Cathaloniæ, qui contentionem firmare poſſunt.*

68 *Forma ſupplicationum, & litterarum contentionis, quæ obſervatur in Regia Audientia Sardiniæ, quando laicus convenitur in Curia Eccleſiaſtica.*

69 *Forma quæ in contentionibus obſervatur in Regia Audientia Regni Valentiæ, remiſſivè.*

70 *Forma contentionum, quæ obſervatur in Regno Aragonum, remiſſivè.*

71 *Forma ſupplicationum, & litterarum contentionum, quæ obſervatur in Curia Eccleſiaſtica, quando Clericus convenitur in Curia ſæculari.*

72 *Forma ſupplicationum, & litterarum contentionum, quæ obſervatur in Curia Eccleſiaſtica, quando reus prætendit gaudere immunitate Eccleſiæ, à qua fuit extractus.*

73 *Forma litterarum requiſitoriarum ſubſidiariarum ad contentionem firmandam, & forma litterarum, quæ Judex requiſitus in illarum executionem expedit.*

DECISIO XIII.

1 COntentiones, ſeu competentiæ inter Judices Eccleſiaſticum, & ſæcularem Regium, ordinarios, regulariter tribus ex cauſis oriri ſolent. Prima, quando laicus convenitur in Curia Eccleſiaſtica. Secunda, quando Clericus convenitur in Curia ſæculari. Tertia, quando reus extrahitur ab Eccleſia ad quam confugerat, ut docet Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. tit. proceſſo de compet. de juriſdict. fol.* 335. *verſic. Para major intelligentia*, & conſtat ex notatis per Ripoll. in addit. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 32. *n.* 1. *&* 2. *& in pract. Vicarii Barcinonæ rubr.* 11. *in princ. & n.* 1.

2 Circa primam, ſi aliquis laicus vocatur ad judicium per aliquem Judicem Eccleſiaſticum ordinarium, talis laicus per ſe, vel ſuum legitimum procuratorem accedere debet ad ſuum Judicem ordinarium ſæcularem Regium, & coram eo firmare jus, & de jure in & ſuper bonis ſuis pro decem ſolidis cum legitimo augmento in forma ſolita dicto Judici Eccleſiaſtico ordinario, & parti inſtanti ſi adeſt, petens firmam juris admitti, & Judici Eccleſiaſtico ſcribi, ne de ipſo, & ejus bonis ſe intromittat, ſed quæcumque fecit, aut proceſſit contra talem laicum, caſſet, revocet, & annullet, & de caſſatione, annullatione, & revocatione certiorem reddat Judicem ordinarium Regium. Quòd ſi contrarium prætendat, contentionem cum electione Arbitri firmet, qui unà cum Arbitro per ipſam Curiam ſæcularem Regiam nominando, dictam contentionem decidant, & declarent, & quoad effectum prædictum expediantur litteræ in forma contentionis juxtà concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & tunc Officialis Regius ordinarius miſſa juris firma, ſi & in quantum, ſcribit litteras in forma contentionis Judici ordinario Eccleſiaſtico, quibus ei notificat ſui ſubditi comparitionem, & firmam juris, & eum requirit, ut partes & cauſam ad ſe remittat cum electione Arbitri in caſu hæſitationis, in Principatu Cathaloniæ, & Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum juxta prædictam concordiam, & in Regno Aragonum juxta ſorum. Hæc praxis probatur de jure Cathaloniæ *in pragmat.* 1. *juncta pragmatica primerament 6. de content. juriſdict.* Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 172. Oliba *de jure fiſci cap.* 11. *à numer.* 11. *verſic. Tranſeamus, & à num.* 20. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *n.* 7. *verſic. ulterius*, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 16. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 13. *par.* 3. *num.* 5. *&* *dec.* 323. *num.* 10. *part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 32. *num.* 2. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 1. *& de regal. cap.* 11. *à num.* 7. *& var. cap.* 1. *à num.* 42. De Regno Aragonum *forus* 1. ubi Bardaxi, & Portoles *à num.* 17. *de competent. juriſdict.* Ramirez *de lege Regia* §. 2. *à num.* 4. Suelves *conſ.* 32. *in princ. lib.* 1. *& conſ.* 2. *lib.* 2. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. *num.* 25. *cum ſeq. qui antea num.* 24. *tradit praxim Cathaloniæ, & deciſ.* 113. *num.* 1. *libr.* 2. Fermoſin. *in cap. ſi Clericus, quæſt.* 17. *num.* 2. *de foro compet.* Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. titulo proceſſo de compet. de juriſdictione, fol.* 336. *verſ. En el ſegundo caſo*, & probat Bulla Pii V. *de qua ſuprà dec.* 7. *nu.* 94. *&* 95. Fontanella *dec.* 323. *num.* 11. *part.* 2. *& de pact. nupt. tomo* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 13. *part.* 2. *num.* 5. De Regno Sardiniæ Regens Vico *libro ſecundo ad pragmat. Regn. Sardin. tit.* 51. *numero* 27. *&* 28. de Regno Majoricarum, & de inſulis Minoricarum, & Juicæ, Seſſe *dec.* 113. *numer.* 37. *libro ſecundo*, & habetur in Bulla Gregorii XIII. *de qua ſupra dec.* 7. *numer.* 96. *&* 97. De Regno Valentiæ Regens Leon *dec.* 3. 20. *&* 154. cum hac differentia, quòd in Regno Valentiæ laicus pulſatus ab Eccleſiaſtico firmat jus coram Regio Officiali ad quem ſpectat, & tunc Fiſci Procurator contentionis libellum proponit forma prænarrata, Mattheu *de regimine Regni Valentiæ, tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4. *numer.* 115.

Adverte, quòd licèt regulariter, antequam una Curia alteri ſcribit pro contentione, ſeu competentia firmanda, non ſufficiat, quòd qualitas attributiva juriſdictionis in libello, ſeu petitione deducatur, ſed de illa ſaltem ſummariè conſtare debet ſecundùm Doctorum receptam ſententiam, de qua teſtantur Afflictis *dec.* 297. Menochius *conſ.* 1095. *à num.* 9. Farinacius *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 86. Narbona *l.* 20. *gloſſa* 19. *à num.* 3. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Pareja *de inſtrum. ad tom.* 2. *reſol.* 6. *num.* 32. *& ſpecie* 2. *num.* 244. Caſtillo *dec.* 156. *num.* 5. Carol. de Graſſ. *de effect. clericat. effect.* 1. *numer.* 712. Portoles §. *appellitus criminalis, num.* 7. *&* 8. *&* §. *qualitus, num.* 1. Seraphin. *dec.* 326. *&* 332. Salgado *de regia protect. part.* 1. *cap.* 2. *numero* 67. *& part.* 2. *cap.* 4. *à numer.* 43. *& cap.* 10. *à numero* 68. Maſtril. *deciſ.* 258. Merlin. *controverſ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 3. *& lib.* 2. *cap.* 80. *num.* 26. Capicius Latro *deciſ.* 173. *num.* 31. *lib.* 2. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *numero* 201. Maya. *conſult.* 32. *num.* 10. Fontanella *deciſ.* 522. *numer.* 14. *part.* 2. Faber *in ſuo Codice qui legit. perſon. diffin.* 1. *& de probat. diff.* 33. cum multis per Suelves *conſ.* 33. *numer.* 9. *libr.* 1. latiſſimè Valenzuela *conſ.* 191. *libro* 2. Novar *de dat. in ſolut. part.* 1. *quæſtione* 72. *& in rubr. collect.* 1. *numero* 16. *&* 17. *de juriſdict. invic. non turb.* Riccius *collect.* 306. *&* 768. 3

Tamen hoc non procedit in hac prima ſpecie contentionis, ſeu competentiæ, quando ſcilicet laicus vocatur ad judicium per Judicem Eccleſiaſticum, & ipſe accedit ad ſuum Judicem ordinarium Regium pro firmanda contentione, nam tunc qualitas laicalis tribuens juriſdictionem non eſt neceſſe probari, ſed ſufficit in libello, ſeu petitione deduci, quia juriſdictio laicalis ordinaria habet intentionem fundatam contra omnes, & quoſcumque in ſuo territorio exiſtentes, *l.* 1. §. *cum urbem, ff. de offic. præfect. urb. cap. cum perſonæ, de privileg. in* 6. *can. omnes Baſilicæ*, 16. *quæſt.* 7. Covar. *pract. cap.* 31. *numer.* 9. Boer. *deciſ.* 171. *num.* 14. Valenzuela *conſ.* 57. *à n.* 1. Amaya. *in l. fin. à num.* 12. *C. de incol. lib.* 10. Barboſa *in l. Titia, n.* 31. *ff. ſolut. matrim.* Thom. Valaſq. *allegat.* 22. *num.* 1. *tom.* 1. Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *n.* 37. *verſ. Si verò, & ſpecie* 6. *n.* 347. *& tit.* 5. *reſol.* 8. *n.* 2. Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. l.* 1. *tit.* 7. *c.* 16. *num.* 1. Adeò ut contrarium aſſerentibus incumbat onus probandi privilegium exemptionis *l. ſi quos ex aliena, ff. de jud.* Param. *in defenſ. S. Offic. c.* 2. Farinacius *in prax. part.* 1. *q.* 8. *n.* 81. Valenzuela *conſ.* 57. *n.* 8. *& conſ.* 191. *num.* 24. Barboſa *in l.* 1. *art.* 1. *num.* 150. *ff. de jud.* Tuſch. *pract. concl. littera Q. concl.* 18. Quinquaginta quatuor Doctores congerit Menochius *conſ.* 1195. *n.* 3. Salgado *de reg. protect. part.* 4. *cap.* 4. *n.* 44. latè Seſſe *de inhibit. c.* 5. §. 10. *à n.* 5. Barboſa *in l. Titia, n.* 31. *verſ. Item, &* 4 5

juxta,

juxta, ff. solut. matr. Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. res. 6. specie 6. n.* 348. *& tit. 5. res. 8. n.* 3.

6 Circa seccundam speciem contentionis, si Clericus molestatur per Judicem sæcularem Regium ordinarium, talis Clericus per se, vel suum legitimum procuratorem accedit ad suum Judicem Ecclesiasticum ordinarium, & coram eo firmat jus, & de jure in & super bonis suis pro decem solidis cum legitimo augmento in forma solita dicto Judici Regio ordinario, & parti instanti si adest, petens firmam juris admitti, & scribi dicto Judici sæculari, ne amplius de ipso, & ejus bonis se intromittat, sed quæcumque fecit, aut processit contra talem Clericum, revocet, casset, & annullet, & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem reddat Judicem Ecclesiasticum, aliàs in casu hæsitationis firmet contentionem cum electione Arbitri, qui unà cum Arbitro nominando per Curiam Ecclesiasticam dictam contentionem decidant, & declarent, & quòd expediantur litteræ in forma contentionis juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum: & tunc Judex Ecclesiasticus ordinarius admissa juris firma si & in quantum scribit litteras dicto Judici sæculari ordinario Regio, quibus ei notificat sui subditi comparitionem, & firmam juris, & requirit eum, ut partes & acta ad se remittat, cum electione Arbitri in casu hæsitationis in Principatu Cathaloniæ, Regnis Sardiniæ, Valentiæ, & Majoricarum juxta dictam concordiam, & in Regno Aragonum juxta forum, ut tradunt de jure Cathaloniæ præcitati Doctores *num.* 2. signanter Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 6. *num.* 78. *& rub.* 32. *numer.* 2. *& in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 1. Fontanella *dec.* 323. *n.* 12. *part.* 2. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. *num.* 14. De jure Aragonum Suelves *cons.* 34. *in princ. lib.* 1. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 31. Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. tit. processa de compet. de jurisdict. fol.* 333. *in princ. vers. De manera, & fol.* 337. *vers. En el tercero.* De Regno Sardiniæ, & Majoricarum dixi *num.* 2. ubi etiam idem tradidi de jure Regni Valentiæ, cum hac differentia, quòd Clericus pulsatus à Judice sæculari firmat jus coram Officiali Ecclesiastico ad quem spectat, & tunc Fisci Procurator contentionis libellum proponit forma prænarrata, Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *nu.* 115. De jure praxim tradunt Bayo *in praxi, lib.* 6. *à num.* 7. Ortiz de Salzedo *in praxi Eccles. à fol.* 124. Fermosin. *in cap. fin. q.* 4. §. 16. *n.* 4. *de libel. oblat.*

7 Nota in hac secunda specie contentionis, quòd quando Clericus molestatur per Judicem sæcularem, si ipse comparet coram Judice Ecclesiastico pro contentione, seu competentia firmanda, Judex Ecclesiasticus non potest litteras contentionis expedire, nisi qualitates Clericatus juxta formam Concilii Tridentini *sess.* 23. *de reform. cap.* 6. probatæ fuerint, Paz *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 13. Azevedo *lib.* 1. *num.* 53. *&* 54. *tit.* 16. *lib.* 8. *recop.* Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 33. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 9. *numer.* 90.

8 Quia in dubio quis Clericus non præsumitur, sed laicus, cùm qualitas Clericatus non sit à natura, *l. si qua per calumnia, §. præterea, C. de Episcop. & Cleric. can. presbyteri,* 86. *dist. can. legum* 2. *quæst.* 1. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 24. *num.* 1. *& alii statim allegandi,*

9 & ideò Clericatus qualitas probanda erit per eum, qui in Clericatu se fundat, *cap. si Judex laicus in fine, de sentent. excom. in* 6. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 38. Salzedo *in pract. crim. cap.* 62. *num.* 20. Menochius *lib.* 6. *præsumpt.* 76. *numer.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 302. *num.* 3. Patian. *de probat. cap.* 34. *num.* 1. *part.* 2. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 34. *num.* 3. & 4. Petrus Barbosa *in l. Titia, num.* 31. *ff. soluto matrim.* Azevedo *l.* 10. *num.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Augustin Barbosa *in l. si qua per calumniam, num.* 7. *C. de Episc. & Cler. & in cap. ex tenore* 16. *numer.* 5. *de rescript. & in cap. si Judex laicus, num.* 10. *de sentent. excommun. in* 6. Capicius Latro *decis.* 165. *num.* 43. *lib.* 2. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 9. *num.* 91. *& tit.* 5. *resol.* 8. *num.* 4. Sanfelicius *dec.* 7. *numer.* 13. *& dec.* 143. *num.* 5. Merlinus *controv. lib.* 2. *cap.* 91. *num.* 53. Torrebianca *de magia, lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 19. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 29. *numer.* 1. *&* 2.

Clericatus quomodo probetur, Farinac. latè tractat 10
in prax. part. 1. *quæst.* 8. *à numer.* 39. *ad* 46. ad quem se refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 12. *part.* 2. *num.* 39. Mascard. *de probat. conclus.* 302. *ad* 306. ad quem se remittit Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 158. *&* 159. Patian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 34. *à num.* 41. Salzedo *ad Bernardum Diaz in pract. crimin. cap.* 63. *à num.* 16. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 24. *num.* 5. Guazin. *defens.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib.* 1. *titul.* 7. *cap.* 13. Merlinus *controv. libr.* 2. *cap.* 91. Capicius Latro *dec.* 173. *à num.* 24. *lib.* 2. Barbosa *in cap. si Judex laicus, à num.* 9. *de sentent. excom. in* 6. *& in l. si qua per calumniam, Cod. de Episcop. & cler. & ad Concil. Trident. sess.* 23. *de reform. cap.* 6. *& de jure Eccles. univ. lib. cap.* 39. §. 2. *à num.* 12. Carol. de Grass. *de effect. Clericat. in prælud. à num.* 197. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 29. Borell. *in sum. dec. par.* 2. *tit.* 2. *à num.* 136. *ad* 144. Sanfelicius *dec.* 7. *&* 260. Thoro *in compend. dec. tom.* 1. *verbo Clericatus probatio,* Tondutus *resol. benef. part.* 2. *c.* §. 4. *à n.* 2. & alii plures quos laudat doctissimus Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *n.* 174.

Sed Judex Ecclesiasticus probationem qualitatis Cle- 11
ricatus facere tenetur citato, & vocato Judice, & Fisco Curiæ sæcularis, & eo cujus interest, *cap. si Judex laicus,* ubi Monachus *num.* 2. Dominicus *num.* 4. *de sentent. excom. in* 6. Bossius *tit. de foro compet. numer.* 151. *&* 155. Portoles *foro* 1. *nu.* 32. *de compet. jurisdict.* Gratian. *disc. forens. cap.* 190. *num.* 17. Bobad. *in Polit.* 2. *cap.* 18. *num.* 106. *in fine,* Mastril. *dec.* 113. *numer.* 19. Cevallos *de cog. per viam violent. in proœm. cap.* 8. *num.* 35. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 37. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. Cancer *part.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 143. Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 27. *versic. Sed absolutè & part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 112. *& part.* 6. *tr.* 1. *resol.* 30. *vers. Quæro tertio,* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 28. *num.* 5. Fermosinus *in rubr. qu.* 1. *num.* 2. *de foro compet.* Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effect.* 1. *n.* 1173. Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 28. *versic. debit. & de potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 34. Qui licèt videantur constituere differentiam inter declarationem sententiæ, & probationem Clericatus faciendam, ut in primo casu citatio sit necessaria; secus in secundo, Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 172. Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 28. *vers. si debebit,* contrarium tamen est verius, ut etiam in probatione Clericatus citatio Judicis laici, Fisci Procuratoris, & illius cujus interest sit necessaria, quia multi ex præcitatis Doctoribus promiscuè loquuntur, tàm in declaratione, & determinatione Clericatus, quam in discussione, & cognitione illius, ut habes apud Dian. Thomam del Bene, Cancer, Bossium, & Cevallos *locis citatis* & Barbosa *loco proximè relato* ait, benè facere Judicem Ecclesiasticum, qui citare fecerit Fiscum, & instigatorem, etiam in ipso processu probatorio, & ita practicatur in Cathalonia, & Sardinia, adeò ut in Cathalonia non procederet contentio, si probatio Clericatus fuerit facta in Curia Ecclesiastica, non citato Fisci Procuratore Curiæ sæcularis, ut decisum refert Ferrer *part.* 3. *observ. cap.* 196. *in fine, vers. Die* 16. *Julii,* quod secus est in Regno Valentiæ, Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *n.* 116.

Judex verò sæcularis dum fit processus in Curia Eccle- 12
siastica super titulo Clericatus, & postquam Judex, & Fiscus Curiæ sæcularis fuit citatus, quamvis litteræ requisitoriæ Clerici non sint præsentatæ, non potest procedimenta aliqua, nec quidquam facere in illa causa; imò si aliqua fecerit, revocantur per Cancellarium via privilegiata attentatorum, Michael Ferrer *part.* 3. *observ. cap.* 179. *ubi refert ita decisum per Cancellarium Sorribes,* 17. *Julii* 1563. *intervenientibus, Ros, Ferrer, Quintana, & Suner, & pluribus rationibus hanc resolutionem confirmat, & antea part.* 3. *cap.* 87. *in principio* refert & sequitur Fontanella *dec.* 256. *à n.* 5. *lib.* 1.

13 Sed

13 Sed utrùm Judex Eccleſiaſticus in litteris exhortatoriis, ac inhibitoriis, ſive repetitoriis teneatur authenticè inſerere tenorem Bullæ Clericatus, licentiam ſerviendi Eccleſiæ, & informationem Clerici prætendentis gaudere privilegio fori, videtur quòd ſic, ut diſponit in Regno Sardiniæ Regia pragmatica apud Regen. Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 13. & de Regno Caſtellæ *l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 1. *recop.* De cujus obſervantia teſtantur Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 33. Azevedo *l.* 1. *numer.* 53. *&* 54. *tit.* 16. *lib.* 4. *recop.* Paz. *in prax. tom.* 1. *prælud.* 2. *num.* 10. Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 9. *n.* 90. Plus addunt Doctores Caſtellani ex eadem lege, quòd Clericus tonſuratus, & in minoribus conſtitutus ſui Clericatus documenta debet præcisè exhibere coram Judice ſæculari, Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 102. Cenedo *canonicar. q.* 4. *n.* 27. Rodrig. *in ſumma tom.* 2. *in addit. ad explicat. Bullæ Cruciatæ*, §. 9. *nu.* 82. latè Pareja *de inſtr. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *reſ.* 8. *à nu.* 13. *ad* 46. Sed quidquid ſit in Regno Caſtellæ hæc in Regno Sardiniæ tantùm procedunt de conſilio, non verò de præcepto, Vico *ad pragm. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 13. *n.* 7. ſolent tamen in Cathalonia Curiæ Eccleſiaſticæ in primis litteris contentionis omnia prædicta inſerere, & ita obſervatur.

14 Circa tertiam contentionis ſpeciem, quando reus extrahitur violenter ab Eccleſia per Judicem ſæcularem, eo tunc procurator, vel aliquis conſanguineus, aut amicus ipſius rei, ſeu promotor, ac Fiſci Procurator Curiæ Eccleſiaſticæ debet comparere coram Judice ordinario Eccleſiaſtico dando ſupplicationem, quæ debet continere quòd non fuit extractus à tali Eccleſia per talem Algutz. & firmans jus & de jure, in & ſuper bonis ſuis pro decem ſolidis cum legitimo augmento in forma ſolita, offerre debet informationem dare de tali extractione, petendo ſcribi Curiæ ſæculari, quatenus talem reum liberet à regiis carceribus, & reſtituat ad ſuam priſtinam libertatem, prout erat tempore extractionis à tali Eccleſia; & ſi in his quæſitaverit, firmet contentionem cum electione Arbitri, qui unà eum nominando per Curiam Eccleſiaſticam dictam contentionem decidant juxta concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & tunc Judex Eccleſiaſticus proviſa informatione, & illa recepta, citato Fiſco Curiæ ſæcularis, & eo cujus intereſt, ſcribit litteras in forma contentionis Judici ſæculari Regio ordinario, qui reum captum detinet, quibus ei notificat firmam juris, Promotoris, ſeu Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ, & partis comparitionem cum electione Arbitri in caſu hæſitationis in Principatu Cathaloniæ, Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, juxta dictam concordiam, & in Regno Aragonum juxta forum, ut docent de jure Cathaloniæ Peguera *in pract. crim. cap.* 29. *ſub num.* 7. Fontanella *dec.* 256. *num.* 1. *tom.* 1. *&* *dec.* 583. *à num.* 1. *tom.* 2. De jure Aragonum Suelves *conſ.* 33. *in princ. lib.* 1. Molin. *in pract. Jud. Reg. Arag. tit. proceſſo de compet. de juriſd. fol.* 336. *verſi Yſi es por el primer caſo*, & de Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum tradidi *ſupra num.* 2. & de jure praxim tradunt Azevedo *l.* 3. *num.* 20. *tit.* 2. *lib.* 3. *recop.* Villadiego *in Polit. cap.* 5. §. 20. Aayo *in prax. lib.* 6. *à num.* 4. Fermoſin. *in cap. fin. q.* 4. §. 16. *n.* 2. *&* 3. *de libelli oblat.* Ortiz de Salzed. *in praxi fol.* 158. Parlador. *rer. quotid. differ.* 76. §. 1. Mexia de Cabrera *in formul. immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. *à num.* 7.

15 Nec praxis nedum obſervatur quando extractio rei ab Eccleſia fit violenter ſine ſono emiſſo ſed etiam quando fit cum eo, ut explicant Oliba *de jure fiſci cap.* 14. *num.* 48. *&* 49. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 2. *gloſſ.* 11. *n.* 49. Ripoll. *de regal. c.* 11. *à n.* 31.

16 Notanter dixi *num.* 14. *proviſa informatione*, *& illa recepta*, *citato Fiſco Curiæ ſæcularis*, nam reus violenter extractus ab Eccleſia per Judicem ſæcularem de dicta violenta extractione informationem dare debet, qua recepta expediuntur litteræ à Curia Eccleſiaſtica in forma contentionis ut docent Peguera, & Fontanella *locis ibi citatis* & ante illius receptionem citatio de jure communi eſt neceſſaria, ut probat Farinacius *conſ.* 168. *num.* 39. *&* 40. *de immun. Eccleſ. numer.* 376. & eſt citandus Fiſcus Curiæ ſæcularis, & ille cujus intereſt Belluga *in ſpecul. Princ. rubr.* 11. §. *ſed quia loquimur*, *ſub num.* 25. Azevedo *lib.* 3. *ſub numer.* 20. *titulo* 2. *lib.* 1. *recop.*

Dixi *& ille cujus intereſt*, nam de jure communi ſi pro parte rei allegetur immunitas Eccleſiæ, Judex Eccleſiaſticus tenetur citare Eccleſiam, ſeu nomine Eccleſiæ Promotorem Fiſcalem, ad quem ſpectat jura Eccleſiæ defendere cum directè id ejus præjudicio agatur, Farinac. *conſ.* 168. *num.* 41. *&* *de immun. Eccleſ. num.* 376. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 44. *ſect.* 1. *num.* 1. Si autem per Promotorem Fiſcalem allegetur immunitas Eccleſiæ, utrùm Judex Eccleſiaſticus teneatur citare reum de cujus intereſſe agitur, negant Remigius *de immun. Eccleſ. quæſt.* 2. *num.* 3. *&* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 596. *num.* 28. Giurba *conſ.* 100. *num.* 28. Novar. *in ſum. Bullar. titul. de immun. Eccleſ. num.* 96. *ubi teſtatur de praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ*, ſed affirmant reſpondendo contrariis Farinacius *conſ.* 168. *à num.* 42. *ad* 63. *&* *de immun. Eccleſ. num.* 376. Peregrinus *de immun. Eccleſ. cap.* 3. *nu.* 9. Caſtro Palao *tom.* 2. *diſp. unica*, *punct.* 13. *num.* 11. Bonacin. *tom.* 2. *diſp.* 3. *qu.* 7. *punct.* 7. *num.* 10. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 112. *&* *in ſum. part.* 2. *verbo Judex Eccleſiaſticus*, *ſub nu.* 15. *fol.* 99. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 44. *ſect.* 1. *n.* 2. *&* *ſect.* 2. pro affirmativa Diana *reſol. moral. par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 30. *verſic. Quæro tertio*.

17 18

In Cathalonia verò, quando contentio eſt cum Regio Concilio, citantur per Curiam Eccleſiaſticam Regens Regiam Cancellariam, Relator cauſæ, & Fiſci procurator Regiæ Curiæ ad videndum jurare teſtes cum aſſignatione diei & horæ, ut conſtet de dicta coarctatione, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *verſic. Et vigore*, Fontanella *dec.* 256. *numer.* 1. *part.* 1. Quando autem contentio eſt cum alia Curia ſæculari inferiore, citantur ejus Officiales ad effectùm prædictum: At in Regno Sardiniæ, etiam ſi contentio ſit cum Regio Concilio, ſolum citatur Fiſci Procurator Regiæ Curiæ, ut pluries vidi obſervatum, quod in Regno Valentiæ non practicatur, Mattheu *de regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4. *num.* 116.

19

Poſtquam autem Regens Regiam Cancellariam, Relator cauſæ, & Fiſci Procurator Regiæ Curiæ fuerint citati à Curia Eccleſiaſtica ad videndum jurare teſtes pro Reo, qui fuit ab Eccleſia extractus, Judex ſæcularis contra talem reum ad aliquam pœnam corporalem procedere non poteſt, per rationes quas in ſimili adducit Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 179. quas & alias in terminis accommodat Fontanella *deciſ.* 256. *per totam*, *part.* 1. niſi poſt dictam citationem tranſierit tempus conſiderabile, quominus informatio recipi poſſit, & litteræ contentionis expediri, & præſentari poſſint, Fontanella *dec.* 256. *à num.* 20. *tom.* 1. Sed ſi Judex ſæcularis pendente citatione ad videndum jurare teſtes in Curia Eccleſiaſtica pro reo allegante violentam extractionem ab Eccleſia, aliqua procedimenta executoria alicujus pœnæ corporalis fecerit, illa non dicuntur facta contra Conſtitutiones Cathaloniæ, ſed tantùm contra jus ut latè probat Fontanella *deciſion.* 256. *à numer.* 14. *tom.* 1.

20 21 22

His ſic præhabitis litteræ contentionis quas una Curia alteri ſcribit, dicuntur in Regno Sardiniæ exhortatoriæ, juxta Regiam pragmaticam apud Regent. Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 25. In Cathalonia repetitoriæ, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *ſub num.* 7. *verſic. Et vigore* Idem in Aragonia Suelves *conſ.* 33. *in princ. lib.* 1. Seſſe *dec.* 113. *num.* 1. *lib.* 2. Ab aliquibus vocantur inhibitoriæ, ſive requiſitoriæ, Fontanella *deciſ.* 256. *numer.* 16. *part.* 1. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *à num.* 25. Portoles *foro* 1. *num.* 17. *&* 21. *de compet. juriſdict.*

23

In primis litteris contentionis quas una Curia alteri ſcribit, facienda eſt nominatio Arbitri, de jure Cathaloniæ, *pragmat. primerament* 6. *de content. juriſdict.* Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *verſic. Excellentiſſimo*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rubr.* 11. *num.* 4. *&* 22. Fontanella *deciſ.* 223. *numer.* 10. *part.* 2. De

24

Regno

Regno Aragnum *forus*, 1. ubi Portoles *num.* 17. *de compet. jurisdict.* Sesse *de in inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 27. *& decis.* 113. *num.* 1. *lib.* 2. Ramirez *de leg. reg.* §. 2. *n.* 5. De Regno Valentiæ *forus* 18. *de jurisdict. omni jud.* Regens Leon *decis.* 20. *numer.* 1. *lib.* 1. Mattheu, *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 116. de Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 27. *&* 28.

25 Sed si in primis litteris contentionis non fuerit facta nominatio Arbitri, non inde revocandæ sunt, sed temperandæ, Arbitrum nominando, ut inutilis circuitus vitetur, ut decisum per Cancellarium Regni Valentiæ tradit Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *sub num.* 120. *ante finem*. Sed hoc temperamentum nominationis Arbitri fieri debet cum aliis litteris, aliàs declaratur contentionem non procedere, ut fuit decisum per Cancellarium Puigmari 1. Decembris 1630. *inter partes de quibus infra decis.* 16. *num.* 28. Addit tamen Mattheu *ubi proximè* quòd si litteræ contentionis reperiantur expeditæ contra stylum, & formam concordiæ, revocandæ sunt, & ad id decisionem Cancellarii Regni Valentiæ laudat.

26 Arbiter Curiæ sæcularis in Principatu Cathaloniæ pro causis, quæ vertuntur in Regia Audientia civili, vel Regio Concilio criminali, solitus est nominari pro Regia Curia Relator illius causæ, ut patet ex Peguera *in pra. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. Don Joannes Terez*, & ita quotidie practicatur, in Curiis autem inferioribus sæcularibus solitus est nominari Assessor Vicarii, vel Bajuli Regii, & ita vidi pluries practicari in Civitate Ilerdæ; in Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ Officiales Regii in causis contentionum non possunt nominare in Arbitrum nisi Fisci Advocatum Curiarum, *Regia pragmatica Serenissimi Domini Regis Philipi Secundi, dat. Montissoni* 10. *Novembris* 1547. *cap.* 5. ut refert Bosch. *dels titols de honor. lib.* 2. *c.* 36. §. 36. *versic. Per los negocis, in fine, fol.* 276. In Regno Sardiniæ, quando contentio est inter Curiam Ecclesiasticam, & Regiam Audientiam in causis civilibus, vel Regium Concilium criminale in causis criminalibus persolitus est Arbiter nominari Regens Regiam Cancellariam, Dexart. *in cap.* 1. *numer.* 19. *in fine, de Officio Regen. Cancel.* & in ejus defectum Antiquior Senator Regiæ Audientiæ si causa est civilis, sin autem esset criminalis; Antiquior Senator Regii Concilii criminalis; & quando est contentio cum gubernatore Capitis Sassaris, & Logudorri persolitus est nominari in causis civilibus Assessor in civilibus; & in criminalibus Assessor in criminalibus. In Regno Aragonum solitus est nominari Arbiter pro Regno Curiæ Advocatus Fiscalis, Portoles *foro* 1. *num.* 18. *in fine, de compet. jurisd.* Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. *num.* 27. In Regno Valentiæ, similiter Arbiter Curiæ sæcularis nominari solitus est Advocatus Fiscalis, Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 135. In Regno Majoricarum nominatur Doctor Regiæ Audientiæ, Vincentius Mut. *in hist. Major. lib.* 10. *cap.* 10. *versic. Las causas, in fine*, & hæc est praxis totius Coronæ Aragonum, ut testatur Don Ludovicus ab Exea *in allegat. de cadaver. punitor. fol.* 1. *in fine principii*.

27 Nota obiter, quòd in illis partibus quibus Arbiter nominatur pro Curia sæculari Regens Cancellariam, vel Relator causæ, aut Fisci Advocatus, seu Assessor Officialis Regii, etsi in litteris contentionis nomen proprium ipsorum exprimatur, talis nominatio respicit officium, & per consequens ad successorem pertinet, Thoro *in compend. decis. par.* 2. *verbo Judex, fol.* 305. *col.* 2. *versic. Similiter in causa*, & ex congestis per Larream *decis.* 31. *a num.* 20. & adductis per Solorzanum *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 7. punctim ita decisum per Senatum Valentinum junctis tribus Aulis refert Mattheu, *de regimen Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 136.

28 Arbiter verò Curiæ Ecclesiasticæ in Regno Valentiæ, usu & consuetudine receptum est, ut nominetur Vicarius generalis, & si aliquando visum fuit laicum nominari, Mattheu *de regimen Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 136. in Regno Majoricarum Assessor Episcopi, Vincentius Mut. *in histor. Majoricar. lib.* 10. *cap.* 10. *versic. Las causas, in fine*, Sed in Cathalonia, & Sardinia nominatur ad arbitrium Vicarii generalis, & Officialis Episcopi.

In hujusmodi litteris contentionis prius sunt nomi- 29
nandi Officiales, & Judices Ecclesiastici, quàm Regii, quia jurisdictio Ecclesiastica est major, & excellentior sæculari, *cap. solitæ de major. & obed.* Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 8. Narbona *lib.* 20. *glos.* 22. *numer.* 26. *tit.* 4. *lib.* 1. *recop.* plures Salzedo *de lege Polit. lib.* 1. *cap.* 4. §. 1. *numer.* 2. graviter Ramirez *de leg. reg.* §. 2. *num.* 18. ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Sorribes, intervenientibus Vilana, Miralles Suner, & Riusech. 2. Junii 1554. *contra Vicarium Regium Rossellionis, & factorem Vicarii generalis Episcopi Elnen.* & iterum per Michaelem Picart Tertium 2. Maii 1562. *in favorem Vicarii generalis Episcopi Elnen. Contra Regium Procuratorem Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ.*

Quod limita, quando firmatur contentio cum Ex- 30
cellentissimo Domino Prorege, seu Locumtenente generali, & Regia Audientia, quo casu priùs est nominandus Locumtenens generalis, & Regia Audientia, quàm Officiales, & Judices Ecclesiastici, ut patet ex formulis quas refert Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. Excellentissimo Domino, & in versic. Don Joannes Terez*, & hoc sive litteræ contentionis expediantur per Vicarium generalem, sive per Archiepiscopum, seu Episcopos, ut millies vidi observatum in Principatu Cathaloniæ, & in Regno Sardiniæ.

Ratio est quia Prorex omnibus, & quibuscumque 31
personis indistinctè tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus cujuscumque conditionis, gradus, & dignitatis existant, tàm in publicis quàm in privatis actionibus, jurisdictionalibus indubitanter præcedit Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 2. §. 2. *numer.* 12. Oliba *de jure fisci cap.* 10. *num.* 5. Berart. *in specul. visit. cap.* 9. *num.* 4. Belluga *in specul. Princ. rub.* 6. *in princ.* Mattheu *de regimen Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *numer.* 21. Dexart. *in cap.* 9. *num.* 3. *de Parlamen.* Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 1. *in glos.* Muta *ad capit. Reg. Sicil. in commentar. cap. Alphonsus cap.* 21. *numer.* 1. Mastril. *de magistrat. lib.* 5. *cap.* 6. *numer.* 33. *&* 34. Menochius *cons.* 885. *num.* 1.

Prorex enim seu Locumtenens generalis, Domini 32
Regis personam repræsentat, fruiturque omnibus privilegiis, & prærogativis, quibus Dominus Rex gaudet, vocatur *Alternos*, sedet in supremo solio, ubi Dominus Rex sederet, & idem debetur honor sicut Domino Regi, cujus est imago, ut latè probant Berart. *in specul. Visit. cap.* 9. Mastril. *de magist. lib.* 5. *cap.* 6. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *&* 10. Novar. *ad pragmat. Reg. Neapol. præposit.* 2. Burgius *de modo proceden. ex abrupt. quæst.* 51. Ramirez, *de lege Regia*, §. 11. Mattheu *de regimen. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. & latiùs exornavi *decis.* 10. *à num.* 3.

Et idem dicendum est, quando firmatur conten- 33
tio cum Gerente vices Gubernatoris Viceregia Gubernante, cùm eadem militet ratio, per ea quæ tradunt Dexart. *in cap.* 9. *num.* 3. *de Parlament. & in cap.* 6. *de offic. Proreg.* Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 46. *& tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 37. Ferrer. *part.* 1. *observ. cap.* 3. *cum seq.* Portoles §. *Regens officium Gubernatoris*, Ramirez *de lege regia* §. 11. *à num.* 10. Berart. *in specul. Visit. cap.* 13. & vide quæ dixi *decis.* 10. *à num.* 67.

In eisdem primis litteris contentionis, Curia sæcu- 34
laris etiam Proregis, & Locumtenentis generalis Domini Regis contra Curiam Ecclesiasticam debet uti verbis exhortativis, & deprecativis, non autem præceptivis, Mattheu *de regimen Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 118. *versic. Curiæ*, & quamvis olim 35
in Cathalonia, Valentia, & Sardinia uteretur verbo mandamus, sed verbo monemus, Michael Ferrer. *par.* 3. *observan. cap.* 175. notat Regens Leon *decis.* 20. *num.* 1. *lib.* 1. vel aliis similibus verbis, ut requirimus, &

hortamur, ut patet ex formula quam tradit Peguera *in pract. crim. cap. 26. num. 7. vers. Don Joannes Terez*, aliàs Curia Ecclesiastica potest procedere per censuras, & alia juris remedia contra Curiam sæcularem, in Aragonia ponitur verbum inhibemus, Sesse *de inhib. cap. 8. §. 4. num. 34. & 35.*

36 Si quidem licèt verbum hortamur, vel monemus à Principe, & superiore prolatum inducat præceptum, ut pluribus juribus probant Tiraquel. *de pœn. temper. causa 35. à num. 1.* Azevedo, *lib. 1. numer. 48. tit. 1. lib. 4. rocop.* Aviles *cap. 1. prætor. glos. mandamientos, num. 7.* cum aliis pluribus per Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 10. num. 63. & cap. 18. num. 63.* Menoch. *de arbit. jud. casu 354. numer. 12. 13. & 14.* Farinacius *in prax. par. 3. quæst. 97. num. 20.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 9. dubit. 5. num. 13.* etiam si dirigatur ad Ecclesiasticos, Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 10. num. 63.* in illis casibus quibus eis mandare potest, Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 63.* Solorzano *de*
37 *jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 12. num. 78.* & quando adjicitur dispositioni, aut rei, quæ ex propria natura necessitatem obtemperandi præ se fert, verbum hortamur pro præcepto assumatur, *gloss. in cap. 1. de testamentis, & in Clement. 1. de testib. & in cap. ad aures de ætat. & qualit.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 4. num. 38.* qui *num. 40.* inquit, quòd in litteris contentionis verbum hortamur transit in præceptum, tamen quidquid sit de hoc ultimo, quod attinet ad institutum,
38 Curia sæcularis nullo alio modestius uti potest, quàm verbo hortamur vel monemus, quod de sui natura exhortationis, & consilii est, & regulariter præceptum non inducit, *can. præcipitur, 14. quæst. 1. cap. 2. de spons.* Cenedo *collect. ad decretal. 104. num. 2.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 4. numer. 37.* Guttier. *canonic. lib. 1. cap. 30. num. 33. in fine*, Barbosa *in cap. 2. num. 3. de Parochiis.*

39 Regulare enim est, ut Judex sæcularis qui alium Judicem requirit, tàm sæcularem, quàm Ecclesiasticum etiam invocando auxilium brachii Ecclesiastici, non debet in litteris suis uti verbis imperativis, &
40 præceptivis, sed verbis deprecativis, & exhortativis, Covar. *præc. cap. 10. in princ.* Molinus *de brac. sæcul. cap. 24. num. 4.* Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 8. num. 37.* & alii infrà *dec. 26. num. 73.* & sic uti non debet verbis mandamus, & imperamus, sed ver-
41 bis rogamus, requirimus, & hortamur, Angelus, & Salicet. *in authent. si verò criminis Cod. ad leg. Jul. de adulteriis*, Aviles *cap. 24. prætor. verbo requieran. nu. 2.* Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 21. num. 62.* decisum refert Regens Leon *decis. 87. lib. 1.*

42 Sicut è contra, Curia Ecclesiastica in primis litteris contentionis quas ad Curiam sæcularem scribit, uti non debet verbis imperativis, & præceptivis, sed verbis deprecativis, & exhortativis Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 118. vers. Curiæ*, & sic non debet uti verbo mandamus, sed verbis monemus, requirimus, & hortamur, nedum contra Regios Consiliarios, ut patet ex formula relata per Pegueram *in pract. crim. cap. 26. vers. Eccellentissimo Domino*, sed etiam quando expediuntur contra alium quemcumque Iudicem Sæcularem Regium ordinarium, aliàs potest Curia sæcularis procedere contra Ecclesiasticam ad occupationem temporalitatum, & ad alia juris remedia. At cum Domino Locumtenente generali solùm potest uti verbis supplicativis, ut in formula relata per Pegueram *loco citato*, cum Gerente vices generalis Gubernatoris solùm potest uti verbo monemus, non autem verbo requirimus, Ferrerius *par. 1. observ. Guber. cap. 68.* Bosch. *dels titols de honor, lib. 2. cap. 36. §. 12. vers. Abllettres.*

43 Siquidem Judex Ecclesiasticus, in primis litteris quas Judici sæculari scribit, etiam in casu imploratio-nis sui auxilii, debet uti verbis deprecativis, & exhortativis, ut, hortamur, requirimus, & monemus, non autem verbis imperativis, & præceptivis, ut mandamus & imperamus, Salicet. *in authent. si verò criminis, num. 3. circa finem, Cod. ad leg. Jul. adul.* Salzedo ad Bernard. Diaz. *in pract. crim. cap. 251. nu. 9. vers. Ultimo*, Marchus *decis. 147. part. 2.* Giachar. ad Jul. Clar. §. *fin. quæst. 37. littera C. in fine*, Cevallos *lib. 4. quæst. 897. num. 1004.* Martha *de jurisdic. par. 2. cap. 52. à numer. 51.* Farinac. *in prax. par. 3. quæst. 97. num. 82. vers. Quamvis*, Bobad. *in Polit. libr. 2. cap. 17. numer. 181.* Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effect. 1. num. 1017.* Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. numer. 40. vers. dum tamen*, Vela *in cap. 1. part. 2. numer. 9. de offic. ordinar.* & ex nostris Ferrer. *par. 3. observ. cap. 67. in fine, vers. Adde*, Molinus *de brac. sæcul. cap. 5. n. 7.* Cancer. *part. 3. var. cap. 19. num. 54. & 55.* quidquid dicit Fermosinus *in cap. cum non ab homine, quæst. 37. nu. 6. de jud.* aliàs potest sæcularis procedere contra Judicem Ecclesiasticum ad occupationem temporalitatum, ad Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 1. num. 40. vers. Alioquin*, vide infrà *decis. 26. num. 73.*

Similiter Curia sæcularis in litteris contentionis ho- 44
norem debitum servare tenetur Curiæ Ecclesiasticæ, aliàs si indecenter loquatur, potest Curia Ecclesiastica procedere censuris, & aliis remediis spiritualibus contra Curiam sæcularem, donec revocet, & decenter, ac urbanè loquatur, ad Jul. Chartar. *decis. 75. à nu. 14.* 45
non tamen existimes esse verba inurbana, neque indecentia, quando in litteris Curiæ sæcularis ponuntur illa verba, quòd Ecclesiasticus turbat Regiam jurisdictionem, & occasionem scandalis præbet, nam talia verba sunt defensionis, & de jure ac stylo permissa, quibus omnes Advocati Fiscales uti solent contra Officiales Ecclesiasticos pro tuenda Regia jurisdictione, ut videri potest apud Peguer. *in pract. crim. cap. 26. sub num. 7. vers. Don. Joan. Terez, in fine*, Oliba *de jure fisci cap. 11. num. 53.* Covar. *pract. cap. 35. numer. 3. vers. Sexto non negamus.*

Et è contra Curia Ecclesiastica in litteris conten- 46
tionis debitum honorem servare tenetur Officialibus Domini Regis, alioquin si incedenter, & minùs urbanè loquatur, potest Curia sæcularis contra illam procedere ad occupationem temporalitatum, & ad alia juris remedia, donec revocet illam inurbanitatem, ac urbanè, & decenter loquatur, ita Molinus *in repertorio verbo clericus, fol. 82. col. 1. vers. Clerici seu Prælati, ubi testatur sic practicari, & verbo Judex Ecclesiasticus, fol. 191. in princ. & verbo occupatio temporalitatis, fol. 242. col. 1. vers. Occupatio temporalitatum, ubi refert exemplare Curiæ Justitiæ Aragonum de Mense Decembris anni* 1455. Molinos *in pract. in d. Reg. Aragon. tit. processo, super occupatione temporalitatum, fol. 371.* Portoles §. *occupatio temporalitatum, fol. 371. num. 40. ubi ait hanc sententiam esse juri communi consentaneam, & plures citat.* Sesse *de inhibit. cap. 10. §. 1. num. 5.* qui *num. 8.* refert vidisse multoties fieri, *& num. 9.* tradit exemplare Curiæ Justitiæ Aragonum de mense Februarii 1604. Bardaxi *foro unico num. 4. quod Prælati in causa criminali*, Suelves *cons. 81. num. 1. lib. 1.* ubi refert idem observari in aliis Regnis, & Doctores laudat, Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. nu. 40.*

Si quidem Ecclesiastici Magistratibus laicis hono- 47
rem & reverentiam præstare tenentur, Giurba *cons. 38. à num. 13.* Gratian. *discept. foren. cap. 184. numer. 55.* Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. num. 40.* Curellus *de immunit. Eccles. lib. 2. quæst. 26. num. 3.* Thomas del Bene 48
de immun. Eccles. tom. 2. cap. 9. dub. 22. numer. 4. nam exemptio jura subjectionis, & reverentiæ non sustulit, idem Gratian. *discep. foren. cap. 184. numer. 57.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. quæst. 6. num. 4.* Regens Vico *ad pragmat. reg. Sard. lib. 1. tit. 2. cap. 16. num. 4. in fine*, D. Thom. & alii quos laudant Curellus *de immun. Eccl. lib. 2. qu. 26. nu. 6.* Thomas del Bene *de imm. Eccl. tom. 2. cap. 9. dub. 22. nu. 6.* Ideòque Ecclesiasticis non est danda licentia contemnendi Magistratus sæculares: ita ut de facili re aut verbis debitum honorem illis non servent, sed occurrendum est tali casui remediis debitis, vel eos in bonis mulctando vel eorum personas captas ad suos Judices remittendo, ut debitè puniantur, ut docent Cassaneus *in consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. numer. 83.* Garcia *de nobilit. glos. 9. numer. 32.* Sesse *de inhibit. cap. 4. §. 1. numer. 12. & cap. 8. §. 3. numer. 168. & cap. 9. §. 2. num. 60.* Giurba *cons. 78.*

cons. 78. *sub num.* 15. Azevedo *leg.* 11. *numer.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Aviles *cap.* 3. *prætor. glo. jurisdict. num.* 3. Regens Vico *ad pragmat. reg: Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 19. Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 141. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 89. Pereira *de manu Regia par.* 1. *cap.* 7. *num.* 42. Sed istos, etsi approbent, quoad capturam ad effectum remittendi ad superiorem illos impugnant, quoad pœnam pecuniariam, Genuen. *in praxi*, *cap.* 8. *numer.* 5. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 13. Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 26. & aliis relatis Diana, *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 25. *& in summa part.* 2. *verbo Judex laicus*, *num.* 3. *fol.* 101. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 16. *& de immunitate Ecclesiæ*, *tom.* 2. *cap.* 9. *dubitat.* 22. *à numero* 1.

50 Neque etiam Curia Ecclesiastica in primis litteris contentionis, quæ ad Officiales Regios diriguntur, comminare potest censuras de Regno Sardiniæ Regiæ Pragmaticæ apud Regen. Vico *lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 8. *& 9.* de jure Franciscus Marcus *decis.* 147. *lib.* 1. Giachar. ad Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 37. *littera C. in fin.* Alioquin Curia sæcularis procedit contra Ecclesiasticam ad occupationem temporalitatum, Molinus *in repertorio verbo occupatio temporalitatum fol.* 242. *col.* 1. *vers. occupatio temporalitatum*, *contra Judices:* Benè verò Curia
51 Ecclesiastica in eisdem primis litteris contentionis potest ponere clausulam, aliàs procederem contra vos N. regentem Regiam Cancellariam, & alios per remedia Sacrorum Conciliorum Tarraconæ, & aliàs prout de jure, usu, & stylo Curiæ nostræ invenero fore procedendum, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *versic. Excellentissimo Domino*, *in fine*. Sed contra Locumtenentem generalem Domini Regis numquam
52 ponenda est per Curiam Ecclesiasticam comminatio censurarum, & si contrarium factum fuerit, rescribitur ordinario Ecclesiastico, quòd dictas litteras revocet, & à regestris deleat, aliàs infrà dies decem compareat in Regia Audientia ad informandum Banchum Regium, aliàs procedetur contra ipsum ad occupationem temporalitatum, & per alia juris remedia decentia, & opportuna, ut observatum in Cathalonia refert Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 174.

53 Sed scias, quòd non omnis Judex Ecclesiasticus potest directè Judici sæculari litteras contentionis expedire, illasque ei notificare, sed tantùm ordinarius cui Judex sæcularis subest ratione peccati, *argument. cap.* 2. *de excep. in* 6. quia si Judex Ecclesiasticus litteras contentionis expedit, & notificat Judici sæculari, qui non est de sua Diœcesi, non poterit non parentem compellere, quia est extra territorium, *cap.* 2. *de constit. in* 6. *lib. fin. ff. de jurisdict. omni Jud.* Sed debet tali casu Judex Ecclesiasticus implorare auxilium Diœcesani, cui subest Judex sæcularis, litterasque requisitorias subsidiarias mittere, ut ipse Judex Diœcesanus prædictas litteras Judici sæculari notificare faciat, & ita practicatur inconcussè in Cathalonia, ut ferè in terminis post alios tradunt Aviles *in cap.* 20. *prat. glos. usurpan. num.* 23. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 182. *littera E*, Molinus *de brac. sæcul. cap.* 14. *num.* 11. Adde quæ latiùs dicam *decis.* 22. *num.* 20. aliàs si contentio firmetur per Judicem Ecclesiast. non Diœcesan. absque litteris requisitoriis subsidiariis, declaratur per Cancellar. contentionem non esse, ita fuit observatum per Priorem Jalpi Tertium 23. Decemb. 1655. *quam declarationem ad litteram referam infra decis.* 24. *numer.* 212. & per eumdem Priorem Jalpi eodem die *contra Joannem Bossea Presbyterum*. Ita fuit declaratum per Cancellarium Carmona vigesimo octavo Junii *millesimo sexcentesimo decimo nono*, in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Curiam sæcularem Bajuli Generalis Cathaloniæ ex altera.

54 Ad quod Judex Ecclesiasticus requisitus consentire tenetur, ad notata per Doctores *in cap. fin. de foro compet.* Avila *de censur. par.* 2. *cap.* 3. *disput.* 2. *dubit.* 3. *conclus.* 2. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 11. *dubit.* 1. *sect.* 12. *num.* 3. *& cap.* 12. *dub.* 1. *sect.* 1. *num.* 3. *& 31.*

Scias etiam è converso; quòd non omnis Judex sæ- 55
cularis potest Judici Ecclesiastico litteras contentionis directè expedire, illasque ei notificare, sed tantùm ordinarius Regius, in cujus territorio ordinarius Ecclesiasticus habet suum Tribunal, & ita Judex sæcularis Regius implorare debet auxilium alterius Judicis ordinarii Regii, in cujus territorio dictus Judex Ecclesiasticus habet suum Tribunal, litterasque requisitorias subsidiarias mittere, ut ipse Judex ordinarius Regius requisitus prædictas litteras Judici Ecclesiastico in suo territorio existenti notificare faciat, per ea quæ tradunt Azevedo, *lib.* 14. *nu.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Aviles *cap.* 20. *prætor verbo usurp. num.* 18. latè Molinus *de brac. sæcul. cap.* 20. *à num.* 1. Pareja *de instruct. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *num.* 36. & alii infra *decis.* 22. *num.* 56
25. quibus litteris requisitoriis, Judex requisitus dare tenetur, ad notata per Boer. *decis.* 29. *num.* 2. *&* 3. Covar. *pract. cap.* 10. *sub num.* 7. Bossi. *de foro compet. num.* 48. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 2. *numer.* 23. Molin. *de brac. sæcul. cap.* 20. *num.* 6. *cap.* 23. *numer.* 25. *& cap.* 25. *à numer.* 9. latè Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *à num.* 38. Salgado *de reg. protect. par.* 4. *cap.* 6. *à num.* 63. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 8. §. 9. *sub num.* 126. Sed hoc in Judicibus Regiis ordina- 57
riis procedit, qui territorium habent infra certos limites circumscriptum; secus in Judicibus qui generalem jurisdictionem, & territorium in tota Provincia habent subjectivè ad Tribunal suum, ut videmus in Domino Prorege, Magistro rationali; & Bajulo generali; nam isti absque litteris requisitoriis subsidiariis possunt directè litteras contentionis Judici Ecclesiastico expedire in tota Provincia, *Argumen. leg. omnes*, §. *executoribus*, *versic. verum si apparitor*, ubi Salicet. *num.* 1. *C. de Episcop. & cler.* & ex traditis per Barbosam *in l. hæres absens*, §. *fin. nu.* 87. *ff. de jud.* Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 28. Pareja *de instrumentor. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 9. *nu.* 55.

Item debet utraque Curia animadvertere in his litte- 58
ris contentionis expediendis, quòd sint subscriptæ manu Judicis, & sigillo Curiæ munitæ, & per Notarium in publicam formam redactæ, *argument. leg. si qua per calumniam*, *C. de Episcop. & Cleric. leg. si publicanus* §. 1. *ff. de Publican. cap. post cessionem de probation.* Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 15. *num.* 71. *&* 72. Mascard. *de probat. concl.* 622. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 26. Molinus *de brac. sæcul. cap.* 24. *num.* 1. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 120. in terminis Ripoll. *in prac. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 23. Sed an prædictæ litteræ originaliter, & personaliter præsentari debeant, vide infrà *decis.* 28. *num.* 142.

Et tamdem ambæ Curiæ scire debent, quòd litteræ 59
contentionis Curiæ sæcularis præsentari debent Curiæ Ecclesiasticæ per Portarios Regios, Nuntios de jure appellatos, ad Fontanel. *decis.* 567. *numer.* 12. *par.* 2. Carleval. *de judic. lib.* 3. *disp.* 2. *num.* 26. vel per Notarios, non quoscumque, ut ait Fontanella *loco relato*, sed per Notarios Regios, ad Rovit. *ad pragmat. Reg. Neapol. rubri*, *de Notariis*, *in addition. versic. sicuti*, Peguer. Ripoll. Cancer. & alios *statim citandos* & litte- 60
ræ contentionis Curiæ Ecclesiasticæ præsentari debent Curiæ sæculari per suos Nuntios, & Notarios Apostolicos per ea quæ tradunt Afflictus *dec.* 245. Valascus *consult.* 9. Covar. *pract. cap.* 19. *num.* 9. *versic. sed & de Apostolicis*, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 1. §. 12. *num.* 9. Tondutus *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 27. Vermigliol. *cons.* 201. *per totum*, Portoles §. *Notarius num.* 84. *&* 85. Peguera *decis.* 146. *numero* 2. Riccius *collect.* 1322. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 12. *numer.* 124. Azevedo *lib.* 5. *tit.* 1. *& leg.* 19. *tit.* 25. *lib.* 4. *recop.* Dexart. *in capite* 1. *per totum de Notariis*, Boer. *decis.* 142. Novar. *pragmat.* 6. *collect.* 6. *num.* 8. *de admin. univer. & in rubr. de Notariis collect.* 1. *num.* 17. ubi Rovit. *in addit. versic. Notarius*, *cum seq.* idem Rovit. *in pragm.* 2. *numer.* 12. *de contract.* Valenzuela *cons.* 121. *lib.* 2. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 2. *numer.* 232. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib.* 1. *titul.* 14. *capite* 2. *num.* 2. Ripoll. *de Regal. cap.* 5. *numer.* 74. *&* 75. Xammar. *defin.* 39. *nu.* 2. *par.* 1. aliàs si litteræ contentionis

tionis Curiæ Ecclesiasticæ præsententur Curiæ sæculari per Portarios Regios declaratur per Cancellarium contentionem non esse, ut fuit declaratum per Priorem Jalpi Tertium 23. Decembris 1623. *quam ad litteram refertur infrà decis. 14. de sententia num.* 222. Sic fuit observatum per Cancellarium Carmona 28. Junii 1619. inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Curiam Sæcularem Bajuli generalis Cathaloniæ ex altera.
61 Sed quæ sit firmior, validior, & securior litterarum contentionis præsentatio, an illa quæ fit per Nuntios, an verò ista quæ fit per Notarios, pete à Fontanella, *decis. 567. à num. 12. par. 2.*

Deveniendo ad Praxim quæ servatur in Cathalonia, quando laicus convenitur coram Judice Ecclesiastico ordinario, debet accedere ad Regiam Audientiam vel ad suum Judicem, sæcularem Regium ordinarium, *ut dixi num. 2.* & coram eo offerre supplicationem tenoris sequentis.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

NOn obstante quòd Petrus A. Notarius publicus Barcinonæ sit laicus, & sic exemptus potestatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ, non dubitat, nec dubitavit Joannes B. Mercator dictæ Civitatis convenire, citare, & procediment.a facere contra dictum Petrum A. in Curia Ecclesiastica Barcinonæ coram Didaco C. decretorum Doctore Officiali; & Vicario generali illius (si vis narra factum, & causam citationis) *cumque dictæ citationes & procedimenta dictæ causæ, sint nulla, ac nullius valoris & efficaciæ, uti facta per Judicem incompetentem, & in præjudicium Regiæ Jurisdictionis. Ideò & alias dictus Petrus A. seu ejus legitimus Procurator, qui suum exhibet mandatum, & procedimenta contra eum facta in Curia Ecclesiastica, ut inferantur, comparens coram vestra Excellentia firmans jus, & de jure in & super bonis suis pro decem solidis cum legitimo augmento in forma solita dicto Didaco C. Officiali & Vicario Generali Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, dicto Joanni B. supplicans dictam juris firmam admitti, & dicto Officiali, & Vicario Generali scribi, quatenus casset, revocet, & annullet, & à Regestris suæ Curiæ deleat omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Petrum A. & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem vestram Excellentiam reddat, imò partes, & causam hujusmodi ad vestram Excellentiam tamquam Judicem competentem remittat, quòd si hæsitaverit revocare procedimenta, & supradicta facere, licèt hæsitandum non sit, firmet contentionem juxta concordiam Serenis. Dom. Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Capitula Dertuzæ, & alia jura patriæ cum Electione Arbitri pro parte Curiæ Ecclesiasticæ, qui unà cum Arbitro per vestram Excellentiam nominando eam dirimant, & declarent, & præsentem causam sui natura consistorialem cum agatur de defensione Regiæ jurisdictionis, ad se, suamque Regiam Audientiam evocare; illamque committere alicui Nobili, seu magnifico Doctori illius, qui litteras firmæ juris, & contentionis in forma debita expedire provideat juxta stylum, officio &c. quæ licèt &c.*

Altissimus
N.

Si Fisci Procurator vult adhærere petitis, offerre debet supplicationem sequentem.

Idem supplicat Fisci Procurator Patrimonialis juribus semper salvis, &c.

N. Fisci P. Advocatus.

Cui quidem supplicationi solet fieri decretatio sequens.

Evocata causa prætextu quo supplicatur, committatur magnifico N. qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nobilem Regentem Cancellariam die 20. Maij 1656. Barcinonæ
N. Scriba Mandati.

Provisio Judicis.

REcepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia providet, quòd inferantur producta, & admissa juris firma si & in quantum, expediantur litteræ in forma contentionis cum insertione præsentis supplicationis, & cum motivis in ea contentis cum electione Arbitri de persona infrascripti Relatoris juxta stylum.

N.

Et in continenti vigore dictæ provisionis, expediuntur primæ litteræ in forma contentionis tenoris sequentis.

Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinonæ, Rossellionis, & Ceritaniæ.

Franciscus de Orosco, & Ribera, Marchio de Olias, Mortara, & Sarreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis, Commendator Olivæ Ordinis sancti Jacobi de Spata, de Consilio supremo belli suæ Regiæ Majestatis, ejusque Locumtenens, & Capitaneus generalis in præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ Dilecto Regio C. Officiali, & Vicario Generali pro Reverendo in Christo Patre & dilecto Consiliario Regio Episc. Barcinonæ, salutem, & dilectionem: Noveritis quòd comparentes coram nobis R. Fisci Procurator Patrimonialis, & Petrus A. Notarius publicus Civis Barcinonæ, prædictis respectivè nominibus, quamdam in scriptis obtulerunt, & præsentaverunt supplicationem tenoris sequentis: Inseratur tota supplicatio Excellentissime Domine, &c. usque ad firmam Advocati inclusivè, postea addatur. *Nos verò dicta supplicatione uti justa, & rationi consona benignè exaudita, illam ad providendum commisimus magnifico, & dilecto Consiliario Regio nostro Regiæ Audientiæ Doctori per quæ die præsenti & infrà scripto, facto verbo in Regia Audientia fuit prævisam.* Inseratur provisio à verbis quod inserantur producta, & admissa juris firma, &c. usque ad verba juxta stylum. Postea addatur, *ea propter dictam insequendo provisionem tenore præsentium, vobis dicimus, vosque requirimus, & hortamur quatenus præsentibus receptis cassetis, revocetis, annulletis omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Petrum A. & à Regestris vestris, seu Curiæ vestræ deleatis, & de revocatione, annullatione & cassatione nobis seu dicto Magnifico Relatori fidem faciatis, & de prædicto Petro A. jus firmante, nullatenus vos intromittatis, & amplius Regiam jurisdictionem non perturbetis, imò partes, & causam hujusmodi ad nos tamquam Judicem competentem remittatis. Verùm si in his hæsitaveritis, licèt hæsitandum non sit, insequendo concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Capitula Dertuzæ & alia jura patriæ elegimus in Arbitrum dictum magnificum, & dilectum Consiliarium Regium N. Regiæ Audientiæ Doctorem, & causæ prædictæ Relatorem, qui una cum Arbitro per vos eligendo hanc diriment, & declarent contentionem Dat. Barcinonæ 20. Maji anno à Nativitate Domini* 1656. *N. Regens.*

Ut N. Fisci P. Ad. *Ut N.*
Regius Scriba mandati suæ Majestatis. N.

Sequitur relatio præsentationis dictarum litterarum in forma sequenti.

Quæ quidem litteræ fuerunt præsentatæ, intimatæ, & notificatæ prædicto C. Officiali & Vicario generali Barcinonæ die 20. Maji prædicti anni 1656. inter secundam & tertiam horas post meridiem, per T. Regium Portarium sic referentem.

Si expeditis litteris à Curia sæculari, illisque Curiæ Ecclesiasticæ præsentatis, ipsa curia Ecclesiastica taceat & intra tres dies non respondeat firmando contentionem, nec procedimenta revocando tunc offerenda supplicatio tenoris sequentis.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

NOn obstante quòd per vestram Excellentiam, & Regiam Audientiam ad instantiam Petri Notarii publici Civis Barcinonæ fuerint expeditæ, & præsentatæ litteræ firmæ juris, & contentionis in debita forma C. Officiali, & Vicario generali Reverendi Episcopi Barcinonæ, quatenus cassaret, revocaret, & annullaret, & à regestris suæ Curiæ deleret omnia, & singula procedimenta facta contra dictum Petrum A. in causa quæ in sua Curia ducere prætendit Joannes B. Mercator

dictæ

dictæ Civitatis contra dictum A. & de annullatione, cassatione, & revocatione certiorem redderet vestram Excellentiam, seu magnificum Relatorem præsentis causæ, quòd si contrarium prætenderet, contentionem firmaret cum electione Arbitri, qui unà cum nominato per vestram Excellentiam eam dirimerent, & declararent juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, causis & rationibus contentis in supplicatione oblata die 20. currentis cui fit relatio; & cum dicta Curia Ecclesiastica Barcinonæ taceat, & non respondeat firmando contentionem, nec certiorem reddiderit vestram Excellentiam de revocatione, & annullatione dictorum procedimentorum, quapropter & aliàs dictus Petrus A. exhibens dictas litteras, cum earum præsentatione ut inserantur supplicat vestræ Excellentiæ secundò scribi dicto Officiali, & Vicario generali Reverendi Episcopi Barcinonæ, quatenus casset, revocet, annullet, & à regestris suæ Curiæ deleat omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Petrum A. & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem vestram Excellentiam reddat, imò partes, & causam hujusmodi ad vestram Excellentiam, tamquam Judicem competentem remittat, & in casu prætensionis contrariæ firmet contentionem cum electione Arbitri, qui unà cum nominato per vestram Excellentiam eam dirimant, & declarent juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum & ad id secundas litteras contentionis in forma debita juxta stylum expediri cum solitis, & assuetis comminationibus, officio, &c. quæ licèt, &c.

Altissimus
N.

Idem supplicat Fisci Procurator Patrimonialis juribus suis semper salvis, &c.

N. Fisci P. Ad.

Cui supplicationi fit declaratio sequens.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nobilem regentem Cancellarium die 24. Maii 1656. Barcinonæ.

Provisio Judicis.

N. Scriba mandati.

Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia providet, quòd inserantur producta, & expediantur secundæ litteræ in forma contentionis cum insertione præsentis, & cum motivis in ea contentis ac cum solitis comminationibus juxta stylum.

N.

Vigore dictæ provisionis expediuntur secundæ litteræ in forma contentionis tenoris sequentis.

Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinonæ, Rossellionis, & Ceritaniæ.

Franciscus de Orosco, & Ribera, Marchio de Olias, Mortara, & Sarreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis Commendator Olivæ Ordinis sancti Jacobi de Spata de Consilio supremo belli suæ Regiæ Majestatis, ejusque Locumtenens, & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, dilecto Officiali, & Vicario generali pro Reverendo in Christo Patre, & dilecto Consiliario Regio Episcopo Barcinonæ, salutem & dilectionem. Noveritis, quòd R. Fisci Procurator Patrimonialis, & Petrus A. Notarius publicus Civis Barcinonæ, comparentes coram nobis obtulerunt, & præsentarunt quamdam in scriptis supplicationem teneris sequentis, inseratur tota supplicatio, postea addatur. *Nos verò dicta supplicatione uti justa, & rationi consona benignè exaudita, illam ad providendum commisimus magnifico, & dilecto Consiliario Regio N. Regiæ Audientiæ Doctori, & præsentis causæ Relatori, per quem die præsenti, & infrascripto facto verbo in Regia Audientia fuit provisum,* inseratur provisio, postea addatur, *ea propter dictam insequendo provisionem tenore præsentium vobis dicimus, vosque secundò monemus, requirimus, & hortamur, quatenus præsentibus receptis cassetis, revocetis, & annulletis omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Petrum A. & à regestris vestris, seu curiæ vestræ deleatis, & de cassatione, annullatione, & revocatione nobis seu dicto magnifico Relatori fidem faciatis, & de prædicto Petro A. nullatenus vos intromittatis, & amplius Regiam Jurisdictionem non perturbetis, imò partes, & causam hujusmodi ad nos tamquam Judicem competentem remittatis, verùm si in his hæsitaveritis, licèt hæsitandum non sit, insequendo concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Arbitrum eligatis, qui unà cum Arbitro per nos jam electo hanc contentionem dirimant, & declarent, aliàs si prædicta per nos justè, & secundò requisita facere recusaveritis, quod non credimus, pro conservatione Regiæ Jurisdictionis procedemus, & procedi mandabimus contra vos, & bona vestra ad occupationem temporalitatum,* (& si Judex Ecclesiasticus non habet temporalitates, dicas) *contra vos, & bona vestra, etiam ad banniendum vos à dicto Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, & aliàs prout de jure, & stylo invenerimus faciendum, taliter quòd Regia Jurisdictio salva remaneat pariter, & illæsa. Dat. Barcinonæ 24. Maii anno à Nativitate Domini* 1656. *N. Regens.*

Ut N. Fisci P. Ad.

Regius Scriba mandati suæ Majestatis N.

Quæ quidem litteræ fuerunt præsentatæ, &c.

Nota obiter, quòd secundæ litteræ contentionis 64
sunt expediendæ per Curias cum eadem urbanitate, & cum eisdem verbis exhortativis, & deprecativis, quibus primæ litteræ contentionis fuerunt expeditæ, addita solùm comminatione pœnarum assuetarum, *ut patet in formula*, & ex illa quam refert Peguera *in pract. crim. c. 24. fol. mihi in additionat. per Ripoll.* 489. & tradit Matth. *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 2. §. 1. sect. 4. nu.* 118. *versic. Curiæ*, & si aliud practicetur in secundis litteris invocationis brachii sæcularis, Carlev. *de jud. lib. 1. disp. 2. nu. 40. versic. dixi*, & in secundis litteris mutui auxilii Judicum sæcularium, Bobad. *in* 65 *Polit. lib. 2. cap. 21. num. 62. prope finem*. Si emanatis secundis litteris à Curia sæculari, Curia Ecclesiastica taceat, & intra tres dies non respondeat, offertur tertia supplicatio, ut sequitur.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

C. Officialis, & Vicarius generalis Reverendi Episcopi Barcinonæ non respondit secundis litteris in forma contentionis expeditis per vestram Excellentiam, & Regiam Audientiam, quæ ad instantiam Petri A. Notarii publici Civis Barcinonæ, fuerant ipsi notificatæ, & præsentatæ, quatenus cessaret, revocaret, & annullaret omnia, & singula procedimenta contra dictum Petrum A. facta in causa quæ in sua Curia ducere prætendit Joannes B. Mercator dictæ Civitatis contra dictum A. de annullatione, revocatione, & cassatione certiorem redderet vestram Excellentiam, seu magnificum causæ Relatorem, & in casu prætensionis contraria firmaret contentionem cum electione Arbitri, qui unà cum nominato per vestram Excellentiam eam deciderent, & declararent juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum causis, & rationibus contentis supplicatione oblata die 20. currentis cui fit relatio. Ideo dictus Petrus A. exhibens dictas secundas litteras cum earum præsentatione ut inserantur, supplicat vestræ Excellentiæ tertio scribi dicto C. Officiali & Vicario generali Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, quatenus casset, revocet, & annullet, & à regestris suæ Curiæ deleat omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Petrum A. & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem vestram Excellentiam reddat, imò partes, & causam hujusmodi ad vestram Excellentiam tamquam Judicem competentem remittat, & in casu prætensionis contrariæ firmet contentionem cum electione Arbitri, qui unà cum nominato per vestram Excellentiam eam dirimant, & declarent juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis

Convenarum, alioquin si prædicta facere recusaverit, compareat coram vestra Excellentia, & Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnas occupationis temporalitatum, & aliàs prout jure & stilo fuerit, & ad id litteras opportunas juxta stilum expediri, officio, &c. quæ licèt, &c.

Altissimus
N.

Idem supplicat Fisci Procurator Patrimonialis juribus suis semper salvis, &c.

N. Fisci P. Ad.

Cui supplicationi fit declaratio sequens.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nobilem regentem Cancellarium die 29. Maii 1636. Barcinonæ.

Provisio Judicis.

Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia providet, quòd inserantur producta, & fiant tertiæ litteræ in forma contentionis, quibus scribatur Officiali, & Vicario generali Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ, quatenus intra dies tres revocet dicta procedimenta, aut firmet dictam contentionem cum electione Arbitri, aliàs dicto termino elapso post litterarum præsentationem compareat in Regia Audientia die immediatè sequenti, si feriata non fuerit cum sequentium continuatione ad videndum declarari se incidisse in pœnas occupationis temporalitatum, & alia de jure permissa juxta stilum.

N.

Vigore dictæ provisionis expediuntur tertiæ litteræ in forma contentionis tenoris sequentis.

Franciscus de Orosco, & Ribera, Marchio de Olias Mortara, & Carreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis Commendator Olivæ Ordinis sancti Jacobi de Spata de Concilio supremo belli suæ Regiæ Majestatis Locumtenens, & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ dilecto Regio & Officiali, & Vicario generali pro Reverendo in Christo, Patre, & Consiliario Regio Episcopo Barcinonæ, salutem, & dilectionem. Noveritis quod comparens coram nobis Petrus A. Notarius publicus Barcinonæ, quamdam inscriptis obtulit, & præsentavit supplicationem tenoris sequentis (inseratur supplicatio, postea addatur.) *Nos verò hujusmodi supplicatione uti justa, & rationi consona benignè exaudita, illam ad providendum commisimus magnifico, & delicto Consiliario Regio N. Regiæ Audientiæ Doctori, & præsentis causæ Relatori, per quem die præsenti, & infrà scripto, facto verbo in Regia Audientia fuit provisum* (inseratur provisio, postea addatur) *ea propter dictam insequendo provisionem tenore præsentium vobis dicimus, vosque tertiò requirimus, monemus, & hortamur, quatenus præsentibus receptis intra dies tres cassetis, revocetis, & annulletis, & à regestris vestris, seu vestræ curiæ deleatis omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Petrum A. & de cassatione, annullatione, & revocatione nobis, seu dicto magnifico Relatori fidem faciatis, & de prædicto Petro A. nullatenus vos intromittatis: Imò partes, & causam hujusmodi ad nos tamquam Judicem competentem remittatis, cum sic justitia suadente facere habeatis, verùm si in his hæsitaveritis, licèt hæsitandum non sit, insequendo concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Capitula Dertuzæ, & alia jura patriæ Arbitrum eligatis, qui una cum Arbitro per nos jam electo hanc contentionem dirimant, & declarent, aliàs si prædicta facere recusaveritis, tenore præsentium vos citamus, vobisque dicimus, & mandamus quatenus dicto termino elapso post præsentium præsentationem vobis faciendam die immediatè sequenti non feriata sequentium continuatione compareatis coram nobis, seu in dicta Regia Audientia coram dicto magnifico Relatore ad videndum declarari vos incidisse in pœnas occupationis temporalitatum in posterioribus litteris comminatam, alioquin lapso dicto termino, quem vobis præcisè, & peremptoriè assignamus, nisi prædicta per nos primò, secundò tertiò juste monita adimpleveritis ut præfertur, procedemus, & procedi mandabimus in prædictis contra vos, & bona vestra prout de jure, & stilo inveniemus, fore faciendum, & procedendum, taliter quòd Regia jurisdictio salva remaneat, & illæsa, vestra absentia in aliquo non obstante, verùm contumacia exigente. Dat. Barcinonæ 29. Maii anno à Nativitate Domini 1656. N. Cancellarius.*

Ut. N. F. P. Adv. *Ut. N.*

Regius Scriba mandati suæ Majestatis. *N.*

Quæ quidem litteræ fuerunt præsentatæ, dic ut suprà

Nota etiam obiter, quòd tertiæ litteræ contentionis sunt expediendæ verbis exhortativis, & deprecativis, ut contentio admittatur, addita dumtaxat expressione pœnarum assuetarum; citatio autem quæ in eis continetur, fieri potest verbis præceptivis *ut in formula*, & in illa quam refert Peguera *in pract. crim. cap. 24. fol. mihi in addit. per Ripoll.* 491. & tradit Martheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. nu.* 118. ubi refert decisionem Cancellarii Regni Valentiæ, *& sect. 5. num.* 210. 66

Si emanatis à Curia sæculari tertiis litteris, Curia Ecclesiastica intra dies tres non respondeat, offertur quarta supplicatio pro occupatione temporalitatum, quam invenies infrà *dec. 28. nu.* 130. *&* 132.

Eadem practica utuntur in Cathalonia Vicarii Regii, & omnes alii Judices, qui contentionem firmare possunt, quatuor exceptis. Primò quòd supplicatio non committitur, sed providetur Assessorem, nisi ubi adest Concilium ut in Bajulia generali, & in Officio Magistri Rationalis, &c. Secundò, quòd in litteris priùs sunt nominandi Officiales, & Judices Ecclesiastici quàm Regii. Tertiò non ponitur illa clausula vobis dicimus, &c. Sed loco illius additur, ex parte Sacræ Catholicæ, & Regiæ Majestatis authoritate Officii quo fungimur in hac parte, vos requirimus, & ex nostra attentè deprecamur, quatenus, &c. Quartò, quòd solùm expedire possunt primas, & secundas litteras, postea evocatur causa ad Regiam Audientiam, eo prætextu, quia ordinarius non est potens, *ut infra dec. 28. a num.* 121. 67

Similis praxis Regiæ Audientiæ Cathaloniæ observatur in Regia Audientia Regni Sardiniæ excepto, quòd supplicatio incipit, Petrus A. Notarius publicus Civitatis Calaris dicit vestræ Excellentiæ, quòd non obstante quòd sit laicus, &c. *usque ad conclusionem supplicationis*, postea absque firma juris additur, Ideò, & aliàs supplicat vestræ Excellentiæ, mandet expedire litteras exhortatorias dicto Officiali, & Vicario generali admodum Reverendi Archiepiscopi Calaritani, quatenus infra octo cassetur, &c. & non petitur causa committi, sed post illa verba, juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, concluditur, & hæc omni meliori modo, quæ licèt, &c. Altissimus N. Postea fit decretatio supplicationis per Secretarium Regiæ Audientiæ forma solita, excepto etiam, quod in prima supplicatione petitur, quòd expediantur litteræ exhortatoriæ quatenus intra octo cassetur, &c. Et in secunda supplicatione petitur, quòd expediantur secundæ litteræ exhortatoriæ, quatenus intra dies sex cassetur, &c. Et in tertia supplicatione petitur, quòd expediantur tertiæ litteræ exhortariæ, quatenus intra dies quatuor cassetur &c. & in hunc modum providetur per Relatorem, & primæ litteræ expediuntur eadem forma ut in Cathalonia usque ad insertionem supplicationis inclusivè, & inserta dumtaxat supplicatione usque ad firmam Advocati, postea additur. *Nos verò attendentes supplicata esse justa, & rationi consona, instante dicto Petro A. pro tuitione, authoritate, & præeminentia Regiæ Majestatis Domini nostri Regis, & authoritate Officii quo fungimur in hac parte hortamur, & vestram Paternitatem requirimus, quatenus omnia & singula prædicta procedimenta uti præjudicialia, & nociva Regiæ jurisdictioni cancelletis, annulletis, & revocetis* 68

annul-

annullarique, cancellari, & revocari faciatis, de quorum cancellatione, annullatione, & revocatione intra terminum dierum octo à die notificationis præsentium in antea computandorum nos certiores reddatis cum vestris litteris responsivis, & si per vestram Paternitatem hæsitatum fuerit, licèt non sit locus hæsitationi, causam, & negotium Apostolicæ, & Regiæ concordiæ supponatis eligendo Arbitrum pro parte Regiæ Curiæ eligimus, & nominamus Nobilem, & Magnificum Jacobum Mir Regium Consiliarium Regiam Cancellariam Regentem, offerentes nos dictorum Arbitrorum determinationi si concorditer sint stare, alioquin si contrarium factum fuerit, quod non credimus, oportebit nos procedere, & procedemus ad ea, quæ nobis de jure, & aliàs permittuntur, taliter quòd Regia Jurisdictio salva remaneat pariter, & illæsa. Dat. in Civitate, & Castro Calaris die 29. Novembris anno à Nativitate Domini 1650.

T. Cardinal. Trivulcius.

Ut. Mir Regens — *Ut. Canales.*
Ut Cortiada pro G. P. Ad. — *Vacca Secre.*

Secundæ litteræ exhortatoriæ expediuntur in Regno Sardiniæ eadem forma quæ primæ verbis additis: *Iterum & secundò hortamur*, & loco verborum intra terminum octo dierum dicitur *intra terminum sex dierum*, & post illa verba eligendo Arbitrum pro parte Curiæ Ecclesiasticæ additur consecutivè *qui cum per nos jam electo dicta causam decidant offerentes, &c.*

Tertiæ verò litteræ exhortatoriæ similiter in Regno Sardiniæ ut primæ expediuntur, additis verbis: *iterum, & tertiò hortamur*, & loco verborum intra terminum octo dierum dicitur *intra terminum quatuor dierum* postea continuatur ut in secundis, & post illa verba si concorditer sint stare, additur, *aliàs dicto termino elapso, compareatis die immediatè sequenti, si feriata non fuerit ad videndum declarari vos incidisse in pœnam occupationis temporalitatum, & aliàs de jure permissa, taliter quòd Regia Jurisdictio remaneat salva pariter, & illæsa. Dat. in Civitate, & Castro Calaris* 23. *Februarii* 1651.

T. Cardinal. Trivulcius.

Ut. Mir. Regens. — *V. Canales.*
Ut. Cortiada pro F. P. Ad. — *Vacca Secre.*

69 Praxim Regni Valentiæ vide apud eruditissimum Senatorem Mattheu *de regim. Reg. Valen. to. 2. c. 1. §. sect. 4. à n.* 114. junctis traditis *decis. sequ. nu.* 8.

70 Praxim Regni Aragonum vide apud Molinos *in prax. Judici Reg. Aragon. titulo processo de compet. de jurisd. folio* 333.

Deveniendo modò ad praxim, quæ servatur in Cathalonia, quando Clericus molestatur coram Judice sæculari Regio ordinario debet accedere ad suum Judicem ordinarium Ecclesiasticum per se, vel suum Procuratorem consanguineum, aut amicum *ut dixi num.* 6. & coram eo offerre supplicationem si causa est civilis tenoris sequentis.

Admodum Reverende Domine Officialis.

NOn obstante quòd Paulus G. Presbyter, & Cononicus sanctæ Ecclesiæ Barcinonæ notoriè & publicè ac absque aliqua difficultate sit persona Ecclesiastica, & consequenter exempta jurisdictionis, & potestatis sæcularis, non dubitat, nec dubitavit Bartholomæus D. Domicellus in Civitate Tarraconæ domicilitatus citare, convenire & procedimenta facere contra dictum Paulum G. in Curia sæculari Regiæ Audientiæ ducendo in illa causam ad Relationem Magnifici Josephi B. in posse Balthazaris P. Notarii, & cum procedimenta dictæ causæ, & citationes factæ sint nulla, ac nullius roboris, & momenti, tamquam facta per Judicem incompetentem, & in præjudicium dictæ exemptionis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ. Ideò & alias Procurator dicti Pauli G. qui suum exhibet mandatum, & procedimenta in Curia sæculari facta ut inferantur firmans jus, & de jure in Curia Ecclesiastica vestræ Reverentiæ pro decem solidis cum legitimo augmento dicto Bartholomæo D. & aliis Officialibus, & Ministris Regiæ Audientiæ quibus spectet, supplicat vestræ Reverentiæ & quatenus admissa juris firma dignetur scribere Excellentissimo Domino Locumtenenti generali & Regiæ Audientiæ, & seu dicto Magnifico Josepho B. quòd cassent, revocent, annullent, & à Regestris suis deleant omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Paulum G. & partes remittant vestræ Reverentiæ tamquam Judici competenti, & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem vestram Reverentiam reddant, & si hæsitaverint procedimenta, & omnia in dicta causa gesta revocare, licèt hæsitandum non sit, firment contentionem cum electione Arbitri pro parte Regiæ Audientiæ, qui una cum Arbitro per vestram Reverentiam eligendo contentionem dirimant, & declarent juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Capitula Dertuzæ, & alia jura patriæ, & pro his litteras firmæ juris & contentionis forma debita expediri juxta stilum, officio &c. quæ licet &c.

Altissimus
N.

Idem supplicat Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ juribus suis semper salvis &c.

N. Fisci Advocatus
Curiæ Ecclesiasticæ.

Si Causa est criminalis offertur supplicatio tenoris sequentis.

Admodum Reverende Domine Officialis.

FRanciscus N. Clericus Civitatis Barcinonæ ad relationem Magnifici B. Judicis Regiæ Curiæ (narra factum) cumque sit prima tonsura initiatus, & in minoribus ordinibus constitutus, & incederet in habitu, & Tonsura Clericali & inserviret de Mandato Episcopi Ecclesiæ sancti Petri Puellarum dictæ Civitatis, vel in aliquo Seminario, vel in aliqua Schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos, (si est conjugatus dicas) cumque sit Clericus conjugatus cum unica, & virgine, & vestes Clericales, & Tonsuram deferret, & esset deputatus ab Episcopo servitio, vel Ministerio talis Ecclesiæ, eidem serviret, & ministraret (si habeat beneficium dicas,) cumque sit prima Tonsura initiatus, & beneficium Ecclesiasticum obtineat, & versetur quasi in via ad majores Ordines suscipiendos, est exemptus à jurisdictione sæculari præcipuè in criminalibus, & solum subjectus vestræ Reverentiæ. Ideo, & aliàs & firmans jus, & de jure Fisci Procuratori Regiæ Curiæ, & aliis ad quos spectet pro decem solidis cum juris augmento, & aliis clausulis necessariis forma solita producens litteras testimoniales primæ Tonsuræ, & licentiam serviendi in tali Ecclesia, seu Bullas beneficii Ecclesiastici, &c. ut inferantur offerens dare informationem quod incedebat in Tonsura, & in habitu clericali, & quòd dictæ Ecclesiæ serviebat, supplicat vestræ Reverentiæ quatenus juris firma admissa dignetur scribere Excellentissimo Domino Locumtenenti generali, & Regio Concilio, seu Magnifico B. Judici Regiæ & Relatori, ut asseritur causæ dicti Francisci N. quatenus dictum Franciscum N. processum, & omnia procedimenta contra eum facta remittat vestræ Reverentiæ, & si contrarium prætendat Arbitrum pro parte Regiæ Curiæ eligant, qui una cum nominando per vestram Reverentiam contentionem dirimant juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & pro his litteras firmæ juris, & contentionis in forma debita expediri, quæ licet &c.

Altissimus
N.

Idem supplicat Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ juribus suis semper salvis &c.

N. Fisci Advocatus Curiæ
Ecclesiasticæ Barcinonæ.

Postea per Officialem Ecclesiasticum providetur supplicatio, qua provisa, fiunt intimæ Regenti Cancellariam, & Fisci Procuratori Regiæ Curiæ, & continuatur relatio notificationis intimæ, quo facto, recipitur informatio, & ea recepta, fit provisio forma solita, cujus vigore expediuntur primæ litteræ in forma contentionis juxta praxim quæ in immunitate

Ecclesiæ servatur, relatam per Pegueram *in pract. crim. cap.* 26. non enim omnia ad longum referre possum, & si Curia sæcularis non respondeat, offeruntur secunda, & tertia supplicatione eo modo conceptæ quo suprà tradidi *num.* 63. & 65. secundæ litteræ expediuntur sicut primæ cum comminatione censurarum, in tertiis fit citatio ad videndum se declarari Incidisse in censuras, &c. eadem praxis observatur in Regno Sardiniæ ex Regia pragmatica quam refert Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 13. junctis quæ notavi *num.* 68. de Regno Valentiæ vide Mattheu *de regim. reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *à num.* 114. & tradita *decisione sequenti numer.* 8. de Regno Aragonum vide Molinos *in pract. Jud. Reg. Aragon. titul. processo de compet. de jurisd. fol.* 333.

72 Penultimò deveniendo ad praxim, quæ servatur in Cathalonia, quando reus prætendit gaudere immunitate Ecclesiæ, à qua fuit extractus, offertur supplicatio, & observatur eadem forma, quam suprà proximè tradidi, quando Clericus molestatur in Curia sæculari, & illam poteris transcribere à Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. deveniendo nunc*, & refert Fontanella *decis.* 583. *numer.* 3. *par.* 2. & eadem observatur in Regno Sardiniæ, pro Regnis Aragonum, & Valentiæ, vide Molinos, & Mattheu *ubi proximè*

Tandem deveniendo ad praxim, quæ servatur in Cathalonia in expeditione litterarum requisitoriarum subsidiariarum ad contentionem firmandam, scire debes communiter expediri sub forma sequenti.

Admodum Illustri, & Reverendo Domino Josepho Ninot Decretorum Doctori Canonico sanctæ Ecclesiæ Barcinonæ, ac Civitatis, & Episcopatus ejusdem Officiali, & Vicario generali pro Illustri Capitulo sanctæ Ecclesiæ Cathedralis Barcinonæ, Sede Episcopi vacante. Petrus Goget Presbyter, & Rector Villæ Tarregæ, ac Decanus dictæ Villæ, & Decanatus ejusdem, pro Illustri Domino Decano & Capitulo sanctæ Ecclesiæ Cathedralis Solsonæ administratoribus Episcopatus ejusdem Sede Episcopali vacante, salutem in Domino. Noverit Reverentia vestra quòd comparens coram me, & in Curia mea Ecclesiastica Tarregæ N. Bajulus loci de B. & Venerabilis Gaspar Solugues Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ Tarregæ, quamdam in scriptis supplicationem obtulerunt, & præsentaverunt cujus cenor sub his sequitur verbis. Admodum Reverende Domine Decane Villæ, & Decanatus Tarregæ. Nobilis Franciscus de D. uti Cestollanus loci de B. intentavit litem in Regia Audientia ad relationem Magnifici Joannis M. contra Bajulum dicti loci de B. prætendens esse in possessione, seu quasi habendi scamnum in Ecclesia dicti loci de B. ad partem Evangelii, in eoque sedendi tempore quo Officia Divina in dicta Ecclesia celebrantur, cumque cognitio præcedentiæ loci in Ecclesia etiam inter laicos, non spectet ad Judicem sæcularem, sed ad vestram Reverentiam uti Judicem Ecclesiasticum hujus Decanatus. Ideo, & aliàs dictus N. Bajulus dicti loci de B. firmans jus, & de jure dicto Nobili Francisco de D. & aliis quibus interest pro decem solidis cum debito juris augmento, supplicat dictam firmam juris admitti, & scribi Serenissimo Domino Locumtenenti, & Capitaneo generali, & dicto Magnifico Joanni M. dictæ causæ Relatori quatenus cassent, revocent, & annullent omnia procedimenta in dicta Regia Audientia facta contra dictum N. Bajulum dicti loci B. & de annullatione, cassatione, & revocatione vestræ Reverentiæ fidem faciant, & partes, & acta vestræ Reverentiæ uti Judici competenti remittant, & si in his hæsitaverint, licèt hæsitandum non sit, Arbitrum vestra Reverentia eligat in Civitate Barcinonæ, qui una cum nominando per Regiam Audientiam causam contentionis dirimant, & declarent juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Capitula Dertuzæ, alia jura patriæ, & pro his in forma contentionis litteras requisitorias subsidiarias Officiali, & Vicario generali Barcinonen. Sede vacante expediri juxta stilum, officio &c. quæ licèt &c. Altissimus, N. Idem supplicat Fisci Procurator Decanatus Villæ Tarregæ juribus suis semper salvis &c. N. Fisci Advocatus Curiæ Ecclesiasticæ Decanatus Tarregæ, qua supplicatione benignè exaudita in ejus calce fuit per me facta provisio sequens, oblata 12. Novembris 1654. admissa juris firma si & in quantum expediantur litteræ requisitoriæ subdisidiariæ in forma contentionis Officiali, & Vicario generali Barcinonen. Sede vacante cum nominatione Arbitri de persona admodum Reverendi Josephi Ninot Officialis, & Vicarii generalis Barcinonæ Sede vacante, ea propter insequendo dictam provisionem, attento quod una Curia in juris, & justitiæ subsidium requisita alteri juvare tenetur, pro tanto vestram Reverentiam ad dictorum instantiam requiro, quatenus vestra Reverentia ex parte mea Serenissimum Dominum Joannem ab Austria filium Domini nostri Regis à consilio Status suæ Majestatis, ejusque armorum maritimorum gubernatorem generalem, magnum Priorem Castellæ, ejusdemque Sacræ, Catholicæ, & Regiæ Majestatis Locumtenentem, & Capitaneum generalem in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ supplicet, Nobilemque Regentem Cancellariam, ac magnificum Joannem M. Regiæ Audientiæ Doctorem, cæterosque Doctores ejusdem Regiæ Audientiæ, & eorum quemlibet ex parte Illustrium Dominorum Decani, & Capituli Cersonem, requirat, & ex mea attentè deprecetur quatenus præsentibus receptis cassent, revocent, & annullent omnia, & singula procedimenta in Regia Audientia facta contra dictum N. Bajulum dicti loci de B. & de revocatione, cassatione, & annullatione mihi, & dictæ Curiæ Tarregæ fidem faciant, & causam in dicta Regia Audientia suscitatam ad me tamquam Judicem competentem remittant: verùm si in his sua Celsitudo, & alii hæsitaverint, licèt hæsitandum non sit, nihilominus pro observatione jurium patriæ, & concordiæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum Capitulorum, Dertuzæ, & sancti Cucuphatis eligo in Arbitrum Illustrem Dominum Josephum Ninot I. V. D. Canonicum Sedis Barcinonæ, seu per vestram Reverentiam nominandum, qui una cum Arbitro per suam Celsitudinem, & Regiam Audientiam eligendo dictam contentionis causam decidant, & determinent quorum decisioni stare offero. Dat. Tarregæ 12. Decembris, 1654. Ut Goget Decanus de Mandato &c. expedivit Jacobus Torres Presbyter, & Curiæ Ecclesiasticæ Tarregæ Scriba, Locus † Sigilli.

Præsentatis prædictis litteris requisitoriis subsidiariis, debet Curia requisita expedire litteras tenoris sequentis. *Serenissimo Domino Domino Joanni ab Austria filio Domini nostri Regis, & de Concilio Status suæ Majestatis, ejusque armorum maritimorum Gubernatori generali, magno Priori Castellæ, Locumtenenti, & Capitaneo generali in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, nec non Nobili, & magnifico Jacobo Mir Regiam Cancellariam Regenti, magnifico Joanni M. utriusque Juris, ac Regiæ Audientiæ Doctori, cæterisque Doctoribus ejusdem Regiæ Audientiæ. Josephus Ninot decretorum Doctor, Canonicus sanctæ Ecclesiæ Barcinonæ, ac pro admodum Illustri Capitulo Canonicorum ejusdem sanctæ Ecclesiæ Sede Episcopali vacante in spiritualibus, & temporalibus in præsenti Civitate, & Diœcesi Barcinonæ, Vicarius generalis, & officialis vestram dicti Domini Locumtenentis Celsitudinem debitam, aliis verò honorem debitum cum salute. Noverit Celsitudo vestra, cæterique noscant me die præsenti, & infra scripta quasdam recepisse subsidiarias contentionis litteras à Curia Ecclesiastica Decanatus villæ Tarregæ emanatas in earum pede sigillatas, cum signo de Registrata, & aliis debitis solemnitatibus more dictæ Curiæ expeditas, ac mihi parte N. Bajuli loci de B. ac Procuratoris Fiscalis dictæ Curiæ Ecclesiasticæ Tarregæ præsentatas, quæ sunt tenoris sequentis,* inserantur prædictæ litteræ, postea addatur, *postquam quidem litterarum præsentationem, & receptionem mihi, & per me, ut prædicitur, factas incontinenti fui pro parte dicti N. Bajuli dicti loci de B. & Procuratoris Fiscalis dictæ Curiæ Decanatus Villæ Tarregæ respectivè debita cum instantia requisitus, quatenus sibi de congruo juris, & Justitiæ remedio providere, & litteras necessarias concedere dignarer. Unde ego Officialis, & Vicarius generalis præfatus attendens requisita fore justa, & rationi consona præsentes fieri, & expediri mandavi litteras, per easdem Celsitudinem vestram humiliter supplico,*

plico, alios verò ex parte admodum Illustris, & insignis Capituli, & authoritate Officii quo fungor, requiro, & moneo, & ex mea attentè deprecor, intimando, & notificando prout, & quemadmodum dictis, & præinsertis litteris continetur, & expressum. Et Altissimus vestram Domini locumtenentis Celsitudinem conservet per tempora longiora fœliciter, & votivè. Dat. Barcinonæ, 26. Novembris anno à Nativitate Domini, 1654.

Ninot Vicarius generalis, & Officialis.

Locus † Sigilli

De mandato dicti Domini Vicarii generalis, & Officialis expedivit.

Paulus Llopart Notarius publicus Barcinonæ, Curiarum Ecclesiasticarum Barcinonæ Scriba.

Adverte quòd si Curia requirens voluerit in suis litteris requisitoriis subsidiariis committere Curiæ requisitæ electionem Arbitri, (prout aliquoties vidi factum,) solet advocatus in calce supplicationis dicere, *& pro his litteras in forma contentionis requisitorias subsidiarias Officiali, & Vicario generali Barcinonæ cum facultate nominandi Arbitrum in eadem Civitate expediri juxta stilum, &c.* Et solet Judex providere his verbis, *admissa juris firma, si & in quantum, fiant litteræ requisitoriæ subsidiariæ in forma contentionis, Officiali & Vicario generali Barcinonæ committendo eidem Arbitri electionem juxta stilum*, & in hujusmodi litteris requisitoriis subsidiariis, post illa verba *Capitulorum Dertuzæ, & sancti Cucuphatis*, ponuntur sequentia, *aliquem probum virum in jure peritum ex parte mea, & Curiæ meæ Ecclesiasticæ Decanatus Tarregæ in Arbitrum eligatis, qui unà cum Arbitro, &c.* Et tunc Curia requisita in suis litteris post illa verba, *prout, & quæ quemadmodum in dictis, & præinsertis litteris continetur, & est expressum*, addit verba sequentia, *& nihilominus pro totali executione dictarum litterarum pro parte dictæ Curiæ Ecclesiasticæ Decanatus Tarregæ in Arbitrum eligo admodum Reverendum Nobilem Petrum de Copons Thesaurarium, & Canonicum Sedis Barcinonæ Convicarium generalem, & Conofficialem meum, qui unà cum Arbitro per Regiam Audientiam eligendo dictam contentionem dirimant:* postea continuat ut in forma.

ARGUMENTUM.

De litteris responsivis ab utraque Curia Ecclesiastica, & sæculari in causis contentionum expediendis.

SUMMARIUM.

1 *Arbitri intra quantum tempus sint eligendi, non disponit concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum.*
2 *Arbitri antiquitùs eligebantur in Cathalonia intra quinque dies.*
3 *Litteris contentionis præsentatis, intrà quantum tempus sit respondendum cum Arbitri electione in Corona Aragonum.*
4 *Laicus quando convenitur in Curia Ecclesiastica, & ipse firmat in Curia sæculari, qualiter pro parte Curiæ Ecclesiasticæ sit firmanda contentio.*
5 *Clericus quando convenitur in Curia sæculari, & ipse firmat in Curia Ecclesiastica, qualiter pro parte Curiæ sæcularis sit firmanda contentio.*
6 *Reus violenter ab Ecclesia extractus per Judicem sæcularem, si Curia Ecclesiastica contentionem firmet, qualiter Curia sæcularis respondere tenetur.*
7 *Litteris contentionis si non respondeatur in Cathalonia, & Sardinia, quid faciendum sit, numer. 7. quid in Regno Valentiæ, num. 8. & quid in Regno Aragonum, numer. 9. 10. & 11.*
12 *Litteris competentiæ in Aragonia intrà tres dies est respondendum, sed non requiritur responsionem intrà ipsos tres dies alteri Judici intimari.*
13 *Litteræ responsivæ fieri, & præsentari debent Curiæ requirenti, & non curiæ requisitæ, à numer. 13. ad 17.*
14 *Actus semper tribuitur ordinanti non exequenti.*
15 *Origo cujuscumque negotii regulariter attendi solet.*
18 *Litteræ quæ rescribuntur per Curiam inhibitam, vocantur responsivæ.*
19 *Forma supplicationis, & litterarum responsivarum contentionis, quæ observatur in Tribunalibus Ecclesiasticis Cathaloniæ, quando laicus convenitur in Curia Ecclesiastica.*
20 *Forma supplicationis, & litterarum responsivarum, quæ observatur in Regia Audientia Cathaloniæ, & in Curiis ordinariorum, quando clericus convenitur in Curia sæculari, vel quando reus prætendit gaudere immunitate Ecclesiæ.*

DECISIO XIV.

IN concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum firmata, 11. Junii 1372. non fuit statutus certus terminus, intra quem ab utraque Curia Arbitri essent eligendi, ut tradit Michael Ferrer. *part. 3. observan. versic. postea verò in Curia, antè finem.* 1

Deinde in privilegio concesso Stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Alphonsum IV. in sancto Cucuphato 11. Septembris 1418. fuit dispositum, quòd Arbitri eligerentur intra quinque dies, ut habetur *in pragmat. visis 4. de conten. jurisdict. in secundo volumine constitutionum Cathaloniæ* Michael Ferrer. *part. 3. obser. c. 172. versic. postea verò in Curia*, Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 2. tit. 51. num. 21.* 2

Hodie verò per privilegium Stamento Ecclesiastico concessum per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum secundum dat. in Villa de Almanca 23. Aprilis 1496. dispositum fuit, quòd emanatis litteris ab una Curia cum electione Arbitri, & illis præsentatis, altera Curia debeat respondere intra dies tres post præsentationem primarum litterarum contentionis expediendo litteras cum electione alterius Arbitri, ut probat de jure Cathaloniæ *pragmat. Primerament, 6. de cont. jurisdict.* Ferrer. *part. 3. obser. cap. 127. versic. postea verò in curia*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinonæ rub. 11. numer. 4. & de regal. cap. 11. numer. 7.* De Regno Aragonum probat *forus 1.* ubi Bardaxi, & Portoles *nu. 21. de compet. jurisd.* Molinus *in prax. Jud. Reg. Aragon. tit. processo de compet. de jurisdic. fol. 333. col. 2. versic. el qual*, Ramirez *de lege Regia §. 2. num. 5.* Sesse *decis. 113. num. 1.* De Regno Sardiniæ probat *dicta pragmat. Primerament*, apud Regentem Vico *lib. 2. tit. 51. num. 27. & 28.* quæ in hoc non observatur, sed statuitur terminus octo dierum, *ut notavi decis. 13. num. 68.* At in Regno Valentiæ Curia Sæcularis intra duos dies Arbitrum nominare debet, *forus 23. de jurisdict. omn. jud. fol. 66.* 3

Et ita quo ad primam contentionis speciem, quando laicus convenitur in Curia Ecclesiastica, postquam litteræ contentionis Curiæ sæcularis fuerint illi præsentatæ, si Judex ordinarius Ecclesiasticus prætendit in illa causa se esse Judicem competentem dicti laici, eo tunc adversarius talis laici per se vel suum legitimum Procuratorem, seu Promotor, ac Procurator Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ debet dare supplicationem coram Judice Ecclesiastico in Cathalonia, & Aragonia intra dies tres, in Sardinia intra duos dies, & coram eo firmare jus, & de jure in & super bonis suis pro decem solidis cum legitimo augmento in forma solita dictæ Curiæ sæculari, & parti alteri, petens firmam juris admitti, & Curiæ sæculari rescribi, quatenus casset, revocet, & annullet litteras contentionis à sua Curia expeditas, & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem reddat ordi- 4

narium

narium Ecclesiasticum. Quòd si contrarium prætendat, eligatur Arbiter per dictum Judicem Ecclesiasticum nominandus, qui unà cum nominato per ipsam Curiam sæcularem contentionem dirimant, & declarent, & quòd ad prædictum effectum expediantur litteræ responsivæ opportunæ in forma contentionis juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & tunc Judex Ecclesiasticus admissa juris firma, si & in quantum, rescribit Judici sæculari Regio ordinario secundùm tenorem supplicationis cum nominatione Arbitri pro sua parte, qui unà cum nominato per ipsum Judicem sæcularem contentionem dirimant in Cathalonia, Valentia, & Sardinia juxta prædictam concordiam, & in Aragonia juxta forum. Hæc praxis probatur de jure Cathaloniæ *in dicta pragmat. Primerament, de conten. jurisdict.* & docent Ferrer, Oliba, Peguera, Cancer. Fontanella, & Ripoll. De Regno Aragonum probatur *in foro* 1. *de compet. jurisdict.* & docent Bardaxi, Portoles, Ramirez, Suelves, Sesse, Fermosinus, & Molinos. De Regno Valentiæ Mattheu, de Regno Sardiniæ, Regens Vico, de Regno Majoricarum, & de Insulis Minoricarum, & Juicæ, Sesse, & alii laudati *decis.* 13. *num.* 2.

5 Circa secundam speciem contentionis, quando Clericus molestatur per Judicem sæcularem, emanatis litteris contentionis à Curia Ecclesiastica, & illis præsentatis Judici sæculari, si Judex sæcularis prætendit in suo casu procedere, tunc adversarius talis Clerici per se, vel suum legitimum Procuratorem, seu Procurator Fiscalis Curiæ sæcularis offert supplicationem coram Judice sæculari (in Cathalonia, & Aragonia intra dies tres, in Valentia intra duos, in Sardinia intra octo,) & coram eo firmat jus, & de jure in & super bonis suis pro decem solidis cum legitimo augmento in forma solita dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, & tali Clerico petens firmam juris admitti, & Curiæ Ecclesiasticæ rescribi, quatenus casset, revocet, & annullet litteras contentionis à sua Curia expeditas, & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem reddat Curiam sæcularem. Quòd si contrarium prætendat, Arbiter eligatur per Judicem sæcularem nominandus, qui una cum electo per ipsam Curiam Ecclesiasticam contentionem dirimant, & declarent, & quòd expediantur litteræ responsivæ opportunæ in forma contentionis juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & tunc Judex sæcularis Regius ordinarius admissa juris forma, si & in quantum, rescribit Judici Ecclesiastico secundùm tenorem supplicationis cum nominatione Arbitri pro sua parte, qui unà cum nominato per ipsum Judicem sæcularem contentionem dirimant in Cathalonia, Valentia, & Sardinia juxta prædictam concordiam, & in Aragonia juxta forum. Hæc praxis probatur de jure Cathaloniæ *in dicta pragmat. Primerament, de conten. jurisdict.* & docent Ferrer, Oliba, Peguera, Cancer. Fontanella, & Ripoll. De Regno Aragonum probatur *in foro* 1. *de compet. jurisdict.* & docent Bardaxi, Portoles, Ramirez, Suelves, Sesse, Fermosinus, & Molinos. De Regno Valentiæ Mattheu, de Regno Sardiniæ, Regens Vico, de Regno Majoricarum, & de Insulis Minoricarum, & Juicæ, Sesse, & alii laudati *decis.* 13. *num.* 2.

6 Circa tertiam contentionis speciem, quando reus violenter extrahitur ab Ecclesia, præsentatis Curiæ sæculari litteris contentionis à Curia Ecclesiastica emanatis, si Judex sæcularis prætendat talem reum immunitate Ecclesiæ non gaudere, pars querelans, seu Fisci Procurator Curiæ sæcularis offert supplicationem coram Judice sæculari (in Cathalonia, & Aragonia intra dies tres, in Sardinia intra octo, & in Valentia intra duos) & coram eo firmat jus, & de jure in & super bonis suis pro decem solidis cum legitimo augmento in forma solita dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, & tali reo, petens firmam juris admitti, & Curiæ Ecclesiasticæ rescribi, quatenus casset, revocet, & annullet litteras contentionis à sua Curia expeditas, & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem reddat Curiam sæcularem. Quòd si contrarium prætendat, Arbiter eligatur per Judicem sæcularem nominandus, qui unà cum electo per ipsam Curiam Ecclesiasticam contentionem dirimant, & quòd expediantur litteræ responsivæ opportunæ in forma contentionis juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & tunc Judex sæcularis Regius ordinarius admissa juris firma si & in quantum, rescribit Judici Ecclesiastico secundùm tenorem supplicationis cum nominatione Arbitri pro sua parte, qui unà cum nominato per Judicem Ecclesiasticum contentionem dirimant in Cathalonia, Valentia, & Sardinia juxta concordiam, & in Aragonia juxta forum, ut tradunt Peguera, Fontanella, Suelves, Molinos, & alii citati *dec.* 13. *n.* 14.

Quòd si Curia requisita post præsentationem primarum litterarum non respondet intra tempus prædictum alteri Curiæ cum electione Arbitri in Cathalonia intra dies tres, & in Sardinia intra octo, perso- 7
litum est in Cathalonia, & Sardinia, quòd Curia quæ contentionem movit, facit expedire secundas litteras contentionis, & si altera Curia non respondet, expedire mandat tertias litteras contentionis, eo modo, & forma relatis *decis.* 13. *à num.* 62. & si tribus litteris expeditis non respondet, eo tunc Curia sæcularis procedit contra Ecclesiasticam ad occupationem temporalitatum, & per alia remedia juris fieri assueta, ut *infrà decis.* 28. Et Curia Ecclesiastica procedit contra sæcularem censuris, & aliis remediis spiritualibus, ut *infrà decis.* 27.

At in Regno Valentiæ si Curia sæcularis non re- 8
spondet intra duos dies cum nominatione Arbitri, incurrit in pœnis contentis *in foro vigesimotertio, de jurisdic. omn. Jud. fol.* 66.

In Regno Aragonum, si Judex inhibitus intra dies 9
tres non respondet, eo tunc Judex inhibens transactis illis tribus diebus decernere, & expedire potest litteras monitorias, & comminatorias, ut intra dies tres illi respondeat, quibus notificatis, & præsentatis, si Judex inhibitus respondere neglexerit intra dies tres cum nominatione Arbitri, illis elapsis competentia habetur pro declarata contra Judicem negligentem respondere, *forus por no responder* 3. *de competen. jurisdic.* ubi Bardaxi *in prin. & num.* 1. Portoles *num.* 1. idem Portoles *foro* 1. *num.* 21. *eodem titulo*, Molinos *in prax. jud. reg. Aragon. tit. processo de compet. de jurisdict. fol.* 334. *col.* 1. *versic. pero si acaeciere*, Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 5. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 52. *num.* 69. *&* 70. nisi in casibus in quibus Judex inhibitus alteri inhibenti respondere non tenetur, *dictus forus por no responder.* 3. ubi Bardaxi *num* 1. Portoles *num.* 2. *de compet. jurisdiction.* Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 5. & ita fuit decisum in Curia Justitiæ Aragonum in Processu Petri Frances super juris firma 20. Decembris 1561. ut refert idem Portoles *foro* 3. *num.* 12. *in fine de compet. Jurisdic.* quos casus referunt Portoles, & Ramirez *ubi* 11
proximè, ille *à num.* 3. iste *num.* 13. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 24. & de illis egi suprà *decis.* 9. 11. *&* 12.

Sed nota pro Regno Aragonum, quòd licèt de fo- 12
ro Judex inhibitus teneatur respondere cum nominatione Arbitri intra dies tres, ut dixi *n.* 6. non tamen requiritur responsionem intra dies tres Judici inhibenti intimari, sed sufficit quòd intra tres dies respondeat, etiam si responsio intra dies tres intimata non fuerit, dummodò tamen de responsione intra triduum facta constet, ut probat, & decisum est in Curia Justitiæ Aragonum in Processu Joannis Churriaga, & aliorum super juris firma 12. Maii 1559. testatur Portoles *foro* 3. *num.* 13. *&* 14. *de compet. jurisdic.*

Sed quando firmatur contentio cum litteris subsi- 13
diariis dubium est, cui ex Judicibus est in forma contentionis respondendum, requirenti, vel requisito, exempli gratia, si Judex Ecclesiasticus Ilerden. mittat litteras requisitorias subsidiarias in forma contentionis Judici Ecclesiastico Barcinonæ, ut ipse eas notificare faciat Vicario Regio Barcinonæ, cui ex illis Vicarius Regius Barcinonæ respondere tenetur in forma contentionis, Judici Ecclesiastico Ilerden. qui misit litteras requisitorias in forma contentionis, vel Judici Ecclesiastico Barcinonæ, qui prædictas litteras notificare fecit, Respondo quòd Judici Ecclesiastico Ilerden. Primò, quia actus semper tribuitur ordinanti, non verò exequenti, ut pluribus juribus, & Doctoribus exornat Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2.
resol. 2.

14 *resol. 2. num. 36.* quibus addendi sunt Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 56. & cap. 26. numer. 60.* Suelves *consil. 24. numer. 10. lib. 3.* Cutellus *de immun. Eccles. lib. 1. qu. 10. numer. 5.* Ferrer. *in constit. los impubers gloss. 1. num. 368.* Fontanella *dec. 459. num. 17. & dec. 550. num. 3. part. 2.* Cancer. *part. 1. cap. 18. num. 59. &* 60. latè Castillo *de tertiis, tomo 7. capite 8. à numer. 5.* Secundò, quia cujuscumque negotii
15 origo, & initium regulariter attendi solet, Ferrer. *in constit. los impubers, glo. 2. num. 141.* Vela *dissert. 26. num. 21. part. 1.* Cutellus *de immun. Eccles. lib. 1. qu. 10. num. 6.* Giurba *ad consuet. Messan. cap. 11. gloss. 4. part. 1. num. 1.* latissimè Castillo *controv. jur. lib.*
16 *6. cap. 155.* Tertiò, quia in pluribus decisionibus Cancellarii Cathaloniæ leguntur sequentia, & alia similia verba : *In facto contentionis jurisdictionis inter Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex una, & Curiam Ecclesiasticam Illustrissimi Archiepiscopi Tarraconæ virtute litterarum subsidiariarum à dicta Curia Ecclesiastica Tarraconæ emanatarum ad Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Barcinonæ partibus ex altera*, ut fuit observatum per Cancellarium Rovirola 10. Septembris 1600. & per Cancellarium Agullana 14. Decembris 1605. & die 27. Januarii 1602. & per Cancellarium Carmona 5. Aprilis 1618. & die 19. Martii 1609. & per Cancellarium Puigmari 15. Julii, & die 10. Septembris 1629. Ergo cum Curia requirente, & non cum requisita firmatur con-
17 tentio. Quartò, & ultimò, quia licèt in aliis decisionibus legantur verba sequentia, & eis similia : *In facto contentionis Jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Barcinonæ vigore litterarum subsidiariarum à Curia Ecclesiastica Reverendissimi Episcopi Gerunden. emanatarum ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ partibus ex altera*, tamen quando devenit Cancellarius ad declarationem contentionis, profert sententiam in favorem, vel in odium Curiæ requirentis, quæ litteras subsidiarias expedivit, & non in favorem vel odium Curiæ requisitæ, quæ litteras requisitorias notificavit, ut fuit observatum per Cancellarium Rovirola 23. Julii & 10. Octobris 1601. & 2. Januarii 1602. & per Cancellarium Agullana 9. Maii 1606. & 30. Martii 1613. & die 30. Julii 1614. & per Cancellarium Carmona 24. Aprilis 1619. & per Cancellarium Puigmari 14. Martii 1625. & multis aliis. Si igitur contentio declaratur in favorem, vel odium Curiæ requirentis, quæ litteras subsidiarias expedivit, ergo cum est firmanda contentio, & ad eam litteræ responsivæ sunt dirigendæ, atque ita practicandum existimo, & practicatum vidi.
18 Hujusmodi litteræ, quæ per unam Curiam alteri rescribuntur, dicuntur responsivæ, de jure Cathaloniæ *pragmat. Primerament. de conten. jurisdic.* Peguera *in pract. crim. cap. 26. numer. 7. versiculo litteræ responsivæ.*
19 Sequitur practica litterarum responsivarum, quæ in Tribunalibus Ecclesiasticis Cathaloniæ observatur, quando Judex Ecclesiasticus prætendit esse Judicem competentem laici coram eo conventi, & offertur supplicatio tenoris sequentis.

Admodum Reverende Domine Officialis.

A *Regia Audientia præsentis Cathaloniæ Principatus ad relationem magnifici N. fuerunt quædam litteræ firmæ juris in forma contentionis emanatæ die 20. Maii 1656. & vestræ reverentiæ præsentatæ, quibus in effectu vestra reverentia requiritur, monetur, & hortatur, quatenus casset, revocet, annullet, & à Regestris suæ Curiæ deleat omnia, & singula procedimenta contra Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ facta, instante Joanne B. Mercatore dictæ Civitatis, aut in casu hæsitationis contentionem firmet cum electione Arbitri prout in dictis litteris latiùs continetur, ad quas citra earum approbationem fit relatio, & exhibentur, ut inserantur, cumque Vestra Reverentia sit Judex competens causæ contra dictum Petrum A. motæ,* (pone motiva, & rationes hujus prætensionis) *Ideò & aliàs dictus Joannes B. firmans jus, & de jure in Curia Ecclesiastica vestræ Reverentiæ in & super bonis suis pro decem solidis cum legitimo augmento in forma solita, dicto Petro A, & Officialibus, & Ministris Curiæ sæcularis Regiæ Audientiæ quibus spectet, supplicat vestræ Reverentiæ firmam juris admitti, & rescribi Excellentissimo Domino Locumtenenti generali, & Regiæ Audientiæ, seu magnifico N. Regiæ Audientiæ Doctori, & dictæ causæ Relatori, quatenus cassent, revocent, & annullent, ac à Regestris suis deleant dictas litteras, & omnia, & singula in eis contenta, & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem vestram Reverentiam reddant, & in casu hæsitationis cum Arbitri electione per vestram Reverentiam nominandi juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, qui unà cum Arbitro per suam Excellentiam, & Regiam Audientiam nominato contentionem dirimant, & declarent, & pro his de litteris opportunis provideri juxta stilum, &c. quæ licèt &c.*

Altissimus.
N.

Si Fisci Procurator vult adhærere petitis, dare debet supplicationem sequentem.

Idem supplicat Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ juribus suis semper salvis, &c.

N. Fisci Advocatus Curiæ Ecclesiasticæ.

Cui supplicationi fit provisio sequens, *die 24. Maii 1656. Inserantur producta admissa juris firma si in quantum expediantur litteræ responsivæ in forma contentionis cum electione Arbitri de persona infra scripti Officialis, cum insertione præsentis, supplicationis, & cum motivis in ea contentis, & aliis opportunis juxta stilum.*

C. Officialis, & Vicarius generalis.

Vigore dictæ provisionis per Scribam Curiæ expediuntur litteræ responsivæ tenoris sequentis.

E *Xcellentissimo Domino Domino Francisco de Oroſco, & Ribera Marchioni de Olias, Mortara, & Surreal, Cubiculario suæ Regiæ Majestatis, Commendatori Olivæ, Ordinis sancti Jacobi de Spata, de Concilio Supremo Belli suæ Regiæ Majestatis, Locumtenenti, & Capitaneo generali in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, Nec non Nobili Josepho Andreæ Regenti Regiam Cancellariam, ac magnifico N. I. V. & Regiæ Audientiæ Doctori, cæterisque Doctoribus ejusdem Regiæ Audientiæ, & eorum cuilibet. Michael C. decretorum Doctor Canonicus sanctæ Ecclesiæ Barcinonen. Officialis, & Vicarius generalis in spiritualibus, & temporalibus pro admodum Illustri, & Reverendissimo in Christo Patre Domino Raymundo de Semmamat Dei, & sanctæ Sedis Apostolicæ Gratia Episcopo Barcinonensi, vestri dicti Domini Locumtenentis Excellentiæ reverentiam debitam, aliis verò honorem debitum cum salute. Noverit Excellentia vestra, cæterique noscant, quòd comparentes coram me, & in Curia Ecclesiasticæ Officialatus Barcinonæ Venerabilis P. Presbyter, & Fisci Procurator dictæ Curiæ Ecclesiasticæ pro Ecclesiastica jurisdictione, & Joannes B. Mercator dictæ Civitatis pro suo interesse, qui prædictis respectivè nominibus quamdam mihi inscriptis obtulerunt, & præsentaverunt supplicationem cujus tenor sequitur sub his verbis* (inseratur tota supplicatio usque ad firmam Advocati inclusivè, postea addatur) *qua supplicatione benignè exaudita in ejus calce per me fuit facta provisio sequens* (inseratur provisio, postea addatur) *Pro tanto ad dictorum Venerabilis P. Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ, & Joannis B. dictis respectivè nominibus instantiam, & requisitionem Excellentiam vestram humiliter supplico, alios verò ex parte præfati admodum Illustri, & Reverendissimi Domini Barcinonensis Episcopi, & authoritate Officii quo fungor, requiro, & moneo, & ex mea attentè deprecor, quatenus*

casse-

caſſetis, revocetis, & annulletis dictas veſtras litteras, & omnia, & ſingula in eis contenta, & à regeſtris Curiæ Regiæ Audientiæ deleatis, & de caſſatione, annullatione, & revocatione, me, & Curiam noſtram certiorem reddatis, & à repetitione cauſæ coram me, & in noſtra Curia motæ contra Petrum A. deſiſtatis, verùm ſi in his Excellentia veſtra hæſitaverit, licèt hæſitandum non ſit, inſequendo concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Capitula Dertuzæ, & alias Regias proviſiones, & conſtitutiones brachio Eccleſiaſtico conceſſas, quia ex parte veſtræ Excellentiæ, ſeu Regiæ Audientiæ elegiſtis in Arbitrum Magnificum N. Regiæ Audientiæ Doctorem, ex parte noſtra, ſeu dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ eligo in Arbitrum Reverendum K. Presbyterum Decretorum Doctorem, qui ambo conveniant, & prædictam ſopiant, dirimant, & declarent contentionem, & Altiſſimus veſtram dicti Domini Locumtenentis Excellentiam conſervet per tempora longiora proſperè, & feliciter. Dat. Barcinonæ 14. *Maji anno à Nativitate Domini* 1656.

C. Officialis, & Vicarius generalis
Scriba Curiæ Eccleſ. Barcinonæ.
N. Notarius.

Modò continuatur relatio præſentationis dictarum litterarum.

20 Forma verò, & praxis ſupplicationum, & litterarum reſponſivarum quæ obſervatur in Regia Audientia Cathaloniæ, & in Curiis regiorum ordinariorum, quando Clericus convenitur in Curia ſæculari, vel quando reus gaudere prætendit immunitate Eccleſiæ, collige ex præcedenti formula, & illas habes apud noſtrum Pegueram *in pract. crim. cap.* 26. & obſervatur in Regno Sardiniæ. De Regno Aragonum, & Valentiæ vide Doctores citatos *deciſ.* 13. *num.* 69. & 70. Adde, quòd in Regio criminali Cathaloniæ Conſilio die 13. Maii 1593. fuit concluſum, quòd habitis pro revocatis procedimentis factis per Joannem Badià Regium Commiſſarium, eo quòd Annam Callara ſine ordine, & mandato ſequeſtravit in domibus Onofrii Llober eidem mandando, quatenus non permitteret, quòd in ſua domo officiales Curiæ Eccleſiaſticæ eam interrogarent ſuper matrimonio contrahendo ad pœnam ducentum librarum, & dictæ Annæ Callara præcipiendo, quòd non pateretur ſe interrogari per Officiales Curiæ Eccleſiaſticæ ſuper liberos ejus conſenſu ſub pœna ducentum librarum, donec fierent litteræ reſponſivæ directæ Curiæ Eccleſiaſticæ cum certioratione dictæ revocationis juxta Regiæ Curiæ ſtylum.

ARGUMENTUM.

De dubio an ſit firmanda contentio inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares Regios, ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Dubium non firmatur in Regno Aragonum in cauſis competentiarum.*

2 *Judex ſæcularis in omnibus caſibus quibus in Regno Aragonum competentiam firmare non tenetur, inhibet de præciſo Judicem Eccleſiaſticum ſine nominatione Arbitri monendo, & requirendo illum, quatenus deſiſtat, & litteras inhibitorias revocet, quod ſi facere recuſet, temporalitates ſibi occupantur.*

3 *Judex Eccleſiaſticus in omnibus caſibus quibus in Regno Aragonum competentiam firmare non tenetur, inhibet de præciſo Judicem ſæcularem ſine nominatione Arbitri monendo, & requirendo illum, quatenus deſiſtat, & litteras inhibitorias revocet, quod ſi facere recuſet, procedit per cenſuras.*

4 *Judex Eccleſiaſticus, vel ſæcularis in Regno Aragonum illis in caſibus quibus competentiam firmare non tenentur, ſi de facto illam firment, ac litteris inhibitoriis cum nominatione Arbitri reſpondeant, & per Cancellarium declaretur competentia; nihilominus Judex qui competentiam firmare non tenebatur, poteſt in cauſa ad ulteriora procedere.*

5 *Praxis dubii an ſit firmanda contentio, procedit in Cathalonia, & Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum.*

6 *Curia cui per alteram ſcribitur in forma contentionis, non tenetur illam firmare, ſed poteſt movere dubium, an ſit firmanda contentio.*

7 *Contentio, etſi regulariter in caſibus claris, & notoriis firmanda non ſit.*

8 *Tamen Curia requiſita cogi, & compelli poteſt ad firmandum dubium, an ſit firmanda contentio, nec ne.*

9 *Nedum ſi dubium eſt ſuper notorietate juriſdictionis, ſed etiam ubi dubitatur, an ſit probabile, vel non.*

10 *Curia ſæcularis procedit contra Eccleſiaſticam recuſantem firmare dubium ad occupationem temporalitatum.*

11 *Curia Eccleſiaſtica procedit contra ſæcularem recuſantem firmare dubium per cenſuras.*

12 *Non dubitare nihil intereſt quòd una Curia dicat, ſi altera dubitat.*

13 *Dubitationem quamdam ſolicitam nihil eſt, quòd non poſſit recipere.*

14 *Contrarium apparenti aliqua ratione nihil eſt, quòd non poſſit attentari.*

15 *Exceptio rarò reperitur, quòd in jure, aut in facto non habeat ambiguitatem.*

16 *Dubium ubi non habet qualem qualem probabilitatem, non tenetur Curia illud firmare, ſed vide numer.* 17. *ubi contrarium defenditur reſpectu dubii notorietatis, & quomodo hoc procedat, explicatur n.* 24. *verſ. verum.*

18 *Statutum ut conſilium ſapientis adhibeatur, adhiberi non debet, ſi caſus eſt clarus, certus, & notorius.*

19 *Sed ſolùm peti poteſt ſuper re dubia probabili dubitatione.*

20 *Tamen ſi contendatur, an caſus ſit clarus, vel contineat dubium probabile, nihilominus articulus ad conſilium ſapientis eſt committendus.*

21 *Statuta de cauſis compromittendis inter quaſdam perſonas, quæ vigent in aliquibus Regnis.*

22 *Non procedunt in quæſtione juris certi, & clari.*

23 *Sed ſuper quæſtione juris dubii, & perplexi.*

24 *Tamen ſi contendatur an quæſtio juris ſit dubia; nec ne, talis articulus compromitti debet.*

25 *Super dubio firmatur contentio eodem ritu, modo, & forma, prout firmatur ſuper cauſa, & quæſtione principali.*

26 *Litteris contentionis expeditis ab una Curia, ſi altera firmat dubium, an ſit firmanda contentio, prima Curia tenetur reſpondere dubio cum ſuis litteris reſponſivis, aliàs non eſt contentio.*

27 *Procedimenta facta pendente dubio revocatur vias privilegiata attentatorum.*

28 *Forma ſupplicationis firmandi dubium, an ſit firmanda contentio.*

29 *Forma ſententiæ Cancellarii Cathaloniæ qua declaratur contentionem non eſſe firmandam.*

30 *Forma ſententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur contentionem eſſe firmandam.*

DECISIO XV.

IN Regno Aragonum non firmatur dubium in cauſis competentiarum; ſed Judex ſæcularis in omnibus caſibus quibus non tenetur aliquo modo competentiam firmare inhibet de præciſo Judicem Eccleſiaſticum ſine nominatione Arbitri monendo, & requirendo illum quatenus deſiſtat, & litteras inhibitorias revocet, quod ſi facere recuſat, temporalitates ſibi occupantur, Michael Ferrer. *in ſua Methodo procedendi proceſſu ſuper competentia juriſdictionis in fine, ubi teſtatur de ſtylo, & praxi illius Regni, ac ita ſæpe judicatum fuiſſe,* Bardaxi *foro* 1. *nu.* 17. *& foro* 3. *num.* 1.

1 2

numer. 1. *versic. item in processu de compet. jurisdict.* Portoles *foro* 1. *num.* 69. *& foro* 3. *num.* 6. *eodem titulo*, Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 47. *& latè* §. 2. *à num.* 6. *& à num.* 14. *ad* 25. Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *num.* 13. Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. titulo processo de compet. de jurisd. fol.* 335. *versic. y tambien se advierte.*

3 Similiter è contra Judex Ecclesiasticus in omnibus casibus quibus competentiam aliquo modo firmare non tenetur, inhibet de præciso Judicem sæcularem sine nominatione Arbitri monendo, & requirendo illum, quatenus desistat, & litteras inhibitorias revocet, quod si facere recusat procedit per censuras, Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 14. *præcipuè nu.* 24. *in fine.*

4 Et casu quo Judex Ecclesiasticus, vel sæcularis in illis casibus quibus non tenentur competentiam aliquo modo firmare si de facto competentiam firment, & litteris inhibitoriis cum nominatione Arbitri respondeant, & demum per Cancellarium declaretur competentia, nihilominus prædicta declaratione non obstante, Judex qui competentiam firmare non tenebatur, potest in causa ad ulteriora procedere, ut latè probat respondendo, contrariis Portoles §. *apprehensio col.* 3. *à num.* 63. qui plures allegat, & *num.* 71. decisiones Regiæ Audientiæ, & Curiæ justitiæ Aragonum refert Sesse *de inhibitione, capite* 9. §. 2. *à nu.* 8. & dixi *decis.* 9. *num.* 81.

5 Praxis itaque dubii an sit firmanda contentio solùm procedit in Principatu Cathaloniæ, & in Regnis Va-
6 lentiæ, Sardiniæ & Majoricarum, in quibus quando una Curia alteri scribit in forma contentionis, Curia requisita non tenetur illam firmare, sed potest dubium movere, an sit firmanda contentio, ut habetur de jure Cathaloniæ *in pragmat.* 4. §. 2. *de conten. jurisd.* Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 71. Fontanella *dec.* 313. *num.* 15. ubi testatur esse doctrinam communiter receptam & practicatam inter nos, *& dec.* 318. *num.* 2. *part.* 2. & possem infinita exemplaria Cancellarii Cathaloniæ adducere, quæ habes apud Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 218. Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 183. & aliqua retuli suprà *decis.* 8. *num.* 40. *&* 78. *& decis.* 9. *num.* 18. 27. *&* 83. *& alibi passim*, & in forma duo refero *in fine hujus decisionis* de Regno Sardiniæ habetur in Regia pragmatica relata per Regentem Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *numer.* 21. & sunt exemplaria relata suprà *decis.* 9. *num.* 18. *&* 31. De Regno Valentiæ latè & perdoctè Mattheu *de regim. Reg. Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *à num.* 50. qui *à num.* 53. plures decisiones refert, *& sect.* 4. *n.* 117.

7 At si Curia requisita non firmet primam contentionem, sed respondeat cum litteris non teneri contentionem firmare, eo quia casus est clarus, & notorius pro sua jurisdictione, & regulariter contentio
8 non sit firmanda in casibus claris & notoriis, ut dixi *dec.* 12. *num.* 45. Tamdem apud nos cogi, & compelli potest ad firmandum dubium, an sit firmanda contentio, necne, ut disponitur *in pragmat.* 2. §. 2. *de conten. jurisdic.* Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *numer.* 71.
9 Fontan. *dec.* 313. *numer.* 9. *part.* 1. & fuit milies in Cathalonia observatum de Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 21. *in margine*, & de Regno Valentiæ Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 2. *à num.* 50. Nedum si dubium est super notorietate jurisdictionis, sed etiam ubi dubitatur, an dubium sit probabile vel non, *ut cavetur in d. prag.* 4. §. 2. *de convent. jurisdic.* Cancer. *p.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 77. Ferrer. *p.* 3. *observ. cap.* 272. *versic. & dicti Arbitri*, Fontan. *decis.* 313. *per totam p.* 2. De Regno Sardiniæ, *eadem Regia pragm.* de qua Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 21. *& ibi gloss. in margine*, De Regno Valentiæ Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *à num.* 50. *& sect.* 4. *num.* 117.

10 Et si Curia Ecclesiastica recusat firmare dubium procedit Curia sæcularis contra eam per occupationem temporalitatum, & alia remedia assueta, Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 272. Regens Vico *ad Reg. Sard. lib.* 2. *titu.* 51. *num.* 21. *in margin.* Mattheu *de regim. Reg. Val. tom.*
11 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 3. *num.* 118. Et si Curia sæcularis, recusat firmare, procedit Curia Eccles. contra eam per censuras, Fontan. *dec.* 318. *num.* 2. *part.* 2.

Nihil autem interest, quòd una Curia dicat se non 12 dubitare, si alia dubitat, aliàs numquam firmaretur contentio, semper enim una, aut altera Curia idem diceret Fontan. *dec.* 313. *num.* 14. *part.* 2. Regens Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 12. *in margine*, *& num.* 21. *in margine*, Mattheu *de reg. Reg. Val. tom.* 2. *cap.* 2. §. 1. *sect.* 2. *num.* 51. Et esset in manu alterius ex Judicibus recusare contentionem firmare sub prætextu, quòd à notario sit sua jurisdictio, & quòd dubium probabile ab altera Curia non allegatur, Can-
cer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 71. cùm aliàs nihil sit 13 jam indubitatum inter homines, quod non possit suscipere quamdam solicitam dubitationem, *ut dicitur in authent. de Tabellionibus, circa medium, facit textus in l.* 3. §. *causam ff. de Carbon. edict. & in Domitius Labeo, ff. de testam.* Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 69. Fontanella *dec.* 313. *numer.* 16. *in fine part.* 2. Xammar. *de offic. Judicis part.* 1. *qu.* 13. *num.* 10. Escobar. *de ratiocin. c.* 32. *num.* 1. *&* 2.

Et eò ventum est, ut nihil sit in jure tam san- 14 ctum, cujus contrarium apparenti aliqua ratione attentari possit, ut exclamat Surdus *decis.* 222. *in fine*, quod & tradit Intrigliol. *decis.* 4. *à num.* 55. *& decis.* 36. *num.* 41. quos refert Suelves *cons.* 61. *num.* 1. *in* 15 *fine, lib.* 1. Et rarò reperitur, quòd exceptio, aut in jure, aut in facto non habeat ambiguitatem, Surd. *cons.* 252. *num.* 18. Castillo *decis.* 124. *num.* 11. *part.* 2.

Quæ intelligit Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 16 71. data quali dubii probabilitate, aliàs ubi dubium non habere qualem qualem probabilitatem, non tenetur Curia dubium firmare, nec ad id cogi, vel compelli poterit, sequitur Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 12. *in margine*, & dixit Senatus Segni Sardiniæ, in illis causis Gasparis Fortesa, & Don Ambrosi Machin *de quibus decis.* 12. *nu.* 36. in cujus confirmationem vide latè à me tradita infrà *dec.* 33. *à num.* 8. ubi explicatur, quid sit dubium probabile.

Sed hanc intelligentiam Jacobi Cancerii dicit Mat- 17 theu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *num.* 52. intelligendam esse respectu contentionis principalis, non verò respectu dubii notorietatis ex verbis nostræ concordiæ *cap.* 4. *relato in pragmat.* 1. *de conten. jurisdict.* ibi: *ubi verò super hoc, an pertineat notoriè de consuetudine, vel de jure ad Ecclesiam, vel Regiam jurisdict. super qua fiunt processus, dubitetur, concordatum est, quòd communes personæ eligantur, &c.* Et sic concludit, quòd quamvis dubium non sit probabile, suscitato dubio notorietatis, debet Curia, quæ affirmat ad se jurisdictionem notoriè pertinere super hoc dubio contentionem admittere cum electione Arbitri, aliàs repugnant verba ipsius concordiæ, ibi, *an pertineat notoriè*, sub quibus venit omne illud, quod aliqua tergiversatione celari non potest, Barbosa *appellat.* 166. *numero* 2. & idem Mattheu *à num.* 53. comprobat pluribus decisionibus Cancellarii Regni Valentiæ; & de observantia Cathaloniæ videatur casus relatus per Fontanellam *decis.* 313. *per totam part.* 2. & fuit declaratum per Cancellarium Soler Consultoribus Codina, Vilosa, Llunes, Ferrer. & Pastor 5. *Junii* 1658. *in facto dubii notorietatis ad favorem Curiæ secularis Regiæ Audientiæ, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Nobilem Didacum Giron de Robollodo Priorem, & Canonicum Tarraconæ*, & idem Mattheu *eodem numer.* 52. temperat, nisi casus esset tam clarus, quod pluries definitum reperiretur, & pars allegans notorietatem esset in innegabili possessione illius juris, ut in cognitione bonorum de Realengo in suo Regno, Majoricarum; nam tunc judicium esset elusorium, eo quòd sæpè sæpiùs diffinitum est per Regios Cancellarios.

Comprobatur, nam stante statuto ut consilium sa- 18 pientis adhibeatur, non debet adhiberi si casus est clarus, certus, & notorius, Bartol. *in l. ille*, §. *cum in verbis, ff. de legat.* 3. cum pluribus aliis relatis per Doctores *in annotat. ad statuta Parmæ rub. de consiliis sapientis, versic. an in re clara, cum seq. fol.* 72.

Porto-

Portoles §. *consultatio num.* 7. Lancellotus *de attentat.*
19 *part.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. Gratian. *discep. foren. cap.* 536. *nu.* 20. cum relatis per Giurbam *cons.* 32. *num.* 27. Cancer. *part.* 3. *var. c.* 10. *numer.* 78. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *qu.* 7. *num.* 16. Et solùm peti potest super re dubia probabili dubitatione, Castren. & Æmilian. quos citant Doctores *in annotat. ad statuta Parmæ, loco relato,*
20 *versic. sed super re, fol.* 72. alios laudat Giurba *cons.* 32. *num.* 27. Tamen si contendatur an casus sit clarus, vel contineat dubium probabile, nihilominus articulus ad consilium sapientis est committendus, ut resolvit Plotus, relatus per Doctores *in annotat. ad statuta Parmæ, loco citato, versic. parte autem negante, folio* 72.

21 Comprobatur etiam, nam statuta de causis compromittendis inter quasdam personas, quæ vigent Romæ, Neapoli, & aliis partibus Italiæ, Gratian. *discep. foren. capite* 536. Scaccia *de jud. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 2. *num.* 27. Maranta *de ord. jud. p.* 6. *titul. de compromisso*, Tuschus *pract. concl. littera S. concl.* 437. In Regno Valentiæ Regens Leon *decis.* 114. *lib.* 1. In Regno Sardiniæ Dexart. *in c.* 1. *de compromisso, fol.* 1167. Non procedunt in quæstione juris certi, & clari. Bald. *in l. ancillæ, num.* 2. *C. de furtis*, Decius *in cap. pastoralis num.* 9. *de rescript.* Maranta *de ord. jud. part.* 6. *de compromisso, num.* 29. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *numer.* 19. Tuschus *pract. concl. littera S. concl.* 487. *num.* 102. Gratian. *discep. foren. capite* 536. *num.* 5. Cancer. *part.* 3. *variar. cap.* 10. *sub numer.* 78. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 102.
22 *sub num.* 5. *& lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 62. Sed solùm super quæstione juris dubii, & perplexi, Bald. *in l. cum proponas, numero* 1. Salicet. *numero* 1. *in fine, C. de rebus credit.* Jason. *cons.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. Menochius *de arbit. jud. qu.* 53. *numer.* 8. Ludovic. *decis. Lucen.* 26. *à num.* 9. Maranta *de ord. jud. part.* 6. *de compromisso, num.* 29. *in fine*, & alii relati per Gratian. *discep. foren. cap.* 536. *numer.* 5. 7. *&* 18. Tuschus *pract. concl. littera S. concluf.* 487. *numer.* 130. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 102.
23 *sub num.* 5. *& lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 4. *num.* Tamen si contendatur, an quæstio juris sit dubia, necne talis articulus compromitti debet, Castren. *in l. si quis in scribendo, numer.* 11. *C. de pact.* Gratian. *discept. foren. cap.* 536. *num.* 5. *in fine*, Scaccia *de jud. lib.* 2. *c.* 2. *qu.* 4. *num.* 199. *&* 232.

24 Verùm intelligentia Doctoris Mattheu *relata num.* 17. declaranda est, ut procedat, & vera sit data capacitate inter Curias contendentes ad firmandam contentionem juxta nostram concordiam, ut puta, quòd Curiæ Ecclesiasticæ sint ordinariæ, *de quibus decis.* 8. *per totam*, & Curiæ sæculares sint Regiæ ordinariæ, *de quibus decis.* 10. *per totam*, quo casu, Curiæ recusantes contentionem firmare cogi possunt ad firmandum dubium notorietatis, nisi casus esset tam clarus, quòd pluries definitum reperiretur; data verò incapacitate inter Curias contendentes ad firmandam contentionem juxta concordiam: exemplum est, si Curiæ Ecclesiasticæ procedant ut laici Barones, & in aliis casibus similibus *de quibus decis.* 9. *per totam*, vel non procedant ut ordinariæ, sed ut delegatæ, *juxta ea quæ dicam decis.* 29. & Curiæ sæculares non sint Regiæ, sed Baronales, & in aliis similibus casibus *relatis decis.* 11. *per totam*, eo tunc Curiæ recusantes contentionem firmare cogi non possunt ad firmandum dubium notorietatis, per ea quæ de Curia Assembleæ Equitum S. Joannis Hierosolymitani tradit Xammar. *defin.* 100. *part.* 2. & de Curia Præsidentium Religionis S. Benedicti tradit Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 13. *p.* 3. *à num.* 21. Ratio est, quia in primo casu, data capacitate inter Curias contendentes firmato dubio notorietatis, potest Cancellarius declarare, an contentio sit firmanda, vel non: in secundo autem casu, data incapacitate inter Curias contendentes, etiam si dubium notorietatis inter eas firmetur, non potest Cancellarius declarare, an contentio sit firmanda, vel non, sed tenetur declarare contentionem non esse, & sic data incapacitate inter Curias contendentes firmari non potest inter eas dubium notorietatis; frustra enim expectatur eventus, cui effectus nihil operatur, ut pluribus juribus, & Doctoribus tradunt Barbosa *axiom.* 84. *numer.* 3. & Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 5. *num.* 12. frustrà dicitur fieri omne illud, quod aliquo jure valere non potest, Ferrer. *in constit. los impubers, gloss.* 7. *num.* 133. & per prædicta sensit Senatus noster junctis tribus Aulis 19. Februarii 1660. contra Archiepiscopum Tarraconæ procedentem ut Baronem, *in casu de quo memini decis.* 9. *num.* 3. *in fine, & decis.* 28. *num.* 109. *versic. similiter*, & idem practicandum existimo, si Ecclesiastica ordinaria vellet firmare dubium notorietatis pro aliquo Ecclesiastico Barone suæ Diœcesis; nam tale dubium locum non habet, nec admitti potest per Curiam sæcularem, quia eadem ratio militat considerato subjecto, nempè temporali jurisdictione, quam exercet Ecclesiasticus ut Baro, de cujus procedimentis solus Dominus Rex est Judex competens, *ut dixi decis.* 9. *num.* 3. vide tradita *eadem dec.* 9. *num.* 89. *quæ hic accomodantur.*

Super dubio firmatur contentio eisdem ritu, mo- 25
do, & forma, prout firmatur super casu, & quæstione principali, expediuntur super dubio litteræ ab utraque Curia, eliguntur Arbitri, & illis discordantibus, vel non declarantibus, Cancellarius uti Tertius dubium dirimit, de jure Cathaloniæ, *pragm.* 4. §. 2. *de conten. jurisdict.* Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 172. *versic. & dicti Arbitri*, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *à numer.* 62. Fontan. *dec.* 313. *à numer.* 10. *& per totam part.* 2. ita fuit decisum per Cancellarium Loris 9. Augusti 1577. Consultoribus Fontpastor, & Sala *in favorem Curiæ sæcularis Gerunden. Petri Vives, & Joannis Domenech arrendatorem jurium dictæ Civitatis, contra Curiam Ecclesiasticam Gerunden. & Stephanum Puig. Presbyterum*, & per Cancellarium Manegat 14. Julii 1583. Consultoribus Ferrer. Ros, & Planes *contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ*, & per eumdem Cancellarium Manegat 29. Octobris 1583. Consultoribus Planes & Sans *contra Curiam Ecclesiasticam Gerunden. & in favorem Curiæ sæcularis Vicarii Campirotundi*, & per Cancellarium Rovirola 14. Decembris 1601. Consultoribus Fontanet, & Salba de Vallseca *in favorem Fisci Procuratoris Patrimonialis, Antonii Blades, & aliorum Villæ de Cambrils, contra Curiam Ecclesiasticam Archiepiscopatus Tarraconæ, & Fisci Procuratorem Mensæ Archiepiscopalis*, & possem infinita exemplaria moderna referre, in quibus ita observatum fuit de Regno Sardiniæ *probat eadem Regia pragmatica* de qua Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 21. & vidi in eo Regno pluries practicatum; in Regno Valentiæ ita etiam observatur, vide decisiones relatas per Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. *sect.* 2. *à num.* 52.

Nota quòd expeditis litteris contentionis ab una 26
Curia, si altera firmat dubium, an sit firmanda contentio, prima Curia tenetur respondere dubio, illudque acceptare cum suis litteris responsivis, aliàs contentio non est, ut fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Copons 2. Maii 1595. *inter Baiulum Regium Vallis de Hostalesio, Joannem Cheridach, & Petrum Pages oppidi sancti Felicis de Pallarols ex una, & Curiam Ecclesiasticam Gerunden. & Narcissum Moller Notarium ex altera*, & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, Miya Villefranquesa, & Ferruz 10. Octobris 1612. *inter Curiam Ecclesiasticam Elnen. & Antonium Regens Villæ Perpiniani ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, Antonium Joannem Melies, & alios ex altera*, & fuit practicatum in Regno Sardiniæ in illa causa dubii Emanuelis Pira Villæ de Gavoi *de qua suprà decis.* 9. *numer.* 31. *in qua expeditis litteris contentionis per Curiam Ecclesiasticam Arboren. super repetitione processus facti per Curiam sæcularem contra dictum Pira prætensum Clericum tonsuratum & firmato dubio pro parte Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, an procederet contentio, non existente reo capto in Regiis carceribus, Curia Ecclesiastica Arboren. nihil respondit, sed transactis diebus concessis Arbitris, & Cancellario ad declarandum, expedivit litteras in forma, ut sibi traderentur processus facti contra dictum Pira eo motivo, quòd contentio ob lapsum termini censebatur declarata in favorem*

Eccle-

Ecclesiæ, sed pro parte Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ formiter, & litteratorie fuit responsum contentionem principalem non fuisse firmatam per curiam sæcularem, sed super dubio, & cum Curia Ecclesiastica non respondisset, nec illud acceptasset, non poterat dici contentio firmata, nedum super negotio principali, sed nec super dubio, & consequenter, nec declarata in favorem Ecclesiæ ex Portoles *foro 3. num. 12. in fine, de comp. jur. & quòd primitus dicta Curia Ecclesiastica tenebatur super dubio respondere, & super illo contentionem firmare: atque ita quòd debebat dictas litteras cassare, revocare, & annullare sub commination occupationis temporalitatum, quibus visis, Curia Ecclesiastica Arboren. firmavit contentionem super dubio, & fuit declaratum contentionem non procedere, ut tradidi decis. 9. num. 31.*

27 Pendente dubio, an sit firmanda contentio, processus utriusque Judicis conquiescere debent, aliàs revocantur via privilegiata attentatorum, de quo latè infrà, *decis. 22. à num. 56.*

28 Deveniendo ad practicam hujus decisionis. Ponamus, quòd per Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ sint expeditæ litteræ in forma contentionis super repetitione Francisci N. Clerici dictæ Civitatis, & Curia sæcularis Regii Concilii criminalis vult movere dubium, an sit firmanda contentio, tunc Fisci Procurator Regiæ Curiæ offerre debet supplicationem in forma sequenti.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

INstantibus Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Francisco N. prætenso Clerico dictæ Civitatis fuerunt expeditæ litteræ firmæ juris in forma contentionis die 25. Maji 1656. per Didacum C. Officialem, & Vicarium generalem Rever. Episcopi Barcinon. quibus in effectu vestra Excellentia, & Regium Concilium monentur, & hortantur, quatenus dictum Franciscum N., processum, & omnia procedimenta in Regia Curia contra eum facta remittant dicto Officiali Barcinonen. eo motivo, quòd est Clericus, &c. Et consequenter à jurisdictione sæculari exemptus, aut in casu hæsitationis contentionem firmarent cum electione Arbitr. juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum prout latius in dictis litteris continetur, quæ producantur, ut inserunt. Cumque dictus Franciscus N. captus non existat in Regiis carceribus, & reo non existente capto in Regiis carceribus contentio non procedat. Vel pone alias rationes quas habueris. *Ideò, & alias Fisci Procurator Regiæ Curiæ firmans jus, & de jure dicto Officiali, & Vicario generali, & dicto Francisco N. in & super bonis suis cum legitimo augmento in forma solita supplicans juris firmam admitti, & dicto Didaco C. Officiali, & Vicario generali Reverend. Episcopi Barcinonæ scribi, quatenus casset, revocet, & annullet, & à regestris suæ curiæ deleat litteras, & omnia, & singula in eis contenta, & de annullatione, cassatione, & revocatione certiorem vestram Excellentiam reddant, cum contentio firmari non possit nisi existente dicto Francisco N. in Regiis carceribus, & si in his hæsitaverit, licèt hæsitandum non sit, firmet contentionem super dubio, si reo non existente capto in carceribus sæcularibus possit firmari contentio super causa principali, & super hoc dubio tantùm juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum Arbitrum pro parte Curiæ Ecclesiasticæ eligat, qui unà cum Arbitro per vestram Excellentiam eligendo hoc dubium dirimant, & declarent, & pro his litteras opportunas in debita forma expedire juxta stylum officio, &c. quæ licèt, &c.*

Altissimus.

N. Fisci Advocatus.

Cui supplicationi fit solita decretatio, postea providetur per Relatorem facto verbo in Regio Consilio, cujus provisionis vigore expediuntur præsentatis, si Curia Ecclesiastica non respondeat, offerri possunt secunda, & tertia supplicationes, & expedire secundas, & tertias litteras, eo modo quo tradidi *decis. 23. à num. 62.* & idem ritus servatur in Regno Sardiniæ, dixi ibidem *num. 68.*

Si autem Curia Ecclesiastica acceptat contentionem super dubio, per Fisci Procuratorem suæ Curiæ, vel per partem offerenda est supplicatio, & illa provisa, expediuntur litteræ responsativæ eo modo quo dixi *dec. 14. num. 14.* & 15. factis probationibus devenitur ad sententiam, quæ solet per Cancellarium formari secundùm decisiones relatas *decis. 9. à num. 18.* & *num. 31.*

Sequitur sententia Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur contentionem non esse firmandam.

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, Et Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum illustris, Admodumque Reverendus Dominus Don Petrus à Puigmari I.V.D. Abbas sancti Michaelis de Cuixamo Ordinis Claustralis divi Benedicti nullius Diœcesis, Regius Consiliarius, & Cancellarius. In facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Barcinonæ in vim litterarum subsidiariarum à Curia Ecclesiastica Vicen. ex una, & Curiam sæcularem Regii Concilii criminalis ex altera parte, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Joannis Bonson dictus lo Gasco del planell extracti, ut per ipsum prætenditur ab anno 1624. à Monasterio Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis Vici, in vim Guidatini sibi concessi per quemdam Commissarium dictum lo Balle Marti, & postmodum liberè dimissi, & relaxati, iterumque, & ex post facto in mense Martii 1626. capti, & in carceribus Regiis præsentis Civitatis, ubi ad præsens detinetur mancipati, & de aliquibus delictis impetiti, visis litteris tam subsidiariis, quàm in forma contentionis, & Arbitri electione à dictis Curiis Ecclesiasticis Barcinonensis, & Vicen. emanatis, visis litteris responsivis à dicta Curia sæculari emanatis movendo dubium, an dicta contentio sit firmanda, necne, cum Arbitri electione pro dicto dubio, visis litteris à dicta Curia Ecclesiastica Barcinonen. emanatis cum Arbitri electione pro dicto dubio dicendo, & cum earum omnium debitis præsentationibus, visis articulis pro parte dicti Bonson die 23. Februarii 1629. oblatis unà cum processibus, & procedimentis tàm in dictis Curiis Ecclesiasticis respectivè, quàm in dicta Curia sæculari Regii Concilii factis, in & cum dicta supplicatione exhibitis, nec non visis dispositionibus testium super dictis articulis ministratorum, visis aliis supplicationibus tàm pro parte Regii Fisci Procuratoris, quàm etiam pro parte dicti Bonson respectivè oblatis, visa prorogatione termini ad declarandum præsentem causam dubii factam usque ad diem primam mensis Maii proximè venturi, viso toto processu, visis denique videndis, attentisque attendendis sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem per dictam Curiam sæcularem Regii concilii criminalis non esse firmandam.

Don Petrus à Puigmari Can. Lata, & promulgata fuit hujusmodi sententia, pronunciatio, seu declaratio per dictum admodum Illustrem, & admodum Reverendum Dominum, & dilectum Consiliarium, & Cancellarium Regium Don Petrum a Puigmari in quadam aula domorum suæ propriæ habitationis, quam fovet in præsenti Civitate Barcinonæ in Vico dicto lo carrer amplè, & de ipsius mandato lecta, & publicata per me Paulum Marques Presbyterum authoritatibus Apostolica atque Regia Notarium publicum, & causarum contentionum Scribam Barcinonæ commorantem, die septima mensis Aprilis anno à Nativitate Domini 1629. præsentibus pro testibus Joanne Francisco Vilamala, & Conangles domicello in Villa sancti Stephani de Bas domiciliato, & Lazaro Vilalongo Cive Barcinonæ ad hæc vocatis specialiter, & assumptis prout superius continetur.

Quæ fuerunt intimata, & notificata per N. Regium Virgarium sic referentem.

Sequitur alia sententia Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur contentionem esse firmandam.

Jesu Christi, ejusque purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

Ad-

ADmodum Illustris, Reverendissimusque Dominus Don Franciscus de Erill Abbas Monasterii sancti Cucuphatis Valen. Ordinis S. Benedicti Barcinon. Diœcesis Reg. Consiliarius, & Cancellar. in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Gerunden. ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Regii Civitatis Gerunden. ex altera partibus, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Joannis Sabadi agricolæ Parochiæ de Pujals dels Cavallers Diœcesis Gerunden. extracti violenter per Subvicarium, & Judicem Regium dictæ Civitatis Gerundæ ab Ecclesia Parochiali dictæ Parochiæ de Pujols del Cavallers die 18. Januarii proximè lapsi, & carceribus Regiis Gerundæ ubi ad præsens detinetur mancipati, impetitique de nece per eum die 16. ejusdem mensis Januarii in personam Jacobi Poch agricolæ dicti loci de Pujols dels Cavallers icti tormenti manualis sivè pedrenal perpetrata, visis litteris firmæ juris, & monitoriis à dicta Curia Ecclesiastica Gerunden. emanatis, visis aliis litteris firma juris à dicta Curia sæculari emanatis movendo dubium, an sit firmanda contentio, nec ne, cum Arbitri electione pro dicto dubio decidendo, visis litteris responsivis à dicta Curia Ecclesiastica in forma dubii cum electione Arbitri pro dicto dubio decidendo emanatis cum earum omnium debitis præsentationibus, visa supplicatione pro parte Joannis Sabadi die 16. Februarii proximè lapsi oblata unà cum procedimento in dicta Curia Ecclesiastica, & coram Arbitris factis in & cum ea exhibitis, visa supplicatione pro parte Procuratoris Fiscalis Regiæ Curiæ die 22. dicti mensis Februarii oblata unà cum procedimentis, & inquisitionibus contra dictum Joannem Sabadi in dicta Curia sæculari fulminatis in & cum ea exhibitis, visis articulis pro parte dicti Joannis Sabadi die 24. ejusdem mensis Febr. oblatis, visa prorogatione termini ad declarandum præsentem dubii causam facta usque ad diem secundam mensis Aprilis proximè venturi, viso toto processu, visis denique videndis, & attentis attendendis sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem per dictam Curiam sæcularem Regii Vicarii Gerundæ esse firmandam.

Don. Fran. de Frill. Can.

Lata ut suprà die 16. Martii 1635.

ARGUMENTUM.

De Arbitris eligendis in causis contentionum, & competentiarum inter Judices Ecclesiasticos, sæculares Regios, ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Arbitri nominatio facienda est à Curia, quæ contentionem movit in primis litteris contentionis, quas alteri Curiæ scribit, remissivè.*

2 *Arbitri nominatio facienda est à Curia requisita intra tres dies post præsentationem primarum litterarum contentionis cum expeditione suarum litterarum responsivarum, remissivè.*

3 *Arbitri contentionum, qui persoliti sint nominari in Corona Aragonum, remissivè.*

4 *Arbitri pro causis contentionum eligendi sunt in Cathalonia per ambas Curias in capite Vicariæ Civitatis, vel Villæ, in qua formata fuerit contentio, idem in Regno Sardiniæ, num. 5.*

6 *Arbitri si non eliguntur in capite Vicarii Civitatis, vel Villæ, in qua fuerit formata contentio, declaratur contentionem non procedere.*

7 *Arbitri si eliguntur diversarum Vicariarum declaratur contentionem non procedere, & num. 8.*

9 *Arbitri in Regno Aragonum eligi debent in loco, ubi reus captus reperitur, & quid in Regno Valentiæ num. 10.*

11 *Arbitri nominandi sunt in loco, ubi residet Regia Audientia, quando litteræ contentionis ab ea emanantur, & idem est in Regno Aragonum, numer. 18. & in Regno Sardiniæ, numer. 19.*

12 *Arbitri si eliguntur extra locum Regiæ Audientiæ, à qua competentia emanavit, declaratur contentionem non procedere.*

13 *Regia Audientia per evocationem succedit in locum Judicis primitivi, coram quo antea causa tractabatur, vel tractari debebat.*

14 *Evocatio non mutat causam, litem, actionem, nèc judicium.*

15 *Fidejussores dari coram ordinario evocata causa ad Regiam Audientiam remanent obligati.*

16 *Evocatio quid sit, & num. 17.*

20 *Adverbium ubi, quomodo sumatur in nostra concordia, & num. 21.*

22 *Arbitri contentionum in Cathalonia, & Sardinia debent esse litterati, & quid de jure communi, nu. 23. sed cujus litteraturæ debent esse referuntur opiniones, n. 24. 25. & 26.*

27 *Arbitri contentionum debent esse præsentes tempore electionis in capite Vicariæ, ubi firmatur contentio, alioquin declaratur contentionem non procedere, num. 28. & nu. 29.*

30 *Arbitri in causis contentionum debent esse legitimè nominati, adeò ut si unus ex illis tempore electionis, vel prolationis sententiæ fuerit excomunicatus, contentio non procedit, nec sententia valida est, & n. 31. quod est juri comuni conforme n. 32.*

33 *Arbitri in causis contentionum electi an cogi possint officium acceptare, traditur opinio negativa, sed contrarium est verius à n. 34. & nu. 40.*

34 *Arbitri voluntarii ex mera partium voluntate electi compelli non possunt acceptare compromissum, limita in casu eminentis scandali, n. 35. vel postquam acceptaverint, n. 36.*

37 *Arbitri contentionum sunt veri Judices.*

38 *Judex potest cogi quis esse, nisi rationabilem causam alleget.*

39 *Judex non potest se ipsum suspectum reddere.*

41 *Arbitri in causis contentionum an sint ordinarii, vel delegati, refertur utraque opinio, sed arridet, quod sint ordinarii, & assignatur ratio, num. 42.*

43 *Syndicatores, sivè Judices Tabulæ sunt ordinarii.*

44 *Arbitri competentiarum non habent territorium subjectivè, nec circumscriptivè, sed contrarium est verius, n. 46.*

45 *Territorium non est de substantia jurisdictionis ordinaria.*

47 *Arbitri competentiarum mortuo uno ex judicibus qui eos nominavit, in causa procedere possunt.*

48 *Arbiter unus sufficit si ab utraque Curia nominetur.*

49 *Arbiter potest nominari Cancellarius ab ambabus Curiis, quod est juri civili contrarium, num. 50. sed conforme juri Canonico. 51.*

52 *Arbitri in causis contentionum, an debeant esse Ecclesiastici, vel unus Ecclesiasticus, & alius laicus, & an possint esse omnes sæculares.*

53 *Prima opinio refertur, quòd debent esse omnes Ecclesiastici.*

54 *Articulus competentiæ jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticum, & sæcularem videtur spiritualis, sed contra num. 63.*

55 *Compromitti super spiritualibus non potest in laicos.*

56 *Secunda opinio refertur, quod debent esse unus Ecclesiasticus, & alius laicus.*

57 *Concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum videtur disponere quòd Arbitri sint unus Ecclesiasticus, & alius laicus, sed contra n. 72.*

58 *Consuetudo videtur esse in Corona Aragonum, quòd Arbitri sint unus Ecclesiasticus, & alius laicus, sed contra, n. 73.*

59 *Judices quando contendunt, cujus sit jurisdictio, ambo in declarando concurrere debent, & vide, num. 77.*

60 *Compromitti super spiritualibus potest in laicum simul cum Clerico.*

61 *Tertia opinio refertur, quòd Arbitri possunt esse omnes laici, & num. 68. Reprobantur Doctores contrarii.*

62 *Ar-*

62 *Arbitrorum fit mentio in multis partibus juris, ſed quales debeant eſſe pro declarandis contentionibus, non reperitur expreſsè diſpoſitum, & latè per diſcurſum.*

64 *Compromitti per Eccleſiaſticos de merè civilibus poteſt in laicos.*

65 *Etiam ſine conſenſu Epiſcopi.*

66 *Dellegatio de merè civilibus poteſt fieri per Eccleſiaſticos laicos.*

67 *Eccleſiaſticis quandoque convenit ſæcularium opera uti in judicando.*

69 *Caput* ſi Judex laicus, de ſentent. exc. in 6. *nunquam fuit in Cathalonia practicatum, remiſſivè.*

70 *Caput* ſi Judex de ſententia excommunicationis in 6. *explicatur.*

72 *Compromitti ſuper ſpiritualibus per Eccleſiaſticos poteſt in laicos uti amicabiles compoſitores.*

74 *Conſuetudo non inducitur ex actibus diſformibus.*

76 *Conſuetudo eligendi Arbitrum in cauſis contentionum pro parte Eccleſiæ perſonam Eccleſiaſticam eſt merè facultativa.*

77 *Conſuetudo ex actibus facultativis non inducitur.*

78 *Arbitri competentiarum poſſunt omnes eligi Eccleſiaſtici.*

79 *Arbitri contentionum intra quantum tempus debent in Cathalonia illam declarare, & n.* 80. 81. *ubi reſolvitur quod intra quinque dies, idem in Regno Sardiniæ n.* 82. *in Regno Aragonum nu.* 83. *& in Regno Valentiæ n.* 84.

85 *Tempus conceſſum Arbitris ad declarandum de conſuetudine non prorogatur.*

86 *Tempus conceſſum Arbitris ad declarandum computatur in Corona Aragonum poſtquam litteræ reſponſivæ ab una Curia alteri præſentatæ fuerint, quod eſt juri communi contrarium. numer.* 87.

88 *Tempus datum Arbitris ad declarandum eſt continuum, & num.* 93.

89 *Tempus datum Arbitris ad declarandum currit de momento ad momentum, & nu.* 94.

90 *Tempus conceſſum Arbitris ad declarandum comprehendit etiam dies feriatos, & nu.* 95.

91 *Sententia lata per Arbitros contentionum die feriata valida eſt, adeò ut nullitas ea de cauſa allegata omnino repellatur, n.* 92.

96 *Sententia lata per Arbitros poſt terminum eis datum ad declarandum non valet, quod eſt juri communi conforme, n.* 97.

98 *Arbitri poſſunt contentionem declarare quolibet die quinque dierum eis ad declarandum conceſſo.*

99 *Dictio* intra *includit ſua extrema.*

100 *Terminus decem dierum aſſignatus ad aliquem actum faciendum quolibet die illorum poteſt ille actus fieri.*

101 *Arbitri contentionum non poſſunt cognoſcere de cauſa principali.*

102 *Sententia lata per Arbitros non viſo proceſſu valida eſt, quod eſt juri communi contrarium. numer.* 103.

104 *Curiæ tàm Eccleſiaſtica, quàm ſæcularis, & partes intereſſe habentes poſſunt coram Arbitris ponere, dicere, & allegare quidquid voluerint.*

105 *Probationes factæ coram Arbitris ſi producantur, in Cathalonia coram Cancellario, & quid in aliis Regnis Coronæ Aragonum.*

106 *Arbitri in cauſis contentionum licèt rarò declarent, ſi volunt, declarare poſſunt, & n.* 107.

108 *Arbitri contentionum unus ſine alio judicare non poſſunt.*

109 *Quod eſt juri communi conforme.*

110 *Amplia nec definitivè, nec interlocutoriè.*

111 *Amplia etiam, ut nec poſſint proceſſum inſtruere.*

112 *Arbitri contentionum ut declarare valeant, an ſimul convenire debeant, an verò ſufficiat ſeparatim vota ſua concorditer reddere.*

DECISIO XVI.

1 QUæro 1. quando facienda eſt nominatio Arbitri à Curia, quæ contentionem movit? Reſpondeo quòd in primis litteris contentionis, quas alteri Curiæ ſcribit, ut de jure Cathaloniæ, Aragonum, Valentiæ & Sardiniæ *probavi dec.* 13. *num.* 24. *& n.* 25. Addidi, quòd ſi primæ litteræ Arbitri nominationem non contineant, non indè revocandæ ſunt, ſed temperandæ Arbitrum nominando, ut inutilis circuitus vitetur.

2 Quæro 2. quando facienda eſt nominatio Arbitri à Curia requiſita? Reſpondeo quòd intra tres dies poſt præſentationem primarum litterarum contentionis tenetur reſpondere expediendo litteras cum electione alterius Arbitri, ut de jure Cathaloniæ, & Aragonum; *dixi deciſ.* 14. *num.* 3. ubi etiam tradidi, quid obſervetur in Regnis Valentiæ, & Sardiniæ.

3 Quæro 3. Arbitri in cauſis contentionum qui perſoliti ſint nominari in Corona Aragonum, tàm pro parte Curiæ Eccleſiaſticæ, quàm Curiæ ſæcularis, vide tradita, *dec.* 13. *n.* 26. 27. *& 28.*

4 Quæro 4. quo in loco Arbitri ſint eligendi pro cauſis contentionum, & competentiarum decidendis? Reſpondeo quòd in Cathalonia ſunt eligendi, & nominandi per ambas Curias, in capite Vicariæ Civitatis, vel Villæ in qua formata fuerit contentio, *conſtitutio perque* 3. *de conten. juriſd.* Michael Ferrer. *par.* 5 3. *obſer. cap.* 172. *verſic. adde quod noviſſimè*, Ripoll. *in pact. Vic. Barcin. rub.* 11. *numer.* 5. & idem eſt in Regno Sardiniæ, probat Regia pragmatica quæ eſt conſtitutio proximè allegata relata per Regentem Vico *l.* 2. *tit.* 51. *n.* 39. & adeſt Regia epiſtola Sereniſſimi Domini noſtri Regis, dat. Matriti 4. Maii 1741. *in libro Regiarum Epiſtolarum Regiæ Audientiæ Sardiniæ fol.* 125.

6 Adeò quòd ſi Arbitri non eliguntur in capite Vicariæ Civitatis, vel Villæ, in qua formata fuerit contentio, declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, ut fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Copons 21. Octobris 1595. *inter Curiam Eccleſiaſticam Gerunden. & Joannem Vila Clericum oppidi de Olot ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Regii Campirotundi Raphaelem Roſſels, & Raphaelem Terada loci de Olot ex altera*, & per Rovirola Tertium 21. Maii 1597. *inter Curiam Eccleſiaſticam Gerunden, & ejus Fiſci Procuratorem ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Campirotundi, & Jacobum Boixeda Bajulum de Molione ex altera*, & per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer. & Jouer 25. Septembris 1612. *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Joannis Abella ſancti Salvatoris de Tolo.*

7 Quod in tantùm verum eſt, ut Arbitri eligi non poſſint diverſarum Vicariarum, & ſi electi fuerint, declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *n.* 5. ut fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Copons, Conſultoribus Alzina, Valencas. Regas, & Aſtor 20. Septembris 1595. *inter Curiam Eccleſiaſticam Gerunden. ex una & Curiam ſæcularem Vicarii Campirotundi ex altera*, & per Rovirola Tertium, Conſultoribus Gallego, Regas & Aſtor 21. Februarii 1597. *inter Curiam Eccleſiaſticam Gerunden. ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Vic. ex altera* & per dictum Rovirola Tertium, Conſultoribus Sabater, Fontanet, & Pineda 19. Julii 1597. *inter Curiam Eccleſiaſticam Tarraconæ ex una, & Vicarium Regium Acrimontis ex altera*, & per dictum Rovirola Tertium Conſultoribus Fontanet, & Pineda 8. Octobris 1597. *inter Curiam Eccleſiaſticam Dertuſæ ex una, contra Curiam ſæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ ex altera*, & per Onofrium Joannem Cellers Tertium, Conſultoribus Fontanet, & Torner 17. Dec. 1602. *inter Curiam ſæcularem Illerdæ ex una, & Curiam Eccleſiaſticam Urgellen. ex altera*, & per Junyent Tertium, Conſultoribus Senjuſt, Magarola, Ferruz, & Rubicoll. 9. Decembris 1610. *inter Curiam ſæcularem Procuratoris Regii Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ, & Curiam Eccleſiaſticam Urgellen.* & per eumdem Tertium Junyent, dicto die, cum eiſdem Conſultoribus, *inter Curiam ſæcularem Procuratorem Regii Patrimonii Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ ex una, & Curiam Eccleſiaſticam Urgellen. ex altera*, & per dictum Junyent Tertium dicto die, & cum eiſdem Conſultoribus *inter Cu-*

riam Eccleſiaſticam Urgellen. ex una, & Curiam ſæcularem Procuratoris Regii Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ ex altera, & per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferruz, & Rubicoll. 20. Octobris 1612. *inter Curiam Eccleſiaſticam Dertuzæ ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Barcinonæ ex altera*, & per eumdem Cancellarium Agullana 24. Septembris 1614. *inter Curiam Eccleſiaſticam Urgellen. ex una & Curiam ſæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ ex altera*, & per dictum Cancellarium Agullana, & Conſultoribus Magarola, & Miyavila Franqueſa 18. Januarii 1615. *inter Curiam Eccleſiaſticam Ilerdæ ex una, & Curiam ſæcularem Regentis Subvicariam de Talaru ex altera*, & per præfatum Cancellarium Agullana, Conſultoribus Gamiz, & Morell. 24. Novembris 1615. *inter Curiam Eccleſiaſticam Decanatus Cervariæ ex una, & Curiam ſæcularem Regentis Vicariam Tarregæ ex altera*, & per eumdem Cancellarium Agullana 20. Aprilis 1616. *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Pauli Murgo Villæ de Tremp.* & per Cancellarium Carmona 20. Julii 1618. *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Antonii Torregroſſa Parochiæ ſancti Vincentii de Maſſanes*, & per dictum Cancellarium Carmona 31. Julii 1619. *inter Curiam Eccleſiaſticam Decani Villænovæ ſancti Antonini ex una, & Bajulum Regium Montiſalbi ex altera*, & per Cancellarium Erill. 27. Octobris 1635. *in facto contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam Decanatus Minoriſſæ ex una, & Curiam ſæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ ex altera*, & per eumdem Cancellarium Erill. 9. Maii 1637. *in cauſa contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam Tarraconæ ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Regii Acrimontis ex altera*, & per Fra. Michaelem de Soler Tertium 2. Julii 1640. *in cauſa contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam Tarraconæ ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Montiſalbi ex altera*.

Et hoc ne partes ſumptibus, & expenſis vexentur, *dicta conſtit. 3. de conten. juriſdic.* Ripoll. *in prac. Vicar. Barcin. rub.* 11. *numer.* 5. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 2. tit. 51. numer.* 39. facit textus *in capit. finem litibus de dolo, & contu. l. 2. C. ubi de ratiocin. agi oportet*, Gratian. 180. *in addit. num.* 7. Fontanella *de pactis nup. tom. 1. clau. 4. gloſſ. 9. part. 5. num.* 43. *& deciſ.* 161. *num.* 10. *&* 11. *part. 1.*

9 In Regno verò Aragonum, Arbitri ad competentiam dirimendam nominari debent in loco, ubi reus captus reperitur, *forus altiſſimus* ubi Bardaxi *in prin. & numer.* 2. Portoles *num.* 1. *de compet. juriſdic.* Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *numer.* 5. Molinos *in pract. Reg. Aragon. titulo proceſſo de compet. de juriſd. verſic. item ſe advierte, fol.* 335. ne propter abſentiam Arbitrorum cauſa competentiæ differatur, *forus ultimus* ubi Bardaxi *ante num.* 1. *de competen. juriſd.*

10 In Regno Valentiæ arbitri contentionum eliguntur reſpectivè ab unaquaque Curia in loco juriſdictionis, etiam ſi Curiæ contendentes in diverſis locis adſint, ex Mattheu *de regimine Regni Valentiæ tomo ſecundo capite ſecundo*, §. *primo, ſectione quarta, num.* 116. *in fine, junctо num.* 124.

11 Intellige prædicta ut procedant in Cathalonia, quando cauſa, cujus occaſione oritur contentio, vertitur in Vicaria, quo caſu Arbitri ſunt eligendi in capite Vicariæ Civitatis, vel Villæ, in qua fuerit formata contentio; ſi verò cauſa, cujus occaſione oritur contentio, vertitur in Regia Audientia, & ab ea emanantur litteræ competentiæ, eò tunc Arbitri eligendi, & nominandi ſunt ab utraque Curia in Civitate, & loco, ubi reſidet Regia Audientia, ad Cancer. *part. 3. variar. capite decimo, numero vigeſimoquarto*, ita fuit declaratum per Cancellarium Rovirola 26. Auguſti 1600. Conſultoribus Peguera, Regas, Fontanella, Bonet, Puigmiya, Ubach, Aſtor, & Torner, *contra Curiam Eccleſiaſticam Tarraconæ, & Raphaelem Vidol Notarium Montiſalbi*.

12 Ita ut ſi Arbitri pro contentione dirimenda nominentur extra locum, ubi reſidet Regia Audientia, à qua competentia emanavit, declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, ut fuit declaratum per Cancellarium Rovirola 20. Junii 1605. *contra Curiam Eccleſiaſticam Tarraconæ, & Paulum del Roſſo, & in favorem Curiæ ſæcularis Regiæ Audientiæ, & Domne Mariæ Angelæ de Lletoria.* & per Cancellarium Agullana 24. Februarii 1616. *inter Curiam Eccleſiaſticam Dertuzæ, & manumiſſores teſtamenti Eleonoræ Baltallier ex una, & Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ, & Angelam Garcia viduam ex altera*. Et per Cancellarium Puigmari 27. Martii 1631. *in facto contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ, & Procuratorem Fiſcalem Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzæ ex una, & Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ, & Procuratorem generalem Caſtellaniæ de Ampoſta, Bajulum, & Subbajulum loci Gandeſiæ ex altera*.

Ratio eſt evidens, quia Regia Audientia per evo- 13
cationem ſuccedit in locum Judicis primitivi, ſcilicet Vicarii Regii, coram quo cauſa antea tractabatur, vel tractari debebat, quaſi ſit idem Judex Peguera, *deciſ.* 171. *num.* 1. *verſic. prædictis, poſt finem principii*, Cancer. *part. 3. var. cap.* 10. *numer.* 8. Fontanella *deciſ.* 235. *ſub numer.* 18. *part. 1.* cum per evo- 14
cationem non mutetur cauſa, nec lis, nec actio, nec partes, nec judicium, nec inſtantiam, ſed idem eſt judex, cauſa, lis, actio, judicium, inſtantia, & Tribunal, Peguera *deciſ.* 171. *numer.* 1. *verſic. prædictis, & ratio quidem eſt*, Fontanella *de pac. nup. tom.* 1. *clauſ. 4. gloſſ. 20. part. 1. numer.* 67. *verſic. elegans, & deciſ.* 231. *num. 3. & deciſ.* 238. *num. 10. p. 1. & deciſ.* 576. *numer.* 12. *part. 2.* Ripol. ad Peguer. *in prac. civil. rub. 29. numer.* 85. *& de magiſt. log. mar. capit. 7. numer.* 6. Coccinus *deciſ.* 185. *numer.* 6. Tondut. *de præven. jud.* 15
cap. 7. num. 21. uſque adeò ut fidejuſſores dati coram ordinario, aut coram Magiſtratu Logiæ Maris, vel coram judicibus tabulæ, evocata cauſa ad Regiam Audientiam remanent obligati, & tenentur ad id, quod ea declaraverat. Theſaur. *deciſ.* 202. Franchis *deciſ.* 320. & *deciſ.* 344. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 46. *numer.* 42. Farinac. *in prax. part. 1. quæſt.* 34. *à numero* 110. Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 182. *numero* 4. Bobad. *in polit. lib. 5. cap. 1. à numer.* 90. Gizarel. *deciſ.* 14. Hering. *de fidejuſſorib. cap.* 20. §. 26. *plures*, plures alios citat Gratian. *diſcep. foren. cap.* 348. *à numer.* 24. cum aliis remiſſivè per Paſchal. *de pat. poteſt. part. 1. cap. 5. num.* 200. Thoro *in compen. deciſ. part. 1. verbo fidejubens, fol.* 215. *& part. 2. verbo fidejuſſor. fol.* 240. Hodierna ad Surd. *deciſ.* 212. *num.* 10. & ita deciſum in noſtro Senatu teſtantur Peguera, *deciſ.* 171. Cancer. *part. 2. var. cap. 5. num.* 110. *& par. 3. var. cap.* 12. *à num.* 107. Fontanella *de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ.* 10. *part. 1. à num.* 60. *& deciſ.* 231. *num. 3. & 4. deciſ.* 238. *part. 1. & deciſ.* 576. *num.* 13. *part. 2.* Ripoll. ad Peguer. *in prac. civil. rub. 29. à num.* 84. etiamſi cauſa à Conſulatu Logiæ maris ad inſtantiam actoris evocetur ad Regiam Audientiam, Fontanella *deciſ.* 238. *à numer.* 14. *part. 1.* ſed contrarium cum deciſionibus probat Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 29. à num.* 48. Gabriel. *conſ. 53. lib. 1.* Cæſar de Graſ. *deciſ.* 142. Riccius in addit. ad Franchis *deciſ.* 107. *&* *deciſ.* 320. Ripoll. *de magiſt. log. mar. cap. 7. num. 7. & cap.* 18. *num.* 48. Guſman. *de evictionib. quæſt.* 160. *numer.* 50. Boer. *deciſ.* 315. *numer.* 1. Gabriel. *com. concluſ. lib. 3. de fidejuſ. concluſ. 4.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 5. à numer. 8. ad* 12. Baronius *de citationibus tom. 3. in annotationibus ad ſingul.* 105. *numer.* 2.

Amplia 1. etiamſi fidejuſſores dati ſint coram arbitris qui remanent obligati, etiam ſi arbitri non declaraverint, ſed Senatus, ut contra Fab. *in ſuo C. lib. 8. tit. 27. definit.* 5. tradunt Gizarel. *deciſ.* 14. Fontanella *deciſ.* 238. *num.* 12. *&* 13. *part.* 1. & hoc æquum videri inquit Theſaur. *deciſ.* 202. *num.* 18.

Amplia 2. etiamſi fidejuſſio reſtricta ſit ad certum Judicem ordinarium proprio nomine nominatum, nam evocata cauſa ad Regiam Audientiam, remanet fidejuſſor obligatus & tenetur ad id, quod Regia Audientia declaraverit, ut probat Cancer. *part. 3. var. cap. 12. n.* 115. *&* 116. Fontanella *deciſ.* 238. *num.* 12. *&* 13. *part.* 1. & licèt multi oppoſitum teneant, ſic intelligentes *l. eum apud. ff. judi. ſol.* & Gratian. *diſcept. foren. cap.* 348. *à*

348. *à numer.* 24. Gabriel *commun. conclus. lib.* 3. *de fidejussoribus conclus.* 4. Peguera *decis.* 171. *part.* 1. & alii citati *decis.* 16. *num.* 15. *part.* 1. *& in hac additione*. Tamen certius est, quòd *lex cum apud, ff. jud. sol.* procedit in prætoria & necessaria cautione, quæ datur ut quis possit admitti ad defendendum secum in voluntaria, ita Gabriel *consil.* 53. *lib.* 1. Cancer. *part.* 2. *variar. cap.* 5. *numer.* 123. Thesaur. *decis.* 202. *numer.* 5. *&* 15. Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 34. *numero* 117. *vers. Verum*, Gratian. *discep. foren. cap.* 348. *num.* 21.

Amplia 3. sive causa fuerit evocata ad instantiam actoris, sive rei, semper fidejussores dati coram ordinario remanent obligati ad id, quod Regia Audientia declaraverit, Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub.* 29. *num.* 87.

Dubium tamen est, an hæc ampliatio procedat in causis, quæ à Consulatu Logiæ Maris evocantur ad Regiam Audientiam? tradidi breviter *decis.* 26. *num.* 15. *in fine part.* 1.

Et in primis Ripoll. *in addit. ad Pegueram in pract. civil. rub.* 29. *numero* 86. *& de Magistrat. Log. Mar. cap.* 7. *numer.* 8. *& cap.* 18. *num.* 49. 50. *&* 51. inquit quòd si causa fuerit per reum evocata à Consulatu Logiæ Maris ad Regiam Audientiam, tunc fidejussores dati in consulatu Logiæ Maris remanent obligati ad id, quod fuerit declaratum per Regiam Audientiam, & in iis terminis ait esse intelligendam decisionem nostri Senatus factam 18. Novembris 1602. in causa viduæ Isernæ contra Paulum Xarquies principalem, & Bernardum Corts fide ussorem, referente Magnifico Hieronymo Torner, actuario Michaele Perez, quæ instante dicto Paulo Xarquies reo fuerat evocata ad Regiam Audientiam, & illam referunt Peguera *decis.* 171. *part.* 1. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 12. *numer.* 114. Fontanella *de pact. nupt. t.* 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *part.* 1. *num.* 67. *vers. Elegans*, *& dec.* 238. *num.* 9. *part.* 1. At verò si causa per actorem fuerit evocata à Consulatu Logiæ Maris ad Regiam Audientiam, eo casu dicit quòd fidejussores dati in Consulatu Logiæ Maris evocata causa ad Regiam audientiam remanent liberati, ex privilegio Sereniss. D. Reg. Alphon. Dat. in Fœlicibus Castris, apud Massonem Rosarum, die 20. Aug. 1453. & testatur ita observatum, & decisum per nostram Regiam Audientiam in exemplaribus per eum relatis. Adde sic etiam fuisse decisum in nostra Audientia in favorem Briandæ Sengenis, & Romeu viduæ contra Joan. Franciscum Ordano sententia lata ad mei relationem 19. Januarii 1662. Scriba Joanne Fores & Montagut. Verùm ego fui contrarii voti, ut habetur in conclusione in dicta causa facta 17. Decemb. 1661.

At Fontanella *decis.* 238. *num.* 14. *&* 15. *part.* 1. ait, quòd quando fidejussores limitatè se obligant in Consulatu Logiæ Maris, prout ita fieri, & non aliter jubetur in Regio privilegio referendo, veluti dicendo, quòd fidejussores qui se obligant, teneri nolunt, nisi pro re judicata per Consules, aut per Judicem appellationis, & non in alio judicio, quamvis causa evocaretur ad Regiam Audientiam, eo tunc inquit, quòd si causa evocatur ad Regiam Audientiam per actorem, fidejussores non tenentur, sed remanent liberati quia limitatè se obligarunt, & à sua causa obligatione expresè casum evocationis ad Regiam Audientiam exemerunt; si autem causa evocatur ad Regiam Audientiam per reum, eo casu quamvis obligatio sit limitatè facta, fidejussores tenentur, idque in odium ipsius rei, ita disponit Regium privilegium concessum Consulatui Logiæ Maris per Sereniss. Dominum Regem Alphonsum, Dat. in Fœlicibus Castris apud Massonem Rosarum, die 20. Augusti 1543. cujus Regii privilegii verba refert Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 29. *num.* 86. *& de Magistrat. Log. Mar. cap.* 18. *numer.* 49. & in his terminis procedunt decisiones nostræ Reg. Audien. per Ripoll. relatæ, quando fidejussiones limitatæ in Consulatu præstantur, prout antiquitùs observabatur, & causa per actorem evocabatur ad Reg. Audien. Exemplaria tradit Font. *ubi supra num.* 17. Sed hodie fidejussiones non præstantur in Consulatu ita limitatè propter inconvenientiam, quæ refert idem Font. *n.* 16. Nec te hæsitare faciat moderna sententia Regiæ Audien. ad mei relationem lata 10. Janu. 1662. in favorem viduæ Briandæ Sengenis, & Romeu, contra Joan. Franc. Ordano. Quia d. Joan. Franc. Ordano ab ea supplicavit, & causa commissa Magnifico Josepho Aleny Aulæ Reverendi Cancellarii, extitit in gradu supplicationis commutata, sententia lata 23. Octobris 1662. tenoris sequentis.

Attento licèt Regia sententia lata 10. Januari 1662. referente Nobili Michaele de Cortiada Regio Consiliario constet sententiatum, & declaratum fuisse, locum non esse executioni Regiæ sententiæ latæ 13. Martii 1660. referente Nobili Hieronymo de Codina Regio Senatore contra Briandam Sengenis, & Romeu, nec liquidationis factæ per eumdem Nobilem de Codina die 30. Junii 1660. quantitatis sex mille tercentum vigintiquinque librarum pro valore mille, & quingentarum lagenarum thynorum, & ducentum quinquaginta lagenarum sorræ in creditum Joannis Francisci Ordano, & in debitum dictæ Briandæ Sengenis, & Romeu, ut bona tenentis quondam Francisci Sengenis, & Romeu: Ex eo præcipuè, quia dicta Brianda Sengenis, & Romeu condemnata fuit in vim fidejussionis de judicio sisti & judicato solvendo per dictum quondam Franciscum Sengenis præstitæ in consulatu Logiæ Maris die 25. Junii 1640. pro majori securitate obligationis ibidem factæ per Carolum Martin de restituendo prædictas lagenas thynorum, & sorræ, aut illarum justum valorem solvendo, instante dicto Joanne Francisco Ordano, & à dicta fidejussione liberatus remansit dictus Franciscus Sengenis, quia dictus Ordano actor in causa præsenti illam ad Regiam Audientiam evocavit, & consequenter locum habuit privilegium Regium per Sereniss. Dominum Regem Alphonsum Consulibus Logiæ Maris concessum, die 20. Augusti 1543. disponens non teneri fidejussores de judicio sisti, & judicato solvendo datos in Consulatu Logiæ Maris, nisi ad id quod per dictos Consules, vel Judicem appellationis Consulatus judicatum fuerit, & non ad id, quod per alios, etiam per Regiam Audientiam, si ad illam causa per actorem fuerit evocata, prout latiùs in dicta sententia continetur, cui habetur ratio. Attamen attento constat die 21. Julii 1640. instante dicto Joanne Francisco Ordano, per Magistratum Logiæ Maris præsentis Civitatis Barcinonæ sequestra apposita fuisse in prædictis mille & quingentum lagenis thynorum, & ducentum & quinquaginta lagenis sorræ, penes dictum Carolum Martin existentibus: & ex instrumento recepto in posse Pauli Passolles Notarii publici Barcinonæ die 25. prædictorum mensis & anni 1640. constat pro tollendis dictis sequestris causam movisse in dicto Consulatu Logiæ Maris contra dictum Ordano, cautionemque præstitisse dictum Carolum Martin, & se obligasse Consulibus Logiæ Maris, & dicto Ordano dictas lagenas thynorum, & sorræ, vel illarum justum valorem restituere, & ponere in manu, & posse dictorum Consulum, aut cujus ordinarent, quotiescumque per illos super dictis lagenis judicatum esset, verbis: *Que sempre, y quant per los Consuls serà judicat en là præsent causa à cerca de les tunynes de ques tracte, aquelles, ò lo just valor de aquelles, restituere, y posare en ma, y poder de dits Consuls, ò de qui ells ordonaran, &c.* Et pro majori obligationis editione, & securitate dedisse in fidejussorem dictum Franciscum Sengenis Civem Honoratum Barcinonæ, qui unà cum principali simul, & in solidum, promissa per dictum Martin adimplere cum effectu se obligaverint, sub omnium bonorum tàm principalis, quàm fidejussoris obligatione, & aliis clausulis, & renuntiationibus in dicto instrumento contentis, cui refertur. Constat dictam causam in Consulatu Logiæ Maris vertentem evocatam fuisse ad Regiam Audientiam, instante dicto Ordano, & per dictam evocationem ad superiorem Consulum prædictorum legitimè devolutam fuisse, sicque teneri dictum Sengenis fidejussorem de judicio sisti, ju-

sti, judicato solvendo in Regia Audientia, ita similiter, & quemadmodum tenebatur in dicto Consulatu, quia per evocationem prædictam causa mutata non fuit, nec actio, nec judicium, nec instantia, nec etiam partes. Et licèt fuerit prætensum per dictam Briandam Sengenis, & Romeu, & Raymundum Sengenis Civem Honoratum Barcinonæ vigore dispositionis supradicti Regii privilegii per Serenissimum Regem Alphonsum dictis Consulibus concessi die 20. Augusti 1543. liberatum remansisse ab obligatione fidejussoris dictum Sengenis, quia per dictum Ordano in causa actorem illa evocata fuit ad Regiam Audientiam. Cæterùm attento constat prædictum Regium privilegium locum habere solummodò, quando limitatè præstatur cautio, & se obligant fidejussores, veluti dicendo, quòd tantum teneri volunt pro re judicata per Consules, aut per Consulatus Judicem appellationis & non in alio judicio quamvis causa evocaretur ad Regiam Audientiam in casibus permissis. Hoc enim modo, quia expresè hunc evocationis casum ad Regiam Audientiam ab obligatione exemerunt, illa evocata per actorem liberati remanent; secus verò quando cautio non sic limitatè præstatur, sed simpliciter obligantur ad judicatum per Consules, quia hoc in casu ob non servatam privilegii formam indubitatum est illius dispositionem minimè locum habere, ideoque remanere obligatos fidejussores, non minùs evocata causa per actorem ad Regiam Audientiam quàm si in Consulatu judicaretur; finis enim impetrantium supradictum privilegium & Serenissimi Regis Alphonsi illud concedentis solùm fuit præscribere certam formam, qua contraherentur, & scriberentur fidejussiones prædictæ in favorem fidejussorum, casu quo illa uti velint, & non in ampliori forma obligari, his verbis. *Item supplica à V. Magestat vulla provehir, y ordenar, que les seguretats de juy ques prastaran de assi al devant en la Cort del consolat sien causades en aquesta forma, coles, que les fermantes que se obligaran en aquelles, no sien tingudes sino à la cosa judicadora per los dies consols, è o, per lo Iutge de apells, è no pas en altre juy, encara que fos evocada la causa à la Real Audiencia en los casos permessos, si y a donchs aquella evocatio no ere feta per la part rea, qui tal seguritat haurie dada, ò per recors en los casos per capitols de consola permessos à la dita Audiencia*. Placet suæ Regiæ Majestati. Ita ut ad aliter se obligandum, quàm forma præscripta compelli non possent; in casu verò quo aliter se obligant fidejussores quàm forma, & verbis privilegii nihil per illud statuitur, sed juris communis dispositioni relinquitur. Constat ex præcalendato fidejussionis instrumento dictum Franciscum Sengenis se obligasse simpliciter ad restituendum dictas lagenas thynorum, & sorræ, vel illarum justum valorem, casu quo ita judicatum esset per Consules Logiæ Maris, & non limitatè verbis scilicet, & forma in dicto privilegio præscriptis. Constat supplicatione oblata, 3. currentis mensis Octob. 1662. Raymun. Sengenis Civem Honorat. Barcin. in causa comparuisse tamquam tenentem bona, quæ fuerunt dicti Francisci fidejussoris in vim transactionis factæ inter illum; & dictam Briandam. Sicque constat de intentione dicti Ordano, quæ non fuit in aliquo elisa per deducta, allegata, & probata pro parte dictorum Briandæ, & Raymundi Sengenis. His igitur & aliis meritis processuum attentis, & aliàs sua admodum Illustris Dominatio conclusionem in Vice Regia Audientia factam insequendo pronuntiat, sententiat, & declarat locum fore, & esse executioni præcalendatæ Reg. sentent. latæ 13. Martii 1660. referente Nob. Hier. de Codina Reg. Consiliario, & provisionis liquidationis factæ per eumdem Nobil. Rebellat. 30. Jun. 1661. cum qua inter alia liquidatæ fuerunt in credit. d. Joan. Franc. Ordano, & in debit. d. Briandæ Sengenis, & Romeu d. sex. mille tercentum, & 24. libræ Barcinon. & quòd exequatur contra d. Briandam, & Raymun. Sengenis juxta illarum seriem, & tenorem juris ordine in exequendo servato, & quòd ad id expediantur litt. executor. commission. & aliæ provision. opportunæ juxta stylum Modo præd. Reg. sententiam latam referente Nob. Mich. de Cortiada Reg. Senatore die 10. Jan. 1662. à qua per Joan. Franc. Ordano, & Paulam Ordano conjuges extitit contrario imperio (parte non contradicente) & in forma supplicatum, quatenus sapit confirmationem confirmando, & quatenus sapit commutationem, commutando & Regiam provisionem liquidationis, & decreti executionis factam per Nobilem Hieronymum de Codina Regium Consiliarium 30. Junii 1661. confirmando, & neutram partem in expensis condemnat, sed pro bistractis solitam executionem fieri mandat.

Ut. Aleny.

Lata die 23. Octobris 1662.

Nihil enim aliud est evocatio, quàm litis pendentis coram inferiore ad Principem, vel alium superiorem absque provocatione facta translatio, ut deducitur *ex l. judicium solvitur, ff. de judic. cap. ut nostrum, de appellat.* Rebuf. *de evocat. in præfat. quæst. 2. num. 9.* Covar. *pract. cap. 9. numer. 1.* Portoles §. *evocatio, num. 2.* Borell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 27. num. 1.* Gail. *lib. 1. obser. cap. 41. numer. 8.* Lancellot. *de attentat. par. 2. cap. 18.* Peguera *in pract. civil. rub. 4. numer. 1.* & ibi Ripoll. *in Addit. littera A.* idem Ripoll. *de regal. cap. 25.* Cancer. *part. 3. var. cap. 10. num. 8.* Fontanella *de pactis nup. tom. 1. claus. 4. gloss. 10. part. 1. numer. 155.* Castillo *de tertiis, cap. 41. numer. 122.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 2. numer. 31.* vel ut alii veriùs definiunt, ut sit evocatio, litis pendentis, vel quæ pendere debebat coram inferiore ad Principem, vel alium superiorem absque provocatione facta translatio, ut notarunt Gail. *lib. 1. obser. 41. num. 11. versic. item evocata dicitur*, Lancellot. *de attentat. part. 2. capit. 10. num. 11.* Portoles §. *evocatio, à nu. 46.* Sesse *decis. 117. à num. 5. lib. 2.* Mattheu *de reg. Reg. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 1. num. 31. vers. unde*, & tradit Tondutus *de præven. jud. part. 1. cap. 7. num. 5. 6. & 7.* 16 17

Id ipsum procedit in Regno Aragonum, ut vertente causa in Regia Audientia, vel coram Justitia Aragonum cujus occasione oritur competentia, Arbitri sunt eligendi, & nominandi ab utraque Curia, ubi residet Regia Audientia, vel Curia Justitiæ Aragonum, ita Portoles qui duo exemplaria refert *foro 8. num. 2. de compet. jurisdict.* aliud addit Sesse *de inhibit. cap. 9. §. 1. num. 50. versic. quod exemplar.* 18

In Regno Sardiniæ de anno 1640. fuit hoc valdè controversum in quadam molestissima causa, ut habetur in Regia Epistola, quam Serenissimus Dominus noster Rex scripsit Don Fabricio Doria Duci de Avellano Proregi Sardiniæ, Dat. Matriti 4. Maii 1641. *recondita in libro Regiarum Epistolarum Regiæ Audientiæ Sardiniæ fol.* 124. & de simili controversia habentur aliæ Regiæ Epistolæ reconditæ in eodem libro, Prima Dat. Matriti 5. Februarii 1639. *fol.* 117. Secunda Dat. Matriti 30. Septembris 1649. *fol.* 302. Tertia Dat. Matriti 27. Septembris 1650. *fol.* 309. Hodie verò Arbitri pro declarandis, & decidendis causis contentionum in causis vertentibus in Regia Audientia quarum occasione oritur contentio, ab utraque Curia sunt nominandi, & eligendi in Civitate, vel loco, ubi residet Regia Audientia, ut fuit decisum per Cancellarium Spiga 27. Augusti 1647. Consultoribus Bonfant, Cartro, & Baylo *in facto dubii contra Episcopum Ampurien. his verbis Pronuntiat, sententiat, atque declarat dictam Arbitrorum nominationem fore, & esse faciendam in hac Civitate Calaris, attento quod causa præsens emanavit ab hac Regia Audientia, ac propterea dubium non procedere.* Hanc sententiam reperi in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ, *folio inferiori 726.* & illam mandavit observare Serenissimus Dominus noster Rex sua Regia Epistola, Dat. Matriti 30. Augusti 1652. *quæ legitur libro Regiarum Epistolarum Regiæ Audientiæ Sardiniæ, folio 384.* 19

Nec prædictis obstat caput quartum concordiæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, relatum *in pragmat. 1. de conten. jurisdic.* in illis verbis: *ubi vere super hoc, an pertineat notoriè de consuetudine, vel de jure ad Ecclesiam, vel ad Regiam jurisdictionem, super qua fit processus, dubitatur, concordatum est, quod communes personæ* 20

eligan-

eligantur, videlicet una pro parte Regis, & alia pro parte Ecclesiæ, ex quibus videtur, quòd Arbitri sunt nominandi in loco, ubi dubitatur de jurisdictione, etsi in eo non resideat Regia Audientia.

21 Quia respondetur, quòd prædicta verba tale non probant, siquidem adverbium illud *ubi* non stat in dicta clausula localiter, ut denotet, quòd Arbitri sint nominandi in loco, ubi dubitatur de jurisdictione, sed potiùs stat, ut denotet diversitatem negotiorum, & causarum de quibus inter Curias dubitare posset, ut expressè colligitur ex verbis ejusdem concordiæ, in qua adverbium *ubi* toties, & pluries reperitur, quòd sunt casus diversi, & secundùm hanc significationem tale adverbium assumi solet, Vulpell *de adver. sign. verbo ubi*, Barbosa *dictione seu adverbio ubi*, *num.* 1.

22 Quæro 5. quam qualitatem debeant habere Arbitri in causis contentionum nominandi? Respondeo quòd debent esse personæ litteratæ, de jure Cathaloniæ *prag.* 4.§.2. *de conten.jurisdic.* Fontanella *decis.* 323. *num.*13. *part.*2. & de Regno Sardiniæ probat eadem Regia pragmatica relata per Regentem Vico *lib.* 2. *tit.*51. *num.* 21. quòd an juri communi repugnet, vel sit illi consonum, cum effectu judicare habeant, videndi sunt Morla *in empor. juris*, *part.*1. *tit.*2. *quæst.*6. Gratianus *discep.foren.cap.*186. *à num.* 47. Menochius *de arb. jud. qu.*23. Xammar. *de offic. jud. & advoc. part.*1. *quæst.*14. Barbosa *in l. certi juris*, *C. de judiciis*, Cancer. *part.* 3. *var.cap.*17. *à num.*384.

23 Sed cujus litteraturæ debent esse isti Arbitri, quidam dicunt, quòd debent scire, legere, & scribere, & è converso imperiti litterarum intelliguntur, qui omninò litteras ignorant, neque sciunt legere, nec scribere sic accipiuntur *in l.* 3. §. *item scribere*, *ff. de accusat. l. consultissima C. de testamen.* & procedunt jura *in l. Athletæ*, §. *fin. ff. de excusat. tutor.* §. *similiter*, *instit. eodem* Morla *in emp. jur. part.* 1. *titul.*2. *quæst.*6. *numer.*17. Alii autem Judicis Arbitrio reliquunt *cap. statutum* §. *assessorem*, *de rescript. in* 6. Menochius *de arb. jud. casu* 233. *numer.* 2. & 3. Alii verò in casu nostro veriùs existimant, quòd debent leges discere, & in eis esse versati, cum imperitus in proposito ille dicatur, qui leges non didicit, & in eis non est versatus, *ut in auth. de judicib. in princ. versic. non enim*, *& ibi gloss. verbò qui ex se*, Menochius *cons.* 100. *num.*244. *versic.secundo admisso*, Gratianus, *discep. foren. cap.* 189. *n.*48.

24 Ut autem Arbitri dicantur legibus periti, & in eis versati, necessariò non requiritur, quòd habeant gradum Doctoratus, ut tradunt post alios Menochius *de arb. jud. casu* 252. *num.*6. Morla *in empor juris*, *part.* 1. *titul.*2.*quæst.*6. *num.* 14. *in fine*, Xammar. *de offic. jud. part.*1. *quæst.* 23. *num.* 21. sed sufficit quòd sint Baccalaurei tantùm, *ad constit.* 3. 4. & 5. *de offic. de jutges*, *y assessors*, *in primo vol. const. Cathal.* Cancer. *part.*2. *var. cap.*2. *à num.* 272. & *part.*3. *cap.* 17. *nu.*167. Xammar. *de offic.jud. part.*1.*qu.*13. *à num.* 31.

25 Iste casus succesit in Cathalonia coram Rovirola Tertio in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ & ejus fisci Procuratorem ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Campirotundi, & Jacobum Boixeda Bajulum de Molione ex altera, in qua pro parte Curiæ sæcularis fuit electus Arbiter Nicolaus Torrellas Notarius Villæ Campirotundi, & licèt fuit declaratum 21. Maii 1597. contentionem non procedere, fuit ex eo, ut in eadem sententia legitur, quia Arbiter Curiæ Ecclesiasticæ fuit electus extra caput Vicariæ, debebat enim esse iste Notarius Baccalaureus in jure in ea Villa.

26 Quæro 6. an Arbitri in causis contentionum tempore electionis, & nominationis debeant esse præsentes in capite Vicariæ, ubi firmatur contentio? Respondeo quòd sic, ita Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.*11.*à num.*6. sequitur Mattheu *de regim.reg. Valentian.tom.*2.*cap.*7.§.1.*sect.*4. *num.* 116. *in fine*, alioquin

27 si tempore electionis, & nominationis sint absentes à capite Vicariæ declaratur per Cancellarium contentionem non procedere, Ripoll. *loco relato* qui *num.* 8. *in fine testatur*, ita declaratum per Cancellarium Puigmari die 1. Decembris 1630. circa nominationem Francisci Baffart J. U. D. Hæc declaratio fuit facta in causa contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Ilerden. ex una, & Curiam sæcularem Regii Vicarii, & Partiariorum Ilerdæ ex altera, super repetitione personæ Elisabeth Ceres famulæ Petri Pons Canonici Ilerdæ, de qua latè Xammar. *dec.* 28. *à num.*1. *ad* 33. *part.*1. 28

29 Estque ratio, quia cum Arbitris ex nostra concordia, & ex variis privilegiis sit agnatus ad declarandum præcisus, & peremptorius terminus, excluderetur mens, & tenor dictæ concordiæ, & privilegiorum eligendo absentes, cum tempore quo Arbitri accederent ad caput Vicariæ, ubi fuerit firmata contentio, jam eorum jurisdictio esset sopita, & sic Curia diceretur contrafacere electioni Arbitrorum, latè Ripoll. *in pract. Barcinonæ rub.*11. *num.*6. quia ut inquit *num.*7. paria sunt non facere, & minùs rectè facere, & *num.*8. addit, non reputari aliquid factum, ex quo non resultat effectus.

30 Quæro 7. an Arbitri in causis contentionum, debeant esse legitimè nominati? Respondeo quòd sic, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.*11. *nu.* 9. & ideo

31 si Arbitri in causa contentionis electi, vel unus ex illis tempore electionis, vel prolationis sententiæ fuerint excommunicati, contentio non procedit, nec sententia per eos lata valida est, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub.* 11. *numer.* 10. ubi refert ita fuisse declaratum per Cancellarium Loris 10. Octobris 1679. quam declarationem retuli suprà *decis.* 12. *numer.* 72.

32 quod est juri communi conforme, ex his quæ tradunt Scaccia *de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 569. Vantius *de nullit. ex deffect. jurisdict. à num.* 61. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 43. *numer.* 20. Peregrin. *de jure Fisci*, *lib.* 3. *tit.*11. *num.*8. Padilla *in lib.* 11. *à num.* 51. *C. de juris & facti ignoran.* Polidor Ripa *tract. de actis in articulo mortis*, *capite* 34. *num.* 9. Carroccius *excep.* 72. Carol. de Graf. *excep.*4. *à numer.* 25. Farinac. *in prax. part.*2. *qu.*56. *à numer.*240. Xammar. *de offic. jud. part.*1. *quæst.* 11. *à num.* 33. Diana *resol. moral. part.* 5. *tract.*8. *resol.* 108. *& in summa*, *part.* 1. *verbo excommunicatio*, *à numer.* 51. *& part.* 2. *verbo Judex laicus*, *num.*37. Barbosa *in cap. ad probandum à num.* 2. *de re judicata*.

33 Quæro 8. an Arbitri in causis contentionum ab utraque Curia electi si officium suscipere recusent, compelli possint illud acceptare? & videtur dicendum quòd non, ut punctim resolvit Portoles, *foro* 1. *num.* 19. *de compet. jurisdict.*

34 Sed contrarium est verius, quia licèt Arbitri voluntarii electi sine ulla necessitate, sed ex mera partium voluntate compelli non possint compromissum acceptare, *l.*3. §.1. *ff. de recop.arbit.* Rebuf. *de Arbitris*, *artic.*1.*glos.*14.*numer.*20. Tuschus *pract. conclus.littera A. concl.*461.*num.*6. Ripoll. *var. cap.* 2. *num.* 337. Scaccia, qui dicit non habere difficultatem *de judiciis lib.*2.*c.*2.*n.* 633. Boer. *decis.*283. *num.* 2. nisi in casu eminentis scan-

35 dali, Roland. *cons.*45. *num.*56. *lib.*1. Scaccia *de jud.lib.*2. *cap.*2. *num.* 19. & 634. vel postquam acceptaverint, *dicta lib.*3. §.1. *ff. de recop. arbit.* Rebuf. *de arbit. art.* 1.

36 *gloss.*2. *num.*20. Tuschus *pract. concl. littera A.concl.*46. *num.*10. Scaccia *de jud. lib.*2. *cap.*2. *numer.*630. Cancer. *part.*1. *var. cap.*21. *numer.*36. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *qu.*12. *num.*4. Fontanella *dec.*1.*num.*15. *in fine p.*1. latè Surdus *cons.*433. *in prin. lib.*3.

37 Tamen cum Arbitri à lege, sive statuto electi (ut sunt isti Arbitri contentionum) verè Judices sint, & jurisdictionem habeant, *l. cum exceptione*, §. *hæc autem actio*, *ff. quod metus causa*, *l. si arbiter*, *ff. de probat. l. arbitro*, *ff. qui satisd. cog. can. pervenit* 11.*qu.*1. *cap. ab arbitris*, *de offic.deleg.in* 6. *l.* 1. *C. de recop. arbit.* latè Blanc. *de compromis. qu.*6. *à nu.*1. Surdus *de aliment. tit.*8. *privileg.*56. *n.*34. Maranta *de ord.jud. part.* 4. *dist.* 14. *nu.*3. Tuschus *pract.concl.littera A.concl.*453. *n.*11. Scaccia *de jud.lib.* 2.*cap.*2.*num.*5. & 70. & *de appell.at. qu.*17. *limit.*13. *à numer.*3. Borell. *in sum. decis.part.*1.*titul.*63.*nu.*40. Cancer. *part.*1. *var. cap.*21. *numer.*3. Barbosa *in cap. ab arbitris*, *numer.*6. *de offic.deleg.in* 6. Tondut. *de præven. jud.part.* 2. *capit.*4. *numer.*12. Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.* 2. *resol.* 5. *specie* 1. *numer.* 171. Portoles *foro* 1. *numer.* 25.

de compet. jurisdict. Sesse *decis.* 123. *num.* 52. & 53. *lib.* 2. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 2. §. 1. *sect.* 4. *numer.* 119. Barbosa *in cap. ab arbitris num.* 6. *de offic. deleg.*

38 *in* 6. sicut Judex cogitur quis esse, nisi rationabilem causam alleget, *l. si quis, l. fin. ff. de mun. & honor.*

39 Xammar. *de offic. jud. part.* 5. *qu.* 12. *num.* 1. Adeò ut non possit se ipsum suspectum reddere, Mastril. *dec.* 151. *num.* 1. & 20. *lib.* 2. Castillo *decis.* 94. *à num.* 1. Faber. *in suo C. lib.* 3. *tit.* 4. *ne quis in sua causa dif.* 1. Ripoll. *va-*

40 *riar. cap.* 2. *à n.* 224. Xammar. *de offic. jud. p.* 1. *q.* 12. *num.* 3. latè Fontanella *decis.* 1. *à numer.* 6. *part.* 1. nisi in casibus relatis per eumdem Fontanellam compelli possunt hoc munus arbitrandi acceptare, *gloss. verbo aliquo, in cap. suspicionis, de offic. deleg.* Ripoll. *var. cap.* 2. *à num.* 238. cum relatis per Scacciam *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 624. Fermosinus *in cap. si quis contra Clericum, qu.* 27. *num.* 11. *de foro compet.*

Adde quòd si Arbitri ad declarandam contentionem nominati noluerint nominationem acceptare, ut quia eis præsententur Schedulæ, vel articuli intra quinque dies, & in illis nihil providere noluerint, declaratur per Cancellarium contentionem non esse. Ita fuit observatum per Cancellarium Puigmari 16. Maii 1630. in facto contentionis inter Josephum Fenoll. ex una, & Maginum Mulet ex altera.

41 Quæro 9. An Arbitri in causis contentionum electi sunt ordinarii, vel delegati? Quidam dicunt, quòd sunt delegati, ut Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 21. *num.* 2. Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 6. *num.* 22. Martha *de jurisdict. part.* 4. *cap.* 120. *num.* 18. Sesse *decis.* 113. *num.* 53. *lib.* 2. Borell. *in sum. p.* 1. *tit.* 63. *nu.* 40. Mattheu *de regim. Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *nu.* 119. *versic. sed dubitari potest*, Barbosa *in capit. ab arbitris num.* 4. *de off. deleg. in* 6. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 928. alii tenent, quòd sunt ordinarii, Tuschus *pract. conclus. littera A. conclus.* 453. *numer.* 11. Ripoll. *var. resol. cap.* 4. *num.* 69. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. Berart. *in specul. visit. cap.* 3. *num.* 7. Tondutus *de conten. jurisd. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. veriorem dicit Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *spec.* 1. *numer.* 184. Blanc. *de compromiss. qu.* 6. *à numer.* 4. alii docent, quòd eorum jurisdictio est extraordinaria, hoc est partim ordinaria, & partim delegata, Barbosa *in cap. suspicionis numer.* 4. *de off. deleg.* Fermosinus *in cap. suspicionis num.* 4. *de off. deleg.* Fermosinus *in cap. si quis contra Clericum, quæst.* 29. *num.* 22. & 23. *de foro compet.*

42 Mihi arridet, quòd sint ordinarii, siquidem licèt utraque Curia nominet istos Arbitros, & sic eorum potestas descendat à Judicibus ambarum Curiarum, quia tamen dicta potestas fluit, & manat non per modum provisionis personarum, & sic mandati, sed per modum nostræ concordiæ, & Regiarum pragmaticarum, hoc est per modum provisionis ex necessitate; dicuntur Judices ordinarii, ut in simili argumentantur Oliba *de jure Fisci, cap.* 4. *num.* 37. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 5. & 9. & hac ratione Syn-

43 dicatores, sivè Judices Tabulæ sunt ordinarii, Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 16. *numer.* 37. plures alios laudat Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 3. Mastril. *de Magistrat. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 30. Fontanella *decis.* 259. *num.* 4. *part.* 1. Berart. *in specul. visit. cap.* 3. *num.* 5.

44 Nec relevat, quòd Arbitri competentiarum non habeant territorium subjectivè, nec circumscriptivè, ut probat Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 1. *num.* 1. 36. & jurisdictio ordinaria dari non possit sine territorio, vel subjectivè, vel saltem circumscriptivè, ut post alios tradit Matheas, *in l. imperium num.* 282. *ff. de jurisd. omni. jud.* alios citat Lotterius *de re beneficiali lib.* 1. *qu.* 23. *ex num.* 13. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 1. *nu.* 138.

45 Quia verius est, territorium non esse de essentia, & substantia jurisdictionis ordinariæ, plures refert, & sequitur Matheasius *in l. imperium à num.* 283. *ff. de jurisdict. omni. jud.* Maranta *de ordin. part.* 4. *dist.* 5. *num.* 2. *in fine*, cum relatis per Barbosa, *in l. cum Prætor*, §. 1. *à num.* 45. *ff. de jud.* Lotterius *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 14. & 15. Blanc. *de compromiss. quæst.* 6. *numer.* 4. *in fine*. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in studiis general. cap.* 9. *num.* 3. & 4. Pareja *de instr. editione, tom.* 2. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 1. *num.* 185.

Prætereà quia Arbitri contentionum territorium 46
circumscriptivè habent licèt limitatum ad hanc speciem causarum, ut probat Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 1. *num.* 186. 187. & 188. qui *per totam speciem* 1. *à nu.* 136. *ad* 194. *propositis aliis argumentis contrariæ opinionis, illis satisfacit*, prout etiam responsum præbuit Blanc. *de compromiss. qu.* 6. *à num.* 4. videndus Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisdict. in stud. general. cap.* 9. *à num.* 5.

Effectus hujus quæstionis est quòd isti Arbitri no- 47
minati, & electi ab ambabus Curiis, mortuo uno ex Judicibus, qui illos nominavit, in causa procedere possunt, ad Olib. *de jure Fisci, cap.* 4. *num.* 37. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 12. *numer.* 9. Berart. *in specul. visit. cap.* 3. *num.* 10.

Quæro 10. an utraque Curia possit unam, & eam- 48
dem personam in Arbitrum eligere, quidam dicebant, quòd ex quo concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Regiæ pragmaticæ, fori, & constitutiones totius Coronæ Aragonum innuunt pro causis contentionum decidendis duos Arbitros perneceſse eligendos esse, unum à Judice Ecclesiastico, alterum à Judice sæculari, non sufficere, si una, & eadem persona ab utroque Judice in Arbitrum eligatur, sed verius existimat Portoles *foro* 1. *numer.* 22. *de compet. jurisdict.* necessarium non esse, ut duo Arbitri eligantur, sed sufficere si utraque Curia unam, & eamdem personam in Arbitrum eligat, ut tenet *gloss. in capit. secundo requiris*, Præposit. *numer.* 15. *de appellat.* Bellamera *in cap. Pastoralis, num.* 1. *verbo Arbitros, de rescript.*

Sed an ambæ Curiæ possint nominare in Arbitrum 49
Reverendum Cancellarium, iste casus successit in Cathalonia de anno 1553. & fuit ita practicatum in personam Cancellarii Mathiæ Sorribes, quem Curia Ecclesiastica Barcinonæ elegit in Arbitrum tam pro dubio decidendo, quàm pro decidendis meritis principalibus contentionis, & Curia sæcularis Regii Concilii criminalis eumdem Cancellarium in Arbitrum elegit, deinde dictus Reverendus Cancellarius contentionem prædictam declaravit, ut habetur apud Michaelem Ferrer. *part.* 3. *observ. capite* 218. quod, & si 50
juri civili dissonum sit, *gloss. in l.* 1. *scholio* 1. *ff. de jud.* ubi Castren. *num.* 11. Cagnol. *num.* 33. Barbosa *art.* 1. *numer.* 230. *l. sed & si in servum* 9. §. *si quis Judex, ff. de recop. arb. ubi commun. Doctores*, Blanc. *de compromiss. qu.* 2. *à numer.* 41. Borell. *de compromiss.* §. 2. *gloss.* 4. *num.* 49. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *à num.* 1208. Gratian. *discep. foren. cap.* 66. *num.* 1. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 1. *specie* 1. *num.* 173. est tamen conforme 51
juri Canonico, *cap. cum tempore* 5. *cap. cum olim* 7. *capit. cum à nobis*, 13. *de arbitris, cap. nisi essent*, 21. *de præben.* Marchus *decis.* 464. *part.* 1. Aviles *cap.* 19. *prætor verbo compromissos, num.* 1. *vers. tertia opinio*, Azevedo *lib.* 9. *num.* 4. *tit.* 6. *lib.* 3. *recopil.* Barbosa *in l.* 1. *art.* 1. *num.* 243. *ff. de jud.* Blanc. *de compromiss. quæst.* 2. *à num.* 47. Borell. *de compromiss.* §. 2. *gloss.* 4. *numer.* 50. Gratian. *discep. foren. cap.* 66. *numer.* 2. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 1213. Fermosin. *in cap. significasti* q. 2. *num.* 12. *de foro compet.*

Quæro 11. An Arbitri pro causis contentionum di- 52
rimendis inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem debeant esse omnes Ecclesiastici, vel unus Ecclesiasticus, & unus laicus, an verò possint esse omnes sæculares, & laici, tres reperio Doctorum opiniones.

Prima est opinio, quòd Arbitri in causis conten- 53
tionum debent esse omnes Ecclesiastici, *gloss.* 4. *in capit. legitima, verbo firmam juris, de appellat. in* 6. Bellamera & Imola, qui alios citant *in capit. pastoralis*, ille *ante numer.* 1. *verbo arbitros, versic. & an possint esse laici*, iste *num.* 8. *versic. an autem tales arbitri, de rescript.* quos refert Portoles *foro* 1. *numer.* 18. *de compet. jurisdict.* à quo transcripsit Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13.

part. 1.

part. 1. numer. 6. & decis. 323. numer. 24. part. 2. Diana *resolut. moral. part. 7. tract. 10. resol. 5. in fine, versic. restat.*

54 Fundamentum est, quia articulus competentiæ jurisdictionis inter Ecclesiasticum, & sæcularem videtur spiritualis, *cap. si Judex laicus, de sentent. excom. in 6.* Farinac. *de immun. Eccles. num. 366.* Thomas del
55 Bene *de immun. Eccles. tom. 2. c. 16. dubit. 41. sect. 1. nu. 2.* & super spiritualibus non potest compromitti in laicos, *cap. contingit, de arbitris*, Gratian. *discep. foren. cap. 238. numer. 38. & cap. 379. à princ.* Menochius *de arb. jud. cas. 8. à numer. 5.* Barbosa *in cap. contingit, num. 1. & 2. de arbit. & in addit. num. 1.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 240.* Covar. *in epit. ad 4. part. 2. c. 8. §. 12. à num. 2.* Farinac. *in praxim. part. 1. quæst. 8. num. 24.* Carol. de Graf. *de effect. Cler. effect. 2. num. 409.* Carroccius *excep. 138. numer. 1.* Tuschus *pract. conclus. littera C. conclus. 505. numer. 1.* Martha *de jurisdict. part. 2. casu 150. num. 2.* latè Fontanella *dec. 323. num. 22. & 23. part. 2.*

56 Secunda est opinio, quòd Arbitri istarum competentiarum debent esse unus Ecclesiasticus, & alter sæcularis, ut latè probat Font. 323. *à nu. 12. part. 2.*

57 Fundatur primò, in verbis concordiæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *cap. 4.* ibi. *est concordatum, quòd eligantur personæ communes, hoc est una ex parte Regis, & alia ex parte Ecclesiæ*, ex quibus verbis *personæ communes* colligitur, quòd Arbitri debent esse unus Ecclesiasticus, & alter sæcularis, alioquin non possent dici propriè communes, nisi participarent de utroque brachio Ecclesiastico scilicet, & sæculari, ita Fontanella *decis. 323. num. 13. part. 2.*

58 Fundatur secundò, in consuetudine hujus Principatus, in quo Arbitri eligi solent unus Ecclesiasticus pro parte Curiæ Ecclesiasticæ, & alter sæcularis pro Curia sæculari, ita Fontanella *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 13. part. 3. num. 6. in fine, & decis. 323. num. 14. part. 2.*

59 Fundatur tertiò, in dispositione juris communis, nam quando duo Judices contendunt, cujus sit jurisdictio, ambo in declarando concurrere debent, *cap. cum contingat, cap. pastoralis de arbitris*, Bossius *de foro compet. num. 55.* & cum isti Arbitri repræsentent suos principales, debent sequi illorum naturam, ut qui in locum Ecclesiastici substituitur, sit Ecclesiasticus, & qui ponitur per sæcularem, sit sæcularis, ex regula subrogatus, &c. ita Fontanella *dec. 323. numer. 25. part. 2.*

60 Fundatur quartò, quia licèt super rebus spiritualibus non possit compromitti in laicos, ut dixi *num. 55.* potest tamen compromitti in laicum, simul cum Clerico, *cap. per tuas de arbitris*, etiam quòd laici sint plus numero, quàm Clerici, veluti quia essent duo
61 laici, & unus solus Clericus, prout explicat Covar. *pract. c. 34. num. 1. ante medium versic. potissimum huic opinioni, & versic. nam & si fieri posset*, cum relatis per Cenedo *collect. ad decretal. 176. num. 3.* plures Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 140.* latè Gratian. *discep. foren. cap. 238. à num. 44.* Genuen. *in pract. Eccles. qu. 232.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 108. num. 8. & c. per tuas numer. 3. de arbitris, & in addit. num. 1. & 2.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 8. numer. 24. limit. 2. & in repertor. jud. qu. 83.* Tuschus *pract. conclus. littera C. conclus. 505. num. 2. & 15.* ita Fontanella *dec. 323. à num. 16. ad 22. part. 2.*

62 Tertia est opinio, quòd Arbitri ad decidendas contentiones inter Ecclesiasticum, & sæcularem possunt esse omnes sæculares, ut tenent nonnulli Doctores antiqui, quos citant Bellamera, & Imola, *locis relatis num. 53.* Portoles *foro 1. num. 18. de compet. jurisdict. ubi de praxi, & usu Regni Aragonum inconcusse observato testatur*, latissimè Fontanella, *decis. 324. per totam, qui num. 24. refert decisionem Cancellarii Cathaloniæ part. 2.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. c. 7. §. 1. sect. 4. numer. 133. ubi exemplare Regni Valentiæ adducit.*

63 Fundatur primò, quia Arbitrorum fit mentio in multis partibus juris Canonici signanter in titulis *de arbitrio in decretalibus, & in sexto, & in c. pastoralis, de rescript. & in c. suspicionis, de offic. deleg. & in c. cum speciali, de appellat. & in c. legitima, eodem in 6. & in Concil. Trident. sess. 14. c. 5.* & in nullis ex dictis juribus deciditur, quales debent esse Arbitri, an omnes Ecclesiastici, an sæculares, an partim Ecclesiastici, & partim sæculares, solùm *in cap. contingit. de arbitris* statuitur, ne super spiritualibus compromittatur in laicos, quod *in cap. per tuas eod. tit.* fuit declaratum, ne omnes essent laici, *ut dixi num. 60.* Propterea in cap. 4. Concordiæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & in aliis pragmaticis *positis in titulo de contentione jurisdictionum, in 2. vol. constit. Cathaloniæ, & in foro 1. de compet. jurisdict. Regni Aragonum*, fit sæpius mentio Arbitrorum, constituendo hujusmodi competentias esse per eos decidendas, sed numquam de qualitate, si deberent esse Ecclesiastici, vel sæculares, sed quòd eligeretur unus ab unaquaque Curia, solùm *in pragmat. 4. §. 2. de conten. jurisdict. in 2. vol. constit. Cathaloniæ* disponitur Arbitros debere esse personas litteratas, & idem esse in Tertio, de quo simpliciter meminerunt priores dispositiones. Verùm quia posteà visum fuit Tertium debere esse Ecclesiasticum, sicut erat Cancellarius, *constit. 4. de officii de Canceller*, ideo fuit propositum illum debere esse Ecclesiasticum *in pragmat. mes supplica, pragmat. encara, de conten. juris. in 2. vol. constit. Catha.* Ex quibus sequitur, quòd cum concordia, & pragmaticæ citatæ nihil dixerint, si Arbitri debent esse Ecclesiastici, vel laici, sed solùm quòd sint personæ litteratæ, & loquendo de Cancellario, & Tertio contentionum expressè disposuerint debere esse Ecclesiasticos, signum est, quòd si voluissent Arbitros contentionum debere esse Ecclesiasticos, dixissent sicut de Cancellario, & Tertio, quod cùm non dixerint, judicandum esse noluisse, cùm facile eis fuisset dicere, & exprimere, *ex regul. l. unicæ, C. de caduc. tol.* ita Fontanella *decis. 324. numer. 12. 13. 14. & 15. part. 1.*

Fundatur secundò, quia articulus competentiæ ju- 63
risdictionis inter Ecclesiasticum, & sæcularem non est spiritualis, nec pro tali unquam habitus, cum antea Dominus Rex de ea cognoscere consuevisset, ut latè tradidi suprà *decis. 3.* & nunc certo modo cognoscit contra delegatos, ut infrà *decis. 29.* Fontanella *decis. 324. num. 4. part. 2.* & de causis, & rebus civilibus, quibus nullum spirituale est annexum, potest 64
per Ecclesiasticos compromitti in laicos, *gloss. in cap. cum contingit, verbo spiritualibus, cap. exposita de arbitris*, Carroccius post alios *excep. 138. nu. 4.* Tuschus *pract. concl. littera C. concl. 505. num. 10. & 11.* Barbosa *in cap. contingit, numer. 5. de arbitris*. Gratian. *discep. foren. cap. 238. sub num. 38. & 40.* Vela *dissert. 45. numer. 29. lib. 2.* Fontanella *decis. 324. numer. 5. &* 65
decis. 449. num. 4. part. 2. etiam absque consensu, & authoritate Episcopi, de quo vide Carroccium *excep. 148. num. 4.* Tuschus *pract. concl. littera C. concl. 505. num. 16.* Barbos. *in cap. contingit. num. 5. de arbitris*, Carol. de Graf. *de effect. Clericat. effect. 1. à num. 799.* Fontanell. *decis. 324. num. 5. & 6. part. 2.* & nedum 66
compromissum de causis merè civilibus, quibus nullum spirituale est annexum, potest per Ecclesiasticos fieri in laicos, sed etiam delegatos, Genuen. *in pract. Eccles. c. 327.* Carol. de Graf. *de effect. clericat. effect. 1. à num. 25. & 566.* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 108. num. 7.* Fontanella *decis. 324. num. 9. & 10. part. 2.* Saltem de consuetudine, ut docent Pereira, Diana, Cutellus, & Thomas del Bene relati suprà *dec. 7. num. 129.*

Fundatur tertiò, quia velle de necessitate Arbitros 67
eligendos per Ecclesiam in causis contentionum debere esse Ecclesiasticos, est contra Ecclesiam, & ejus liberam facultatem, & libertatem: Ecclesiæ enim aliquando convenit ob majorem peritiam sæcularium in causis civilibus potiùs uti ipsorum opera in judicando, quàm Ecclesiasticorum, ut dicit Episcopus Genuen. *in practic. Eccles. c. 732.* licèt urbanius esset, quòd Ecclesiastici semper uti deberent Arbitris Ecclesiasticis, eò quòd decentiùs sua negotia pro sui parte tractant, quàm sæculares, sed non est ratione positum, ut quis

velit Judices Eccleſiaſticos ad id compellere auferendo facultatem utendi miniſterio ſæcularium, ſi eis expedire viſum fuerit, ita Fontanella *dec.*324. *num.* 19. *&* 20. *part.*2.

68 Nec obſtant Doctores pro prima, & ſecunda opinione citati *num.*53. *&* 56. qui volunt Arbitros contentionum inter Judices Eccleſiaſticos, & ſæculares debere eſſe Eccleſiaſticos, vel ad minus unum Eccleſiaſticum, & alium laicum, quia verius eſt contrarium, ut remanet in ſuperioribus probatum *à nu.* 61. ita Fontan. *dec.*324. *num.*12. *p.*2.

69 Nec obſtat fundamentum primæ opinionis de quo ſuprà *num.*54. *&* 55. ſumptum *ex cap. ſi Judex laicus de ſentent. excom. in* 6. quia illius diſpoſitio nunquam fuit obſervata in Cathalonia, nec in Regno Aragonum, & aliis pluribus Regnis, ut tradidi *dec.*3. *à num.*7. ita Fontanella *dec.*324. *num.*7. *part.*2.

70 Reſpondetur ſecundò, quòd text. *in cap. ſi Judex laicus de ſentent. excom. in* 6. continet certum caſum ſpecialem cognitionis ordinis clericatus, cujus ratio non militat in aliis competentiis, Covar. *pract. c.* 33. *num.*1. ita Fontanella *dec.*323. *num.*8. *part.*2.

71 Reſpondetur tertiò, quòd dato, quòd articulus competentiæ eſſet ſpiritualis & conſequenter non poſſet compromitti in laicum, tamen de rebus ſpiritualibus poteſt fieri compromiſſum in laicos, uti Arbitratores; & amicabiles compoſitores, Covar. *in epit. ad* 4. *part.*2. *cap.*8. §.12. *num.*2. cum multis aliis relatis per Gratian. *diſcep. foren. c.* 238. *nu.* 41. Tuſchus *practicar. concluſ. littera C. concluſ.*505. *num.*12. Farinac. *in prax. crim. p.*1. *quæſt.*8. *numer.* 24. *verſic. limita* 1. Barboſa *in cap. contingit, num.*3. *de arbitris & in addit. num.*33. *&* 14. Carroccius *excep.* 138. *numer.* 3. Fontanella *deciſ.* 324. *num.* 21. *part.* 2. etiam abſque licentia & authoritate Epiſcopi, Gratian. *diſcep. foren. cap.*238. *ſub num.*48.

72 Non obſtat primum fundamentum ſecundæ opinionis *de quo num.*57. quia illa verba concordiæ *communes perſonæ*, non ſunt intelligenda, id eſt una Eccleſiaſtica, & alia ſæcularis, *ſed communes perſonæ*, id eſt unam per unamquamque Curiam, ut declarant verba ejuſdem concordiæ immediatè ſequentia, *hoc eſt una ex parte Regis, & alia ex parte Eccleſiæ*, ita Fontanella *dec.*324. *à num.*11. *part.*2.

73 Non obſtat ſecundum fundamentum ſecundæ opinionis *de quo num.*58. nam reſpondetur primò, quòd licèt Arbitri pro parte Eccleſiæ ſoleant in contentionibus frequentiùs eligi Eccleſiaſtici, verùm multoties fuit ſervatum contrarium, & pluries, ac frequentiſſimè pro parte Eccleſiæ fuerunt factæ nominationes Arbitrorum laicorum, nec unquam per aliquem fuiſſe contradictum, Fontanella *deciſ.*324. *num.*16. *part.*2. ubi teſtatur perquiſiiſſe plures proceſſus, & ita reperiiſſe, maximè in Epiſcopatu & Diœceſi Gerundæ, & *num.* 23. refert deciſionem Cancellarii Cathaloniæ, & ita vidi pluries factum in Epiſcopatu Ilerden. & in Regno Sardiniæ, & nullus contradixit, Portoles *foro* 1. *num.*18. *de compet. juriſdict.* ubi teſtatur in Regno Aragonum ex praxi, & uſu hactenus inconcuſsè obſervato inductum fuiſſe, etiam laicos in arbitros competentiarum nominari, eorumque ſententiam valere, & poſtea addit, quare in Regno nulli dubium eſſe, etiam laicos in hujuſmodi arbitros eligi poſſe, Mattheu *de regim. Regn. Valen. tom.*2. *cap.*7. §.1. *ſect.*4. *numer.*135. ubi ait, quòd & ſi in Regno Valentiæ uſu, & conſuetudine receptum ſit pro parte juriſdictionis Eccleſiaſticæ nominari in arbitrum Vicarium generalem, aliquando viſum fuiſſe laicum nominari, & tra-

74 dit nominatum fuiſſe Don Gaſparem Terrega in cauſa contentionis Don Vincentii Carroz Equitis Ordinis ſancti Joannis Hieroſolymitani, quàm diffinitam fuiſſe per arbitros 28. Februarii 1612. & cum utroque modo factum reperiatur, uſus eſt difformis, quod eſt impedimentum, ne poſſit allegari conſuetudo, quæ ex actibus difformibus non inducitur, Ludoviſ. *deciſ.*162. *numer.*7. Oſaſcus *deciſ.*99. *numer.* Donat. Anton. de Marinis *reſol. quotid. cap.*81. Suelves *conſil.* 24. *numer.*14. *lib.*2. Poſtius *poſt tract. deciſ.* 9. Caſanate *conſil.* 38. *num.* 61. Larrea *alleg.*50. *numer.* 20. *& alleg.* 54. *num.*7. *& alleg.* 92. *num.*5. *& alleg.*94. *num.*9. Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſſ.*18. *part.*1. *à num.*168. *& deciſ.* 324. *numer.* 18. *& deciſ.* 337. *numer.* 23. *p.* 2. latè Ilerdenſis Ferrer. *in conſtit. hac noſtra temp.* 5. *declar.*1. *à num.* 140.

Reſpondetur ſecundò, hujuſmodi conſuetudinem 75
eligendi, nominandi pro parte Eccleſiæ perſonam Ec-
cleſiaſticam in Arbitrum eſſe merè facultativam, cùm 76
non reperiatur lege ita cautum, ita Fontanella *deciſ.*
324. *numer.*16. *part.* 2. & ex actibus facultativis conſuetudo non inducitur, etiam ſi ſit mille annorum, Ludoviſ. *dec.* 162. *num.*10. & ibi Beltraminus *num.* 16. Franchiſ. *deciſ.*166. *numer.*8. Fontanella *deciſ.*220. *num.* 13. *&* 14. *part.* 1. *& deciſ.* 324. *numer.*17. *& deciſ.* 325. *num.*21. *& deciſ.* 337. *numer.*20. *part.* 2. *& de pac. nupt. tom.*1. *clau.* 4. *gloſſ.* 10. *part.*2. *à numer.* 9. *& gloſſ.* 17. *à num.*46. latè Poſtius *de manuten. obſervat.*53. Seraphin. *dec.* 323. Menochius *conſ.*201. *à num.* 82. Caſanate *conſ.* 39. Larrea *alleg. fiſcal.* 50. *num* 35. *& alleg.*96. *numer.*6. Ilerden. Ferrer. *In conſtit. hac noſtra temp.* 1. *declar.*7. *à num.*18.

Ad tertium, & quartum fundamentum ſecundæ opi- 77
nionis *de quibus num.* 59. *&* 60. remanet ſatisfactum
ex his quæ tradidi numer. 63. *&* 70. quæ etiam tradit Fontanella *deciſ.* 24. *num.* 1. *part.* 2. Et ſicut Ar- 78
bitri competentiarum poſſunt eligi omnes laici, ſic etiam omnes eligi poſſunt Eccleſiaſtici, Matth. *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 120. *num.*1.

Quæro 12. intra quantum tempus teneantur Arbi- 79
tri contentionem, ſeu competentiam decidere? Reſpondeo quòd in Cathalonia antiquitus tenebantur Arbitri contentionem, competentiam, ſeu dubium decidere infra tres menſes bona fide, ſuo juramento, dolo, & fraude ceſſantibus, ut habetur in *c.* 4. concordiæ Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *quod legitur in pragmat.* 1. *content. juriſdict.* Ferrer. *part.*3. *obſer.c.*7. *verſ. ſecundùm tamen*, ibi. *qua forma, & dixi ſupra dec.*6. *nu.*2. *&* 5.

Poſtea autem per Sereniſſimum Dominum Regem 80
Alphonſum quartum in privilegio conceſſo ſtamento Eccleſiaſtico dat. in ſancto Cucuphato 11. Septembris 1418. fuit diſpoſitum, quòd Arbitri deciderent contentionem, ſeu dubium intrà decem dies, *ut habetur in pragmat. viſis* 4. *de conten. juriſdict.* Ferrer. *part.*3. *obſer. cap.* 172. *verſic. poſtea verò in Curia Dertuſæ in fine, & dixi ſuprà dec.* 6. *n.*3. *&* 6.

Hodie verò in Cathalonia Arbitri tenentur conten- 81
tionem, & dubium decidere intra quinque dies, ut habetur in privilegio Sereniſſimi Domini Regis Ferdinandi ſecundi conceſſo ſtamento Eccleſiaſtico in Villa de Almanca 23. Aprilis 1596. *quod legitur in pragmat. Primerament.* 6. *de conten. juriſdict.* Ferrer. *part.* 3. *obſer. capit.* 172. *verſic. poſtea vero in Curia*, Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.*7. *& in pract. Vicarii Barcinon. rub.* 11. *num.*11. *& var. cap.* 1. *nu.* 42. Peguera *in pract. crim. cap.*26. *num.*7. *verſic. ulterius, circa medium*, Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſſ.*13. *part.*3. *num.*5. *& deciſ.*321. *num.*10. *& dec.* 409. *nu.*17. *part.* 2. & dixi *ſuprà deciſ.*6. *num.*3. *&* 7. notat Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.*1. *cap.*7. §. *ſect.*4. *num.*120.

Idem practicatur in Regno Sardiniæ per pragma- 82
ticas noſtras ſuprà relatas, Regens Vico *lib.*2. *tit.* 51. *num.* 12. 21. *&* 28. *in margine*, & in Regno Majoricarum.

Similiter in Regno Aragonum Arbitri competen- 83
tiam declarare tenentur intrà quinque dies *forus* 1. ubi Bardaxi *num.*15. Portoles *num.* 23. *de compet. juriſdict.* Ramirez *de lege Regiá*, §. 2. *nu.*5. *in fine*, Seſſe *de inhibit. cap.*9. §.1. *num.*27. Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. proceſſo de compet. juriſdict. fol.* 334. *col.* 1. *verſ. y los arbitros*, Urrutigoyti *in paſtor, regul. part.*1. *clau.*10. *num.*3. *&* 30.

In Regno autem Valentiæ, & ſi fori in termino 84
ſtatuendo variaverint, *ut patet ex noſtra concordia, junctis foris* 17. 18. *cum ſeq. de juriſdict. omn. jud.* hodie verò ex Regio reſcripto diei 14. Julii 1562. Arbitri intra terminum quinque dierum dubium declarare debent, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.*2. *cap.*7. §.1. *ſect.*4. *n.* 120. ubi probat, non eſſe contra foros, neque

con-

contra jura Ecclesiæ, cum Bullæ Pii Quinti, & Gregorii decimi tertii relatæ suprà *decis. 7. num. 95. & 97.* loquentes de universa Corona Aragonum sub hac procedendi forma conceptæ sint.

85 Quæro 13. An tempus quinque dierum concessum Arbitris ad declarandum prorogari possit? Respondeo quòd de consuetudine non prorogatur, Mattheu *de regim. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 122.* ubi refert quamquam *in foro 9. Curiarum anni* 1564. disponatur, jurisdictiones contendentes posse terminum Arbitrorum prorogare, usu receptum non esse, imò ex Regio rescripto interdictum reperiri jurisdictioni Regiæ ad similem prorogationem consensum præstare, & citat Abbatem Domnech. *in ordin. §. 8.*

86 Quæro 14. Quomodò sint computandi isti quinque dies Arbitris ad declarandam contentionem concessi? Respondeo quòd in Cathalonia computari debent à die, & hora, qua litteræ responsivæ ab una Curia, alteri præsentatæ fuerint, *pragmat. Primierament. 6. de cont. jurisdict.* Peguera *in pract. crim. cap. 26. num. 7. versic. ulterius, ad medium*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub. 11. num. 11.* & fuit declaratum per Cancellarium Erill. Consultoribus Josa, Pons, & Turell. Anglesell. & Balaguer. 9. Februarii 1638. *contra Syndicum, & supraposítos vini Civitatis Tarraconæ*, & idem est in Regno Sardiniæ, ut ex eadem Regia pragmatica tradit Regens Vico, *lib. 2. tit. 51. num. 28.* & in Regno Valentiæ, Mattheu *de regim. Val. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 123.* In Regno autem Aragonum de foro computantur dicti quinque dies, à die quo intimantur primo Judici litteræ secundi Judicis inhibiti, *forus 1. de comp. jurisdict.* Sesse *de inhibit. cap. 9. §. 1. num. 27.* Urrutigoyti *in pastor. regul. par. 1. claus. 10. num. 3.* Postea fuit practicatum, quòd non currerent Arbitris, nisi à die intimationis ipsis factæ, tradit Michael Ferrer. *in sua methodo, in proces. de compet. jurisdict.* ubi addit, *ita fuisse decisum à Cancellario in processu competentiæ Rectoris Concessa.* Hodie verò practicatur, quòd currunt à die, quo intimantur primo Judici litteræ secundi Judicis inhibiti, Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. titulo processo de competen. de jurisdiction. 334. col. 1. de princ.*

87 Quod est juri communi contrarium, nam tempus datum Arbitris ad declarandum compromissum non currit nisi à die intimationis eisdem factæ, & acceptationis illius, *leg. si cum dies compromissi, ff. de arbitris*, & post alios tradunt Portoles *foro 1. num. 24. & 30.* Bardaxi *num. 15. de compet. jurisdict.* Boer. *decis. 283. numer. 1.* Franchis *decis. 354. numer. 3.* Novar. *ad pragmat. Reg. Neapol. titul. de arbitris, collect. 2. numer. 36.*

88 Quæro 15. An quinque dies concessi Arbitris ad declarandum sint continui? Respondeo quòd sic, de jure Cathaloniæ, Ripoll. *in pract. variar. Barcin. rub. 11.*
89 *sub num. 11. &* currunt de momento ad momentum, Ripoll. *loco proximè relato*, Fontanella *decis. 409. nu.*
90 *17. par. 1.* & comprehendunt dies tam feriatos, quàm
91 non feriatos, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub. 11. num. 11. in fine*, taliter, quòd sententia lata per Arbitros die feriata valida est, idem Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub. 11. num. 15.* ubi refert ita declaratum per Cancellarium Cassador. 15. Aprilis 1570. *quæ fuit facta in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & contra Curiam secularem Vicarii dictæ Civitatis, & Nobilem Joannem de Erill ratione sententiæ latæ inter dictas partes per Arbitros nominatos per ambas Curias die prima*
92 *Quadragesimæ, quæ est feriata.* Adeò ut nullitas ea de causa allegata omninò repellatur, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub. 11. num. 15.* ubi testatur ita decisum per Cancellarium Loris 30. Maii 1570. & de his infrà *decis. 21. de probationibus num. 3. & numer. 38. & latiùs dec. 24. de sentent. à nu. 53.*

93 Idemque est in Regno Aragonum ut tempus quinque dierum Arbitris ad declarandum concessum sit continuum, Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. titulo processo de compet. de jurisdiction. fol. 335. versic. advierteſſe,*
94 & currit de momento ad momentum, Portoles *foro 1. num. 23. de compet. jurisdict.* Ramirez, *de lege Regia §.*
95 *2. num. 6.* Molinos *loco proximè relato fol. 334. col. 1. in princ.* etiam tempore vacationum, & aliis quibuscumque diebus feriatis, *forus 5.* ubi latè Portoles *à n. 5. de compet. jurisdict.* Molinos *loco cit. 11. fol. 335. versic. advierteſſe*, & quid in Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum dicam *decis. 21. de probationibus, à num. 38. & dec. 23. de sententia à num. 53.*

Quæro 16. An sententia lata per Arbitros post ter- 96
minum quinque dierum valida sit? Respondeo quòd non, Mattheu *de regim. Reg. Val. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 123.* ubi testatur hoc jure uti, & decisionem Cancellarii Regni Valentiæ refert in causa Michaelis Bodi 6. Octobris 1568.

Quod juri communi est conforme, nam laudum 97
extra tempus præfixum latum nullius est momenti ex defectu potestatis, *cap. non solùm de appellat. in 6.* Franchis *dec. 354. num. 1. & finali*, Novar. *ad pragm. Regni Neapolis, tit. de arbitris coll. 7. num. 23.* idque ex vi temporis limitati, quæ tacitam contrariam dispositionem continet, *leg. fratres, ff. de pœnis*, Grat. *discept. for. cap. 710. num. 11.* Fontanella *decis. 161. nu. 4. part. 7.* Mattheu *de regim. Reg. Val. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 123.* Giurba post alios *dec. 9. nu. 3.*

Quæro 17. Quo die possiunt Arbitri declarare con- 98
tentionem? Respondeo quod possiunt illam declarare quolibet die dictorum quinque dierum, prout ipsis visum fuerit, quia *pragmat. primierament 6. de conten. jurisdict.* dicit intra quinque dies, illa enim dictio *in-* 99
tra, includit sua extrema, Tuschus *pract. conclus. littera D. concl. 299. num. 1.* Valenzuela *cons. 105. nu. 34.* Mantica *de tacit. & ambiguis conven. lib. 4. tit. 9. num. 9.* Cenedo *singul. 54. num. 3.* Hermosilla ad Greg. 100
Lopez *tom. 2. num. 36. fol. 116.* Barbosa *dictione 161.* ita ut si terminus alicui assignetur ad aliquid faciendum intra decem dies, quolibet die dictorum decem dierum poterit ille actus fieri, Tuschus, & Barbosa *ubi proximè*, ille *num. 2.* iste *num. 4.*

Quæro 18. An Arbitri ad declarandam contentio- 101
nem, seu competentiam electi possint cognoscere de causa principali? Respondeo quòd non, adeò quòd si de negotio principali judicaverint, sententia non valet, Portoles *foro 1. num. 20. de compet. jurisdict. & de jure* plures, Fermosin. *in cap. si quis contra Clericum, quæst. 29. num. 17. de foro compet.* Vide quæ dicam *decis. 24. de sententia à num. 75.*

Quæro 19. An si Arbitri, vel Cancellarius declarant 102
contentionem non viso processu, sententia per eos lata valida sit? Respondeo quòd sic, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub. 11. num. 15. in fine*, ubi refert ita declaratum per Cancellarium Puigmari 23. Februar. 1622. Ferrer. *par. 3. obser. cap. 221.* ubi tradit aliam declarationem Cancellarii Sorribes, & fuit observatum per Cancellarium Rovirola 19. Decembris 1598. *con-* 203
tra Jacobum Llarriza. Quod est juri communi contrarium, ex his quæ docent Mastril. *decis. 80. num. 1. & 2.* Giurba *cons. 89. num. 6. & 7.* Castillo *decis. 45. num. 5. & 7. & decis. 71. num. 3.* Monter *dec. 25. numer. 48.* Borell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 30. num. 12.* Guazz. *def. 35. cap. 4.* Salgado *de Regia protect. par. 1. cap. 7. à num. 36.* latè Pareja *de instr. cod. tom. 1. tit. 3. resol. 1. à numer. 54.*

Quæro 20. An coram Arbitris infrà quinque dies 104
ambæ Curiæ tàm Ecclesiastica, quàm sæcularis, & partes interesse habentes possint de facto ponere, deducere, allegare, & probare, quidquid dicere, ponere, ducere, & allegare voluerint? Respondeo quòd sic de jure Cathaloniæ Peguera *in pract. criminali cap. 26. versic. jam nunc ex prædictis.* De Regno Aragonum, Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. processo de compet. de jurisdict. fol. 334. versic. demanera, & versic. si ac deciere, & fol. 335. versic. paramayor, ante finem, ibi, y si las partes*, quod secus est in Regno Valentiæ; nam etsi olim coram Arbitris processus ordinarius conficeretur, testesque examinarentur in materia principali abjectiva & corroborativa, Domnech *in obs. §. 11.* Hodie verò praxi receptum est, ut productio testium reservetur ad judicium Cancellarii, Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom. 12. cap. 7. §. 1. sect. 4. numer. 124. 125. & 126.* qui etsi *num. 124.* & referat ita observari in Cathalonia,

con-

contrarium est certum ex Peguera *loco relato*, & ita praxis observat in hoc Principatu.

105 Et adeò prædicta in Cathalonia vera sunt, ut probationes factæ coram Arbitris si producuntur, probant coram Cancellario, ut fuit observatum per Cancellarium Puigmari 30. Julii 1623. *in facto contentionis super repetitione personæ Michaelis Subira, quam ad litteram refero decis. 24. num. 207.* & per Cancellarium Erill. 19. Januarii 1633. *in causa immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Michaelis Puig aliàs lo vert, textoris lini Villæ Camarasiæ, quam ad litteram refero infrà decis. 24. de sententia, num. 210.* & per eumdem Cancellarium Erill. 16. Martii 1635. *in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Gerunden. ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Regii dictæ Civitatis ex altera, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Joannis Sabadi agricolæ Parochiæ de Pujals dels Cavallers, quam ad litteram retuli suprà decis. 15. num. 30.* Quid in Regno Aragonum quomodo ibi practicandum sit, tradit Molinos. *In pract. jud. Reg. Aragon. tit. processo de compet. de jurisd. fol. 337. versic. la otra parte.* Urrutigoyti *in past. reg. par. 3. voto 4. à num. 3.* De Regno Valentiæ vide Mattheu *de regim. Regen. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 125.*

106 Sed scias pro coronide hujus decisionis, quòd licèt Arbitri in causis contentionum rarò declarent, ut testatur Ripoll. *var. cap. num. 42.* possunt tamen declarare si volunt, cum habeant à concordia, Regiis pragmaticis, foris, & constitutionibus hanc potestatem, ut in casibus relatis per Peguer. *dec. 54. num. 11. par. 1.* Ramon *cons. 98. num. 11.* Leon *dec. 20. num. 1. versic. & cum dicti Arbitri part. 1.* Matth. *de regim. Reg. Val. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 135.* & per me *suprà relato nu. 91.* frequenter tamen discordes reperiuntur, ut notat Mattheu *de reg. Reg. Val. tom. 2. c. 7. §. sect. 4. sub num. 123.*

108 Sed an Arbitri contentionum possint unus sine alio judice judicare? Respondeo quòd non, quia amborum est jurisdictio, ut patet *ex nostra concordia, & pragmat. Primerament. 6. de conten. jurisdict.* De Regno Aragonum *forus 1. de compet. jurisdict.* & ex Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub. 11. à num. 13.* tradit Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. sub nu. 120. ubi refert sic definitum in Regno Valentiæ.* Conducunt Satavia *de jurisd. adjunct. qu. 31. per totam, præcipuè n. 19. & 21.* Barbosa *in collectan. ad Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 6. num. 36. & 38.* Sperel. *decis.*

109 *79. num. 1.* Quod est juri communi conforme, *leg. magistratus, ff. ad municip.* Flam. Chartar. *dec. 60. à num. 2.* Cancer. *par. 3. var. cap. 12. à n. 266.* Berart. *in specul. visit. c. 26. n. 15.* Castillo *dec. 87.* Mastril. *dec. 292. à n. 10.* Caroccius *except. 22. q. 28.* Merlinus *controver. lib. 1. c. 25.* Xammar. *de offi. jud. par. 1. q. 24. num. 114.* & latè materiam tractat *à n. 107. ad 118.* Tondut. *de cont. jurisd. par. 2. cap. 4. n. 1.* Cabal. *resol. crimin. casu 119.*

110 *nu. 33.* Quod amplia, ut unus ex Arbitris sine alio non potest diffinitivam proferre, sed nec interlocutoriam, *l. duo ex tribus, ff. de re jud. cap. uno delegatorum de offi. de leg.* Cancer. *par. 3. var. cap. 12. num. 169.* Berart. *in spec. visit. ca. 26. n. 16.* Castillo *decis. 87. n. 9.* quidquid dicant Carroccius *excep. 21. quæst. 28. n. 5.* Xammar. *de offi. jud. par. 1. quæst. 24. num. 109. & 115.* Cabal. *res. crimin. casu 119. n. 34.* Guazzin. *def. 33. cap. 12. nu. 9.*

111 *& 10.* nec etiam processum instruere testes recipiendo, vel aliàs in tranflato partis providendo, ut post alios tradunt Cancer. *par. 3. var. c. 12. nu. 270.* Berart *in spec. visit. c. 26. num. 16.* Mastril. *decis. 262. n. 14.* Quidquid reclament Xammar. *de offi. jud. par. 1. qu. 24. num. 115.* Castillo *decis. 87. num. 8.* & ita servatur in Cathalonia, de Regno Valentiæ dicit Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 120.* quòd ad actum judicandi non possunt Arbitri unus sine alio procedere, sed quo ad cætera quilibet procedit seorsim, & testatur ita praxim quotidianam declarare; in Regno Sardiniæ nec vidi, nec audivi Arbitros competentiarum in unum locum in Civitate Calaris congregatos, neque unum similes causas declarasse, & si in Regia Gubernatione Capitis Sassaris, & Logudorii Arbitri competentiarum, etsi non sint concordes, soleant declarare unusquisque pro sua jurisdictione, similiter & in Regno Majoricarum, sed superfluè cùm talis declaratio nullius momenti sit, & causa devolvatur ad Cancellarium, *ut in decis. sequenti quæst. 8. num. 19.*

Sed an Arbitri contentionum ut declarare valeant, 112
simul convenire debeant, & causam discutere, an verò sufficiat separatim vota sua concorditer reddere, videndi sunt Gratian. *discept. foren. cap. 211. à num. 2. præcipuè num. 5. & cap. 226. à nu. 3.* signanter *numer. 6.* Xammar. *de offi. jud. par. 1. quæst. 24. à num. 101.* Trentacinq. *lib. 1. var. resol. tit. quod cujusque univer. nomin. resol. 1. à num. 11.* Carrocius *excep. 22. quæsi. 28. num. 11.* ubi quòd Judices pronuntiantes super incompetentia omnes simul convenire debent, dicunt Cabal. *resol. crim. casu 119. nn. 15.* Guazzin. *defen. 35. cap. 12. num. 10. versi. & idem.*

ARGUMENTUM.

De Cancellario uti Tertio Judice causarum contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Auctor in hac decisione agit de Cancellario uti Tertio in causis contentionum.*

2 *Tertius est eligendus ab Arbitris secundùm concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, si ipsi contentionem non declaraverint.*

3 *Tertius pro declarandis causis contentionum est Cancellarius in tota Corona Aragonum.*

4 *Cancellarius declarat causas contentionum in tota Corona Aragonum ut Tertius, & Arbiter à partibus approbatus.*

5 *Cancellarii nominatio ad Dominum Regem spectat in tota Corona Aragonum.*

6 *Cancellarii Officium in qua persona est providendum per Dominum Regem in Cathalonia, & quid in Regnis Valentiæ, Sardiniæ & Majoricarum, num. 7. & quid in Regno Aragonum, num. 8.*

9 *Cancellarius an debeat esse Cathalanus, distingue duos casus.*

10 *Cancellaria est duplex magna, & parva, & explicatur, quæ parva.*

11 *Cancellarius totius Coronæ Aragonum, qui nunc Vicecancellarius vocatur, potest esse quilibet natus Regnorum Coronæ Aragonum.*

12 *Cancellarius in Cathalonia debet esse Cathalanus.*

13 *Cancellarii plures eodem tempore creari possunt honore, & dignitate, sed non in exercitio.*

14 *Cancellarius Cathaloniæ debet esse graduatus in jure Canonico, vel civili, sufficit tamen, quòd sit Bachalaureus, nu. 15. & quid in aliis Regnis Coronæ Aragonum, nu. 16.*

17 *Cancellarius antequam officio utatur, jurare debet, & in Cathalonia audire sententiam excommunicationis, num. 18.*

19 *Contentionis causa inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem devolvitur ad Cancellarium in tota Corona Aragonum, si Arbitri intra quinque dies in ea concorditer non declaraverint.*

20 *Cancellarius ut possit declarare causas contentionum in Cathalonia, debet præsens existere in loco, ubi est Curia, vel ubi celebratur Regia Audientia, sed pro veritate distingue quatuor casus, n. 23. 24. & 27. Quid in aliis Regnis Coronæ Aragonum, nu. 21.*

25 *Curia est, ubi est Dominus Rex.*

26 *Regens Regiam Cancellariam, Fisci Advocatus, & Judices Regiæ Curiæ semper existunt in loco, ubi extat Locumtenens generalis suæ Majestatis.*

28 *Cancellarius non potest declarare causas contentionum, si Regia Audientia sit prorogata.*

29 Can-

29 *Cancellarius si sit absens à Curia, seu à loco, ubi celebratur Regia Audientia, quis debeat Tertium in locum Cancellarii eligere.*

30 *Cancellarius in Cathalonia, & Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum intra tringita dies contentionem declarare tenetur, & num.* 31. *Quid Aragonum, num.* 32.

33 *Cancellario in Cathalonia, & Regnis Sardiniæ, Valentiæ, & Majoricarum currere incipiunt triginta dies ad declarandam contentionem ipso jure, & facto immediatè post quinque dies Arbitris concessos, quid in Regno Aragonum, nu.* 34. *& quid de jure communi, num.* 35.

36 *Tempus concessum Cancellario ad declarandam contentionem an sit continuum, & currat de momento ad momentum, & diebus feriatis, & non feriatis.*

37 *Cancellarius si non declaraverit contentionem in Cathalonia, & Regnis Sardiniæ, Valentiæ, & Majoricarum intra triginta dies, & in Regno Aragonum intra triginta quinque dies, censetur contentio declarata in favorem Ecclesiæ & Ecclesiasticæ jurisdictionis.*

38 *Limita primò, si vacet officium Cancellarii.*

39 *Limita secundò, si Cancellarius sit infirmus.*

40 *Limita tertiò, tempore pestis, & nu.* 50.

51 *Limita quartò, si pendente causa contentionis fuerit attentatum.*

52 *Limita quintò, si pendente termino Curiæ, seu partes se ponant in concordia.*

53 *Limita sextò, si terminus de consensu Curiarum fuerit prorogatus.*

54 *Limita septimò si Regia Audientia fuerit prorogata.*

40 *Tempus non currit non dato Judice, vel ipso existente absente, infirmo, vel aliter impedito, intellige si tempus est utile, num.* 43. *Secus si est continuum, num.* 44.

41 *Impedito tempus non currit, & num.* 42. *Intellige ut num.* 43. *& 44.*

45 *Protestatio an sit necessaria super impedimento vacationis officii Cancellarii, vel ejus infirmitatis, seu absentiæ, & nu.* 46.

47 *Supplicatio an sit necessaria, quid offeratur ut propter impedimentum Cancellarii tertius nominetur, & nu.* 48.

55 *Declaratio tacita in favorem Ecclesiæ, quæ resultat ex lapsu termini, non impedit quominus alii, qui non fuerunt in ea citati, possint iterum, & de novo contentionem firmare.*

56 *Cancellarius judicare debet, ubi dubium vertitur, si terminus triginta dierum sit elapsus, vel non, idque facere potest, nedum per viam novæ contentionis, sed etiam per viam supplicationis.*

57 *Cancellarius excusatur à residentia, & lucratur distributiones suæ præbendæ.*

58 *Cancellarii qui fuerunt in Cathalonia ab anno* 1553. *nominantur.*

59 *Cancellarii qui fuerunt in Regno Sardiniæ nominantur.*

60 *Cancellarii Privilegium refertur.*

DECISIO XVIII.

1 MEum institutum non est tractare de Cancellario, qui habet in Cathalonia Consistorium, & præsidet in una ex Aulis Regiæ Audientiæ, de quo plura tradidi *decis.* 10. *à num.* 38. *ad* 57. sed de Cancellario uti Tertio in causis contentionum.

2 Cùm secundùm concordiam Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *de qua in pragmat.* 1. *de content. jurisd.* si communes personæ ab utraque Curia electæ ad contentionem dirimendam, dubium non declaraverint, ipsæ Tertium eligere tenentur.

3 Quæro 1. Quis sit hodie iste Tertius, de quo in dicta concordia fit mentio? Respondeo quòd in Cathalonia est Cancellarius ut habetur in privilegio Sereniſſimi Domini Regis Alphonsi quarti, stamento Ecclesiastico concesso, dato in sancto Cucuphato 11. Septembris 1418. *de quo in prag. visis* 4. §. 2. *de cont. jurisd.* & in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Sereniſſimum Dominum Regem Ferdinandum II. dato in Villa de Almanca 25. Aprilis 1496. *c.* 1. 4. 5. *& 6. de quibus in pragm. primierament* 6. *pragm. encara* 8. *pragm. encara* 9. *pragm. per la expeditio* 10. *de cont. jurisd.* & in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Sereniſſimam Dominam Reginam Germanam Consortem, & Locumtenentem generalem Sereniſſimi Domini Regis Ferdinandi II. dato in Villa Montissoni 1. Septembris 1512. *de quo in pragm. fin. de cont. jurisd.* Oliba *de jure fisci, c.* 4. *n.* 41. Berart. *in spec. visit. c.* 10. *nu.* 16. Fontanella *decis.* 200. *n.* 3. *par.* 1. *& decis.* 323. *n.* 8. *par.* 2. Peguera *in pract. crim. c.* 26. *n.* 7. *vers. ulterius*, Ripoll. *var. c.* 1. *n.* 43. *& de regal. c.* 11. *n.* 8. *& in pract. Vicarii Barcinonæ rub.* 11. *à n.* 16. *& in addit. ad* Peguer. *in pract. civil. rub.* 27. *n.* 135. Molinus *de ritu nup. lib.* 2. *diff.* 10. *n.* 11. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *c.* 36. §. 40. *vers. ad Canciller*, Cancer. *par.* 3. *c.* 10. *nu.* 15. notat Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *spec.* 2. *nu.* 259. *in fine*, idemque in Regno Valentiæ Regens Leon *decis.* 208. *nu.* 26. *par.* 2. Mattheu *de regim. Reg. Val. to.* 1. *c.* 2. §. 2. *sect.* 3. *n.* 170. *& to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *n.* 9. *& sect.* 4. *n.* 121. In Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *& ibi gl. margin. in fine, & n.* 28. *& ibi glo. marginaria.* In Regno Aragonum *forus* 1. ubi Bardaxi, & Portoles *de comp. jurisd.* Ramirez *de lege Regia*, §. 1. *n.* 6. Sesse *de inhib. c.* 9. §. 1. *n.* 28. *& c.* 10. §. *n.* 23. Molin. *in prax. jud. Reg. Aragon. tit. processo de compet. de jurisd. fol.* 334. *col.* 2. *vers. y acaeciere*, Suelves *cons.* 32. *in prin. lib.* 1. & in Regno Majoricarum Dametus *in histor. Mayor. lib.* 1. §. 21. Vincentius Mut. *in histor. Mayor. lib.* 10. *c.* 10. *vers. las causas in fine*, & de tota Aragonum Corona Sesse *decis.* 113. *num.* 37.

Ex quo fit quòd nunc in Corona Aragonum cognitio & declaratio causarum contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem pertinet ad Cancellarium, ut Tertium; & Arbitrum à partibus approbatum, ut ex juribus suprà relatis tradunt Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *c.* 36. §. 40. *vers. al Canciller*, Oliba *de jure fisci, c.* 4. *n.* 41. Berart. *in spec. visit. c.* 10. *nu.* 16. Fontanella *decis.* 200. *n.* 3. *par.* 1. Xammar. *defin.* 129. *in facto, & defi.* 139. *in facto par.* 2. Peguer. *decis.* 29. *in prin.* Sesse *de inhibit. c.* 9. §. 2. *n.* 25. *& c.* 10. §. 1. *n.* 43. & alii Doctores proximè relati, & dixit Regium Consilium Cathaloniæ in consultatione missa Sereniſſimo Domino Imperatori Carolo V. Dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis: *si verò fit repetitio per Curiam, & sic formatur contentio; cognoscit juxta concordiam, & alia concordata Cancellarius, qui est Officialis vestræ Majestatis.* 4

Quæro 2. Ad quem pertineat, & spectet electio, provisio, & nominatio Cancellarii? Respondeo quòd ad Dominum Regem, de jure Cathaloniæ *const.* 4. *de officio de Canciller* Oliba *de jure fisci, c.* 4. *nu.* 38. Ripol. *de regal. cap.* 11. *nu.* 8. Berart. *in specul. visit. c.* 10. *n.* 6. & dixit Regium Concilium Cathaloniæ *ultimis verbis nu. præcedenti relatis*, De Regno Valentiæ Regens Leon *dec.* 208. *nu.* 26. *in fine, par.* 2. Idemque est in Regnis Aragon. Sardin. & Majoricar. *& ita observatur.* 5

Quæro 3. in qua persona Cancellarii Officium per Dominum Regem provideri debet? Respondeo quòd in notabili persona Ecclesiastica, de jure Cathaloniæ *constit.* 4. *de officio de Canciller*, Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. c.* 72. Ripoll. *de regal. c.* 11. *n.* 8. Fontanella *decis.* 323. *n.* 8. *in fine, par.* 2. Berart. *in spec. visit. c.* 10. *n.* 6. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *c.* 36. §. 40. *vers. lo Canciller*, notat Mattheu *de regim. Regn. Valen. tom.* 1. *c.* 2. §. 2. *sect.* 3. *num.* 154. & communiter fit provisio in magno Prælato, Mieres *in Curia Barcinonæ Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Mariæ tom.* 2. *collat.* 10. *c.* 3. *n.* 10. *fol.* 362. *in novis*, & ad eum Despujol *fol.* 74. *versic. Cancellarius communiter*, puta Archiepiscopo vel Episcopo, Mieres *in curia Barcinonæ Sereniſſimi Domini Regis Martini, tom.* 2. *col.* 8. *c.* 2. *n.* 8. *fol.* 161. Ferrer. *par.* 3. *observ. c.* 72. Berart *in spec. visit. c.* 10. *nu.* 9. vel in aliis notabilibus personis Ecclesiasticis, *ut probat dicta constitutio, & tenent omnes Doctores proximè citati*, ut Abbatibus, Berart *in spec. visit. c.* 10. *n.* 10. Dignitatibus, 6

bus, & Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, *ad tex. in cap. statutum* 11. ubi Barbosa *num.* 14. *de rescrip. in* 9. idem Barbosa *de Canonicis cap.* 19. Riccius *in prax. va-*
7 *riar. resol.* 349. Similiter in Regno Valentiæ Cancellarius debet esse persona in Ecclesiastica dignitate constitutus, *forus* 1. *&* 27. *curiarum ann.* 1564. *fol.* 1. *&* 6. Regens Leon *decis.* 208. *n.* 26. *in fine, par.* 2. Mattheu *de regim. Reg. Valen. to.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* & idem in Regnis Sardiniæ & Majoricarum, & ita observatur, de
8 Regno Aragonum vide *forum* 1. ubi Bardaxi *in princ. & nu.* 1. *de offi. de Canciller*, Ramirez *de lege Regia* §. 10. *n.* 25. D. Josephus Exea, & Descartin *in repet. leg. unicæ, C. de palat. & dom. Domin. lib.* 11. *fol.* 89. *vers. neque, in fine*.

9 Quæro 4. An Cancellarius debeat esse Cathalanus? Respondeo (quòd cùm Cancellaria sit duplex, magna,
10 & parva: magna in negotiis totius Coronæ Aragonum, parva in qualibet Provincia hujus Coronæ, ut explicant Oliba *de jure fisci, c.* 4. *n.* 43. Berart. *in specul. visit. c.* 10. *nu.* 8. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *c.* 30. §. 40. *vers. esta Cancellaria*) distinguendo duos casus.

11 Primus est in Cancellario totius Coronæ Aragonum qui nunc Vicecancellarius vocatur, iste non est necesse, quòd sit Cathalanus, sed potest esse quilibet natus, naturalis & domiciliatus realiter, & de facto cum veritate, & sine dispensatione Regnorum Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Sardiniæ, & Majoricarum, *constit.* 4 *de offici de Canceller*, Mieres *in curia Barcinonæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Mariæ par.* 2. *collat.* 10. *c.* 3. *num.* 29. *&* 34. *fol.* 363. *in novis*, Ferrer. *par.* 3. *obser. c.* 72. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *c.* 36. §. 40. *vers. lo Canceller*, Oliba *de jure fisci c.* 4. *n.* 39. Berart. *in spec. visit. cap.* 10. *n.* 6. Mattheu *de reg. Valent. to.* 1. 2. §. 2. *sect.* 3. *n.* 164.

12 Secundus est, in Cancellario Cathaloniæ tantùm, qui debet esse Cathalanus, Oliba *de jure fisci cap.* 4. *nu.* 39. Berart. *in spec. visit. c.* 10. *nu.* 7. Idem est in Regno Aragonum, in quo Cancellarius debet esse Aragonensis, *forus* 1. ubi Bardaxi *in prin. forus* 2. ubi Bardaxi, *n.* 1. *&* 4. *de offic. Cancel.* idem Bardaxi, *de offi. Gubern. par.* 1. *q.* 4. *n.* 5. Portoles §. *Vicecancellarius n.* 3. *&* 14. Similiter in Regno Valentiæ Cancellarius Regni solet esse Valentinus, & Cancellarius Regni Sardiniæ solet esse Sardus, & Cancellarius Regni Majoricarum solet esse Majoricensis, & ita practicatur.

13 Quæro 5. An Cancellarii plures eodem tempore creari possint per Dominum Regem? Respondeo quòd sic, habitu scilicet, honore & titulo dignitatis, non verò in actu exercitii, ut tradunt Mieres *in Curia Barcinonæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Mariæ par.* 2. *collat.* 10. *cap.* 3. *nu.* 18. *&* 40. *fol.* 362. *in novis*, Oliba *de jure fisci, cap.* 4. *num.* 39. Ripoll. *de Regal. cap.* 35. *num.* 208. Bardaxi *de offi. Guber. par.* 1. *q.* 2. *n.* 6. & de jure vide Bobadillam, *in politica lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 19.

14 Quæro 6. An Cancellarius debeat esse graduatus in jure Canonico, vel civili? Respondeo quòd sic, de jure Cathaloniæ *const.* 4. *de offic. de Cancell.* Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 72. Berart *in specul. visit. cap.* 10. *nu.* 6. & debet esse benè peritus, & practicus in juribus patriæ, Mieres *in curia Barcinonæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Mariæ, par.* 2. *col.* 10. *cap.* 3. *n.* 10. *in fine, fol.* 362. *in novis*.

15 Sed an requiratur in Cathalonia quòd Cancellarius sit Doctor, vel Licentiatus? Respondeo quòd non, sed sufficit, quòd sit Bachalaureus, dummodò non patiatur defectum scientiæ saltim competentis, quia verba *dictæ constit.* 4. *de offi. de Cancel.* ubi: *graduada en dret canonic, ò civil*, idest *graduada in jure canonico vel civili*, non exprimunt certum gradum, & sic sufficit gradus Bachalaureatus, ita Mieres *loco proximè relato par.* 2. *coll.* 10. *cap.* 3. *à num.* 15. & ad eum Despujol
16 *verbo Cancellarius non requiritur fol.* 24. In Regno Aragonum debet esse Doctor, *forus* 1. ubi Bardaxi *in princ. de offi. de Canc.* Similiter in Regno Valentiæ debet esse Doctor in utroque jure, *prius* 27. *curiarum anni* 1585. *fol.* 6. & de Regnis Sardiniæ, & Majoricarum *dicam dec.* 19. *à num.* 21.

17 Quæro 7. An Cancellarius antequam suo officio utatur, debeat jurare de benè, & legaliter se haben-
do? Respondo quòd sic, de jure Cathaloniæ *constit.* 18
2. *de offic. de Canceller* Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 74. idemque est in Regno Valentiæ *forus* 4. *rubrica de Curia, fol.* 9. & idem in aliis Regnis Coronæ Aragonum, debet etiam in Cathalonia audire sententiam excommunicationis in scriptis, *const. pac. valdria, tit. de obser. de const.* Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 74.

Quæro 8. Quando causa contentionis, & compe- 19
tentiæ inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem devolvitur ad Cancellarium; Respondeo quòd in Cathalonia si Arbitri per ambas Curias respectivè nominati non declaraverint concorditer causam contentionis, & competentiæ intrà quinque dies, vel quia noluerint, vel non potuerint, eo tunc devolvitur, & pertinet ad Cancellarium, ut Tertium à partibus approbatum, ut habetur in præcitata concordia Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum *relata in pragmat. de content. jurisd.* & probatur in *pragm. visis* 1. §. 2. *& melius in pragm. primerament.* 6. *de content. jurisdict.* Ferrer. *par.* 3. *obs. cap.* 172. Oliba *de jure fisci, cap.* 4. *numer.* 41. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *numer.* 7. *&* 8. *& cap.* 12. *numer.* 33. *& var. cap.* 1. *à numer.* 42. *& in pract. Vicar. Barcinon. rub.* 11. *num.* 16. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *vers. ulterius*, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *numer.* 17. Fontanella *dec.* 200. *nu.* 3. *part.* 1. *& decis.* 323. *numer.* 8. *& dec.* 409. *num.* 17. *par.* 2. *& de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *num.* 5. idemque in Regno Aragonum *forus* 1. ubi Portoles *de compet. jurisdict.* Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. titulo processo de compet. de jurisdict. fol.* 334. *col.* 2. *vers. y si acaeciere que los Arbitros*, Ramirez *de lege Regia* §. 2. *numer.* 6. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 28. Urrutigoyti *in post. regul. par.* 1. *claus.* 10. *num.* 3. Et in Regno Sardiniæ, Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. *& lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 21. *&* 28. Similiter in Regno Valentiæ, *forus* 17. *de jurisd. omni judic.* Abbas Domenech *in ordinat.* §. 6. *&* 10. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 9. *& sect.* 4. *sub n.* 121. *&* 123. ut in casibus relatis per Regentem Leon *decis.* 20. *lib.* 1. *&* 148. *lib.* 2. & in Regno Majoricarum, Vincentius Mut. *in histor. Mayor. lib.* 10. *cap.* 10. *ver. las causas in fine*, sicque usu, & praxi in tota Corona Aragonum observatur.

Quæro 9. An Cancellarius debeat esse præsens ut pos- 20
sit utendo suo officio causas contentionum decidere? Respondeo quòd sic, imò requiritur in Cathalonia, quòd præsens existat in loco, ubi est Curia Regia, *ut in pragmat. visis* 4. §. 2. *de content. jurisd.* vel ubi celebratur Regia Audientia, *pragmat. primerament* 6. *de*
cont. jurisdict. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 89. *&* 172. Pe- 21
guera *in pract. crim. cap.* 26. *numer.* 7. *vers. ulterius*, idemque est in Regno Sardiniæ, Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. *& lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 21. *&* 28. in Regno Majoricarum; In Regno Aragonum debet esse præsens in Civitate Cæsar-augustæ, ubi celebratur Regia Audientia, & Curia Justitiæ Aragonum, *forus* 1. *&* 4. *de compet. jurisd.* In Regno Valentiæ sufficit, quòd Cancellarius intra Regnum existat *forus* 34. *de jurisd. omni jud.* Sed ut hæc perfectiùs in Cathalonia intelligantur, distinguendi sunt plures casus.

Primus est, quando Cancellarius non est præsens in 22
loco, ubi est Locumtenens generalis suæ Majestatis, nec in loco, ubi celebratur Regia Audientia, quo casu contentiones dirimere non potest, quia nec est præsens in Curia, hoc est, ubi est Dominus Rex, seu ejus Locumtenens generalis, *pragmat. visis* 4. §. 2. *de content. jurisdict.* nec est præsens in loco, ubi Regia Audientia celebratur, *pragmatica primierament* 6. *eod. tit.* Michael Ferrer. & alii suprà relati *num.* 20.

Secundus est casus, quando Cancellarius residet 23
in loco, ubi est, & residet Locumtenens generalis suæ Majestatis cum Doctoribus Regiæ Audientiæ trium Aularum, quo casu, licèt Regia Audientia sit extra locum suæ solitæ residentiæ, causas contentionum dirimere potest Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 89. *&* 90. & ita fuit observatum per Cancellarium Puigmari 18. Martii 1626. in Civitate Ilerdæ, in qua erat Locumtenens generalis cum Doctoribus Regiæ Audientiæ,

dum

dum expectabatur sua Regia Majestas ad Curias celebrandas ibi convocatas.

24 Tertius casus, est quando Cancellarius est in loco ubi est Locumtenens generalis suæ Majestatis, alibi existente Regia Audientia civili, quo casu, contentiones causarum criminalium dirimere potest, *per pragmat. visis* 4. §. 2. *de content. jurisdict.* quæ loquitur quando Cancellarius est præsens in Regia
25 Curia (quæ Curia est, ubi est Dominus Rex, seu ejus Locumtenens generalis, Azevedo *lib.* 1. *à num.* 1. *tit.* 23. *lib.* 8. Afflict. *decis.* 265. *num.* 50. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 13. §. 1. *num.* 2. & 10. Pereira *decis.* 2. *num.* 22. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 90. Covar. *pract. cap.* 4. *numer.* 10. Cabedo *decis.* 13. *numer.* 3. *par.* 1. Barbosa *appellat.* 67. *num.* 1. Calicius *in extravag. cur. cap.* 2. *num.* 1. *versic. secundo*, & *num.* 2. & licèt *dicta pragmatica visis* 4. §. 2. *de contentione jurisdict.* videatur correcta *per pragmaticam primierament.* 6. *eodem titulo*, tamen tantùm est correcta quoad potestatem Cancellarii, ut tradit Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 90. *in fine*, & in hoc casu quoad contentiones causarum criminalium, nulla videtur esse difficultas, cùm Regens Cancellariam, Fisci Advocatus, & Judices Regiæ Curiæ sint, & existant semper in loco, ubi est Locumtenens generalis suæ Majestatis, Ferrer. *qui supra*, notat Fontanella *decis.* 339. *numer.* 32. *par.* 2. ubi etiam dicit, quòd si Judex Regiæ Curiæ non sit in loco, & Vicaria, ubi est Locumtenens generalis suæ Majestatis, non habet aliquam jurisdictionem.

27 Quartus casus est, quando Cancellarius est in loco, ubi celebratur Regia Audientia, alibi existente Locumtenente generali suæ Majestatis, quo casu contentiones causarum civilium dirimere potest, *pragm. primierament.* 6. *de content. jurisd.* contentiones verò causarum criminalium dirimere non potest, cum alibi existat Locumtenens generalis cum Regio Concilio, *pragm.* 4. §. 2. *de content. jurisd.* ad Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 90. & ita fuisse deliberatum de Mense Novembris 1619. per Doctores Regiæ Audientiæ civilis eam celebrantes in Civitate Barcinonæ, residente Excellentissimo Duce Feriæ cum Regio Concilio criminali in Villa Perpiniani, quòd Cancellarius in Civitate Barcinonæ in qua celebrabatur Regia Audientia civilis, poterat declarare causas contentionum ortas occasione causarum civilium, & quia Regium criminale Concilium erat absens à Civitate Barcinonæ, Cancellarius non declaravit causas contentionum motas occasione causarum criminalium.

28 Notanter dixi in loco ubi celebratur Regia Audientia, quia si Regia Audientia sit prorogata, Cancellarius etiamsi sit præsens in eadem Civitate, ubi residet Doctores Regiæ Audientiæ, dirimere, & declarare non potest contentiones causarum civilium, quia *dicta pragmatica primerament.* 6. *de content. jurisd.* loquitur quando Cancellarius est præsens, in loco ubi celebratur Regia Audientia, & quando est prorogata, illa non celebratur, Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 90.

29 Cancellarius si sit absens à Curia, vel à loco, ubi celebratur Regia Audientia, quis debeat Tertium in locum dicti Cancellarii eligere, *dicam decis.* 19. *per totam.*

30 Quæro 10. Intra quantum tempus Cancellarius declarare, & decidere teneatur causas contentionum, & competentiarum motas inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem? Respondeo quòd in Cathalonia, etsi in concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *relata in pragmat.* 1. *de content. jurisd.* non sit terminus Tertio præfixus ad declarandum, & in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Alphonsum Quartum, dato in Sancto Cucuphato 11. Septembris 1418. *relato in pragmat. visis* 4. §. 2. *de content. jurisdict.* fuerit dispositum, quòd dubium declararet intra tres dies, & postea in Capitulis Dertuzæ in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum Secundum, dato in Villa de Almanca 23. Aprilis 1496. *cap.* 1. *relato in pragmat. primerament.* 6. *de content. jurisd.* disponatur, quòd Cancellarius dubium intra decem dies declararet; Hodie verò ex privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum Secundum dato in Villa Montissoni 2. Septembris 1510. *cap.* 6. *relato in prag. per la expeditio* 10. *de cont. jurisd.* Cancellarius tenetur in Cathalonia contentionem, & dubium intra triginta dies declarare, ut testantur practici nostri Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 172. *versic. postea vero in dictis capitulis, circa medium*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *versic. ulterius*, Fontanella *decis.* 409. *n.* 17. *par.* 2. Ripoll. *in pract. Vic. Barcin. rub.* 11. *num.* 17. idemque observatur in Regno Valentiæ *forus* 25. & 28. *de jurisd. omni jud.* Mattheu *de regim. Reg. Valentiæ to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *n.* 10. & *sect.* 4. *n.* 121. *in fine*, 123. & 125. In Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 32. & in Regno Majoricarum. In Regno autem Aragonum de foro antiquo tenebatur pariter Cancellarius competentiam declarare intra triginta dies, *forus* 1. ubi Portoles *num.* 30. *de comp. jurisd.* Molinos *in pract. jud. Regen. Aragon. titulo processo de competentia de jurisd. fol.* 344. *col.* 2. *versi. todolo qual*, sed hodie in eo Regno de foro noviori additos fuisse Cancellario quinque dies, intra quos etiam elapsi triginta diebus pronuntiare potest, *forus unicus*; *tit. de Cancellar. competent. anni* 1581. Portoles & Molinos *ubi proximè*, *ille num.* 31. *in fine*, *iste versic. oy segun fuero*, idem Portoles §. *requisitio nu.* 7. Sesse *de inhib. cap.* 9. §. 1. *num.* 18. Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *num.* 7.

Quæro 11. Quando incipiant currere dicti triginta dies concessi Cancellario ad declarandam contentionem? Respondeo quòd in Cathalonia currere incipiunt ipso jure, & facto immediatè post quinque dies Arbitris communibus Curiarum ad declarandam contentionem concessos, ut habetur in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Serenissimam Dominam Reginam Germanam Consortem, & Locumtenentem generalem Serenissimi Domini Regis Ferdinandi Secundi, dato Montissoni, 21. Septembris 1512. quod refertur *in pragmat. fin. de content. jurisd.* Ferrer. *par.* 3. *obs. cap.* 172. *ante finem*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. ulterius*, notat Fontanella *dec.* 409. *à nu.* 17. *par.* 2. idemque est in Regno Valentiæ Mattheu, *de regim. Reg. Valent. to.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *n.* 125. In Regno Sardiniæ, Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 35. & in Regno Majoricarum. In Regno verò Aragonum non currunt triginta quinque dies, nisi competentia ipsi Cancellario cum instrumento intimata fuerit, Portoles *foro* 1. *n.* 30. *de comp. jurisd.* qui *num.* 31. tradit praxim faciendi intimationem per Notarium actitantem processum, idem tradit Bardaxi, *foro* 1. *nu.* 15. *de comp. jurisd.* & postea de mandato Cancellarii partibus, seu suis Procuratoribus intimetur competentia, Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 28. Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. processo de competent. de jurisdict. fol.* 334. *col.* 2. *versic. corre el tiempo*. Et quid de jure communi, idem Bardaxi *foro* 1. *num.* 5. Portoles *nu.* 30. *de comp. jurisd.* & tradidi *dec.* 16. *num.* 87.

Quæro 12. An dicti triginta dies concessi Cancellario ad declarandam contentionem sint continui, & currant de momento ad momentum diebus feriatis, & non feriatis? Vide quæ dixi *dec.* 16. *à num.* 83. & que dicam *decis.* 21. *de probat. numer.* 3. & *decis.* 24. *de sententia à num.* 53.

Quæro 13. An si Cancellarius non declaraverit contentionem in Cathalonia, Valentia, Sardinia, & Regno Majoricarum intra triginta dies, & in Regno Aragonum intra triginta quinque dies, in cujus Curiæ favorem censeatur contentio declarata? Respondeo quod in favorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ jurisdictionis, ut probatur de jure Cathaloniæ in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum Secundum, dato Montissoni 2. Septembris 1510. *cap.* 6. *relato in prag. per la expeditio* 10. *de cont. jurisd.* Michael Ferrer. *par.* 3. *obs. cap.* 88. *versic. primo*, & *cap.* 172. *versic. postea vero in dictis capitulis circa medium*, ad quod se refert *dicta par.* 3. *cap.* 84. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versi ulterius*, *in fine*, Fontanella *de*

pact.

pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 10. num. 59. & deciſ. 409. numer. 18. par. 2. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub. 11. num. 17.* qui *num. 18.* teſtatur ita fuiſſe declaratum per Cancellarium Puigmari 17. Maii 1623. quæ fuit facta inter Curias, & partes; ac cum Conſultoribus *ut infra numer. 56.* adde declarationes traditas *ſupra deciſ. 12. & 52.* idemque eſt in Regno Sardiniæ, Regens Vico *lib. 2. tit. 51. numer. 32.* Dexart. *in cap. 11. num. 9. de militaribus* ubi obſervantiam refert, in Regno Valentiæ *forus 25. de juriſdict. omni jud.* Mattheu *de regimen Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 4. num. 125.* in Regno Aragonum *forus 1.* ubi Portoles *num. 57. & 58. de compet. juriſd.* Ramirez *de lege Regia, §. 2. numer. 8.* Seſſe *de inhibit. cap. 9. §. 1. num. 28.* Bardaxi *foro 4. num. 1. in fine, de compet. juriſd.* Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. tit. proceſſo de compet. de juriſdict. fol. 334. col. 2. verſic. pero ſi el Canciller.* Urrutigoyti *in paſtor. reg. par. 3. voto 8. num. 4. & 83.* in Regno Majoricarum, quod eſt juri communi conforme, probat idem Portoles *foro 1. namer. 57. de compet. juriſd.*

Quòd ſi Cancellarius non declarat contentionem intra triginta dies, cenſeatur contentio declarata in favorem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ juriſdictionis. Sic fuit deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Serra, Llobregat, Terca, Negrell, & Pla 17. Maii 1567. in favorem Epiſcopi Elnen. contra Curiam ſæcularem Gerentis vices Gubernatoris Comitatuum Roſſelionis, & Ceritaniæ. Et per Cancellarium Puigmari 31. Octobris 1622. in facto immunitatis Eccleſiæ Petri Domingo. Et per eumdem Cancellarium Puigmari 17. Maii 1623. in favorem Capituli ſedis Dertuzæ.

Et tunc ſi contentio erat ſuper immunitate Eccleſiæ, offertur per eum ſupplicatio in Regio Concilio, exhibeturque fides, ſeu certificatoria expirationis, qua viſa, fit in eo concluſio, quòd inſerantur exhibita, & quòd talis reus relaxetur à carceribus pro obſervantia concordiæ Reginæ Eleonoræ & Cardinalis Convenarum & aliorum jurium patriæ, ita fuit obſervatum 7. Julii 1597.

Si autem contentio erat ſuper juriſdictione criminali, offertur ſimiliter per reum ſupplicatio in Regio Conſilio, exhibeturque fides expirationis contentionis, quia viſa fuit in eo concluſio, quòd inſerantur exhibita & quòd talis reus pro obſervantia concordiæ Reginæ Eleonoræ & Cardinalis Convenarum, & aliorum jurium patriæ tradatur ſuo judici. Sic fuit obſervatum 10. Maii 1599. in favorem Matthæi Pallarol Scholaris Ilerdæ, qui fuit traditus Scholaſtico Ilerdæ, quia in favorem ipſius expiraverat contentio.

38 Limita primò reſolutionem traditam *qu. 10. & 11. & hac qu. 13.* ſi officium Cancellarii vacet, quo caſu tempus triginta dierum durante vacatione non currit, Regens Vico *ad pragmaticas Regen. Sardin. lib. 2. tit. 51. nu. 33. glo. marginaria*, Ratio eſt, quia tempus triginta dierum non currit Cancellario exiſtente infirmo, *ut infra ſequenti limitatione*, ergo multò minùs currere debet vacante officio Cancellarii, ita fuit declaratum in Cathalonia per Setanti Tertium 27. Octobris 1589. Conſultoribus Ferrer, Fort, Ubach, & Mir *in facto contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam Gerundæ, & Bartholomæum Julia Presbyterum ex una, & Curiam ſæcularem Vicarii Gerundæ, Saturninum Borris agricolam Parochiæ ſancti Mauricii, & Anticham ejus uxorem ex altera*, & fuit obſervatum in cauſa occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Celidonii Lluch, aliàs Morxo agricolæ Parochiæ ſancti Juſti de Ardevol, quæ fuit declarata per Cancellarium Suñer Conſultoribus Romeu de Ferrer, Viloſa, & Serra 9. Maii 1659. *in qua non obſtante quod per quatuor menſes, & ultra vacaverit officium Cancellarii, fuit in ea declaratum non gaudere immunitate Eccleſiæ.*

39 Limita 2. ſi Cancellarius fuerit infirmus, quo caſu tempus triginta dierum non currit, de jure Cathaloniæ *pragmat. per la expeditio 10. de content. juriſdict.* notat Ferrer. *part. 3. obſer. cap. 172. verſic. poſtea verò in dictis capitulis circa medium*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub. 11. num. 17.* de Regno Sardiniæ, probat eadem Regia Pragmatica de qua Regens Vico *lib. 2. tit. 51. num. 32.* quod ſecus eſt in Regno Aragonum, Portoles *foro 5. num. 8. in fine, de compet. juriſdict.*

Sed an iſtæ limitationes ſint juri communi conformes, vel illi repugnent, quidam putant juri communi conformes eſſe; ſiquidem tempus non currit non dato Judice, vel ipſo exiſtente abſente, infirmo, vel aliter impedito, Maranta *de ord. jud. par. 6. de appell. num. 419.* Oſaſcus *deciſ. 12.* Barzius *deciſ. 32. num. 35.* Muſcatel. *in prax. par. 1. gloſſ. poteſt num. 45. & gloſſ. proſequendum, num. 24. & 28. & par. 2. gloſſ. cauſa nu. 13.* latè Fontanella *deciſ. 134. à num. 16. par. 1.* cum relatis per Regentem Vico, *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 2. tit. 51. num. 32. gloſſ. marginaria verſic. durante judicis impedimento cum duobus ſequentibus*, ex regula generali qua docemur impedimento tempus non currere, *l. C. de annali excep. cap. 1. du præſer.* Ludov. *deciſ. 327. numer. 9. & 10.* Poſtius *poſt tract. deciſ. 255. num. 10.* Suelves *conſ. 1. numer. 9. lib. 2.* Faber *in ſuo C. quibus non obiicitur longi temporis præſcriptio dif. 1.* Surdus *dec. 189. nu. 25.* Duran. *dec. 365. nu. 26.* Font. *deciſ. 134. n. 18. p. 1. & de pact. nup. to. 1. clau. 4. gloſ. 1. 2. n. 65. & to. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 1. n. 63.* cum aliis per Rip. in addit ad Peguer. *in pract. civil. rub. 14. n. 43. & 149. & var. cap. 5. à num. 10.* tum etiam quia nihil eſt, quod iſto caſu imputari poſſit parti, ideoque ex temporis curſu lædi non debet qui negligens non fuit, *gloſſ. verbo ex curſu in §. ſancimus igitur, in authent. de appellat. col. 8.* Grivell. *deciſ. 71. nu. 7.* aliàs ex alterius culpa damnum pateretur, quod æquitati conſentaneum non eſt, *l. non debet, ff. de regul. jur. l. ſancimus, C. de pœnis*, Bazius *deciſ. 32. n. 9. & 10.* Oſaſcus *deciſ. 12. n. 3. 4. & 5.* Fontanella *deciſ. 134. num. 17. par. 1.* 40 41 42

Alii autem verius affirmant, eſſe juri communi contrarias, nam licèt quando tempus eſt utile, illud non currat non dato Judice, vel ipſo exiſtente infirmo, abſente, vel impedito, *l. 1. ff. de diver. & temporal. præſcrip. l. fin. gloſſ. verbo utilis, C. de temp. appellat.* Pariſ. *conſ. 125. num. 1. lib. 1.* Menochius *de recup. poſſe remed. 1. num. 450.* & alii ſtatim citandi. 43

Tamen quando tempus eſt continuum, ut in hac materia contentionum, & competentiarum, currit etiam non dato Judice, vel ipſo exiſtente infirmo, abſente, vel impedito, *leg. fin. C. de præſcrip. longi temp.* bene Portoles *foro 5. numer. 7. & 8. de compet. juriſdict.* utrumque probant Bardus *de tempore utili, & continuo, cap. 3. nu. 6. & 7.* Oddus *de reſtit. in integ. par. 1. qu. 19. nu. 14. & 15.* Azin. *in prax. cap. 18. à n. 19.* Fontanella *dec. 410. n. 3. & 4. p. 2.* 44

Sed utrùm ſuper iſto impedimento vacationis officii Cancellarii, vel ipſius infirmitatis, abſentiæ, vel alterius impedimenti ſit neceſſaria proteſtatio, affirmant Alexand. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, ff. de novi oper. nunt.* latè Oſaſcus *deciſ. 12.* Theſaurus *deciſ. 10. nu. 12. & 13.* Caſtillo *deciſ. 47. n. 3. par. 1.* 45

Cæterùm licèt bonum ſit proteſtare de impedimento, ut ajunt Fontanella & Iranco locis allegandis, ille *num. 66.* iſte *num. 1.* non tamen neceſſariò requiritur ſecundum æquiorem ſententiam, ſed ſufficit loco proteſtationis, quòd conſtet de impedimento, ita Caputaquen. *deciſ. 23. lib. 2.* Creſcent. *deciſ. 5. de except.* Gratian. *deciſ. 34. numer. 1. 19. & deciſ. 120. num. 9. & diſcep. foren. cap. 591. nu. 51.* Maſcard. *de probat. concl. 116. à num. 10.* Pariſ. *conſ. 124. numer. 3. lib. 1.* Cancer. *par. 3. var. 12. n. 207.* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 3. par. 1. à numer. 64.* latiſſimè Ignat. de Vilar. *in ſilva reſpon. 2. à num. 2.* Iranco *de proſtat. conſiderat. 75. à nu. 2.* & in noſtris terminis iidem Vilar, & Iranco, *ubi proximè*, ille *num. 24.* iſte *n. 7. & 8.* 46

Sed an Curia ſæcularis, vel pars privata teneatur ſupplicare Domino Locumtenenti generali ſuæ Majeſtatis, vel ſuo caſu Gerenti vices generalis Gubernatoris Vice-regia procedenti, ut propter infirmitatem, abſentiam, vel defectum Cancellarii nominet Tertium, vel Cancellarium extraordinarium pro expeditione cauſæ contentionis, videtur quòd ſic, per ea quæ tradunt Maranta *de ordin. jud. part. 6. de appellat.* 47

appellat. num. 419. latè Thesaurus *decis.* 12. *a nu.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1230. *num.* 91. Castillo *decis.* 47. *num.* 3. *par.* 1. Guttier. *lib.* 1. *pract. qu.* 95. Portoles §. *Judex num.* 6. *&* §. *requisitio, nu.* 3. *&* 4. Fontanella *decis.* 135. *nu.* 1. *par.* 1. apud quos reperies, an sufficiat unica supplicatio, vel requirantur plures.

48 Verius tamen est, non esse necessariam supplicationem, sed sufficit, quòd per Curiam sæcularem, vel partem privatam non stetur, quominus causa expediri possit, sed propter defectum Cancellarii, vel ipsius infirmitatis, absentiæ, vel alterius impedimenti, per ea quæ tradunt Grivel. *decis.* 72. *à numer.* 6. Fontanella *decis.* 135. *à numer.* 5. *part.* 1. cum aliis per Gail. *obser.* 141. *numer.* 7. *lib.* 1. Thesaur. *decis.* 10. *numer.* 5. *in fine, & num.* 16. & fuit observatum in causis relatis *num.* 38.

49 Limita 3. tempore pestis, nam tunc Cancellario tempus triginta dierum ad declarandum concessum non currit, tum ex verbis *pragmat. per la expeditio* 10. ibi *cessant impediment de enfermetat, de content. jurisdict.* tum etiam, quia tempora non currunt du-
50 rante peste, Bartol. *in leg. naturaliter, num.* 23. *ff. de usucap.* Ripa *de peste, titul. de privileg. contra causam pestis, à num.* 151. Balbus *de præscrip.* 2. *part.* 6. *par. principal.* Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 4. *num.* 63. Iste casus evenit in Regno Sardiniæ, eò quòd in Civitate Sassaris, & in aliis Civitatibus, & Villis illius Regni supervenit magna pestis, & mota contentione inter Curiam Ecclesiasticam Turritanam, & Conventum Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo dictæ Civitatis ex una, & Fisci Procuratorem Patrimonialem Regiæ Gubernationis Sassaris, & Oeconomum Domus professæ Societatis Jesu ejusdem Civitatis ex altera; fuerunt nominati Arbitri pro utraque Curia die 16. Decembris 1652. qui cùm essent discordes, fuit devoluta causa ad Cancellarium qui residet in Civitate Calaris, & processus Curiæ Ecclesiasticæ, & sæcularis pervenit ad dictam Civitatem Calaris die 21. Januarii 1652. & sic elapsis triginta diebus concessis Cancellario ad declarandum, quo non obstante, causa introducta per Fiscalem Patrimonialem, fuit per Promotorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ contradictum, & cum pro utraque Curia respectivè essent positi articuli, scilicet pro parte Curiæ sæcularis ad probandum impedimentum propter pestem, & pro parte Curiæ Ecclesiasticæ ad probandum non impedimentum, per Cancellarium Carcassona, Consultoribus Gomez, Cacassona, & me Fisci Advocato in criminalibus die 2. Februarii 1653. fuit provisum, articulos pro utraque Curia, respectivè positos fore, & esse admittendos cum dilatione decem dierum ad illos probandos; deinde in causa principali per eumdem Cancellarium cum eisdem Consultoribus fuit declaratum, causam desertam non fuisse, nec esse propter notorium impedimentum pestis, & consecutivè fuit facta declaratio super meritis contentionis principalis, idem fuit declaratum in Cathalonia per Setanti Tertium per suam Excellentiam nominatum 27. Octobris 1589. inter partes suprà relatas *num.* 38.

51 Limita 4. Si pendente causa contentionis fuerit attentatum, quo casu tempus triginta dierum non currit nisi facta attentatorum restitutione, ad Celsum Hugon. *cons.* 46. *n.* 25. ita fuit declaratum per Cancellarium Copons 14. Julii 1595. Consultoribus Planes, Guardiola, Valencas, Dalmau, Sabater, Mur, Calvo, & Regàs *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Elnen. & Hieronymi Bosch. contra Curiam sæcularem Regii Concilii, cujus decisionis verba referam dec.* 22. *n.* 68.

52 Limita 5. Si durante termino triginta dierum Curia Ecclesiastica, & sæcularis se ponant in concordia, nam ista durante, illi triginta dies non currunt, & casu quo postea non concordent, totum illud tempus quo steterunt in concordia subducitur, & reficitur Curiis tantumdem tempus, ex traditis à Peguera *in pract. civil. rub.* 14. *num.* 30. *&* *decis.* 162. *&* 182. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 40. Ripoll. *var. cap.* 5. *a n.* 14. *&* *in addit.* ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 14. *num.* 42. *ubi plures alios citat.*

Limita 6. Nisi terminus triginta dierum de consen- 53
su Curiarum fuerit prorogatus, quo casu, contentio ob lapsum termini triginta dierum non expirat, sed ob lapsum termini prorogati, ad Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 10. Fontanella *decis.* 409. *num.* 17. *par.* 2. Vide in confirmationem *decis.* 21. *à num.* 25. *&* *decis.* 29. *n.* 95.

Limita 7. Si Regia Audientia fuerit prorogata, quia 54
cum tunc Cancellarius non possit declarare contentiones causarum civilium, ut dixi *num.* 28. tempus triginta dierum non currit, Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 299. Peguera *in pract. civil. rub.* 24. *n.* 16. Xammar. *defin.* 132. *n.* 3. *par.* 2. notat Thoro *in compend. dec. p.* 3. *sect.* 1. *verbo dilatio triennalis, fol.* 302.

Adverte quòd prædicta tacita declaratio contentionis 55
in favorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ jurisdictionis, quæ resultat ex lapsu termini, non impedit quominus alii de quorum interesse agitur, si non fuerint in ea citati, possint iterum, & de novo contentionem firmare. Ita fuit declaratum per Cancellarium Loris 19. Novembris 1578. Consultoribus Cordelles, Balle, & Font. pastor *in favorem Curiæ sæcularis Regiæ Audientiæ, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Jacobum Pintor Presbyterum, conducunt tradita decis.* 12. *à num.* 89.

Sed si est dubium, an terminus triginta dierum sit 56
elapsus, ita ut Curia Ecclesiastica elapsum esse prætendat, sicque contentionem, seu competentiam in favorem Ecclesiæ esse declaratam asseret, Curia verò sæcularis contrarium prorsus existimet, hujus rei cognitio ad Cancellarium spectat, ipsumque de hac re cognoscere debere tradit Portoles, *foro* 1. *num.* 59. *ubi testatur ita à Cancellario Regni Aragonum in facti contingentia percepisse fuisse decisum, de competent. jurisd.* Hancque declarationem (an terminus triginta dierum sit elapsus, vel non, hoc est, an contentio expiraverit, vel non) posse facere Cancellarium, nedum per viam novæ contentionis firmando Curias super hoc novam contentionem, ut fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Dalmau, Astor, Benach, Fontanet, Senjust, & Puigmija 28. Februarii 1605. *in favorem Curiæ sæcularis Regii Consilii criminalis, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ*, & per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ferrer. Senjust, Miyavila Franquesa, & Roca 17. Maji 1623. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Dertuzæ Sede vacante, & Syndicum Capituli dictæ Sedis, contra Curiam sæcularem Subvicarii Regii Civitatis Dertuzæ, & Syndicum ejusdem Civitatis.* Sed etiam per viam supplicationis, & altercati, tamquam incidens, dependens, & annexum à prima contentione, ut fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Senjust, Magarola, Gamiz, Carreres, & Gujamet 25. Septembris 1625. in causa relata *decis.* 12. *nu.* 33. & conducit decisio facta per Cancellarium Soler Consultoribus Codina, Vilosa, Llunes, Ferrer, & Pastor 5. Junii 1658. *super dubio notorietatis in favorem Curiæ sæcularis Regiæ Audientiæ, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, Nobilem Didacum de Robolledo, Priorem, & Canonicum Tarraconæ*, & fuit observatum in Regno Sardiniæ in causa relata *num.* 50. exemplo attentatorum, quorum revocationem facere potest Cancellarius, nedum per viam contentionis, sed etiam per viam supplicationis, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 62. & dicam *decis.* 22. *nu.* 38. exemplo etiam Judicis causæ appellationis, qui super desertione cognoscit, an appellatio sit deserta, vel non, Gail. *lib.* 1. *obser.* 147. *vers. secundo limitatur*, Tuschus *pract. concl. litteral. concl.* 464. *num.* 32. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *n.* 5. Xammar. *de offi. jud. par.* 1. *qu.* 9. *num.* 44. cum in hoc ejus officium duret, & remaneat Judex etiam perempta instantia, Gratian. *discep. foren. cap.* 40. *n.* 28. *&* 29. Aviles *de syndicat. interrog.* 49. *nu.* 5. *fol.* 312. idque sine nova commissione, tamquam incidens, dependens, & annexum à causa principali, Rota *decis.* 24. *de appellat. in novis*, ad quam, & alios se refert Portoles *foro* 1. *num.* 59. *de compet. jurisdict.* Rota *decis.* 72. *&* 86. *de appellat. in antiquis*, Saravia *de jurisd.* Adjunct.

qu. 35. §. 8. *propè finem*, quod ultimum ita quotidie practicatur in noſtra Regia Audientia.

57 Quæro 14. An Cancellarius excuſetur à reſidentia, & in abſentia lucretur diſtributiones quotidianas ſuæ Eccleſiæ? Reſpondeo quòd ſic, ex his quæ tradunt Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 99. Boer. *deciſ.* 17. Papon. *lib.* 1. *titul.* 3. *arreſto* 6. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 122. & 123. Ratio eſt, quia ipſe debet reſidere in Curia *pragmat.* 4. §. 2. *de content. juriſdict.* vel in loco, ubi celebratur Regia Audientia *pragmat. Primierament.* 6. *eod. titul.* & ita practicatur in Cathalonia, & fuit practicatum in Regia Audientia Regni Sardiniæ 4. Martii 1648. in perſona Doctoris Michaelis Aſcanio Canonici Uſſellen. Tertii per ſuam Excellentiam nominati ob defectum Cancellarii.

Cancellarii qui fuerunt in Cathalonia ab anno 1553. uſque ad hæc tempora, prout apparet in regeſtro ſententiarum Cancellarii, ſunt ſequentes.

Doctor Mathias Sorribes Abbas ſancti Salvatoris de Breda fuit Cancellarius ab anno 1553. uſque ad annum 1665.

Don Ferdinandus Loazes Patriarcha Antiochen. & Archiepiſcopus Tarraconæ fuit Cancellarius ab anno 1565. ad 1566.

Don Joannes à Cardona Epiſcopus Barcinonæ fuit Cancellarius ab anno 1566. ad 1567.

Don Guillelmus Caſſador Abbas ſancti Felicis Gerundæ deinde Epiſcopus Barcinonæ fuit Cancellarius ab anno 1567. uſque ad annum 1573.

Doctor Franciſcus Montaner fuit Cancellarius ab anno 1573. uſque ad annum 1577.

Don Dimas Loris Epiſcopus Barcinonæ fuit Cancellarius ab anno 1577. uſque ad annum 1583.

Doctor Hieronymus Manegat fuit Cancellarius ab anno 1583. uſque ad annum 1592. quidquid notet Xammar. *defin.* 129. *n.* 22. *par.* 2.

Don Ludovicus Copons fuit Cancellarius ab anno 1592. ad 1598.

Don Raphael Rovirola Epiſcopus Barcinonæ fuit Cancellarius ab anno 1599. ad 1605.

Doctor Jacobus de Agullana Archidiaconus major Sedis Gerundæ fuit Cancellarius ab anno 1605. ad 1617.

Doctor Antonius Carmona fuit Cancellarius ab anno 1617. uſque ad annum 1619. & vacavit officium uſque ad annum 1621.

Don Petrus à Puigmari Abbas ſancti Michaelis de Cuixano, poſtea Epiſcopus Celſonen. fuit Cancellarius ab anno 1621. uſque ad annum 1631.

Don Franciſcus de Erill. Abbas ſancti Cucuphati Vallen. fuit Cancellarius ab anno 1631. ad 1640.

Don Paulus Duran Epiſcopus Urgellen. electus Archiepiſcopus Tarraconæ fuit nominatus Cancellarius, ſed munus, ſeu officium non exercuit.

Doctor Michael de Soler Abbas ſancti Pauli de Campo, Barcinonæ fuit Cancellarius à die 22. Decembris 1655. quo per Procuratorem juravit in Civitate Miniſſæ uſque ad diem 5. Auguſti 1658. quo deceſſit.

Doctor Braulius Suñer Theſaurarius, & Canonicus Tarraconæ eſt hodie Cancellarius qui juravit per Procuratorem in Civitate Gerundæ die 5. Decemb. 1658. & audivit ſententiam excommunicationis in civitate Tarraconæ die 14. Decembris ejuſdem anni.

59 Cancellarii qui fuerunt in Regno Sardiniæ, ſunt ſequentes.

Don Joannes Zapta Decanus Calaritanus, & naturalis ejuſdem Civitatis.

Don Franciſcus Arcedi Decanus Calaritanus, & naturalis ejuſdem Civitatis.

Don Joannes Signi Villæ de Parada capitis Saſſaris.

Don Andreas Baccallar Decanus Calaritanus, & naturalis ejuſdem Civitatis, poſtea Epiſcopus Algueren. deinde Archiepiſcopus Turritanus.

Don Joannes Atzori Decanus Calaritanus, & naturalis ejuſdem Civitatis, poſtea Epiſcopus Boſſæ.

Don Joannes Atzori Calaritanus, Archipresbyter Ampuriarum, deinde Decanus Calaritanus, & deceſſit Epiſcopus Baſſanen.

Don Jacobus Spiga Canonicus Calaritanus naturalis ejuſdem Civitatis, & Abbas de Salvenero.

Quos refert Canales *in diſcurſu Curiarum*, *diſcurſu* 8. *verſiculo Cancillers Apoſtolicos*, *y Reales*.

Don Georgius Carcaſſona Canonicus Calaritanus naturalis ejuſdem Civitatis, magnus verbi Dei Prædicator.

Don Jacobus Capay Calaritanus Decanus Uſſellen. poſtea Epiſcopus Boſſæ.

Don Hieronymus Cao Canonicus Calaritanus naturalis ejuſdem Civitatis, eſt hodie Cancellarius.

Privilegium muneris Regii Cancellarii conceſſum admodum Illuſtri, & Reverendo Domino Doctori 60 *Braulio Suner.*

NOs Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonum, Legionis, utriuſque Siciliæ, Hyeruſalem, Portugalliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, nec non Indiarum Orientalium, & Occidentalium Inſularum, ac terræ firmæ maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum; & Neopatriæ, Comes Abſpurgii, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Roſſellionis, & Ceritaniæ, Marchio Oriſtani, & Comes Goceani. Quantò officia, & munera altiora, & ſublimiora ſunt, ac juſtitiæ adminiſtrationem concernunt, tantò viros eminentiores, ac ſcientia, prudentia, rectitudine, virtuteque pollentes, ad ea regenda eligere conſuevimus; tunc enim munera ipſa benè reguntur, cum per ſtudioſos, & honeſtate, & litteris præditos adminiſtrantur: quamobrem per obitum Venerabilis, & dilecti Conſiliarii Michaelis Soler I. V. D. Abbatis Monaſterii Divi Pauli Civitatis noſtræ Barcinonæ vacuum exiſtat munus, ſive officium Cancellarii noſtri Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ, cogitanteſque cui illud crederemus, inter alios qui ſeſe nobis obtulerunt, fuiſti tu Venerabilis, & dilectus noſter Braulius Suner I. V. D. Theſaurarius, & Canonicus ſanctæ, & Metropolitanæ Eccleſiæ Tarraconenſis, illiuſque Archiepiſcopi in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis, cujus fidem, litterarum peritiam, prudentiam, integritatem, negotiorum uſum, aliaſque virtutes, & animi dotes ita compertas habemus; nec non vulgaria per te in commotionibus dicti Principatus, & poteſt cum amore, & ſatisfactione præſtita, & impenſa, & quæ in dies præſtiturum ſperamus; merito de dicto officio ſive munere te duximus providendum, tenore igitur præſentis de noſtra certa ſcientia, Regiaque auctoritate deliberatè, & conſultò, te dictum Doctorem Braulium Suner noſtra mera, & libera voluntate durante, Cancellarium noſtrum in dictis Principatu, & Comitatibus facimus, conſtituimus, creamus, & ordinamus, tibique dictum officium, ſive munus quemadmodum dictus Abbas Soler, & alii prædeceſſores tui in eodem habuerunt, & poſſederunt, concedimus, committimus, & fiducialiter commendamus; Ita quod tu dictus Doctor Braulius Suner, dicta noſtra mera, & libera voluntate (ut præfertur) ſis & eſſe debeas Cancellarius noſter in dictis Principatu, & Comitatibus, officiumque ipſum ineas, teneas, regas, & exerceas fideliter, legaliter, atque benè jus, & juſtitiam dicto ſubmiſſis officio miniſtrando, jura, & regalias noſtras Regias tenendo, protegendo, conſervando, & augendo, omniaque alia, & ſingula faciendo, & liberè exercendo, quæ ad dictum officium, ejuſdem plenum uſum, & exercitium, pertinere quovis modo dignoſcantur; Volumus autem, & expreſsè jubemus, quòd pro ſalario annuo habeas, recipias, & conſequaris mille, & ducentas libras Barcinonenſes, ſub hac forma, ſcilicet ſexcentas libras dictæ monetæ ſuper juribus, & emolumentis generalitatis Cathaloniæ per Deputatos

illius

illius Principatus solvi solitas dicto Abbati Michaelis Soler, & ad solvendas easdem tibi, & successoribus tuis, in dicto officio tentos, & obligatos juxta dicti Principatus Constitutiones, & alias sexcentas libras dictæ monetæ annuas ad complementum dictarum mille, & ducentarum super pecuniis juris sigilli nostræ Regiæ Aragonum Cancellariæ, quæ exiguntur, & recipiuntur in nostra locumtenentia generali dictorum Principatus, & Comitatuum assignamus, & consignamus in compensationem, & seu in locum consimilis quantitatis, quam parum, plus vel minus hactenus prædecessores jus habere, & percipere soliti erant, & consueverunt super pecuniis juris sigilli ex media decima omnium pecuniarum, quæ anno quolibet ratione juris sigilli exigebantur in tota regia Regnorum Coronæ Aragonum Cancellaria, quæ siquidem gratia, & concessio Cancellariis prædictis & officio hujusmodi, & seu consuetudo recipiendi dictam mediam decimam extincta fuerit, & ad uberiorem cautelam extinguimus, annullamus, & revocamus, & pro nulla, cassata, & revocata habemus. Volentes quod convertatur, & converti debeat in perpetuum, prout jam decretum fuit d. media decima in beneficium, & utilitatem nostræ Regiæ Curiæ, & habeas, percipias, & consequaris, tuisque usibus, & ut litatibus applices d. salarium annuum, eaque jura, lucra, obventiones, & emolumenta ad d. officium, sive munus debitè pertinentia, & spectantia gaudeas, insuper utaris, & fruaris omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, & immunitatibus, exemptionibus, prioritatibus, juribus, & gratiis, quibus alii prædecessores tui in d. officio sive munere gavisi sunt, & uti consueverunt, potuerunt, & debuerunt usquequaque, subjiciarisque oneribus dicto officio incumbentibus. Verum antequam regimini, & exercitio dicti te immiscеas officii, jurare tenearis in posse illius, ad quem spectet, ac sententiam excommunicationis audire, quod in eodem benè, fideliter, & legaliter te habebis, & alia facies, ad quæ juxta constitutiones Cathaloniæ generales, & usaticos Barcinonæ, Capitula & actus Curiarum, & alias tenearis, & adstrictus existas. Serenissimo propterea Philippo Principi Asturiarum, & Gerundæ, Ducique Calabriæ, & Montisalbi filio primogenito nostro charissimo, ac post felices, & longævos dies nostros omnibus Regnis, & Dominiis nostris (Deo propitio) immediato hæredi, & legitimo successori, intentum aperientes nostrum sub paternæ benedictionis obtentu dicimus, eumque rogamus, Illustri verè nostro Locumtenenti, & Capitaneo generali, Nobilibus, Magnificis dilectisque Consiliariis, & fidelibus nostris Regenti Cancellariam, & Doctoribus nostræ Regiæ Audientiæ Gerentibusque Vices nostri generalis Gubernatoris, Magistro rationali, Bajulo generali, Regenti Regiam Thesaurariam Advocatis, & Procuratoribus Fiscalibus, & Patrimonialibus, Vicariis, Bajulis, Subvicariis, Subajulis, Alguatziriis quoque, Virgariis, & Portariis, cæterisque domum universis, & singulis Officialibus, & subditis nostris majoribus, & minoribus in eisdem Principatu, & Comitatibus constitutis, & constituendis, eorumque Locatenentibus, seu officia ipsa Regentibus, & subrogatis præsentibus, & futuris dicimus, & præcipimus & jubemus ad incursum nostræ Regiæ indignationis, & iræ pœnæque florenorum auri Aragonum mille, nostris Regiis inferendorum erariis, quod te dictum Doctorem Braulium Super nostra mera & libera voluntate durante pro Cancellario nostro in dictis Principatu, & Comitatibus, habeant, teneant, reputent, honorificent, atque tractent, & illi ad quos spectat in possessionem dicti officii, sive muneris te ponant & inducant, positumque, & inductum manuteneant & defendant contra cunctos, ubique, & jussionibus tuis pareant, & obediant prout Cancellariis parere, & obedire soliti sunt, deque salario annuo, & aliis juribus, & emolumentis (ut est dictum) respondeant, seu faciant per quos decet responderi; Nos enim cum præsenti mandamus Deputatis generali Cathaloniæ, & Prothonotario nostrorum Regnorum Coronæ Aragonum, Locumtenenti in dicto officio, Regiæque sigilla tenenti in dicta nostra Locumtenentia generali dictorum Principatus, & Comitatuum, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint, & eorum cuilibet respectivè, & aliis ad quos spectet, ut anno quolibet dicti Deputati de salario sexcentarum librarum monetæ Barcinonensis per dictas constitutiones ejusdem Principatus taxato, dictusque Prothonotarius noster seu Locumtenens in dicto officio, & sigilla tenens in dicta locumtenentia, ut ex & de quibusvis pecuniis, introitibus, redditibus, & emolumentis dicti juris sigilli in dicta Locumtenentia generali exactis, & exigendis, ad manus suas quomodolibet perventis, & perventuris, de reliquis sexcentis libris, tibi & successoribus tuis in dicto officio, sive munere assignatis, respectivè per anni tertias respondeant, atque solvant realiter, & cum effectu tibi dicto Doctori Braulio Suner seu tuo legitimo Procuratori, recuperaturi dicti Prothonotarius noster seu Locumtenens, ac etiam Receptor Deputationis Cathaloniæ, & quilibet eorum in solidum apochas opportunas de soluto, in quarum prima tenor hujusmodi totaliter inseratur; in reliquis verò tantummodo fiat mentio specialis sui ratiocinii tempore producendas, & per magistrum Rationalem domus, & Curiæ nostræ, aut Locumtenentem in dicto officio seu alium ab eo computa audituros admittendas, prout serie præsentis admitti mandamus, dubio, & difficultate consulta, aut alia quavis contradictione, & impedimento cessantibus quibuscumque Contrarium nullatenus tentari ratione aliqua, sive causa sit dictus Serenissimus Princeps noster nobis morem gerere, cæteri verò Officiales, & subditi nostri prædicti gratiam nostram charam habent, ac præter iræ, & indignationis nostræ incursum pœnam præappositam cupiunt evitare. In cujus rei testimonium præsentem fieri jussimus nostro Regio communi sigillo in pendenti munitum. Datum in oppido nostro Matriti, die decima octava mensis Novembris, anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo, Regnorumque nostrorum trigesimo octavo. YO EL REY.

V. Don Christophorus Crespi Vicecancellarius. V. Comes de Robres Regens, & pro Thesaurario generali. V. Comes de Albatera V. Don Petrus Villacampa Regens V. Martha Regens. V. Don Michael de Lanuza. V. Don Josephus Pueyo Regens V. Don Josephus Sorribes. V. Don Didacus de Sada pro Conservatore generali. Dominus Rex mandavit mihi Don Didaco de Sada. Visa per Don Christophorum Crespi Vicecancellarium Comitem de Robres Regentem Cancellariam, & pro Thesaurario generali, Comitem de Albatera, Villacampa, & Martha Regentes Cancellariam, Don Michaelem de Lanuza, nec non Pueyo Regentem Cancellariam, Sorribes, & me pro Conservatore generali.

ARGUMENTUM.

De Cancellario uti Tertio dato suspecto in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Litigare coram Judice suspecto periculosum est.*

2 *Cancellarius in causis contentionum an ut suspectus recusari possit, num. 2. Opinio negativa, à numer. 3. ad 9. Opinio affirmativa à num. 10. & respondetur contrariis, à num. 12.*

3 *Appellatio, recusatio à pari procedunt, numer. 3. contrarium, num. 12. intellige, num. 13.*

4 *Judex super quem non est aliquis, ad quem possit recurri, nisi solus Deus, non potest recusari, num. 4. sed contrarium, num. 21.*

5 *Papa, Imperator, & alii supremi Principes non recognoscentes superiorem recusari non possunt, num. 5. De honestate tamen & decentia causas suas alteri committunt, n. 2.*

6 *Judex datus de consensu ambarum partium recusari non potest, num. 6. limita nova superveniente causa, noviter detecta, num. 23.*

7 *Judex quando est persona valdè religiosa notæ sanctitatis & eximiæ virtutis ut suspectus non recusatur, num. 7. sed contrarium, num. 24. cum seq.*

8 *Judex ordinarius ut suspectus recusari non potest, num. 8. Intellige de jure civili, sed de jure Canonico ut suspectus recusari potest, nu. 39. sive sit Judex civilis, sive criminalis, num. 40. & quicumque alius in quem cadat justitiæ administratio, num. 41. etiam si summariè, & executivè procedat, num. 42.*

9 *Delegatus ad universitatem causarum non potest ut suspectus recusari, num. 9. Intellige de jure civili, secus de jure Canonico, num. 43.*

11 *Judices omnes cujuscumque generis, ut suspecti recusari possunt.*

14 *Appellatione remota etiam rationabili, & ex justa causa non intelligatur remota, nec sublata recusatio Judicis, quæ fit ex justa causa.*

15 *Statutum tollens appellationem non censetur tollere Judicis recusationem.*

16 *Statutum prohibens omnes exceptiones, non censetur prohibere exceptionem recusationis.*

17 *Statutum an possit tollere exceptionem recusationis Judicis.*

18 *Statutum specialiter, & expressè tollens Judicis recusationem tantùm intelligitur tollere recusationem frivolam, & inanem; non autem illam, quæ sit ex justa, & legitima causa.*

19 *Princeps an possit tollere facultatem recusandi Judicem & causam committere cum clausula recusatione remota.*

20 *Princeps quando causam committit cum clausula recusatione remota, intelligitur de causa frivola, & non de gravi, & justa.*

25 *Suspectus quilibet recusari potest etiam suprema fungens dignitate.*

26 *Personæ ob excellentiam aliquando à communibus regulis receditur, num. 26. Intellige quoties lege, vel privilegio specialiter cavetur, n. 27.*

28 *Cardinales & Legati à latere liberè recusari valent.*

29 *Archiepiscopus ut suspectus recusari potest, nu. 29. intellige num. 30.*

31 *Episcopo suspecto, an & quando Vicarius generalis suspectus dicatur.*

32 *Inquisitores hæreticæ pravitatis ut suspecti recusari possunt.*

33 *Concilium Provinciale, & Synodale recusari potest.*

34 *Senatores Regii, sive Auditores ut suspecti recusari possunt.*

35 *Senatus totus, Concilium totum, Civitas, Universitas, Collegium, omnes Judices Syndicatores, & omnes Doctores Civitatis, an recusari possint.*

36 *Prorex, & Præses Provinciæ ut suspectus recusatur.*

37 *Prorege suspecto, an totus Senatus reddatur suspectus, n. 37. & quid in Cathalonia, n. 38.*

45 *Cancellarius ut recusari possit, requiritur causa.*

46 *Recusationis causa non probatur de jure Canonico juramento recusantis, numer. 46. Limita si non possit exprimi sine scandalo, num. 47. Et quid faciendum quando scandalosæ suspiciones proponuntur, num. 48.*

49 *Suspicionis causæ justæ, quæ sint ad recusandum Cancellarium, vide usque ad num. 53.*

54 *Cancellarii recusatio proponenda est in scriptis oblato libello, n. 54. quod est conforme juri communi, n. 55.*

56 *Suspicionis causæ non sunt proponendæ, & probandæ coram Cancellario allegato suspecto, nec per eumdem Cancellarium declarandæ, num. 56. & quid de jure communi, 57.*

58 *Judices recusati non possunt proprias causas suspicionum cognoscere.*

59 *Judicibus recusatis eliguntur Arbitri de jure communi, ut de justitia, seu injustitia suspicionum cognoscant numer. 59. & servatur in Cathalonia respectu Judicum ordinariorum, & delegatorum, nu. 60. Fallit respectu Judicum tabulæ, num. 61. Fallit etiam respectu Visitatorum, domus deputationis, num. 62. Fallit rursus in recusatione Cancellarii, nu. 63. Fallit denique respectu Regiorum Senatorum, n. 64.*

65 *Causæ suspicionum Cancellarii contentionum sunt proponendæ, & allegandæ, per partem cum supplicatione coram domino Rege, & eo absente coram Prorege, & illis absentibus coram Gerente Vices Gubernatoris Viceregia procedente.*

66 *Suspicionis causæ si sunt frivolæ, non sunt admittendæ.*

67 *Suspiciones frivolæ quæ dicantur.*

68 *Supplicatio an admittatur à non admissione suspicionum.*

69 *Suspicionum causæ si sunt notoriæ, Dominus Rex, & eo absente Prorex, & illis absentibus Gerens vices Gubernatoris Viceregia procedens nominat Tertium in locum Cancellarii suspecti, ut tantùm illam causam contentionis decidat.*

70 *Suspicionum causæ si non sunt notoriæ, sed requirunt causarum cognitionem, Dominus Rex, & eo absente Prorex, & illis absentibus Gerens Vices Gubernatoris Viceregia procedens nominat tertium, ad declarandas tantùm hujusmodi causas suspicionum.*

71 *Suspicionum causas si per Tertium fuerit declaratum procedere, nominatur Tertius per Dominum Regem, & eo absente per Proregem, & illis absentibus per Gerentem Vices Gubernatoris Viceregia procedentem in locum Cancellarii pro illa causa tantùm.*

72 *A declaratione Tertii an liceat appellare, remissivè.*

73 *Appellari, vel supplicari licet à sententia lata super suspicionibus, num. 74. Fallit in Cathalonia respectu supplicationis, num. 74.*

75 *Recusatio Judicis proponi potest per Procuratorem, num. 75. dummodo habeat speciale mandatum, num. 76. limita ut in num. 77. & 78.*

79 *Advocati firma regulariter requiritur in Cathalonia in supplicationibus & schedulis, n. 79. Fallit in supplicationibus suspicionum, num. 80.*

81 *Procurator partis proponentis recusationes, supplicationes suspicionum firmare non potest.*

82 *Cancellarius respondere personaliter parte petente positionibus seu articulis datis causis suspicionum, num. 82. Fallit si interrogatoria sint informatoria, & criminosa, n. 84.*

83 *Doctores Regiæ Audientiæ debent personaliter parte petente respondere positionibus, seu articulis datis in causis suspicionum, numer. 83. Fallit si interrogatoria sint infamatoria, & scandalosa num. 84.*

85 *Cancellarii, sive Doctores Regiæ Audientiæ quando tenentur respondere positionibus in causis suspicionum, non proceditur cum eis per modum imperii.*

86 *Judex recusatus suspectus de jure communi parte petente respondere personaliter tenetur etiam cum juramento super causis suspicionum, dummodo causæ non sint criminosæ.*

87 *Cancellarius, & Doctores Regiæ Audientiæ, & si teneantur respondere parte petente personaliter super causis suspicionum, sed non cum juramento & num. 88. & 89.*

90 *Respondere personaliter omnes litigantes tenentur, per verbum credit, vel non credit.*

91 *Procurator adversarii cogi potest respondere personaliter medio juramento.*

92 *Advocatus partis compelli potest respondere personaliter medio juramento.*

93 *Advocatus & Procurator, an & quando possint cogi ad testificandum contra suum clientulum.*

94 *Forma nominandi Tertium propter suspiciones*

Can-

Cancellarii, quando illæ sunt claræ, & notoriæ.

95 *Forma nominandi Tertium propter suspiciones Cancellarii, quando illæ requirunt discussionem.*

96 *Forma sententiæ quæ profertur per Tertium super suspicionibus Cancellarii.*

97 *Cancellarius si fuerit Episcopus Barcinonæ, vel alterius Diœcesis non est suspectus, etiam si agatur contra Clericum suæ Diœcesis, & sibi ratione subditum.*

DECISIO XVIII.

1 CUm nihil in judiciis periculosius, & durius sit, quàm litigare coram Judice suspecto, *can. quod suspecti 3. quæstion. 5. capite cum inter de except. l. apertissimi, & ibi glossa verbo libello, C. de jud. glossa in l. cum Prætor, verbo cum justam in fine, ff. de jurisdict. omn. judic.* Tuschus *pract. concl. littera S. conclus. 910. num. 1.* Plures citat Giurba *decis. 48. numer. 1.* Riccius *dec. 233. n. 1. part. 2.* Novar. *ad pragmat. Reg. Neapol. rubr. de suspicion. offic. collect. 1. numer. 1.* Farinacius *frag. crim. part. 2. littera I. numer. 686.* Alios laudat Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 9. specie 2. num. 199.* Guazzin. *defens. 1. cap. 19. num. 1.* Carol. de Grass. *except. 24. num. 6.* Capicius Latro *consult. 101. num. 1. & 2.* Barbosa *in cap. cum inter, n. 3. de exception. & in cap. si quis contra, num. 4. de foro compet.* Ramon noster *cons. 3. nu. 35.* Berart. *in specul. visit. c. 6. n. 3.* Fontanella *decis. 1. num. 1. part. 1.* & legimus plures sanctos, suos Judices recusasse, referunt Bobadilla *in polit. lib. 3. c. 8. n. 122.* Capic. Latro *consultat. 101. num. 3. libr. 2.*

2 Quæro 1. An Cancellarius in causis contentionum ut suspectus recusari possit, & prima facie videtur dicendum, quòd non.

3 Primò, quia appellatio, & recusatio à pari procedunt, *l. apertissimi, versic. post. C. de judic. cap. super eo el 2. de appellat.* Morla *in empor. juris, par. 1. tit. 2. quæst. 11. numer. 4.* Scaccia *de appellat. quæst. 16. lim. 1. à num. 8.* Barbosa *voto 4. num. 98.* Trivisan. *decis. 51. numer. 3. part. 1.* Torreblanca *de magia, lib. 3. cap. 26. num. 32.* Berart. *in specul. visit. cap. 6. num. 10. in fine, & num. 11.* Ripoll. *var. cap. 2. sub numer. 222.* Farinac. *frag. crim. part. 2. littera I. num. 952.* sed à Cancellario non appellatur, *ut infrà decis. 25.* ergo nec recusari potest. Lezana *quæst. regul. tom. 3. verbo Judex, numer. 13. in fine.*

4 Secundò, quia Judex super quem non est aliquis ad quem possit recurri, nisi solus Deus, non potest recusari, Cavalcan. *de brachio Regio, part. 3. n. 314.* sed super Cancellarium non est aliquis, ad quem possit recurri, nisi solus Deus, ut infrà *decis. 24. nu. 9. & 17.* igitur recusari non potest.

5 Confirmantur prædictæ rationes, quia Papa, Imperator, & alii supremi Principes non recognoscentes Superiorem recusari non possunt, *gloss. in cap. 1. in fine, de concess. præb. in 6.* Tuschus *practicar. concl. littera S. conclus. 907. num. 18.* Cavalcan. *de brachio Reg. part. 3. num. 314.* Patian. *de probat. lib. 2. cap. 45. num. 94.* Riccius *decis. 233. num. 4. part. 2.* Morla *in empor. juris, part. 1. tit. 2. in præmis. num. 188. & 189.* Carroccius *except. 120. num. 57.* Scaccia *de appellat. quæst. 16. limitat. 1. à nu. 7.* Farinac. *frag. crim. part. 2. littera I. n. 711.* Guazzin. *defens. 1. c. 19. nu. 79.* cum relatis per Ramon. *cons. 3. n. 68.* Carrasco *ad leg. recop. cap. 9. num. 19. & 20.* Carol. de Grass. *except. 24. nu. 96.* Torreblanca *de magia, lib. 3. cap. 25. à nu. 31.* plures alios citat Barbosa *in cap. cum venissent, nu. 5. & 6. de judiciis, & in addit. n. 5. & 6.* Gratian. *disceptationum capite quarto, numero vigesimoquarto,* ex eo quia ab eorum sententiis non appellatur, Morla *loco citato,* vel quia super illos non est aliquis, ad quem possit recurri, nisi solus Deus, Cavalcanus *dicta part. 3. num. 314.* ad quem se referunt Riccius, & Guazzin. *ubi proximè,* Carol. de Grass. *except. 24. n. 97.* Torreblanca *de magia l. 3. cap. 26. n. 32. & 36.* Fermosinus *in cap. cum venissent, qu. 6. de jud.*

6 Tertiò, quia Judex datus de consensu ambarum partium recusari non potest, *l. item suspectus, ff. de procur. cap. super quæstione, de offic. deleg.* Jason. *in l. apertissimi, num. 2. C. de jud.* Tuschus *pract. concl. littera S. concl. 907. num. 17.* Patian. *de probat. l. 1. c. 45. nu. 84.* Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 2. in proœm. num. 190. vers. primus.* Mascard. *de probat. concl. 752. n. 42.* Farinac. *frag. crim. part. 2. littera I. num. 695.* cum relatis per Barbosam *in cap. super quæstionum, num. 5. de offic. deleg.* Fermosin. *in cap. si quis contrà, q. 9. num. 6. & 9. de foro comp.* Guazzin. *defen. 1. cap. 19. n. 81.* Sed Cancellarius est Tertius electus de consensu ambarum Curiarum, ut dixi *decis. 17. num. 3. & 4.* igitur recusari non potest, ita argumentatur Ferrer. *part. 3. observ. capit. 62. vers. quoad primum dubium.* Barbosa *in cap. cum olim nu. 2. de causa possess. & proprietat.* Scobar. *de ration. cap. 9. n. 14.*

7 Quartò, quia quando Judex est persona valdè religiosa, notæ sanctitatis, & eximiæ virtutis ut suspectus non recusatur, Menochius *de arb. jud. casu 152. num. 7.* plures alios citant Barbosa *voto 4. numer. 108.* Farinac. *frag. crim. part. 2. littera I. num. 845.* Torreblanca *de magia, lib. 3. cap. 6. numer. 23.* Sed Cancellarius est persona valdè religiosa in dignitate Ecclesiastica constitutus, ut dixi *in dec. 17. n. 6.* ergo ut suspectus allegari non potest.

8 Quintò, quia Judex ordinarius non potest ut suspectus recusari, *gloss. in l. apertissimi, verbo judices, C. de judiciis.* Farinac. *frag. crim. part. 2. littera I. numero 731.* sed datur illi adjunctus, *authent. si verè contigerit, C. de jud.* Jason. *in l. apertissimi, n. 4. C. de jud.* Covar. *pract. cap. 26. nu. 1.* Osascus *dec. 15. n. 1.* Thesaurus *dec. 55. num. 1.* Bobad. *in politica l. 3. cap. 8. nu. 117.* Menochius *de arb. jud. q. 54. num. 13.* Gail. *observ. 33. num. 1. l. 1.* Narbona *l. 59. gloss. 1. num. 234. tit. 4. l. 2. recop.* Esse *dec. 41. num. 4.* Portoles §. *judex, n. 68.* plures Farinac. *frag. crim. part. 2. litt. I. n. 736.* Guazz. *defens. 1. c. 19. n. 12. & 60.* Ripoll. *var. c. 2. nu. 76. & 159.* Xammar. *de offic. jud. par. 1. q. 12. n. 117.* Gratian. *discept. forens. c. 100. n. 2.* Morla *in empor. juris part. 1. tit. 2. in præmis. num. 175. & 176.* & ita observabatur olim in Cathalonia refert Fontanella *dec. 5. n. 3. part. 1.* sed Cancellarius est Judex ordinarius in causis contentionum, ut dixi *dec. 17. n. 3. & 4.* ergo non recusatur, ita argumentatur Ferrer. *part. 3. observ. cap. 92. vers. quoad primum dubium, in fine.*

9 Sextò, & ultimò, quia dato quòd Cancellarius sit delegatus, est tamen delegatus ad universitatem causarum, & delegatus ad universitatem causarum non potest ut suspectus recusari, *gloss. 1. in l. fin. C. de jud.* sed illi sicut ordinario datur adjunctus, Maranta *de ord. jud. part. 4. dist. 5. n. 40.* Gratian. *discept. forens. c. 100. n. 3.* Farinac. *frag. crim. part. 2. littera I. n. 739.* ita argumentatur idem Ferrer. *part. 3. observ. 92. vers. quoad primum dubium, in fine.*

10 Sed his minimè obstantibus, veritas est in contrarium, quòd Cancellarius possit in causis contentionum, ut suspectus recusari, ita Michael Ferrer. *part. 3. observ. c. 92.* ad quem se refert Regens Vico *ad prag. Regn. Sard. lib. 2. tit. 51. in locis communibus nu. 1.* Ripoll. *var. cap. 2. à num. 179.* Plura exemplaria antiqua Cancellarii Cathaloniæ laudat Ferrer. *dicta part. 1. observ. cap. 92. versic. & recolo, versic. & novissimè, & versic. veritas, & cap. 93. in princip.* Aliud de anno 1607. refert Fontanella *de pactis nupt. tom. 1. clausi. 4. gloss. 11. numer. 89. & decis. 15. numer. 18. in fine,* & aliud de anno 1611. idem Fontanella *in add. ad tom. 1. de pact. nupt. num. 28. quod ad litteram infra refero.* Exemplare Cancellarii Regni Aragonum tradit Esse *decis. 425. num. 1. tom. 4.* Aliud exemplare, & praxim illius Regni tradit Urrutigoyti *in pastor. regul. part. 3. voto 8. à princip.* Exemplare Regni Sardiniæ de anno 1638. citat Dexart. *in cap. 1. num. 7. de offic. Regentis.* Exemplare Cancellarii Regni Valentiæ laudat Mattheu *de regimine Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 130.* de jure Gambacurta *de immun. Eccles. lib. 6. cap. 24.* conducit, quia Arbitri juris (qualis est noster Cancellarius in causis contentionum) suspecti recusari possunt, Mastrill. *decis. 91. num. 7.* Carrasco *ad leg. recop. cap. 9. num. 32.* Phebus *decis. 77. à num. 11.* quos

UNIVERSIDAD DE GRANADA Biblioteca

& alios citat Barbosa *in cap. ad hæc* 27. *n.* 5. *appellat. & in cap. legitima*, *n.* 5. *eodem in* 6.

11 Fundatur hæc resolutio in regula generali, quòd omnes Judices cujuscumque generis sint, ut suspecti recusari possunt, *l. apertissimi*, *l. fin. Cod. de judiciis*, *cap. cum speciali*, *cap. postremò*, *cap. secundo requiri*, *de appellat. suspicionis*, *cap. causam quæ*, *cap. insinuante de offic. deleg.* Fermosinus *in cap. si quis contra*, *quæst.* 9. *de foro compet.* Carrasco *ad leg. recop. cap.* 9. *à numer.* 3. latè Morla *in empor. juris part.* 1. *tit.* 2. *in præmis. à nu.* 187. Pro mille Ramon noster *cons.* 3. *à nu.* 10. latissimè Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. à nu.* 645. Guazzinus *defens.* 1. *cap.* 19. *per totum*, Ripoll. *var. cap.* 2. *per totum*, Berart. *in specul. visit. c.* 6. *a n.*4. Tuschus *pract. conclus. littera S. conclus.* 907. Fontanella *dec.* 5. *à n.* 5. *part.* 1. cum relatis per Suelves *cons.* 23. *n.* 1. *lib.* 1. sive sint ordinarii, sive delegati, & si in dignitate constituti sint, ut in responsionibus ad argumenta contraria comprobabitur, *n. vigesimoquarto*.

12 Nec obstat primum argumentum in contrarium adductum, quia respondetur primò, contrarium docere plures Doctores, ut appellatio, & recusatio à pari non procedant, *probat. text. in cap. postremò*, ubi Abbas, & Decius *num.* 2. *de appellat.* cum relatis per Carolum de Grass. *except.* 24. *n.* 4.

13 Respondetur secundò, quòd quamvis magna sit inter appellationem, & recusationem affinitas, intelligendum est, quoad suspendendam jurisdictionem Cavalcan. *de brachio Regio*, *part.* 3. *num.* 321. *versic. præterea in fine*, Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 8. Barbosa *voto* 4. *n.* 90. sed in aliis casibus magna est disparitas, de quibus Franch. *in cap. super eo il* 2. *à nu.* 17. *de appellat.* notat Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. *in fine*, nam gravius, & parti intolerabilius est tollere recusationem, quam appellationem, Ramon *cons.* 3. *num.* 93. recusatio enim locum habet in Judice suspecto, appellatio verò in omni Judice, & propriè non suspecto, Gambacurta *de immun. Eccles. lib.* 6. *capit.* 24. *num.* 2.

14 Respondetur tertiò, quòd appellatione remota, etiam rationabili, & ex justa causa, non intelligitur remota, nec sublata recusatio Judicis, quæ fit ex justa causa, *cap. postremò*, ubi Abbas, Decius *num.* 2. & commun. Doctores *de appellat.* Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 32. Scaccia *de appellat. quæst.* 16. *limit.* 2. *num.* 89. & 90. Plures Ripoll. *var. cap.* 2. *à num.* 221. Barbosa *in cap. postremò*, *num.* 6. *de appellat.* cum relatis per Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 956. & 957. latè Gambacurta *de immun. Eccles. lib.* 6. *cap.* 24. *qui num.*

15 6. *contrariis respondet*, & statum tollens appellationem, non censetur tollere Judicis recusationem, Carol. de

16 Grass. *except.* 24. *num.* 4. & generaliter statutum prohibens omnes exceptiones, non censetur prohibere exceptionem recusationis, *gloss. in capit. quoniam contrà de prob.* Azin. *in prax. cap.* 31. §. 45. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 48. *n.* 32. Carol. de Grass. *except.* 24. *n.* 1. Berart. *in specul. visitat. cap.* 6. *n.* 8. Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *littera I. n.* 691.

17 Plus dico, quòd licèt controversum sit, an statutum possit tollere exceptionem recusationis Judicis, pro affirmativa Tuschus *pract. conclus. littera S. conclus.* 913. *num.* 37. Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *littera I. n.* 702. Pro negativa Ramon. *cons.* 3. *num.* 90. Xammar. *de offic. judic. part.* 1. *q.* 22. *n.* 131. Carol. de Grass. *except.* 24.

18 *num.* 15. tamen si statutum specialiter, & expressè tolleret Judicis recusationem tantùm, intelligitur tollere recusationem frivolam, & inanem, non autem illam, quæ fit ex justa & legitima causa, plures Carol. de Grass. *except.* 24. *n.* 16.

19 Præterea licèt dubium sit, an Princeps possit tollere facultatem recusandi Judicem, & causam committere cum clausula recusatione remota, pro negativa Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *qu.* 12. *num.* 131. & 132. Riccius *decis.* 233. *numer.* 5. *part.* 2. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *numer.* 5. latè noster Ramon. *cons.* 3. *numer.* 37. 38. & *à numer.* 89. Sanchez *cons. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *capit.* 8. *dub.* 3. *num.* 14. & 15. Pro affirmativa Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 6. *à num.* 31. Scaccia *de appellat. qu.* 16. *limit.* 1. *numer.* 118. Gail. *lib.* 1. *observ.* 33. *num.* 4. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 954. Carroccius *except.* 120. *à nu.* 48. Patian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *numer.* 110. Fermosinus *in cap. si quis contra Clericum*, *quæst.* 22. *num.* 1. & *quæst* 41. *de foro compet.* Morla *empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmis. numer.* 186. pro conciliatione, facta differentia inter causas civiles, & criminales, Carol. de Grass. *de except.* 24. *à num.* 17.

Tamen quidquid super dubitetur, certum est, quòd 20
quando Princeps causam committit cum clausula, recusatione remota intelligitur de causa frivola, & non de gravi, & justa suspicionis, benè Jason. *in l. apertissimi*, *numer.* 17. & 18. *C. de jud.* Decius *in cap. postremo*, *num.* 3. *de appellat.* Gail. *lib.* 1. *observ.* 33. *num.* 5. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 33. Scaccia *de appellat. q.* 16. *limit.* 1. *n.* 120. Riccius *decis.* 233. *n.* 5. *par.* 2. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *n.* 6. & 8. Farinac. *fragm. crim. part.* 2. *littera I. n.* 962. Fermosin. *in capit. si quis contra clericum*, *quæst.* 27. *nu.* 4. *de foro compet.* Ramon noster *cons.* 3. *n.* 92. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *q.* 12. *n.* 132. Carroccius *except.* 120. *n.* 56. Ripoll. *var. cap.* 2. *n.* 123. Sanchez *cons. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 3. *n.* 16. *in fine*.

Nec obstat secundum, quia, contrarium verius est, 21
ut Judex super quem non est aliquis ad quem recurri, nisi solus Deus, possit ut suspectus ex justa causa recusari, docent Jacob. Laurent. *de jud. suspecto*, *cap.* 9. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. n.* 690.

Ad confirmationem respondetur, quòd quamquam 22
Princeps non recognoscens Superiorem non possit suspectus recusari, de honestate & decentia causas suas alteri delegat, & committit, ita censuit *gloss. in can. nullam* 2. *quæst.* 5. Cavalcan. *de brachio Regio*, *part.* 3. *numer.* 324. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 13. *numer.* 193. cum relatis per Ramon. *cons.* 3. *num.* 73. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 14. *num.* 3. Guazzin. *defens. cap.* 19. *num.* 4. Carleval *de jud. lib.* 1. *disp.* 7. *num.* 876. *in fine*, & *num.* 109. Gratian. *discept. cap.* 4. *num.* 25. Fermosin. *in cap. significasti*, *q.* 1. *n.* 8. *de foro compet.* Carrasco *ad leg. recop. cap.* 9. *à numer.* 84. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 64. Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *littera I. n.* 721. *in fine*, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *pragmat.* 1. *num.* 30. *de recus. jud.* Salzedo *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 15. Carol. de Grass. *except.* 24. *num.* 98. Barbosa *in addit. ad cap. cum venissent*, *nu.* 5. & 6. *de judiciis*.

Nec obstat tertium, quia respondetur, Judicem ex 23
consensu ambarum partium datum, nova superveniente causa, aut noviter detecta recusari posse, *l. non distinguemus*, §. *cum quidam*, *ff. de recop. arbitr. gloss. in cap. statutum*, §. *cum autem de rescript. in* 6. Tuschus *pract. concl. littera S. concl.* 907. *num.* 17. Mascard. *de probat. concl.* 952. *num.* 43. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *num.* 81. *in fine*, Seraphin. *de privileg. jurament. privileg.* 7. *numer.* 10. Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *littera I. num.* 696. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 9. *nu.* 21. cum aliis per Fermosin. *in capit. si quis contra*, *qu.* 9. *nu.* 8. *de foro competent.* Sanchez *cons. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 12. Scobar. *de ratiocin. cap.* 14. *num.* 15. Barbosa *in cap. cum olim*, *num.* 2. *de caus. possess. & propriet*, Baron. *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad singul.* 27. *sub num.* 1.

Nec obstat quartum, quia respondetur verius esse, 24
Judicem vitæ timoratæ, valdè religiosum, & conscientiæ timentem ut suspectum recusari posse, quia septies in die cadit justus, ut post Natam *cons.* 174. *numer.* 9. *lib.* 1. tradit Bursat. *cons.* 21. *num.* 22. *lib.* 2. & respondit Roland. *cons.* 19. *num.* 16. quos citat Cavalcan. *de brachio Reg. part.* 3. *n.* 319. Carroccius *except.* 120. *nu.* 13. Mastrill. *decis.* 234. *num.* 14. *lib.* 3. Intrigiol. *singul.* 74. *num.* 186. *lib.* 3. Castillo *decis.* 131. *num.* 6. *tom.* 2. Ramon. *cons.* 3. *n.* 32. Fontanella *decis.* 5. *num.* 8. *part.* 2.
& licèt Cancellarius sit in Ecclesiastica dignitate con- 25
stitutus, ipse, & quilibet alius etiam suprema fungens dignitate tamquam suspectus recusari potest, *l. apertissimi*, *C. de jud. cap. cum speciali*, *de appellat.* Barbosa *voto* 4. *num.* 99. Cavalcan. *de brachio Reg. part.* 3. *à nu.* 312. Guazzin. *defens.* 1. 19. *num.* 14. Fontanella *decis.* 5. *per totam*, latè Ramon. *cons.* 3. *à num.* 17. *ad* 40.

siqui-

26 siquidem, quamvis ob qualitatem, dignitatem, integritatem, & religionem personarum à regulis juris communis recedatur, *l. sed & reprobari*, §. *amplius*, *ff. de execu. tutor. l.* 1. *ff. de officio Prætor.* Rota Genuæ *decis.* 27. *numer.* 9. cum relatis per Cavalcan. *de brachio Regio*, *part.* 3. *numer.* 318. *versic. & supradictæ*, Patian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 11. Ramon. *cons.*
27 3. *numer.* 17. intelligendum est, quoties is recessus à juris regulis lege, privilegio specialiter cavetur, *l. in fraudem* §. *fin. ff. de milit. testa.* Decius *in l. pactum quod dotali*, *num.* 7. *C. de collat.* Barbosa *in l. part.* 6. *nu.* 42. *ff. solut. matrim.* quos, & alios citat noster Ramon. *cons.* 3. *n.* 30.

28 Unde Cardinales, ac Legati à latere quorum dignitas præeminens est, liberè recusari valent, Paris. *cons.* 31. *numer.* 97. *lib.* 1. Boer. *decis.* 269. *num.* 5. Gratian. *discept. cap.* 4. *n.* 27. Barbosa *in cap. ad petitionem num.* 2. *de accusat.* Fermosin. *in cap. si quis contra clericum*, *quæst.* 8. *de foro competent.* cum relatis per Cavalcan. *de brachio Regio*, *part.* 3. *num.* 315. cum aliis congestis per Jacob. Laurent. *de jud. suspec. cap.* 2. *n.* 13. & 14. plures Farinac. *fragm. crim. part.* 2. *littera I. n.* 726. Narbona *l.* 20. *gloss.* 1. *nu.* 69. & 70. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Guazzin. *defens.* 1. *c.* 19. *nu.* 14. Diana *resol. moral. part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 30. Ramon. *cons.* 3. *n.* 22. remissivè Baron. *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad singul.* 27. *n.* 1.

29 Episcopus, & Archiepiscopus ut suspectus recusari potest, *cap. si quis contra clericum de foro compet.* Ripoll. *var. c.* 2. *num.* 153. cum aliis per Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *n.* 22. Farinac. *fragm. crim. part.* 2. *littera I. n.* 750. *in princ.* Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 22. *num.* 8. Narbona *l.* 59. *gloss.* 1. *num.* 235. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.*
30 12. *num.* 118. Intellige quando judicialiter procedit; secus si procedit per viam correctionis morum ad regulæ observantiam, latè idem Ripoll. *var. cap.* 2. *à num.* 15. cum aliis per Barbosam *voto* 99. *numer.* 104. Fontanella *decis.* 313. *à num.* 26. & *dec.* 316. *num.* 27. *part.* 2. vide
31 tradita *decis.* 29. *à num.* 124. & Episcopo suspecto, an & quando ejus Vicarius generalis suspectus dicatur, videndi sunt Mastrill. *decis.* 151. *num.* 84. *lib.* 2. & *decis.* 234. *num.* 6. 8. & 9. *lib.* 3. Giurba *decis.* 27. *num.* 10. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *numer.* 83. latissimè Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 750. & alii infrà *n.* 37. Narbona *de appellat. à Vicar. Episc. part.* 1. *à num.* 126. Costa Sicul. *cons.* 85. *à num.* 11. Capic. Latro *decis.* 98. *numer.* 24. Solorzan. *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *à num.* 5. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 347. Ramon. *cons.* 3. *numer.* 48. Baron. *de citat. tom.* 3. *in annot. ad sing.* 27. *num.* 8.

32 Inquisitores hæreticæ pravitatis ut suspecti recusari possunt, Simancas *de cathol. institut. tit.* 17. *num.* 51. & 52. plures citat Jacob. Laurent. *de jud. suspecto cap.* 2. *num.* 9. latè Narbona *l.* 20. *gloss.* 1. *à numer.* 66. *ad* 71. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Farinac. *de hæresi*, *quæst.* 185. *numer.* 139. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 1. *c.* 22. *num.* 10. remissivè Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 33. *in fine*, Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 5. & *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio*, *nu.* 34. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 13. 16. & *c.* 67. *num.* 7. Ramon. *cons.* 3. *num.* 24. Carena *de officio sanctæ Inquisit. part.* 3. *tit.* 9. §. 17. *à n.* 85. Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 27. *à num.* 23. *ad* 31. Fermosinus *in cap. si quis contra clericum*, *quæst.* 16. *à numer.* 2. *de foro competent.* quidquid dicat Carasco *ad leg. recop. cap.* 9. *num.* 24. Baron. *de citat. tom.* 3. *in annot. ad sing.* 17. *n.* 14.

33 Concilium Provinciale, & Synodale recusari potest, Tuschus *pract. conclus. littera S. concl.* 907. *num.* 8. Menochius *de arbitr. jud. cas.* 458. *num.* 3. Gail. *observ.* 33. *n.* 3. *lib.* 1. Cavalcan. *de brachio Regio part.* 3. *num.* 315. *vers. Senatus*, Jacob. Laurent. *de judic. suspect. cap.* 3. *n.* 10. Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 122. Saravia *de jurisdict. adjun. qu.* 9. *n.* 4. Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 10. Fermosinus *in cap. si quis contra clericum*, *q.* 7. *à n.* 3. *de foro competent.* Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. n.* 724. Ramon. *cons.* 3. *n.* 25. latè Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *qu.* 11. Sanchez *cons. mor. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 3. *n.* 10.

Senatores Regii, sive Auditores ut suspecti recusari 34 possunt Cavalcanus *de brachio Regio part.* 3. *num.* 315. *vers. Senatus*, Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmis. num.* 191. quos, & alios citat Ramon *cons.* 3. *num.* 23. cum relatis remissivè per Carleval *de jud. lib.* 1. *titul.* 2. *disp.* 5. *num.* 11. *versic. quoad recusationes*, Ripoll. *variar. cap.* 2. *n.* 229. latè Fontanella *decis.* 5. *per totam*, *part.* 1. Sed an totus Senatus, totum Concilium, 35 Civitas, Universitas, Collegium, & omnes Judices Syndicatores, sive Visitatores, & omnes Doctores Civitatis recusari possint, videndi sunt Intrigliol. *singul.* 80. *à numer.* 498. *lib.* 3. Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *à num.* 121. Menochius *de arbitr. judic. casu* 458. Thoro *in compend. decis. verbo Senatus*, & *verbo suspicio generalis* Torreblanca *de magia*, *libro* 3. *cap.* 26. *à numer.* 14. *ad* 23. Fermosinus *in cap. si quis contra clericum*, *quæst.* 6. *de foro competent.* Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *littera I. à num.* 708. Gail. *libr.* 1. *observ.* 33. *numer.* 2. & 3. Carroccius *except.* 120. *à numer.* 58. Mascard. *de probat. conclus.* 753. *à numer.* 32. Portoles §. *Judex*, *num.* 66. Guazzinus *defens.* 1. *capite* 19. *à numer.* 74. & *num.* 80. Zangerus *de except. part.* 2. *capite* 4. *num.* 13. Apicella *de tuta. pauper tit. de suspic. offic. num.* 43. ubi Additionat. *num.* 747. & 748. Ramon noster *cons.* 3. *à numer.* 84. *versic. quintum fundamentum*, Berart. *in specul. visit. cap.* 6. *à num.* 25. *ad* 37. Ripoll. *variar. cap.* 2. *à num.* 42. *ad* 57. *num.* 63. & *à num.* 241. *ad* 250. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 12. *numer.* 133. Fontanella *decis.* 6. *per totam*, *part.* 1. in Regia Audientia in causa vertente inter Jacobum Canter ex una, & Syndicum Collegii Chirurgorum Civitatis Barcinonæ ex altera, lata diffinitiva sententia ad favorem Syndici dicti Collegii 8. Aprilis 1656. ad relationem Magnifici Francisci Llunes, in decreto executionis fuit per dictum Canter recusatum totum Collegium Chirurgorum, & provisione facta per dictum Magnificum Franciscum Llunes die 25. Septembris 1656. admissa recusatio, & nominati à dicto Jacobo Canter alii examinatores extra Collegium, à qua cum fuisset supplicatum per Syndicum dicti Collegii Chirurgorum, & causa supplicationis in forma commissa Nobili Hieronymo de Codina illam confirmavit 16. Decembris 1656. Scriba Clemente Cortell. Notario.

Prorex, & Præses Provinciæ ut suspectus recusatur, 36 *l. qui jurisdictioni præest*, *ff. de jurisdict. omn. judic. l. Senatusconsulto ff. de off. præsid.* latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 1. *pragmat.* 1. *à num.* 26. *de recus. judic.* plures alios citat Mastrill. *decis.* 151. *à num.* 77. *præcipuè num.* 29. *lib.* 2. cum relatis per Ramon *cons.* 3. *à nu.* 17. *signanter num.* 29. Regens Vico *ad pragmat. Regn. Sard. libr.* 1. *titul.* 1. *cap.* 22. *num.* 23. Morla *in empor. jur. part.* 1. *titul.* 2. *in præmis. num.* 190. Fermosinus *in cap. si quis contra clericum*, *quæst.* 16. *num.* 10. *de foro competenti*, Thoro *in compend. decis. in supplemento verbo suspectus an possit allegari*, *fol.* 621. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libro quarto*, *capite* 10. *numer.* 23. Carrasco *ad leg. recop. cap.* 9. *à numer.* 5. Baron. *de citat. tomo tertio*, *annot. ad singul.* 27. *numer.* 18. & an pro- 37 rege suspecto, totus Senatus reddatur suspectus, de jure videndi sunt Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 124. Giurba *decis.* 27. Castillo *decis.* 53. *libro primo* Mastrill. *decis.* 151. *à numer.* 78. *lib.* 2. & *decis.* 234. *à numer.* 2. *libr.* 3. Carroccius *except.* 120. *à numer.* 64. latissimè Ramon noster *cons.* 3. *à numer.* 40. *ad* 216. *qui numer.* 64. *mille alios refert*, Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. libr.* 1. *tit.* 1. *capit.* 22. *numer.* 7. Novar. *in pragmat.* 15. *collect.* 6. *numer.* 5. *de suspic. official.* Anton. de Ballis *tract. var. libro quinto*, *pragmat.* 1. *numer.* 17. *de recus. judic.* Ripoll. *variar. capit.* 2. *à numer.* 57. Fermosinus *in capit. si quis contra clericum*, *quæst.* 13. & 25. *de foro competent.* Thoro *in compend. decis. in supplemento*, *verbo Prorex Regni quando esset suspectus*, *folio* 509. & *verbo suspectus an possit allegari*, *fol.* 621. Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *littera I. à numer.* 711. Guazzin. *defens. cap.* 17. *num.* 77. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 4. *capit.* 8. *numer.* 65. Sanfelicius *decision.* 84. In Cathalonia suspecto Prorege, non est 38 suspectus Senatus, sed proceditur ad ulteriora in causa,

exclu[sa] Prorege ab ejus tractatu & intervencione, ac voto in casu paritatis. Exemplaria antiqua, & moderna referunt Ramon *cons.* 3. *numero* 124. & 125. Fontanella *decis.* 6. *numer.* 7. 8. 9. Ripoll. *var. cap.* 2. *à num.* 250. Cancer. *part.* 1. *variar. cap.* 21. *num.* 55. *in fine*.

39 Nec obstat quintum, quia procedit, attento jure civili, at de jure canonico Judex ordinarius potest ut suspectus recusari, *cap. si quis contra clericum*; ubi latè Fermosinus *quæst.* 1. *a num.* 5. Carrasco *ad leg. recop. cap.* 9. *nu.* 94. & 54. *de foro compet. cap. cum speciali de appellat. cap. suspicionis de appellat. cap. suspicionis de offic. deleg. cap. causamque de judic.* Jason. *in l. apertissimi, num.* 5. *de C. de judic.* Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmis. n.* 175. 176. & *à n.* 181. Portoles §. *Judex, n.* 69. Gail. *lib.* 1. *observ.* 33. *n.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 4. *n.* 29. & *cap.* 100. *n.* 1. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 66. *n.* 13. Carroccius *except.* 120. *n.* 74. Sanchez *cons. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 3. *n.* 4. Sesse *decis.* 41. *n.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 952. *à n.* 13. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *numer.* 12. Torreblanca *de magia, lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 9. Barbosa *in cap. ad hæc*, 27. *num.* 4. & *in cap. cum speciali* 61. *num.* 10. *de appellat.* Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 734. Xammar. *de offic. jud.* 1. *quæst.* 14. *numer.* 118. Ripoll. *var. cap.* 2. *n.* 77. Narbona *l.* 59. *gloss.* 1. *num.* 235. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop.* Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 92. *vers. in*
40 *contrarium*, sive sit Judex civilis, sive crim. Jul. Clar. §. *fin. q.* 43. *n.* 1. ubi Bajard. *n.* 18. Tuschus *pract. concl. litt. S. concl.* 907. *n.* 10. Osascus *dec.* 15. *num.* 1. 8. & 9. Thesaurus *dec.* 255. *num.* 6. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *nu.* 11. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 66. *sub n.* 16. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 687. Berart. *in specul. visit. cap.* 6. *num.* 6. Barbosa *in cap. cum speciali* 61. *nu.*
41 9. *de appellationibus*, & quicumque alius in quo cadat justitiæ administratio, Muta *ad pragmat. Regn. Sicil. tit.* 4. *de recus. jud. numer.* 28. Intrigliol. *decis.* 47. *numer.* 26. Osascus *dec.* 1. *num.* 10. *in fine*, & *decis.* 15. *à num.* 3. Carroccius *except.* 120. *numer.* 3. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. n.* 732. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *num.* 12. Ripoll. *var. c.* 2. *à nu.* 26. Ramon *cons.* 3.
42 *n.* 21. Fontanella *decis.* 5. *num.* 9. *part.* 1. etiamsi summariè, & executivè procedat, *l. Julianus, ff. de judiciis*, Jacob Laurent. *de jud. suspect. cap.* 8. Barbosa *voto* 4. *sub n.* 99.

43 Nec obstat sextum, & ultimum argumentum, quia de jure Canonico delegatus Principis sive sit ad unam causam, sive ad universitatem causarum, allegatur suspectus, in totum removetur, Jason *in l. apertissimi, à num.* 1. *ad* 6. *C. de jud.* Menochius *de arbitr. jud. qu.* 94. *num.* 12. & 13. Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 43. *num.* 3. Tuschus *pract. concl. littera S. concl.* 907. *numer.* 1. Morla *in empor. juris part.* 1. *tit.* 2. *præmis. num.* 190. cum relatis per Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 19. *numer.* 15. Sesse *decis.* 41. *numer.* 6. & in Cathalonia deficientibus
44 juribus patriæ, priùs judicandum est secundùm jus canonicum, quàm civile, *constit.* 40. *anni* 1599. & in terminis notant Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 92. *vers. in contrarium*, Ripoll. Berart. *in specul. visit. c.* 6. *numer.* 19. cum aliis quos referam *infra decis.* 24. *à num.* 182.

45 Quæro 2. An ad recusandum Cancellarium in causis contentionum requiratur causa? Respondeo quòd sic, ut supponunt Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 91. *vers. quoad secundum dubium*, Ripoll. *var. c.* 2. *à n.* 179.

46 Si quidem & si de jure civili nulla requiratur causa ad Judicem recusandum, sed sufficiat, quòd pars quæ habet Judicem suspectum, juramento interposito illum recuset, *l. apertissimi*, & *ibi* gloss. & commun. Doctores, *C. de jud.* Tamen de jure canonico non admittitur recusatio, nisi causa legitima suspicionis intervenerit, teneturque recusans illa probare aliter quam per juramentum, *cap. cum speciali, cap. pastoralis de appellat. cap. legitima eodem in* 6. Covar. *pract. capit.* 26. *numer.* 1. Gail. *observ.* 33. *numero* 14. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *num.* 11. Morla *in empor. juris part.* 1. *tit.* 2. *in præm. numer.* 177. & 199. & 209. quos, & alios citat Giurba *decis.* 48. *num.* 3. & 5. Scaccia *de jud. l.* 1. *cap.* 66. *num.* 16. Tuschus *pract. concl. litte-*
ra S. concl. 913. *numer.* 38. & 39. Riccius *dec.* 233. *numer.* 7. & 8. *part.* 2. Carol. de Graff. *except.* 24. *à num.* 7. Carroccius *except.* 120. *num.* 40. latè Farinac. *frag. crim. part.* 12. *littera I. à num.* 882. & *cons.* 17. *numer.* 16. *in fine*, *ubi additio littera G.* Bajard. ad Clar. §. *finali, quæst.* 43. *numer.* 1. latè Mascard. *de probat. concl.* 952. *à numer.* 1. Guazzinus *defen.* 1. *cap.* 19. *num.* 63. Gratian. *discept. cap.* 100. *num.* 11. Sanchez *de matrimonio, lib.* 7. *disp.* 112. *num.* 8. Barbosa *in cap. secundo requiris, num.* 4. *de appellat.* Anton. de Ballis *tract. var. l.* 5. *pragm.* 1. *numer.* 2. *de recusat. jud.* Portoles §. *judex, numer.* 63. & 64. Sesse *decis.* 41. *à numer.* 1. Berart. *in specul. visit. cap.* 6. *à numer.* 15. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 12. *numer.* 122. Fontanella *de-*
cis. 2. *num.* 11. *part.* 1. nisi causa recusationis non pos- 47
sit exprimi sine scandalo, quo casu recusans non tenetur etiam de jure canonico illam probare, sed loco probationis sufficit illius juramentum, Patian. *de probat. l.* 2. *cap.* 45. *numer.* 55. Cabedo *decis.* 45. *numer.* 5. *part.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 952. *numer.* 10. Farinac. *frag. crimin. part.* 2. *littera I. numer.* 891. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 19. *numer.* 64. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 12. *numer.* 124. & ita practicasse de anno 1620. coram Excellentissimo Duce de Alcala tunc Prorege in causa egregii Comitis sanctæ Columbæ de Queralt, refert Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 21. *numer.* 35. Fontanella *decis.* 2. *numer.* 12. & 13. *part.* 1. imò debet pars 48
omni tutiori via ad superiorem recurrere, qui mandabit Judici, ut se abstineat absque aliqua discussione, ut ex Aufrerio tradit ad Cavalc. *de brachio Regio, part.* 3. *numer.* 340. Giurba *decis.* 48. *numer.* 6. Mastril. *decis.* 151. *numer.* 99. *lib.* 2. Castillo *in addit. ad decis.* 75. *positis in fine libr.* 3. *qui testatur de observantia Regni Siciliæ*, Capicius Latro *decis.* 85. *num.* 1. *l.* 1. *ubi testatur ita pluries practicatum in Regno Neapolitano*, Guazzinus *defen.* 1. *c.p.* 19. *num.* 66. & 103. latè Fontanella *dec.* 3. *per totam part.* 1. ubi rationes proponit & contrariis satisfacit, & *n.* 16. binas decisiones Senatus Cathaloniæ refert, & de anno 1651. ita vidi observatum *in Regno Sardiniæ*.

Quæro 3. Quæ sint justæ causæ suspicionis ad recu- 49
sandum Cancellarium? Respondeo quòd non solùm illæ, quæ in jure expressæ reperiuntur, de quibus duodecim enumerat Jason *in l. apertissimi, à numer.* 6. *C. de jud.* Quadraginta Farinac. *in cap. postremo, à num.* 50
20. *de appell.* totidem Maranta *de ord. jud. part.* 6. *de appell. à num.* 27. *ad* 74. quinquaginta Conrad. *rubr. de except. num.* 5. quinquagintaquinque Bertachin. *in tr. de Episc. lib.* 4. *part.* 4. septuagintaquinque Præposit. *in cap. postremo, nu.* 11. *de appell.* octuaginta quatuor Cavalcan. *dec.* 28. *num.* 114. *part.* 2. totidem Novarius *in pragm.* 15. *collect.* 6. *num.* 46. *de suspicionibus official.* nonagintanovem Carrasco *ad novam recop. cap.* 9. *à numer.* 96. nonaginta tres Aufrer. *in tr. de recus. suspect. jud.* & præter relatos videndi sunt Gail. *lib.* 1. *observ.* 33. *numer.* 9. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmis. à num.* 200. Tuschus *pract. littera S. concl.* 908. Carol. de Graff *except.* 24. *à num.* 23. Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *à n.* 13. Guazzin. *def.* 1. *cap.* 19. *à n.* 57. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. à num.* 777. Portoles §. *judex à numer.* 45. Fermosinus *in cap. si quis contra clericum, qu.* 30. *usque ad qu.* 39. *de foro comp.* Berart. *in spec. visit. cap.* 6. *à n.* 37. Ripoll. *var. cap.* 2. *à n.* 161. Fontanella *decis.* 8. *cum seq. part.* 1. remissivè aliis relatis Suelves *cons.* 23. *à num.* 3. *lib.* 1. Carleval *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 5. *num.* 11. *in fine*, Lezana *quæst. regul. tom.* 3. *verbo Judex, num.* 12. Sanchez *cons. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 3. *numer.* 6. Giurba *observ.* 98. *num.* 88. & 95. Capic. Latro *cons.* 101. *tom.* 1. sed etiam 51
quælibet aliæ majores, vel similes expressis, Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *numer.* 10. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 802. Fermosin. *in cap. si quis contra clericum, quæst.* 38. *de foro competenti*, Giurba *decis.* 48. *num.* 4. Suelves *cons.* 23. *nu.* 4. *lib.* 1. & si leves, & modicæ sint, Tuschus *pract. concl. littera S. con-* 52
clus. 908. *num.* 13. Menochius *de arbitr. jud. casu* 152. *nu.* 9. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. numer.* 877. Ponte *dec.* 30. *in fine*, Fermosinus *in c. si quis contra clericum, qu.* 39. *num.* 11. *de foro compet.* Castillo *dec.* 131.
num. 4.

nu. 4. *tom.* 2. Suelves *conf.* 23. *ſub num.* 4. *lib.* 1. arbitrio
53 Judicis Menoch. *de arbit. jud. caſu* 152. *num.* 2. Tuſch. *pract. concluſ. littera S. concluſ.* 908. *num.* 15. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 803. Giurba *dec.* 54. *n.* 9. Suelves *conf.* 23. *n.* 5. *lib.* 1. Fermoſinus *in cap. ſi quis contrà clericum, quæſt.* 38. *n.* 9. *de foro compet.* Fontanella *dec.* 2. *num.* 1. *& dec.* 7. *n.* 4. *part.* 1. Barboſa, *in c. poſtremo, n.* 8. *de appellat.* Sanchez *conf. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *dub.* 3. *à num.* 20. Lezana *quæſt. reg. tom.* 3. *verbo, Judex n.* 13.

54 Quæro 4. An recuſatio Cancellarii ſit proponenda in ſcriptis oblato libello? Reſpondeo quòd ſic, ut deciſum refert Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 92. *verſic. & recolo,*
55 quod eſt juri communi conforme, *gloſſ. in c. contra verbo recuſationes de probat, & in c. ſecundo requiris* §. 1. *de appell. l. apertiſſimi*, & ibi: *gloſſ. C. de judiciis*, materiam hanc, & formam libelli pertractant de jure Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 33. *n.* 13. Patian. *de probat. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 9. *&* 10. Scaccia *de jud. lib.* 1. *c.* 102. *num.* 22. & alii quos laudant Carol. de Graſſ. *excep.* 24. *numer.* 11. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 903. Berart. *in ſpecul. viſit. c.* 6. *n.* 9. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 19. *n.* 103. Fermoſinus *in c. ſi quis contrà clericum, quæſt.* 4. *num.* 8. *de foro compet.* & alii quos ſuprà retuli *num.* 46. niſi cauſa recuſationis eſſet ſcandaloſa, & criminoſa, *ut dixi numer.* 47. *&* 48.

56 Quæro 5. An cauſæ ſuſpicionis ſint proponendæ coram Cancellario allegato ſuſpecto, & per eumdem Cancellarium declarandæ? Reſpondeo quòd non, ut probat Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 92. *verſ. quoad ſecundum dubium*, ad quem ſe refert Regens Vico, *ad pragm. Regni Sardiniæ lib.* 2. *tit.* 51. *in locis communibus, n.* 1.

57 Quod partim eſt contrarium juri communi, & partim illi conforme: nam in quantum cauſæ ſuſpicionis non ſint proponendæ coram Cancellario, eſt juri contrarium; & in quantum cauſæ ſuſpicionis non ſint probandæ coram Cancellario, nec per eumdem decidendæ, eſt juri communi conforme; ſi quidem Judice ſuſpecto recuſato cauſæ ſuſpicionis coram eodem Judice recuſato proponi debent, probantur tamen coram Arbitris, qui de earum juſtitia, & injuſtitia cognoſcunt, *c. cum ſpeciali* ubi commun. Doctores *de appell. c. ſuſpicionis*, ubi commun. Doctores, *de offic. deleg.* Jaſon. *in l. apertiſſimi num.* 14. *C. de jud.* Additio ad Clar. §. *fin.* 43. *littera A.* Tuſchus *pract. concluſ. littera S. concluſ.* 911. *n.* 1. Scaccia *de jud. lib.* 1. *c.* 101. *n.* 20. Guazzinus *defenſ.* 1. *c.* 19. *n.* 66. Triviſan. *dec.* 51. *à num.* 2. *part.* 1. Barboſa *in c. cum ſpeciali, n.* 3. *de appellat.* Fermoſinus *in c. ſi quis contrà q.* 2. *n.* 4. *de foro compet.* Berart. *in ſpecul. viſit. c.* 6. *à num.* 10. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. n.* 916.

58 Etenim Judices recuſati non poſſunt proprias cauſas ſuſpicionis decidere, *l. apertiſſimi C. de jud.* gloſſ. *in l.* 2. *verbo ſciatur, ff. ſi quis in jus vocatus non jerit, c. ſecundo requiris cap. cum ſpeciali de appellat. c. legitima, eod. in* 6. plures laudat Ramon. *c. conſ.* 3. *nu.* 117. & latè probat per omnia jura mundi Harthman. *pract. obſerv. lib.* 2. 15. quem citat Fontanella *deciſ.* 2. *num.* 17. *part.* 1. rationem referunt Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 92. *verſic. quoad ſecundum dubium*, Ripoll. *var. cap.* 2. *numer.* 134. remiſſivè Guazzinus *defenſ.* 1. *cap.* 19. *nu.* 66.

59 Sed eis recuſatis eliguntur Arbitri, qui, ut dictum eſt, cognoſcunt de juſtitia, & injuſtitia ſuſpicionum, *cap. ſuſpicionis de offic. deleg. cap. cum ſpeciali de appellat. c. legitima eod. in* 6. Ripoll. *var. cap.* 2. *à num.* 133. plures laudat noſter Ramon. cum relatis per Farinacium *frag. crim. part.* 2. *littera I. à num.* 915. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 19. *numer.* 66. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 6. *num.* 63. Portoles §. *judex nu.* 42. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 118. Barboſa *in cap. cum ſpeciali num.* 2. *de appellat.* Fermoſin. *in cap. ſi quis contrà clericum, quæſt.* 19. *num.* 2. *&* 3. *de foro compet.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *num.* 13. Fontanella *deciſ.* 2. *num.* 15. *part.* 1. Lezana *quæſt. regul. tom.* 3. *verbo Judex, num.* 13. Sanchez *conf. moral. tom.*
60 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 3. *num.* 21. & formam tradunt Doctores citati *num.* 55. id ipſum ſervatur in Cathalonia reſpectu Judicum ordinariorum, & delegatorum, juxta *conſtit.* 1. *&* 10. *de recuſ. de tots Jutges*, Ramon. *conſ.* 3. *num.* 117. *verſ. ſi jus*, Fontanella *dec.* 2. *num.* 16. *& dec.* 5. *à num.* 1. *& num.* 27. *verſ. in Cathalonia, part.* 1. Cancer. *part.* 1. *var. c.* 21. *num.* 34. *& part.* 3. *c.* 10. *numer.* 74. Ripoll. *var. cap.* 2. *num.* 14. practicam, & formam pertractat Mieres *in Curia Ilerdæ Sereniſſimi Domini Regis Jacobi* 11. *part.* 1. *colum.* 4. *c.* 15. *fol.* 174. *in novis.* Fallit reſpectu Judicum tabulæ, nam in eorum 61
recuſatione non eliguntur Arbitri, ſed alii non recuſati cognoſcunt de cauſis ſuſpicionum recuſatorum, & ſi duo recuſari fuerint, & alius ſolus non recuſatus cognoſcit, *juxta pragmat. de recuſat. de tots Jutges*, & ita obſervatum, & judicatum refert Mier. *in Curia Barcinonæ Sereniſſimi Domini Regis Jacobi* 11. *tom.* 1. *collat.* 4. *c.* 7. *n.* 124. *fol.* 198. *in novis.* Berart. *in ſpecul. viſit. c.* 6. *n.* 19. *&* 64. Fallit etiam reſpectu Viſitatorum 62
domus Deputationis; nam non eliguntur Arbitri, ſed Viſitatores non recuſati cognoſcunt de cauſis ſuſpicionum propoſitis contra Viſitatores recuſatos, *cap.* 1. *curiarum novæ reformationis* 1599. Berart. *in ſpeculo viſit. cap.* 6. *num.* 19. *&* 64. & idem in recuſatione Aſſeſſorum domus Deputationis, Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 9. *numer.* 21. Fallit rurſus in recuſatione 63
Cancellarii in cauſis contentionum, in cujus recuſatione practicantur infra tradita *quæſt.* 6. Fallit deni- 64
que reſpectu Regiorum Senatorum, vel Auditorum, ſeu Doctorum Regiæ Audientiæ, nam in eorum recuſatione non recurritur ad Arbitros, ſed cauſæ ſuſpicionum proponuntur cum ſupplicatione, tractantur, & deciduntur in Regia Audientia, *conſtit.* 2. *de recuſat. de tots Jutges* Ramon. *conſ.* 3. *numer.* 120. *verſic. ſecunda*, Ripoll. *var. reſol. cap.* 2. *numer.* 229. & ſi in Aula ubi Senator eſt recuſatus, non ſunt alii habiles, declaratur ſuſpicio cum Doctoribus alterius Aulæ, ut obſervatum refert Fontanella *deciſ.* 6. *numer.* 13. *& deciſ.* 284. *num.* 2. *part.* & qualiter practicetur in Regno Aragonum Portoles §. *Judex à numer.* 41. Seſſe *deciſ.* 41. *&* 200. Urrutigoyti *in paſtor. regul. part.* 3. *voto* 8. *numer.* 18. In Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 23. Dexart. *in cap. Curiæ* 3. *de ſuſpicione & recuſ. offic.* In Regno Valentiæ Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit. in præmiſ. numer.* 180. In Regno Caſtellæ Valenzuela *conſ.* 170. *num.* 11. *&* 16. *tom.* 2. Fermoſinus *in cap. ſi quis contra clericum, quæſt.* 5. *de foro compet.*

Quæro 6. Coram quo cauſæ ſuſpicionis Cancellarii 65
contentionum ſint proponendæ, & allegandæ? Reſpondeo quòd in Cathalonia ſunt narrandæ, proponendæ, & allegandæ per partem cum ſupplicatione coram Domino Rege, & in ejus abſentia à Principatu coram Excellentiſſimo Prorege, & Locumtenente generali, & illis abſentibus coram Gerente vices generalis Gubernatoris Viceregia procedente, *juxta pragmat. primerament* 6. *de content. juriſdict.* quæ & ſi loquatur in caſu abſentiæ Cancellarii idem dicendum eſt in caſu ſuſpicionis, cum eadem millitet ratio, ita Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. c.* 92. *verſ. & dum, & verſ. & recolo, verſ. & noviſſimè, verſ. veritas, & verſ. & in quantum.* Ripoll. *var. c.* 2. *n.* 180. *&* 181.

Quæ ita practicantur, nam oblata ſupplicatione per 66
partem, quæ ſibi ſuſpectum habet Cancellarium cum expreſſione, & narratione cauſarum ſuſpicionis coram Domino Rege, & in ejus abſentia coram Prorege, & Locumtenente generali, & illis abſentibus à Principatu coram Gerente Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedente, ſi cauſæ ſuſpicionis propoſitæ ſint fruſtratoriæ, frivolæ, inſubſiſtentes, & evidenter injuſtæ, ac notoriè falſæ non admittuntur, imò rejiciuntur, & eis ſpretis Cancellarius in cauſa contentionis ad ulteriora procedit, ex his quæ tradunt Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *verſ. & primo*, ibi *quinto juvantur, & deciſ.* 42. *nu.* 2. *tom.* 2. Ripoll. *var. cap.* 2. *à num.* 194. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 6. *num.* 66. Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 92. *verſic. & fundari*, Mieres *in Curia Ilerdæ Sereniſſimi Domini Regis Jacobi* 2. *part.* 1. *col.* 4. *cap.* 15. *num.* 14. *&* 15. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 21. *n.* 37. *& part.* 3. *c.* 10. *à nu.* 73. Fontanella *dec.* 5. *num.* 18. *&* 19. *& deciſ.* 7. *à numer.* 1. *part.* 1. Carol. de Graſſ. *excep.* 24. *numer.* 12. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmiſ. num.* 213. Guaz-

zinus *defens.* 1. *c.* 1. *num.* 63. Faber. *in suo C. lib.* 3. *tit.* 4. *ne quis in sua causa, deff.* 6. & 7. Seraphin *decis.* 897. *numer.* 5. Barbosa *voto* 4. *num.* 107. *& in cap. cum speciali n.* 11. *de appellat.* Carroccius *except.* 110. *à n.* 39. Capicius Latro *dec.* 164. *num.* 4. *tom.* 2. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 806. *& cons.* 17. *num.* 6. *&* 19. *& in addit. littera G.* Cabedo *dec.* 20. *n.* 4. *part.* 1. Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 43. *n.* 17.

67 Suspiciones frivolæ, & frustratoriæ dicuntur omnes illæ, quæ non sunt in jure expressæ, nec majores, vel similes illis, Carroccius *except.* 120. *numer.* 41. Fontanella *decis.* 7. *num.* 6. *part.* 1. arbitrio judicis Giurba *decis.* 54. *num.* 9. Fontanella *decis.* 7. *num.* 4. & 5. *part.* 1. quas refert idem Fontanella *decis.* 5. *num.* 18. *&* 19. *par.* 1. Quindecim refert Carrasco *ad leg. recop. cap.* 9. *à numer.*

68 311. ab ista rejectione verbali, & non admissione suspicionum licèt de jure admittatur supplicatio, Carroccius *except.* 120. *numer.* 45. de observantia Senatus Tholosani Mainard. *decis.* 96. *lib.* 1. & Senatus Sebusiani Faber. *in suo Cod. lib.* 3. *tit.* 4. *ne quis in sua causa, def.* 5. & 6. In Cathalonia verò à tali rejectione non admittitur supplicatio, Peguera *dec.* 42. *numer.* 2. *part.* 1. & latè probat Fontanella *decis.* 2. *à numer.* 8. *part.* 1.

69 Si verò causæ suspicionis propositæ contra Cancellarium contentionum sint claræ, & notoriæ, ut quia agatur de interesse dicti Cancellarii, aut ipse sit filius, frater, vel aliter consanguineus, vel affinis partis litigantis eò tunc Dominus Rex, vel Locumtenens generalis Gubernatoris procedens Viceregia, nulla discussione, nec cognitione causæ præmissa, nominat Tertium in locum Cancellarii, ut illam tantùm causam contentionis declaret, decidat, & dirimat, Michael Ferrer. Ripoll. *part.* 3. *observ. cap.* 92. *versic. & dum, & vers. & recolo, & vers. & novissimè, & vers. veritas, & vers. & in quantum, & cap.* 93. Ripoll. *var. cap.* 2. *n.* 180. ut in exemplari quod refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 11. *numer.* 89. *dec.* 5. *n.* 18. *in fine, part.* 1.

70 Si autem causæ suspicionis non sunt notoriæ, sed requirunt aliquam discussionem, & cognitionem, eo casu Dominus Rex, aut ejus Locumtenens generalis, & illis absentibus Gerens Vices Gubernatoris procedens Viceregia, nominat Tertium, coram quo causæ suspicionum probantur, & per ipsum Tertium fit declaratio, an dictæ suspiciones habeant locum, vel non, Michael Ferrer *part.* 3. *cap.* 92. & 93. Ripoll. *var. c.* 2. *nu.* 18. & ita fuit servatum, & practicatum in illa causa de qua meminit Fontanella *in addition. ad* 1. *tom. de pact.*

71 *nupt. num.* 28. quam in forma infra referam *num.* 96. & si per Tertium fuerit declaratum suspiciones procedere, & locum habere, eo casu per Dominum Regem, seu ejus Locumtenentem generalem, & illis absentibus per Gerentem Vices Gubernatoris Viceregia procedentem nominatur Tertius in locum Cancellarii pro illa causa tantùm, Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 92. *vers. novissimè, vers. veritas, & vers. ad tertium dubium.*

72 Sed an ab ista Tertii declaratione liceat supplicare, vel appellare; dic esse indubitatum, quòd non, *per ea*

73 *quæ latè dicam decis.* 25. Nota quòd licèt aliàs de jure communi à sententia lata super suspicionibus liceat appellare, vel supplicare, Rebuff. *tit. de recus. art.* 1. *gloss.* 3. Sola *ad constit. Sabaud. titul. de suspic. judic. gloss.* 19. Cabedo *decis.* 107. *part.* 1. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 43. *num.* 14. Gail. *libr.* 1. *observ.* 33. *num.* 18. Tuschus *pract. littera concluf.* 911. *num.* 6. Patian. *de probation. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 25. Scaccia *de appellat. quæst.* 7. *nu.* 109. *cum seq.* Ripoll. *var. cap.* 2. *num.* 200. Carroccius *except.* 120. *num.* 25. Gratianus *discept. forens. cap.* 100. *n.* 48. Fermosinus *in cap. si quis contra clericum, qu.* 36. *num.* 13. *de foro compet.* Guazzinus *defens.* 1. *cap.* 19. *num.* 33. & 107. Fontanella *decis.* 26. *num.* 1. *par.* 1. Farinacius *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 927. & ita observari in Regno Aragonum Sesse *decis.* 41. *num.* 12. & in Regno Castellæ Valenzuela *cons.* 17. *num.* 17. *lib.* 2. In Cathalonia verò non licet in causis suspicionum supplicare, *constit.* 2. *de recus. de tots Jutges*, Peguera *decis.* 42. *num.* 2. *part.* 2. Ripoll. *var. cap.* 2. *nu.* 107. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 21. *num.* 39. Fontanella *decis.* 7. *numer.* 10. *qui num.* 17. ait licitum esse appellare, *& dec.* 74 26. *num.* 2. *part.* 1. nec in Regno Sardiniæ, Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 23. *cap. Curiæ* 3. *de suspic. offic.* apud Dexart. *fol.* 1137. Nec in Regno Neapolis, Franchis *decis.* 408. *in princip.* Novar. *pragmat.* 15. *collect.* 6. *num.* 47. *de suspic. offic.* Quomodo autem suspiciones Cancellarii proponantur, & practicentur in Regno Aragonum, Utrutigoyti *in pastor. regul. part.* 3. *voto* 8. *n.* 1.

Quæro 7. An recusatio Cancellarii contentionum, 75 vel alterius cujuscumque Judicis sit proponenda per ipsam partem, an verò possit proponi per Procuratorem? Respondeo quòd potest proponi per Procuratorem, ut latè probat Fontanella, *decis.* 14. *à num.* 1. *ad* 8. *part.* 1.

Sed quale mandatum requiratur ad recusandum Can- 76 cellarium, seu alium Judicem, an sit necessarium speciale, an verò sufficiat generale ad lites? Respondeo non sufficere generale, sed requiri speciale, tamquam de re quæ in animo consistit, Borguin. Cavalcan. *decis.* 20. *num.* 108. *part.* 2. Hortensius Cavalcan. *de brachio Regio part.* 3. *num.* 334. Patian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 102. Tuschus *pract. concluf. littera S. concluf.* 913. *n.* 38. Trivisan. *dec.* 51. *num.* 6. *part.* 1. Peregrinus Janninius *de citat. reali, lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 100. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 5. Merlinus *dec.* 201. *num.* 7. Fermosinus *in cap. si quis contra clericum, qu.* 4. *nu.* 9. *de foro compet.* Gratianus *discept. forens. cap.* 100. *num.* 1. Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 43. *num.* 8. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 17. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. num.* 704. Ripoll. *var. cap.* 2. *n.* 265. Berart. *in specul. visit. c.* 6. *num.* 14. latè Fontanella *decis.* 4. *à num.* 8. *ad* 15. *part.* 1. Nisi in mandato detur potestas Procuratori ad 77 proponendum recusationes contra judices, quod sufficit pro speciali mandato, Beltraminus ad Ludovis. *decis.* 368. *num.* 8. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 43. *num.* 8. Guazzinus *defens.* 1. *c.* 19. *num.* 61 Fontanella *decis.* 4. *ubi testatur ita observari intrepidè in Cathalonia part.* 1. Merlinus *decis.* 201. *num.* 8. vel nisi Dominus postea 78 ratificaverit comparendo coram Tertio Judice impetrato propter remotionem Cancellarii, Beltraminus ad Ludovis. *decis.* 368. *num.* 8. Fontanella *decis.* 4. *numer.* 16. *part.* 1.

Quæro 8. An in supplicationibus suspicionum con- 79 tra Cancellarium contentionum proponendis requiratur firma Advocati? Respondeo quòd licèt in Cathalonia in supplicationibus, schedulis, positionibus, & in omnibus actibus judicialibus firma Advocati requiratur, *caput Curiæ* 66. *anni* 1599. Peguera *in pract. civil. rub.* 15. *n.* 1. Xammar. *de offic. jud. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 6. *& defin.* 127. *num.* 1. *part.* 2. Fontanella *decis.* 4. *num.* 17. *&* 18. *part.* 1. Adeò ut nec in Regio criminali Concilio admittantur supplicationes, & schedulæ cum sola firma, & subscriptione partium in causa propria, nisi fuerint firmatæ per Doctorem, vel Advocatum approbatum, ut fuit resolutum junctis tribus Aulis 29. Augusti 1613. Vide hanc conclusionem in archivo Regio in libro conclusionum celebrem in hac materia, *fol.* 100. quam posteà reperii illam ad litteram referre Xammar. *defin.* 127. *part.* 2. De Regno Castellæ Avendaño *de exequen. mandat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 2. *ibi octavus casus est*, Gomez *in l.* 2. *Tauri num.* 6. ex quo notat Xammar *de off. judic. part.* 2. *qu.* 1. *num.* 6. *& defin.* 127. *num.* 2. *part.* 2. De Regno Aragonum Portoles §. *advocatus, à num.* 41. Tamen in suspicionibus proponendis 80 firma Advocati in Cathalonia non requiritur, dummodò supplicationes firmentur per eamdem partem, quæ suspiciones opponit, vel per aliam cognitam personam pro ea, si pars principalis litigans scribere nesciat, *consist.* 7. *de recusat de tots Jutges*, Ripoll. *var. cap.* 2. *n.* 253. Fontanella *decis.* 4. *à num.* 17. *usque ad finem, part.* juxta decisionem nostri Senatus proximè relatam, de qua Xammar. *defin.* 127. *part.* 2. etsi aliud servetur in Regno Luzitaniæ, Cabedo *dec.* 45. *num.* 8. *part.* 1. & in Regno Castellæ, ac Neapolis, Valenzuela *cons.* 170. *n.* 15. *lib.* 1.

Procurator partis opponentis recusationes habens 81 etiam speciale mandatum recusandi Judices, supplicationes

tiones suspicionum firmare, ac subscribere non potest, ut decisum refert Ripoll. *var. cap. 2. n. 154. & 155.*

82 Quæro 9. An Cancellarius in Cathalonia debeat personaliter parte petente respondere positionibus, seu articulis datis super causis suspicionum; Respondeo quòd sic, sed non tenetur respondere cum juramento, sive
83 materia sit criminosa, sive non, Michael Ferrer. *parte tertia observationum, capite vigesimonono, versi. est etiam advertendum*, ad similitudinem Doctorum Regiæ Audientiæ, qui etsi ad partis instantiam debeant personaliter respondere articulis, seu positionibus super recusationibus formatis, non tamen respondere cum juramento, ob eorum præeminentiam, Michael Ferrer. *loco proximè citato*, & ita observari intrepidè in nostro Senatu exemplaria refert Fontanella *decis. 23.*
84 *numer. 9. & 10. par. 1.* & probat Cancer. de contraria praxi testantem *par. 1. variar. cap. 21. sub num. 55.* & idem servari in Senatu Sebusiano refert Faber *in suo C. libr. 4. titu. 1. defin. 12.* Xammar. *defin. 58. num. 6. par. 2.* quæ intellige dummodò interrogatoria non sint infamatoria, & criminosa, quo casu Cancellarius, sicuti Doctores Regiæ Audientiæ non tenentur illis respondere, etiam sine juramento, Fontanella resolutionem
85 Senatus tradens *decis. 23. nu. 9. part. 1.* & quando Cancellarius vel Doctor Regiæ Audientiæ tenetur respondere, non proceditur cum eis per modum imperii, sed ita, respondeat Reverendus Cancellarius, vel respondeat Magnificus N. Fontanella *decis. 23. num. 17. par.*
86 1. Cancellarius verò Regni Aragonum respondet cum juramento, Utrutigoyti *in pastor. regul. part. 3. voto 8. num. 2. & 3.* Cancellarius autem Regni Sardiniæ credo quòd parte petente tenetur respondere cum juramento coram Tertio nominato super causis suspicionum, sicut alii Judices etiam Doctores Regiæ Audientiæ cum juramento respondere tenentur, hoc intellecto, quòd causæ non sint criminosæ, Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib. 1. tit. 1. cap. 25.* & ita fuit practicatum in Regia Audientia 23. Augusti 1651. in causa suspicionis allegatæ per Doctorem Antiocum Vsay Canonicum Calaritanum contra Don Antonium Canales Regiæ Audientiæ Doctorem, vidi etiam observatum de mense Maii 1651. in processu suspicionum Marcionis de Laconi, contra Don Antonium Canales, & Don Dominicum Prunengo, & de eodem tempore in processu suspicionum Marchionis de Villasor, contra Don Michaelem Bonfant, & Joannem Mariam Pirella.

87 De jure communi Judex recusatus suspectus parte recusante petente, tenetur respondere personaliter, etiam cum juramento super causis suspicionum, dummodo causæ non sint criminosæ, quia tunc non tenetur se prodere, ut docent Covar. *pract. cap. 26. nu. 3.* Thesaurus *decis. 6. per totam.* Faber *in suo C. lib. 4. titul. 1. defin. 12. in fine*, Morla *in empor. jur. par. 1. titu. 2. in præmis. nu. 215.* Franchis *decis. 408. num. 28.* Gratian. *discep. foren. cap. 100. num. 47.* Farinacius *cons. 17. littera G. versi. & in materia scias, & frag. crim. par. 2. littera I. num. 892.* Guazzin. *defen. 1. cap. 19. à nu. 24.* Intrigiol. *decis. 47. num. 22.* Anton. de Ballis *tract. var. libro 5. pragmat. 1. num. 3. de recusat.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst. 43. num. 6.* Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 1. cap. 25. in glossa*, & ex nostris Ripoll. *variar. cap. 2. nu. 212. & 215.* Cancer. *part. 1. var. cap. 21. sub num. 55.* Fontanella *decis. 23. à nu. 7. par. 1.* remissivè Xammar. *de offic. judi. par. 1. quæst. 12. num. 121. & defin. 58. nu. 8. par. 2.*

88 Sed scias quòd licèt Cancellarius respondere personaliter non teneatur in Cathalonia, sicut nec Doctores Regiæ Audientiæ respondere personaliter debent cum juramento positionibus, & articulis super causis suspicionum; Pars autem privata ad alterius partis petitionem respondere personaliter tenetur cum juramento in causis suspicionum Cancellarii, & Doctorum Regiæ Audientiæ, & ita intrepidè practicari in Cathalonia testatur Fontanella *decis. 23. num. 13. par. 1.* & cum ea
89 proceditur per modum Imperii, ut mandetur dicto N. respondeat &c. idem Fontanella *decis. 23. numero 17. part. 1.*

90 Nam regulariter omnes litigantes cogi possunt ad faciendas responsiones personales per verbum credit, vel non credit, *cap. 1. & 2. de confes. in 6.* De Regno Castellæ *l. 3. titu. 13. par. 3. & titu. 8. lib. 2. recop.* De Regno Valentiæ *forus fin. de judi.* De jure Cathaloniæ *constit. 10. de dilat.* & de tota materia Regens Leon *decis. 211. libro 2.* Postius *de manutenen. observ. 83.* Guttier. *lib. 1. pract. quæst. 59. & seq.* Gizarel. *decis. 41. & 66.* Capicius Latro *decis. 88. liber. 1.* Vela *dissert. 11. lib. 2.* Oliba & ad eum Montaner. *de action. par. 2. lib. cap. 44. tom. 2.* Cancer. *part. 1. var. cap. 17. num. 66. & 67. par. 2. cap. 8. num. 11. & 12. & part. 3. cap. 12. à num. 65.* Ripoll. *var. cap. 5. à num. 47. & in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub. 13. à num. 15.* Fontanella *decis. 23. 24. & 25. lib. 1.* Similiter & Procurator adversarii potest 91
compelli parte instante, ut medio juramento personaliter respondeat suis positionibus, cujus confessio ita præjudicabit, ac si esset facta à Domino, *l. non solum ff. de procurat. facit de jure nostro, constit. 1. de dilatione*, de quo Cancer. *par. 2. variar. cap. 14. versi. &* 92
quibus, & nu. 7. & 8. Postius *de mauten. observ. 83. à num. 23.* Et quod plus est, Advocatus adversarii parte petente cogi potest respondere personaliter medio juramento positionibus sicut solet cogi ipsamet pars, Costa *de remed. subsid. remed. 127. num. 27.* Fontanella *decis. 189. num. 8. par. 1.* Advocatus enim seu Procurator an 93
& quando possit compelli ad testificandum contra suum clientulum, quid in favorem sui clientuli, videndi sunt Mascard. *de probat. conclus. 66. & 1232.* Farinac. *in prax. par. 2. quæst. 60. à num. 155. & à nu. 195.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 5. num. 25.* Guido Papa *decis. 45.* Surdus, & ad eum Hodierna *decis. 190. & 219.* Franchis *decis. 222.* Donat. Anton. de Marinis *resol. quotid. lib. 2. c. 9.* Faber *in suo C. lib. 4. tit. 15. defin. 59.* Robert. *rer. judicat. lib. 2. cap. 19.* Cabal. *resol. crim. casu 159.* Guazzin. *defen. reor. in præfat. nu. 26. & defen. 1. cap. 5. num. 7.* Mainardus *decis. 12. lib. 3.* Mastril. *decis. 15. num. 40. lib. 2.* Castillo *decis. 92.* Giurba *decis. 95.* Lazarius *de monasteriis lib. 2. quæst. 16.* Pareja *de instru. edit. tom. 2. titu. 8. resol. 3. à numer. 25. ad 38.* & ex nostris Ramon *cons. 68. numero 15.* Xammar. *de offi. jud. part. 2. quæstion. 4. numero 49. ad 53.* Fontanella *decis. 189. par. 1.*

Deveniendo ad practicam nominandi Tertium pro- 94
pter suspiciones Cancellarii, quando illæ sunt claræ, & notoriæ, quam tradit Ferrer. *par. 3. obser. cap. 92. versi. novissimè, & latius cap. 97.* offertur supplicatio coram Excellentissimo Locumtenente generali tenoris sequentis.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

INter Curiam secularem Regiæ Audientiæ & Petrum N. Domicellum in civitate Barcinonæ domiciliatum ex una, & Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Franciscum G. Canonicum sanctæ Ecclesiæ dictæ Civitatis ex altera, mota fuit contentio ratione quorumdam procedimentorum factorum in Regia Audientia ad relationem Magnifici Dominici P. dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, inter dictum Petrum N. & dictum Canonicum Franciscum G. cumque dictus Canonicus Franciscus G. sit consanguineus Reverendi Cancellarii M. & hac de causa dictus Reverendus Cancellarius M. non possit in dicta contentione judicare. Idcirco & aliàs dictus Petrus N. supplicat vestræ Excellentiæ, ut dignetur eligere, & nominare aliam personam Ecclesiasticam in dignitate constitutam, qui ut Tertius dictam contentionem dirimat, & declaret, officio, &c. quæ licet &c.

Altissimus
N.

Cui quidem supplicationi fit decretatio sequens.

Excellentissimus Dominus Locumtenens generalis nominat in Tertium Doctorem Josephum B. Canonicum Ecclesiæ Barcinonæ pro hac causa contentionis tantum, qui juret, & alia faciat, ad quæ per generales constitutiones Cathaloniæ tenetur juxta stylum.

Provisa per Excellentissimum Locumtenentem generalem, die 12. Octobris 1637.

Salamo.

Die 12. Octobris anno à Nativitate Domini 1637. supradictus Doctor Josephus B. Canonicus Ecclesiæ

Barci-

Barcinonæ Tertius electus, & nominatus per suam Excellentiam, præstitit Sacramentum, & Homagium in posse Magnifici Michaelis N. Regentis Regiam Cancellariam, cujus vigore convenit, & promisit servare constitutiones Cathaloniæ, capitula Curiæ, & alia jura patriæ, nec non capitulum dictum de la observanca, & alia faciet, ad quæ teneatur, & adstrictus existat, præsentibus pro testibus N. & N.

Ita est Jacobus Salamo Regius Scriba mandati, & Notarius publicus per totam terram Barcinonæ populatus, hæc & alia propria manu scribens.

Dicto die duodecimo, Octobris 1637. *dictus Doctor Josephus B. Tertius electus audivit Sententiam excommunicationis à Reverendo Officiali Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ.*

Petrus Carbonell Notarius, & Scriba Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ.

95 Sed deveniendo ad practicam nominandi Tertium propter suspiciones Cancellarii, quando illæ requirunt discussionem, & causæ cognitionem, offertur supplicatio tenoris sequentis.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

INter Syndicum Universitatis Villæ de Blanis, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, seu Procuratorem Fiscalem Patrimonialem ex una, & Petrum Morell Presbyterum Rectorem Ecclesiæ de Blanis, & Curiam Ecclesiasticam Officialis Gerundæ, seu ejus Procuratorem Fiscalem ex alia, mota fuit contentio jurisdictionis super firma juris in dicta Curia Ecclesiastica facta per dictum Petrum Morell Rectorem dictæ Ecclesiæ de Blanis, Procuratorem Fiscalem dictæ Curiæ, quibusdam procedimentis in dicta Curia sæculari factis contra dictum Rectorem ad instantiam dicti Syndici de Blanis, cumque Reverendus Jacobus de Agullana I. V. D. Regius Cancellarius, Archidiaconus major & Canonicus Ecclesiæ Gerundæ, ut Archidiaconus major exerceat, & administret jurisdictionem illus Episcopatus Sede vacante, & dictus Rector Petrus Morell sit Clericus suæ Diœcesis & sibi ea ratione subditus, qua de causa, & aliis latiùs per articulos declarandis, Syndicus Universitatis dictæ villæ de Blanis habeat dictum Reverendum Cancellarium valdè suspectum, & periculosum sit coram suspecto Judice litigare: ideo, & alias Syndicus dictæ Villæ de Blanis exhibens suum mandatum ut inseratur, supplicat vestræ Excellentiæ, quatenus exacto ab eo nomine dictæ Universitatis solito juramento, quod præstare paratus est, dignetur eligere, & nominare aliam personam Ecclesiasticam in dignitate constitutam, qui ut Tertius d. Reverendum Cancellarium suspectum declaret, officio &c. quæ licèt &c.

Altissimus
N.

Cui quidem supplicationi solet fieri declaratio sequens.

Excellentissimus Dominus Locumtenens generalis nominat in Tertium Paulum Pla I. V. D. Archidiaconum Peniten. & Canonicum Ecclesiæ Barcinonæ pro decidenda hac causa supplicationum, qui juret, & alia faciet, ad quæ per generales constitutiones Cathaloniæ tenetur juxta stylum.

Provisa per Excellentissimum Locumtenentem generalem, die 25. *Octobris* 1611.

Amat.

Et dictus Paulus Pla Tertius noviter per suam Excellentiam electus solum præstitit Sacramentum, & Homagium in posse Magnifici Michaelis N. Regentis Regiam Cancellariam, cujus vigore convenit, & promisit servare constitutiones generales Cathaloniæ, capitula Curiæ, & alia jura patriæ, nec non capitulum dictum de la observanca, & alia faciet, ad quæ teneatur, & adstrictus existat, die 25. *Octobris* 1611. *præsentibus pro testibus. N. & N.*

Ita est Michael Joannes Amat Regius Scriba mandati, & Notarius publicus Barcinonæ populatus, hæc & alia propria manu Scribens.

Dicto die 25. *Octobris* 1611. *dictus Paulus Pla Tertius electus audivit, & suscepit in se excommunicationis Sententiam à Reverendo Officiali Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ.*

Scriba Curiæ Officialatus Ecclesiastici Barcinonæ Petrus Carbonell Notarius publicus Barcinonæ.

Nominato Tertio, pars quæ Cancellarium recusavit, offerre debet articulo super verificatione causarum suspicionis, illosque testibus probare, & pars contraria offerre potest interrogatoria, & alia facere, quæ in sui defensionem visum fuerit expedire, & tamdem devenitur ad pronuntiationem sententiæ, & quæ in hac causa Rectoris de Blanis lata fuit, est tenoris sequentis.

Christi nomine invocato.

ILlustris, & admodum Renerendus Dominus Paulus Pla I. V. D. Archidiaconus Penitensis, & Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ Tertius per Excellentissimum Dominum Locumtenentem generalem electus, & nominatus pro decidenda causa suspicionum allegatarum per Syndicum Universitatis Villæ de Blanis Diœcesis Gerundæ, contrà personam Reverendi Jacobi de Agullana I. V. D. Archidiaconi majoris, & Canonici Ecclesiæ Gerundæ Regii Cancellarii, in causa contentionis jurisdictionis coram eo vertente inter Syndicum dictæ Universitatis de Blanis, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, seu Procuratorem Fiscalem ejusdem Curiæ ex una, & Petrum Morell Presbyterum Rectorem Ecclesiæ de Blanis, & Curiam Ecclesiasticam Officialis Gerundæ, seu ejus Procuratorem fiscalem partibus ex alia, super firma juris in dicta Curia Ecclesiastica facta per dictum Petrum Merell Rectorem Ecclesiæ de Blanis, & Procuratorem fiscalem dictæ Curiæ quibusdam procedimentis in dicta Curia sæculari factis contra dictum Rectorem ad instantiam dicti Syndici de Blanis, visa nominatione in Tertium per suam Excellentiam facta de persona dicti Domini Pauli Pla, visis articulis per Syndicum dictæ Universitatis super verificatione causarum suspicionis contra dictum Cancellarium allegatarum coram se oblatis, testibusque super illis receptis, visis interrogatoriis pro parte Rectoris de Blanis oblatis, viso toto processu super dictis causis suspicionis actitato, viso etiam processu dictæ contentionis coram dicto Cancellario per dictas partes & Curias actitato, cum omnibus in eo deductis, allegatis, & probatis, visisque videndis, & attentis attendendis, sententiat, pronuntiat, & declarat suspiciones non procedere. Paulus Pla Tertius. V. Gallegio. V. Dalmau V. Ferrer. V. Senjust. V. Puigmyja, lata & publicata fuit hujusmodi Sententia 25. *Novembris* 1611. 96

Nota hanc declarationem, nam in ea decisum fuit, quòd Cancellarius si fuerit Episcopus Barcinonæ, vel alterius Diœcesis, non est suspectus, ex eo quod agatur contra Clericum suæ Diœcesis, & sibi ea ratione subditum, & quamvis contrarium doceant Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 92. *vers. & in quantum* Carol. de Cras. *excep.* 24. *nu.* 123. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *littera I. num.* 794. *& alii ab eis relati*, nihilominus oppositum fuit in hac declaratione decisum, ex ratione tradita per Fontanel. *in addit. ad tom.* 1. *de pactis nup. nu.* 28. vide *decis.* 38. *num.* 5. & si vis videre plura exemplaria, consule regesta sententiarum Don Guillelmi Cassador, & Don Joannis Dimas de Loris, qui cùm essent Episcopi Barcinonæ, declaraverunt plures causas contentionum inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ & Curiam sæcularem. 97

ARGUMENTUM.

De Tertio non Cancellario Judice electo in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios, ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Cancellarius est Judex contentionum in Cathalonia, & Sardinia, si est præsens in loco, ubi est Curia, vel ubi celebratur Regia Audientia, & in Aragonia si est præsens in Civitate Cæsaraugustæ, ubi celebratur regia Audientia, &*

Curia

Curia justitiæ Aragonum, & quid in Valentia.

2 *Cancellario absente à Regia Curia, quid in Cathalonia anteà observabatur.*

3 *Cancellario absente à loco, ubi celebratur Regia Audientia, Dominus Rex aut ejus Locumtenens generalis existens in Principatu, vel illis absentibus, Gerens Vices generalis Gubernatoris procedens Viceregia tenentur hodie in Cathalonia nominare unam personam Ecclesiasticam, Tertium apud nos dictam in locum dicti. Cancellarii ad causas contentionum tantùm, & idem in aliis Regnis Coronæ Aragonum, ibidem & de jure communi, nu. 4.*

5 *Absens multis modis dicitur, sed ex subjecta materia metiendum est, nu. 6.*

7 *Cancellarius dicitur absens à Curia, seu loco, ubi celebratur Regia Audientia, si extra Urbis continentiam adest.*

8 *Cancellario infirmo existente, Dominus Rex, seu ejus Locumtenens generalis existens in Cathaloniæ Principatu, & illis absentibus Gerens Vices generalis Gubernatoris procedens Viceregia, tenentur nominare Tertium in locum dicti Cancellarii, & idem in aliis Regnis Coronæ Aragonum, ibidem, & de jure communi, n. 9.*

10 *Cancellarii officio vacante per mortem, renuntiationem, seu aliàs Dominus Rex, seu ejus Locumtenens generalis existens in Principatu Cathaloniæ, & illis absentibus, Gerens Vices generalis Gubernatoris tenentur nominare Tertium in locum dicti Cancellarii, & idem in aliis Regnis Coronæ Aragonum, ibidem.*

11 *Cancellario suspecto, fit forma solita nominatio Tertii.*

12 *Cancellario impedito, fit similiter nominatio Tertii forma solita.*

13 *Litteris Locumtenentis generalis statur, an Cancellarius sit absens, infirmus, suspectus, seu aliàs impeditus, & est conforme juri communi, num. 14.*

15 *Cancellarius ejus absentia, infirmitate, suspicione, & impedimento cessantibus, causam reassumit, ac decidit, & non Tertius in ejus absentia nominatus de jure, nu. 16. limita casum absentiæ, ibidem.*

17 *Tertius nominatus in locum Cancellarii ad causas contentionum propter ejus infirmitatem, si postea Cancellarius mori contingat, an possit exercere, & continuare officium absque nova creatione, & quid in Cathalonia, nu. 18.*

19 *Tertius in locum Cancellarii nominandus debet esse persona Ecclesiastica, & debet esse in Cathalonia constitutus in dignitate, & num. 20. & quid in aliis Regnis, ibidem.*

21 *Tertius in locum Cancellarii nominandus, an debeat esse graduatus, in jure canonico, vel civili.*

22 *Tertius in locum Cancellarii nominatus debet jurare de bene, & legaliter se habendo, & tenetur competentiam declarare intra triginta dies sicut Cancellarius.*

23 *Cancellarius, & Tertius contentionum sub eisdem regulis comprehenduntur, & quæ dicuntur de Cancellario, procedunt in Tertio contentionum.*

24 *Tertio contentionum tempus ad pronuntiandum non currit, nisi à die quo ipse in officio juraverit, & sententiam excommunicationis audierit.*

25 *Tertio contentionum currit tempus, quod Cancellario elapsum fuit.*

26 *Cancellario pertinet declaratio causarum contentionum tempore Viceregiæ.*

27 *Forma nominationis Tertii per mortem Cancellarii.*

28 *Forma nominationis Tertii motu proprio per absentiam Cancellarii.*

29 *Forma nominationis Tertii ad supplicationem Fisci Procuratoris per absentiam Cancellarii.*

30 *Forma nominationis Tertii ad supplicationem Fisci Procuratoris per infirmitatem Cancellarii.*

31 *Forma nominationis Tertii propter suspiciones Cancellarii.*

DECISIO XIX.

CAncellarius ut Tertius à partibus approbatus est Judex contentionum in Cathalonia inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem, si sit præsens in loco, ubi est Curia, vel ubi celebratur Regia Audientia, idemque est in Regno Sardiniæ, in Regno autem Aragonum debet esse præsens in Civitate Cæsaraugustæ, ubi celebratur Regia Audientia, & Curia Justitiæ Aragonum; in Regno verò Valentiæ sufficit, quòd intra Regnum existat, ut dixi supra *decis.* 17. *à nu.* 20. 1

Cancellario autem à Regia Curia absente, anteà in Cathalonia per privilegium concessum stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Alphonsum Quartum, datum in sancto Cucuphato 11. Septembris 1418. fuit dispositum, quòd duæ personæ ab utraque Curia nominatæ vulgo dicti Arbitri tenerentur intra dies tres Tertium eligere, qui Tertius cum ambobus, vel altero illorum dubium infra sex dies decideret, *ut in pragm. visit.* 4. §. 2. *in fine, de conten. jurisd.* Michael Ferrer. *par.* 3. *observ. c.* 172. *versi. secundum.* ibi, *posteà vero.* 2

Hodie verò in alio privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum Secundum, dato in Villa de Almanca 23. Aprilis 1496. fuit dispositum, quòd Cancellario absente à loco ubi celebratur Regia Audientia, Dominus Rex, aut ejus Locumtenens generalis existentes in principatu Cathaloniæ vel illis absentibus, Gerens Vices generalis Gubernatoris procedens Viceregia teneantur nominare unam personam Ecclesiasticam Tertium apud nos dictam in locum dicti Cancellarii ad causas contentionum tantùm? *pragmat. primer. ament.* 6. *de conten. jurisdict.* Michael Ferrer. *par.* 3. *observ. c.* 85. *cap.* 89. *versi. adde, cap.* 90. *cap.* 171. *versic. postea vero in Curia, & cap.* 318. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. ulterius*, & fuit ita practicatum, & practicatur in Cathalonia; nam propter absentiam Don Joannis Dimæ de Loris Episcopi Barcinonæ, per Don Petrum à Cardona Gerentem Vices Gubernatoris Cathaloniæ de mense Junii 1578. fuit nominatus Tertius Michael Malendrich Archidiaconus, & Canonicus Barcinonæ. Et propter absentiam Cancellarii Don Jacobi de Agullana fuit per suam Excellentiam nominatus Tertius Don Raymundus de Yvorra 1. Augusti 1614. Et per absentiam Cancellarii Don Petri à Puigmari per Excellentissimum Dominum Don Michaelem Santos de San Petro Episcopum Cesonen. Locum tenentem generalem, fuit nominatus Tertius Doctor Joannes Amell. Canonicus Barcinonæ 20. Julii 1627. Et iterum per absentiam dicti Cancellarii Puigmari per Excellentissimum Dominum Ducem Cardonæ Locumtenentem Generalem fuit nominatus Tertius Frat. Don Franciscus de Erill. Abbas sancti Cucuphati Vallen. 19. Julii 1633. Idemque in Regno Sardiniæ, ex Regiis pragmaticis de quibus Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 27. & 28. & antea fuit dispositum in Regia pragmatica Serenissimæ Dominæ infantis Joannæ Locumtenentis, & Gubernatricis generalis Regnorum Coronæ Aragonum, dat. Vallisoleti 9. Septembris 1559. *de qua in libro gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ, fol. inferiori* 71. apud Regentem Vico *lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. & in Regno Aragonum, *forus* 1. *de compet. jurisdict.* modo, & forma expressis *in foro* 4. ubi Bardaxi & Portoles *de compet. jurisdict.* Molinos *in pract. judi. Reg. Aragon. titu. proceso de competencia de jurisdict. fol.* 335. *versi. y tambien se advierte*, & in Regno Valentiæ Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *numero* 129. quod est juri communi conforme, ex traditis per Jason. *in lib.* 1. *num.* 158. Curt. Jun. *nu.* 18. Deci. *num.* 63. Mattheasi. *à num.* 85. *ff. de offi. ejus*, cum aliis relatis per Farinac. *frag. crim. par.* 4. *littera D. à num.* 72. Xammar. *de offi. jud. par.* 1. *qu.* 24. *num.* 78. Portoles §. *jud. num.* 71. Mastril. *de magistr. l.* 1. *c.* 29. *num.* 25. & 4

lib. 5.

lib. 5. *c.* 6. *num.* 164. Tapia *dec.* 9. Novar. *in pragm.* 1. *collect.* 2. *n.* 6. *& 7. de administrat.*

5 Circa hæc sciendum est, quòd licèt absens multis modis dicatur, Felin. *in cap. quoniam frequenter numero* 9. *&* 10. *ut lite non contestata*, addit. ad Roman. *cons.* 454. *littera M.* Mascard. *de probat. conclus.* 8. Tusch. *pract. conclus. littera A. conclus.* 35. Borell. *in sum. decis. par.* 1. *titu.* 30. *à num.* 235. Socin. *in rub. de dilat. art.* 7. *nu.* 24. Gratian. *dec.* 154. *nu.* 4. Heringi. *de fidejussor. cap.* 11. *num.* 7. Despujol. ad Mieres *verbo absens dicitur fol.* 2. cum relatis per Suelves *loco allegando*, hoc tamen ex subjecta materia mentiendum est, Grivell. *dec.* 137. *num.* 10. Gail. *lib.* 1. *obser.* 49. *nu.* 10. Reynoso *obser.* 48. *nu.* 22. *& obser.* 61. *num.* 47. Suelves
7 *cons.* 25. *num.* 8. *lib.* 3. in proposito verò Cancellarius dicitur absens à Curia, seu loco, ubi celebratur Regia Audientia, si extrà Urbis continentiam adest, *l. collegarum*, §. *fin. l. absentem ff. de verb. signifi. l. præsens*, *l. sequenti*, *ff. de procurat.* ut tradunt Doctores *numero* 5. *&* 6. citati Felin. *numero* 9. Roman. *littera M.* Tuschus *numer.* 13. Gail. *num.* 9. Borell. *num.* 235. Suelves *numer.* 9. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 43. *num.* 19. & punctim aliis citatis Portoles *foro* 4. *n.* 1. *de compet. jurisd.* id est, si extra muros Urbis adest, nam propriè Urbs dicitur, quæ muris cingitur, *l.* 2. *ff. de verb. signifi.* Menochius *lib.* 4. *præsumpt.* 122. *num.* 5. plures Barbosa *appellat.* 49. *nu.* 1. & licèt Urbis appellatione veniat territorium *l.* 1. §. 4. *ff. de offi. præfect. urbis*. Barbosa *appellat.* 276. *nu.* 3. tamen secundùm subjectam materiam, cùm Cancellarius debeat esse præsens in Curia, vel in loco, ubi celebratur Regia Audientia, ut possit causas contentionum declarare, ut dixi *n.* 1. illa dictio *in* solùm significat, quæ intus habentur, & territorium excludit, Menochius *l.* 4. *præsump.* 126. *nu.* 5. maximè juncta cum dictione *abont*, id est, ubi ex Barbosa *dictione* 412. *nu.* 4.

8 Quæ dicta sunt in casu absentiæ Cancellarii à Regia Curia, seu à loco, ubi celebratur Regia Audientia, procedunt in Cathalonia, & si Cancellarius sit in Civitate, adversa tamen valetudine detentus, ut causarum decisioni interesse non possit, quo casu propter infirmitatem Cancellarii, Dominus Rex, & ejus Locumtenens generalis, vel illis absentibus, Gerens Vices generalis Gubernatoris procedens Viceregia tenentur Tertium nominare, ac si Cancellarius esset absens à Regia Curia, vel à loco, ubi celebratur Regia Audientia, quia eadem militat ratio in casu infirmitatis, quàm absentiæ, cùm absens dicatur, qui in Civitate est, sed infirmus existit, ita Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. c.* 92. *versi. & dum*, ut in casu relato per Cancer. *par.* 2. *var. c.* 11. *nu.* 116. & ita fuit practicatum : nam durante infirmitate Cancellarii Don Ludovici Copons fuit per suam Excellentiam nominatus Tertius Ludovicus Sans Canonicus Barcinonæ 15. Februarii 1593. & postea propter infirmitatem dicti Cancellarii Copons fuit nominatus Tertius Don Raphael Rovirola 10. Decembris 1596. & durante infirmitate Jacobi de Agullana fuit per suam Excellentiam nominatus Tertius Raphael Pla Archidiaconus, & Canonicus Barcinonæ de mense Decembris 1606. & propter aliam infirmitatem dicti Cancellarii Agullana fuit nominatus Tertius Laurentius Junyent Sacrista Dertuzæ 2. Decembris 1610. Et iterum propter infirmitatem dicti Cancellarii Agullana fuit anno 1617. nominatus Tertius Don Raymundus de Yvorra, idemque est in Regno Aragonum, Portoles *foro* 4. *nu.* 2. ubi testatur ita fuisse nominatim declaratum coram Cancellario extraordinario, in processu Martinæ del Busto, in mense Septembris 1582. *de compet. jurisdict.* & in regno Sardiniæ, Regia pragmatica relata per Regentem Vico *lib.* 1. *tit.* 5. *c.* 1. & in Regno Valentiæ, Mattheu *de regim. tom.*
9 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *sub. num.* 119. quod & de jure communi procedit ex traditis per Bartol. *in l.* 1. *num.* 3. Alexand. *num.* 59. Deci. *numer.* 70. Jason. *numero* 513. latissimè Matheaci. *numero* 88. *de offi. ejus numero* 513. cum relatis per Farinac. *frag. crim. part. prima*, *littera D. à numero* 72. Azeved. *libr.* 4. *numero* 5. *tit.* 9. *libr. recop.* Xammar. *de offi. jud. part.* 1. *quæst.* 24. *num.* 78. Portoles §. *judex num.* 71. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. Novar. *in pragm.* 1. *collect.* 2. *nu.* 4. *de administr.*

Et idem dicendum est, si vacet officium Cancellarii 10
per mortem, renunciationem, aut aliàs, quibus casibus Dominus Locumtenens generalis, & illo absente, Gerens Vices generalis Gubernatoris præcedens Viceregia Tertium nominare tenetur ad decidendas causas contentionum, & ita fuit practicatum in Cathalonia per mortem Cancellarii Don Ludovici Copons fuit per suam Excellentiam nominatus Tertius Don Raphael Rovirola 1. Septembris 1597. & per mortem Cancellarii Jacobi de Agullana fuit per suam Excellentiam nominatus Tertius Don Raymundus de Yvorra an. 1617. & per mortem Cancellarii Don Antonii Carmona per Excellentissimum Dominum Ducem de Alcala Locumtenentem generalem fuit nominatus Tertius Petrus à Magarola Thesaurarius Barcinonæ 11. Novembris 1659. & per mortem Cancellarii Don Francisci de Erill. per Excellentissimum Dominum Comitem sanctæ Columbæ Locumtenentem generalem fuit nominatus Tertius Fra Michael de Soler Abbas sancti Pauli de Campo 5. Januarii 1640. & postea per Excellentissimum Dominum Marchionem de Olias, & Mortara Locumtenentem generalem de anno 1692. fuit nominatus Tertius Fra Josephus de Jalpi Prior de Meya, idem est in Regno Aragonum, *forus* 4. *de compet. jurisdict.* Molinos, *in pract. jud. Reg. Arag. tit. processo de competentia de jurisdict. fol.* 335. *versic. y tambien se advierte*, & in Regno Sardiniæ Vico *lib.* 1. *tit.* 5. *c.* quia mortuus abesse dicitur, *gloss. verbo abesset*, *in c. si delegatus de offic. deleg. in* 6. *l. mulcta in prim. ff. de condit. & demonstrat.* Franchis *decis.* 255. plures Citat Giurba *decis.* 9. *num.* 9.

Similiter quando Cancellarius est suspectus, fit no- 11
minatio Tertii, ut probant Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 92. *&* 93. Ripoll. *var. c.* 2. *à n.* 70. eo modo quo suprà retuli *dec.* 18. *à num.* 65.

Et tamdem fit Tertii nominatio per Dominum Lo- 12
cumtenentem generalem, & illo absente, per Gerentem Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedentem, quando Cancellarius præter casus relatos absentiæ, infirmitatis, vel suspicionis habuerit illud simile impedimentum, ad tradita de jure per Farinac. *frag. crim. par.* 1. *littera D. nu.* 72. Xammar. *de offi. jud. par.* 1. *quæst.* 24. *numer.* 74. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 3. *numer.* 2. ut propter publicas deputationes, & multitudinem causarum, de quo vide Bartol. *in lib.* 1. *numer.* 3. Deci. *num.* 36. latè Mattheaci. *à num.* 122. *ff. de offi. ejus*, & fuit practicatum in Cathalonia, nam propter impedimentum Cancellarii Don Jacobi de Agullana per suam Excellentiam fuit nominatus Tertius Antonius Terez Thesaurarius Barcinonæ annis 1606. & 1607. & propter impedimentum Cancellarii Don Francisci de Erill, per spectabilem Gerentem Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedentem fuit nominatus Tertius Don Franciscus Copons Abbas sancti Salvatoris de Breda 31. Aprilis 1633. De Regno Valentiæ Mattheu *de regim. Reg. Valen. to.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 129.

Quibus sic præhabitis, quæro 1. qualiter constare 13
debeat, quòd Cancellarius sit absens, infirmus, suspectus, vel aliter impeditus, ut alter in ejus locum subrogari possit? Respondeo quòd statur litteris Locumtenentis generalis suæ Majestatis, aut illo absente, Gerentis Vices generalis Gubernatoris Viceregia gubernantis, asserentis propter absentiam, infirmitatem, suspicionem, vel alterum impedimentum Cancellarii, 14
se eligere, & nominare talem in Tertium, ut nos dicimus, vel in Cancellarium extraordinarium, ut dicunt Aragonenses, aut in Procancellarium, ut ajunt Majoricenses, seu in Cancellarium, ut dicunt Sardi, Portoles *foro* 4. *numero* 3. *de compet. jurisdict.* quod est conforme juri communi, ex traditis per Jason. *in l.* 1. *num.* 59. *&* 60. Alexand. *num.* 55. Deci. *num.* 69. *ff. de offi. ejus*, Deci. *cap. post cessionem num.* 23. 31. *&* 32. *de probat.* Roland. *cons.* 5. *numero* 23. *lib.* 1. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 29. *numero* 26. *&* 27. Menochius *de arbit. quæst.* 76. *numero* 12. *cum seq.* Mascard. *de probat. conclus.* 950. *num* 4. Carrasco *ad leg. recop. cap.* 9.

nume-

numero 335. Barbosa *in cap. pastoralis numero* 5. *de offi. deleg.*

15 Quæro 2. An cessante absentia, infirmitate, vel causa suspicionis vel impedimenti Cancellarii, contentio, seu competentia declarari debeat per Cancellarium, an verò per Tertium, seu Cancellarium extraordinarium per Locumtenentem generalem nominatum? Respondeo quòd declarari, & decidi debet per Cancellarium ordinarium, nec Tertius, seu Cancellarius extraordinarius de illa intromittere potest, quia ex quo Tertius, seu Cancellarius extraordinarius solùm propter absentiam, infirmitatem, suspicionem, aut aliud impedimentum Cancellarii ordinarii creari, & subrogari possit, & non aliter, prædictum officium exercere valeat, ut remanet probatum *à numero* 3. cessante, suspicione, vel alio impedimento illius, officium Tertii, seu Cancellarii extraordinarii, & ejus jurisdictio cessabit, sicque Cancellarius ordinarius illam causam, & processum reassumere, & declarare debet, ut docent ex Cathalanis Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 93. *vers. & quoniam*, & latiùs *c. per totum*, ubi refert determinationem utriusque Aulæ Regiæ Audientiæ, Ripoll. *var. c.* 2. *num.* 182. *in fine*. Ex Aragonensibus Portoles *foro* 4. *num.* 4. ubi testatur secundùm hanc opinionem judicatum per Cancellarium ordinarium in processu Sancii Conessa & aliorum in scribania Joannis Montanes *de compet. jurisd.* ex Sardis Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 5. & de jure constat ex
16 traditis per Bartol. *in l.* 1. *numero* 14. Alexand. *numero* 14. *&* 65. Deci. *numero* 77. *&* 79. Jason. *num.* 85. *ff. de offi. ejus* Giurba *decis.* 9. *à num.* 2. *ad* 7. Xammar. *de offi. jud. part.* 1. *quæst.* 24. *num.* 79. Intellige, & limita quæ de absentia dicta sunt, quòd si Tertius fuerit nominatus in locum Cancellarii absentis, & eveniat casus, quòd Cancellarius una die sit præsens, alia absens, quòd valent acta coram ipso Tertio facta, illo etiam die quòd Cancellarius præsens fuit, ne ex ista modica variatione partes decipiantur, ut post Cuman. tradit Castrens. *in l. si pupillus*, §. *si conditio*, *ff. de instit. action.* Decius *in l.* 1. *num.* 60. Mattheacius *nu.* 87. *ff. de offi. ejus*, ita judicatum refert Boer. *decis.* 146. *sub num.* 15. & testatur Giurba *dec.* 9. *nu.* 7.

17 Quæro 3. An Tertius, seu Cancellarius extraordinarius nominatus, & subrogatus in locum Cancellarii ordinarii propter ejus absentiam, vel infirmitatem si postea Cancellarius ordinarius mori contingat, an officium exerceat in casu mortis Cancellarii absque nova creatione, & sine ulla auctoritatis accessione? R. Quòd quidquid aliud de jure servetur, ut per Franchis *decis.* 255. *n.* 3. *&* 4. Petra ad Capicium *decis.* 151. *littera A.* Boer. *decis.* 149. *num.* 51. Giurba *decis.* 9. *nu.* 8. & alii relati suprà *decis.* 10. *nu.* 97. tamen in nominatio-
18 ne Tertii contentionum inveni in Cathalonia observatum, quòd cùm durante infirmitate Cancellarii Don Ludovici Copons fuisset nominatus Tertius Don Raphael à Rovirola 10. Septembris 1596. cum postea dictus Cancellarius Copons ab humanis decessisset, fuit post ejus mortem iterum nominatus Tertius idem Don Raphael à Rovirola, prima Septembris 1597. & cùm durante absentia Cancellarii Don Jacobi Agullana fuisset nominatus Tertius Don Raymundus de Yvorra, prima Augusti 1614. & postea propter ejus infirmitatem anno 1617. cùm postmodum dictus Cancellarius Agullana obiisset, fuit iterum nominatus Tertius idem Don Raymundus de Yvorra eodem anno 1617.

19 Quæro 4. An Tertius contentionum, seu Cancellarius extraordinarius suo casu nominandus per Locumtenentem generalem, & eo absente à Principatu per Gerentem Vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ debeat esse persona Ecclesiastica? R. Quòd sic, de jure Cathaloniæ *pragmat. Primerament. 6. de conten. jurisdic.* Ferrer. *par.* 3. *observan. c.* 172. *vers. postea verò in Curia Dertuzæ*, *ante me ium*, Peguera *in pract. crimin. cap.* 26. *num.* 7. *vers. ulterius*, Fontanella *decis.* 124. *num.* 14. *par.* 2. & patet in exemplaribus suprà relatis *num.* 3. De Regno Aragonum *forus*, *de compet. jurisdic.* Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. titulo processo de competentia de jurisdicion. fol.* 335. *vers. y tambien se advierte*. De Regno Sardiniæ Regia pragmatica Serenissimæ Dominæ Infantis Joannæ Locumtenentis, & Gubernatricis generalis Coronæ Aragonum, dat. Vallisoleti 9. Septembris 1599. *de qua in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ*, *fol. inferiori* 71. Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. *& lib.* 2. *tit.* 51. *nu.* 28. *in fine*.

Sed an ista persona Ecclesiastica ut Tertius eligi pos- 20
sit, debeat esse in dignitate constituta; R. quòd sic, quia nostra *pragmatica Primerament.* 6. *de conten. jurisdic.* disponit, quòd nominetur persona Ecclesiastica in locum Cancellarii, & cùm Cancellarius debeat eligi persona in Ecclesiastica dignitate constituta, ut dixi *decis.* 17. *num.* 6. sic pariter Tertius debet esse constitutus in dignitate Ecclesiastica, ex regula subrogatus &c. & fuit practicatum in Cathalonia in exemplaribus relatis *suprà num.* 3. 8. 10. *&* 12. in Regno Sardiniæ debet esse persona Ecclesiastica, qualitatis, confidentiæ, & partium, quas officium requirit, *per pragmaticam Serenissimæ Dominæ Infantis Joannæ*, de qua suprà *numero* 3. *&* 19. & per Regiam pragmaticam, de qua Regens Vico *libro primo*, *titulo quinto*, *capite primo*, & fuit practicatum in exemplari suprà relato *decis.* 9. *numero* 21. In Regno Aragonum requiritur, quòd sit posita in dignitate Ecclesiastica, *forus* 1. *de competent. jurisdict.* Molinos *in practic. judic. Regim. Aragon. titulo processo de competentia de jurisdicion*, *fol.* 35. *vers. y tambien se advierte*, ut in exemplari relato per Portoles *foro* 4. *numero septimo de competen. de jurisdict.* qui antea *foro* 1. *numero* 35. *eodem titulo* dicit fuisse Cancellarium extraordinarium Guardianum sancti Francisci; & in Regno Majoricarum Patrem Hieronymum Vincentium Maymo Sacræ Theologiæ Magistrum, & Decretorum Doctorem Ordinis Prædicatorum illius Civitatis fuisse nominatum Procancellarium ad causas contentionum inter ambas Curias decidendas.

Ex eisdem verbis *dictæ pragmaticæ Primerament.* 6. 21
de conten. jurisdic. infertur in Cathalonia, quòd sicut Cancellarius debet esse graduatus in Jure canonico, vel civili, ut dixi *decis.* 17. *numero* 14. ita pariter Tertius, ex dicta regula subrogatus &c. & ita practicatum in exemplaribus relatis *numero* 3. 8. 10. *&* 11. Sed inveni de tempore Cancellarii Don Hieronymi Manegat, quòd propter ejus infirmitatem die 11. Novembris 1588. per suam Excellentiam fuit nominatus Tertius Federicus Seranti sanctæ Theologiæ Doctor Canonicus Barcinonæ, qui plures causas contentionum declaravit, ut in libris sententiarum dicti Cancellarii Manegat est videre. Idem practicatur in Regno Sardiniæ, nam anno 1638. propter suspicionem Cancellarii Don Jacobi Spiga fuit nominatus Tertius Don Andræas Diaz Canonicus Calaritanus, ut refert Dexart. *in cap.* 1. *nu.* 7. *de offi. regent.* qui tantùm erat Doctor in sacra Theologia, & postea anno 1648. fuerunt nominati Tertii Don Franciscus Mocada Canonicus Calaritanus, & Michael Ascanio Canonicus Ussellen. qui tantùm erant Doctores in sacra Theologia, ut dixi *decis.* 9. *numero* 31.

Tertius, seu Cancellarius extraordinarius debet ju- 22
rare de benè, & legaliter se habendo, & tenetur competentiam, seu contentionem declarare intra triginta dies, quibus elapsis habetur competentia pro declarata in favorem Ecclesiæ, ut latè in Cancellario tradidi, *decis.* 17. *à num.* 37. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *numero* 7. *vers. ulterius*, *forus* 1. *de conten. jurisdic.* Molinos *in pract. judic. Reg. Aragon. titulo processo de compet. de jurisdic. folio* 335. *vers. y tambien se advierte*, omnia enim quæ dicta sunt, & dicentur de Cancel- 23
lario, procedunt, & habent locum in Tertio, seu Cancellario extraordinario, ita quòd unus, & alius sub eisdem regulis comprehenduntur.

Solùm adverto, quòd terminus triginta dierum non 24
currit Tertio, seu Cancellario extraordinario à die nominationis, nec in Regno Aragonum à die intimationis competentiæ, sed potiùs à die quo ipse in officio juraverit, & audierit sententiam excommunicationis, Portoles *foro* 1. *num.* 56. *de compet. jurisdic.* ubi testatur de praxi, & stylo Regni Aragonum, & ita sæpè in facti con-

cti contingentia judicatum fuisse, & maximè observatum vidisse in processu Martinæ del Busto *super competentia jurisdictionis anno* 1582.

25 Sed difficultas est, si Cancellarius à principio processus contentionis, seu competentiæ fuerit præsens in loco, ubi celebratur Regia Audientia, sed transactis decem diebus ab eo loco recesserit & propter ejus absentiam Tertius electus, & nominatus fuerit, an tempus decem dierum cucurrerit, & computetur Tertio electo ad declarandum, an verò tempus illud decem dierum isto Tertio electo reintegrandum, & supplendum sit. Hanc quæstionem tractat Portoles *foro* 4. *nu.* 5. *de compet. jurisdic. & num.* 6. inquit nonnullos asserere, tempus illud non cucurrisse, sed supplendum esse, & refert ita decisum per Cancellarium ordinarium in processu Juratorum loci de Ajerbe, contra Petrum de Mur Dominum loci de Latras anno 1579. Sed his non obstantibus, ipse Portoles *n.* 7. contrarium resolvit, prædictum tempus Tertio, seu Cancellario extraordinario cucurrisse, & testatur ita decretum fuisse à Consiliariis peritissimis coram Archidiacono de Daroca Cancellario in processu Martinæ del Busto in mense Septembris 1582. & ibi refert nomina Consiliariorum propter quorum authoritatem hanc ultimam opinionem in eo Regno recipiendam esse, quam verissimam esse credo, & in praxi in Cathalonia observari.

26 Scias autem, quòd licèt in Cathalonia absente Domino Rege à Principatu, aut Domini Regis Locumtenente generali dormiat officium Cancellarii, & cesset Cancellaria Regia, & illius officiales omnes, qui Dominum Regem & ejus Locumtenentem generalem sequuntur, ut probat Oliba *de jure fisci cap.* 4. *num.* 50. tamen declaratio contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem tempore Viceregiæ pertinet & spectat ad Cancellarium, Oliba *de jure fisci cap.* 11. *nu.* 30. & licèt contrarium teneat Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. *à §. vers i en estos casos*, addit verò hoc in casu sequendum esse illud, quod servat usus; qua de causa de his interrogavi Paulum Marquès Presbyterum, & Notarium, ac Scribam contentionum, qui ab anno 1617. usque ad præsentem 1660. servit dictum officium & mihi respondit, quòd tempore Viceregiæ Cancellarius declarat causas contentionum, & ita vidi practicatum, & observatum.

27 Forma nominationis Tertii per mortem Cancellarii.

Die Jovis quinta mensis Januarii anno à Nativitate Domini 1640. *in campo de Salses.*

EXcellentissimus *Don Dalmatius de Queralt Comes sanctæ Columbæ, Baro de Queralt Sacræ Catholicæ, & Regiæ Majestatis Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, cum admodum Illustris Don Franciscus de Erill. Abbas Monasterii sancti Cucuphati Vallen. Ordinis sancti Benedicti, Regius Consiliarius & Cancellarius dictorum Principatus, & Comitatuum ab hoc sæculo migraverit, ad prorogandum, decidendum, & declarandum contentionum causas nominat in Tertium admodum Reverendum Dominum Fra Michaelem de Soler Abbatem sancti Pauli de campo ejusdem Ordinis sancti Benedicti, dando eidem eamdem facultatem, & potestatem, quæ per Dominum nostrum Regem fuit dicto Cancellario attributa, & concessa. De quibus, &c. quæ fuerunt acta, &c.*

Testes sunt Magnifici Josephus Masso fisci Advocatus, & Raphael Puig. Doctores Regii Consilii Cathaloniæ.

In quorum fidem, & testimonium ego Jacobus Salomo Domini nostri Regis Scriba petitionarius supernumerarius, & ejus auctoritate Notarius publicus Barcinonæ populatus, hic, me subscribo, & meum solitum artis notoriæ appono Sig † num.

Die Sabbati 7. *mensis Januarii* 1640. *supradictus admodum Reverendus Frater Michael de Soler Abbas Monasterii sancti Pauli de Campo, & ejus annexorum Ordinis sancti Benedicti, Tertius nominatus, & electus per suam Excellentiam ad causas contentionum prorogandum, & decidendum propter obitum Illustris, & admodum Reverendi Fratris Don Francisci de Erill Regii Consiliarii, ut præinserto instrumento continetur, constitutus personaliter coram spectabili Don Raymundo de Calders, & Ferran Domini nostri Regis Consiliario, ejusque Gerenti vices generalis Gubernatoris in eodem Cathaloniæ Principatu juravit in ejus posse ad Dominum Deum, & ejus sancta quatuor Evangelia manibus suis corporaliter tacta, quod in exercitio dicti muneris benè, fideliter, & legaliter se habebit, & quod servabit usaticos Barcinonæ, constitutiones Cathaloniæ, capitula, & actus Curiarum, & signanter capitulum vulgo dictum de la observanca, & pro his præstitit Sacramentum, & Homagium ore, & manibus commendatum in posse suæ Dominationis, illud nomine suæ Majestatis recipientis, præsentibus pro testibus Reverendis Fratribus Joanne Baptista de Castellarnau, Priore & Don Francisco Monfar Præposito Pœniten. Monasterii sancti Cucuphati Vallen.*

De præmissis alieno calamo scriptis fidem facit Michael Perez Domini nostri Regis mandati Scriba, & Notarius publicus Barcinonæ populatus hæc propria manu scribens.

Denique autem die 9. *mensis Januarii* 1640. *dictus admodum Reverendus Fra Michael de Soler audivit sententiam excommunicationis contra eum latam per admodum Reverendum Joannem Baptistam Lopez Vicarium generalem, & officialem Barcinonæ, prout in quodam ex regestis Curiæ officialatus Ecclesiastici Barcinonæ latiùs est videre.*

Scriba Curiæ Officialatus Ecclesiastici Barcinonæ.

Petrus Joannes Vincens Notarius.

Forma nominationis Tertii motu proprio per absen- 28
tiam Cancellarii.

Die 19. *mensis Julii anno à Nativitate Domini* 1631. *Barcinonæ.*

ILlustrissimus, *& Excellentissimus Dominus Don Henricus ab Aragonia Folch de Cardona, & Cordona, Dux Sugurbi, & Cardonæ, magnus Connestabilis Aragonum, Marchio de Comares, à Concilio status Sacræ Cathaloniæ, & Regiæ Majestatis Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis in præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, quia Reverendissimus, & dilectus Consiliarius Regius Fra Don Petrus à Puigmari & Funez Cancellarius suæ Regiæ Majestatis in dictis Principatu, & Comitatibus de licentia suæ Excellentiæ profectus fuit ad Episcopatum Celsonen. cujus est Episcopus, sitque necessarium ipsius absentia durante, aliquem in Tertium nominare, qui causas contentionum motas, pendentes, & movendas tractet, & decidat, confidens igitur de fide, legalitate, animi probitate, solertia, doctrina, & dexteritate dilecti Fra Don Francisci de Erill I. V. D. Abbatis Monasterii sancti Cucuphati Vallen. Ordinis divi Benedicti Diœcesis Barcinonen. eumdem Doctorem Fratrem Don Franciscum de Erill elegit, & nominavit in Tertium ad dictas causas contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem motas, pendentes & movendas, tractandas, decidendas, & terminandas, dans, & conferens omnem illam potestatem, auctoritatem, & jurisdictionem, quas similes Tertii per Excellentissimos Locumtenentes generales electi soliti sunt habere, & exercere, hoc proviso, quòd antequam dicto exercitio se immiscear, juret, & alia faciat, ad quæ teneatur, & sit adstrictus, de quibus &c.*

Testes sunt Magnifici Franciscus Ferruz fisc. Advocatus, & Gabriel Berart Judex Regiæ Curiæ, Juris utriusque Doctores, & de Regio Concilio in præsenti Cathaloniæ Principatu Barcinonæ populati.

Et in continenti dictus Fra Don Franciscus de Erill Abbas sancti Cucuphati Vallen. Ordinis divi Benedicti Barcinon. Diœcesis Tertius per suam Excellentiam electus juravit in ejus posse ad Dominum Deum, & ejus sancta quatuor Evangelia &c. quòd in exercitio dicti muneris bene, & fideliter se habebit, servabitque usaticos Barcinonæ, constitutionesque Cathaloniæ generales, capitula, & actus Curiarum & signanter capitulum vulgo dictum de la observantia.

Testes sunt proximè dicti.

Nihilominus etiam paulo post audivit excommunicationis

tionis sententiam, quam in eum protulit admodum Reverendus Don Raymundus de Semmanat Archidiaconus major, & Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ Vicarius generalis admodum Illustris, & Reverendissimi Domini Barcinonen. Episcopi.

De præmissis licèt aliena manu scriptis fidem facio ego Joannes Payssa Sacræ Catholicæ, & Regiæ Majestatis mandati Scriba, ejusque authoritate Notarius publicus Barcinonæ populatus hæc propria scribens manu.

Forma nominationis Tertii ad Fisci Procuratoris supplicationem propter absentiam Cancellarii.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

DUrante absentia Reverendi Cancellarii Jacobi de Agullana dignetur Excellentia vestra aliquem in Tertium idoneum, & in dignitate constitutum pro dirimendis, & declarandis contentionum causis nominare, & eligere, qui juret, & alia faciat ad id necessaria, & opportuna, jusque, & justitiam ministret, supplicat fisci Procurator Regiæ Curiæ juribus ejusdem semper salvis, &c. quæ licèt, &c.

Altissimus
Sala Fisci Advocatus.

Dominus Locumtenens generalis pro dirimendis contentionibus durante absentia Reverendi Jacobi de Agullana Regii Cancellarii nominat in Tertium Nobilem Raymundum de Yvorra, ut supplicatur.

Provisa per Excellentissimum Dominum Locumtenentem generalem, prima Augusti 1614. Barcinonæ.

Amat.

Die prima mensis Augusti anno à Nativitate Domini 1614. supradictus Nobilis Raymundus de Yvorra noviter per suam Excellentiam electus, & nominatus in Tertium durante absentia Reverendi, & dilecti Consiliarii Regii Jacobi de Agullana Regii Cancellarii solitum præstitit Sacramentum, & Homagium in posse Excellentissimi Francisci Hartado de Mendoca Marchionis de Almacan, Locumtenentis generalis Principatus Cathaloniæ per Dominum Deum, & ejus sancta quatuor Evangelia, cujus vigore convenit, & promisit servare constitutiones Cathaloniæ, capitula, & actus Curiarum, privilegia militibus, & Universitatibus concessa, nec non capitulum vulgo dictum de la observanca, præsentibus pro testibus Magnificis Francisco Benet, & Francisco Ferruz Doctoribus Regiæ Audientiæ.

De præmissis alieno calamo scriptis fidem facio ego Michael Joannes Amat Regius Scriba mandati, & Notarius publicus Barcinonæ populatus, hæc propria manu scribendo.

Die 2. prædictorum mensis, & anni, supradictus admodum Reverendus, & Nobilis Dominus Raymundus de Yvorra decretorum Doctor Sacrista major, & Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ audivit sententiam excommunicationis contra eum prolatam per admodum Reverendum Dominum Petrum Paulum Cassador decretorum Doctorem, etiam Canonicum Ecclesiæ Barcinonæ, Officialem, & Vicarium generalem admodum Illustris, & Reverendissimi Domini Episcopi Barcinonen. prout in quodam ex regestis suæ Curiæ latius est videre.

Scriba Curiæ Officialatus Ecclesiastici Barcinonæ.
Petrus Carbonell Notarius publicus Barcinonæ.

30 Forma nominationis Tertii ad supplicationem Fisci Procuratoris durante infirmitate Cancellarii.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

COram Reverendo Cancellario ducuntur tres processus contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Elnen. ex una, & Curiam sæcularem Regii Procuratoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ ex altera, quarum declaratio his prorogata extitit, & hodie extat prorogata ad diem decimam currentis mensis Decembris, & cum Reverendus Cancellarius adversa valetudine detentus sit, ut non possit intervenire negotiis, quare Fisci Procurator Patrimonialis supplicat vestræ Excellentiæ, quatenus propter infirmitatem dicti Reverendi Cancellarii dignetur Tertium nominare, coram quo infra terminum præfixum sint causæ dictorum processuum declarandæ, off. &c. quæ licèt, &c.

Altissimus
Actor F. P. Advocatus.

Excellentissimus Dominus Locumtenens generalis durante infirmitate Reverendi Jacobi de Agullana Regii Cancellarii, nominat in Tertium Doctorem Laurentium Junyent Sacristam Ecclesiæ Dertuzen. tam pro decidendis, declarandis prædictis contentionibus, quàm etiam pro decidendis & declarandis contentionibus sequentibus, videlicet interdictum fisci Procuratorem, & collegium Presbyterorum Villæ Podii Ceritaniæ, & aliam inter dictum fisci Procuratorem, & Thomam Guasc. Presbyterum, aliam inter Gasparem Armengol, & Maginum Calap. & aliam immunitatis Ecclesiasticæ allegatæ per Maginum Boreda. Item contentionem inter Curiam Ecclesiasticam Gerunden. & Regium Concilium super repetitione personæ N. Gerona, & aliis quibuscumque, qui quidem Tertius juret, & alia faciat ad quæ tenetur juxta constitutiones generales, capitula, & actus Curiarum Cathaloniæ.

Provisa per Excellentissimum Dominum Locumtenentem generalem 2. Decembris 1610. Barcinonæ.

Olzina.

Et in continenti dictis die, & anno Barcinonæ, prædictus Laurentius Junyent Tertius pro decidendis, & declarandis prædictis contentionibus juravit in posse suæ Excellentiæ ad Dominum Deum, & ejus sancta quatuor Evangelia manibus suis corporaliter tacta, quod servabit immunitates Ecclesiasticas, usaticos Barcinonæ, constitutiones, capitula, & actus Curiarum Cathaloniæ, & capitulum vulgo dictum de la observanca, Prælatis Ecclesiasticis, Baronibus, Militibus, Universitatibus, Collegiis, & singularibus personis, & alia faciet, quæ similes in similibus fecerunt, & pro his præstitit Sacramentum, & Homagium ore, & manibus in posse suæ Excellentiæ nomine suæ Majestatis, de quibus, &c.

Testes sunt Joannes Michael & Joannes Flores suæ Excellentiæ alumni.

Dictis die, & anno, supradictus admodum Reverendus Doctor Laurentius Junyent Sacrista Dertuzen. Tertius electus audivit sententiam excommuntcationis contra eum prolatam per admodum Reverendum Dominum Joannem Aragall decretorum Doctorem, Officialem Illustrissimi & Reverendissimi Domini Episcopi Barcinonen. prout in quodam ex suis regestis suæ Curiæ latius est videre.

Suæ Curiæ Officialatus Ecclesiastici Barcinonæ Scriba.
Petrus Carbonell Notarius publicus Barcinonæ.

Forma nominationis Tertii propter suspiciones Can- 31
cellarii, fuit tradita decisione præcedenti *nu. 94. & 95.*

ARGUMENTUM.

De Notario causarum contentionum.

SUMMARIUM.

1 *Notarius adesse debet in judicio competentiarum, qui fideliter processum scribat.*
2 *Notarius contentionum quis debet esse, tam coram Arbitris, quàm coram Cancellario, num. 3. & 4.*
5 *Notarius contentionum sicut alius quilibet Notarius recusari potest.*
6 *Notarius postquam fuerit recusatus, debet se abstinere ab actitatione processus, aliàs est nullus.*
7 *Notarius contentionum, sicut alius quilibet Notarius solo juramento recusari potest, & num. 8. Intellige existente integra, numero 9. Intellige etiam data probabili causa suspicionis arbitrio judicis, num. 10.*
11 *Secretarius Sacri Concilii de jure solo juramento recusatur, fallit consuetudine, nisi existente justa cau-*

ſta cauſa, numer. 12. *Hæc cauſa non requiritur, tàm urgens ſicut in Judice, nu.* 13.

14 *Notarius allegatus ſuſpectus in totum eſt removendus, amplia etiam ſi Notarius habuerit officium actitationis titulo emptionis, vel arrendamenti, & quomodo, nu.* 15. *Fallit in Regno Caſtellæ num.* 16.

17 *Notarius cauſarum contentionum an poſſit mutari à Cancellario pro libito voluntatis.*

18 *Notarius contentionum ſolet exigere expenſas proceſſales à partibus privatis, vel à parte privata, etiam ſi fiſci utriuſque Curiæ faciant partem cum aliqua parte privata, vel cum aliquibus partibus privatis.*

19 *Notarius contentionum non poteſt exigere expenſas, quando contentio dumtaxat vertitur inter Procuratores Fiſcales utriuſque Curiæ abſque partis privatæ immixtione.*

20 *Fiſcus non ſolvit expenſas, nec in illis condemnatur.*

21 *Victoriæ litis in cauſis fiſcalibus an debeantur Advocato, & Procuratori Fiſcali, opinio negativa ibidem, affirmativa eſt verior. nu.* 22.

23 *Advocati Fiſcales pluribus in caſibus poſſunt, & debent in expenſis condemnari.*

24 *Advocatus Fiſci recipiens aliquam cauſam privatam in Fiſcalem poteſt in expenſis condemnari.*

25 *Advocatus Fiſci inſtituens calumnioſas actiones debet in expenſis de propriis condemnari, intellige ſi eſt in vera calumnia, ſecus in præſumpta, nu.* 26. *&* 27. *& in dubio præſumitur calumniam non eſſe, nu.* 29.

28 *Judices debent eſſe cauti in facienda condemnatione expenſarum quoad Fiſcales.*

30 *Fiſcus in Cathalonia, nec in civilibus, nec in criminalibus appellare poteſt, limita in civilibus propter inſtrumenta de novo reperta præſtito priùs juramento, nu.* 31.

32 *Fiſcus appellando propter inſtrumenta de novo reperta ſi conſtiterit malitiosè appellare, in expenſis de bonis propriis condemnatur.*

33 *Advocatus, ſeu Procurator fiſci impediens juriſdictionem Eccleſiaſticam in expenſis condemnandus eſt.*

34 *Fiſcus plus petens in expenſis condemnatur.*

35 *Fiſcus ſuccedens in jus privati, ſive ex contractu, ſive ex confiſcatione condemnari poteſt in expenſis, & ſumptibus litis, intellige in expenſis, & ſumptibus litis pro tempore anteriori, nu.* 36. *ſecus in expenſis, & ſumptibus litis pro tempore futuro, nu.* 37. *Niſi ex mora, & pacto deberentur, ibidem.*

38 *Fiſcus ſuccedens privato utitur jure privati pro tempore præterito, ſed pro tempore futuro utitur jure fiſcali.*

39 *Minor ſuccedens majori pro tempore præterito utitur jure majoris, ſed pro tempore futuro utitur jure minoris.*

40 *Notarius contentionum facta declaratione per Cancellarium tenetur reſtituere proceſſus, & acta originalia ipſi tradita abſque exactione ſalarii copiæ, nec cuſtodiæ ſub pœna privationis officii.*

DECISIO XX.

1 IN hoc judicio contentionum, ſeu competentiarum adeſſe debet Notarius, ſeu cauſarum Scriba, qui fideliter ſine errore, vel fraude proceſſus ſcribere tenetur, *ut in l. ſi librarius, ff. de regul. jur.* Berart. *in ſpecul. viſitat. c.* 19. *nu.* 30.

2 Quæro 1. Quis debet eſſe Notarius contentionum? diſtingue duos caſus.

3 Primus eſt coram Arbitris, & in Regno Aragonum Notarius competentiarum debet eſſe ille, qui fuit Notarius Judicis, qui competentiam movit, ſcilicet ille, qui mandat intimare competentiam poſt præſentationem primarum litterarum, ita Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. titulo proceſſo de competen. de juriſdicion. fol.* 339. *verſi. y tambien, ſe advierte*, in Cathalonia verò Arbitris aſſiſtunt duo Notarii, unuſquiſque pro ſua Curia, & vidi pluries obſervarum in Civitate Illerdæ.

Secundus eſt coram Cancellario, & in Cathalonia, & Sardinia Notarius contentionum eſt ille, quem ipſe Cancellarius vult, eligit, & nominat, *conſtitutio* 4. ibi: *del Notari per dit Canceller de putador. titul. de conten. juriſdic.* Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib.* 2. *ti.* 51. *num.* 40. quod eſt conforme juri communi, nam electio Notarii qui acta ſcribat, ſpectat ad Judicem, Barboſa poſt alios quos citat *in cap. quoniam contra, num.* 4. *de probationib.* Tondutus *de præven. jud. par.* 1. *c.* 2. *nu.* 16. *& c.* 26. *nu.* 10. *verſi. & in effectu.* In Regno autem Aragonum ſemper eſt Notarius Regiæ Audientiæ, hoc modo, nam præſidente Excellentiſſimo Locumtenente generali ſi cauſa pendet, vel inchoatur in Regia Audientia, debet eſſe ille Notarius, coram quo cauſa inchoatur; & ſi cauſa non pendet, nec inchoatur in Regia Audientia, poteſt eſſe quilibet Notarius dictæ Regiæ Audientiæ; Sed præſidente Illuſtriſſimo Gubernatore debet eſſe Notarius Gubernationis, etiamſi competentia fuerit introducta in præſidentia Locumtenentis generalis; nam eo ipſo quod intrat præſidentiam Gubernationis, reſtituitur proceſſus competentiæ in ſtatu, quo reperitur, Notario Gubernationis, Molinos *in pract. Reg. Aragon. titulo de proceſſo competen. de juriſd. fol.* 337. *verſi. tambien ſe advierte*, ubi teſtatur ſic practicari. 4

Quæro 2. An Notarius cauſarum contentionum poſſit recuſari? Reſpondeo quod ſic, ſicut quilibet alius Notarius, ut probat gloſſ. *in §. & quod ſæpè, verbo artifices, in authent. de trien. & ſemiſ.* quam ad hoc notat Baldus *in cap. quoniam contra falſam, num.* 12. Felin. *num.* 4. *in fine, de probation.* ſequuntur Paz. *in prax. annotatione ultima de tabellione, ſub nu.* 44. cum aliis per Gonzales *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. §. 1. *annotationibus, nu.* 78. Azevedo *lib.* 1. *nu.* 11. *tit.* 27. *lib.* 4. *recop.* Avendaño *de exequend. mandat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 4. Boer. *deciſ.* 258 *num.* 7. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 100. *à nu.* 53. Portoles §. *notarius, n.* 65. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. nu.* 719. Tondutus *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 26. *nu.* 1. qui *nu.* 28. addit, quod ſicut Notarius poteſt in judicialibus recuſari, ita & in extrajudicialibus, ne recipiat inſtrumentum, Berart. *in ſpecul. viſit.* 6 *cap.* 6, *nu.* 30. adeo ut judicio recuſationis pendente debeat ſe abſtinere, aliàs acta ab eo poſt recuſationem ſcripta, nullam fidem faciunt, Bald. *in l. ſi quis argentariis*, §. 1. *ff. de edendo*, Decius *conſ.* 35. Avendaño *de exequend. mandat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 4. *in fine*, Portoles §. *Notarius, nu.* 67. Regens Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 12. *cap.* 13. *in gloſſa*, Tuſchus *pract. concl. littera S. concl.* 907. *nu.* 14. Aviles *cap.* 35. *prætor. gloſſ. remittat, nu.* 6. Paz. *in praxi, annotat. ultima de tabellione, nu.* 44. Gratian. *foren. cap.* 100. *num.* 53. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 6. *nu.* 30. *in fine.*

Sed dubium eſt, quomodo recuſetur Notarius con- 7
tentionum, ſicut quilibet alius Notarius datus ſuſpectus? quidam aſſerunt, quod de jure Canonico ad hoc ut Notarius ſuſpectus removeri poſſit, neceſſarium eſſe cauſam ſuſpicionis exprimi, & aliter quam per juramentum probari, Franch. *in cap. cum ſpeciali, n.* 41. *de appellat.* quem citat Portoles §. *notarius, nu.* 66.

Veritas tamen eſt in contrarium, ut Notarius cauſa- 8
rum contentionum, ſicut quilibet alius Notarius ſolo juramento partis ſuſpectus recuſari poſſit, quia talis recuſatio levis eſt præjudicii, & de facili poteſt alius ſubrogari, ita Alexand. *conſ.* 104. *à num.* 2. *lib.* 5. Cagnolus *in l. ſi Librarius*, 47. *ff. de reg. jur.* Boer. *deciſ.* 258. *num.* 7. *in fine*, Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 33. *num.* 71. Tuſchus *pract. concl. littera S. concluſ.* 907. *numer.* 12. *& concluſ.* 903. *num.* 3. Afflict. *deciſ.* 317. Gonzales *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 9. §. 1. *in annotat. nu.* 99. Fermoſin. *in cap. ſi quis contra clericum, quæſt.* 3. *numero ſexto, de foro compet.* Thoro *in compen. deciſ. in ſupplement. verbo actuarius magnæ Curiæ Vicariæ, fol.* 5. Portoles §. *Notarius, nu.* 65. Gratian. *diſcep. foren. c.* 100. *num.* 58. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 45. *nu.* 53. Aviles *c.* 35. *prætor. gloſſ. remitta, num.* 5. Paz. *in Praxi. annotat. ultima de tabellione, num.* 43. Cabedo *deciſ.* 45. *part.* 1. Farinac. *fragm. crim. littera I. num.* 719. *par.* 2.

Guaz-

Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 19. *num.* 19. Novar. *ad pragm. Reg. Neapol. pragm.* 1. *num.* 7. *de suspic. offic. & in rub. de actuariis collect.* 1. *num.* 19. Regens Vico, *ad pragm. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 12. *cap.* 23. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 2. Berart. *in specul. visit. cap.*
9 6. *num.* 30. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 12. *num.* 123. Rovit. *in pragm.* 1. *numer.* 19. *de suspic. offic.* Ubi intelligit, si res sit integra, scilicet ante approbationem per comparitiones judiciales ipso scribente factas, aliàs secus, ut probant Patian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 85. Gratian. *discep. foren. cap.* 167. *nu.* 17. Burat. *decis.* 606. *nu.* 7. Tondut. *de prævent. jud. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 15. *& par.* 2. *cap.* 26. *nu.* 17. *& dicta par.* 1.
10 *cap.* 6. *n.* 6. qui *num.* 10. declarat, ut procedat, quando adest probabilis causa suspicionis, quamvis non nimis urgens, sed levior arbitrio Judicis, Farinac. *fragm. crim. par.* 2. *littera I. n.* 119. Berart. *in specul. visit. c.* 6. *num.* 30. in praxi receptum est, quòd Judex se informat sine scriptis de causis suspicionum & eis veris repertis, providet de alio Notario partibus non suspecto, benè aliis relatis Thoro *in compend. dec. in supplement. verbo actuarius magnæ Curiæ in fine*, *fol.* 5.

11 Et quæ dixi in Notario, idem procedit de jure com-
12 muni in Secretario Sacri Concilii, qui solo juramento recusatur suspectus, Muscatel. *in praxi par.* 5. *verbo suspectum num.* 11. Thoro *in compend. decis. par.* 1. *verbo suspectus*, *fol.* 533. Additionat. ad Gizarel. *decis.* 66. *num.* 5. Tamen de consuetudine si Secretarius Sacri Concilii allegatur suspectus, non sufficit solùm juramentum, sed causa suspicionis est in specie allegan-da, & probanda, ut sæpius judicatum in Regno Neapolis dicit idem Muscatel. *in prax. part.* 5. *verbo suspectum num.* 11. & pluries judicarum extitisse in Sacro Concilio, & præcipuè in causa Illustrissimi Principis Scillæ in suspicione allegata in persona Fabricii Romani Penes Secretarium in eadem Banca, refert Novarius *ad pragmat. Regn. Neapol. rub. de actuar. collect.* 1. *num.* 8. & ita in quodam memoriali decretum fuisse per Excellentissimum Dominum Proregem Neapolis 6. Martii 1545. quod postea exhibito in Sacro Concilio fuit provisum 9. Martii ejusdem anni, quòd servaretur ordinatio proregis, & exequeretur dicta Regia decretatio testantur Rovit. *ad pragm. Reg. Neapol. prag.* 1. *num.* 9. *de suspic. offic.* Thoro *in compen. decis. par.* 1. *verbo suspectus fol.* 533. *& in supplemento verbo actuarius magnæ Curiæ Vicariæ*, 5. Addit. ad Gizarel. *decis.* 66. *num.* 5. ita fuit declaratum in Regio criminali Concilio Regni Sardiniæ 3. Julii 1651. in recusatione proposita contra Secretarium in criminalibus Antiochum Diana, per Seraphinum Fadda Presbyterum Villæ de Salarius, ad relationem Nobilis Eusebii Carcassona in causa quæ ibidem vertebatur inter dictum Fadda ex una & Georgium Meli ex altera, Scriba
13 Gamboa: dixerunt tamen Domini verbo, in recusatione Secretarii non requiri tàm urgentem causam, sicut in Judice, secundùm Muscatel. *loco relato numero* 11.

14 Sed utrùm Notarius allegatus suspectus, in totum sit removendus, an autem illi dandus sit adjunctus? Resp. quòd de jure in totum removetur, aliàs per dationem adjuncti non provideretur indemnitati partis recusantis cum per notarium recusatum possint meri-
15 ta causæ & dicta testium revelari, ita tenent Gratian. *discep. foren. cap.* 100. *à num.* 53. Boer *decis.* 258. *num.* 8. Gonzales *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 98. Paz. *in prax. annotat. ultim. de tabellion. num.* 42. Aviles *cap.* 35. *prætorum verbo remitta*, *numer.* 4. *versic. in tantum*, Farinac. *fragm. crim. par.* 2. *littera I. num.* 719. Berart. *in specul. visit. cap.* 6. *numer.* 30. & ita observari in Regno Aragonum Molinus *in repertor. verbo Notarius actitans processum*, *fol.* 235. *col.* 2. ubi Portoles *num.* 65. in Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 12. *cap.* 21. in Rota Romana, Rota *diversor. decis.* 611. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. Gonzales, & Gratian. *ubi proximè*, ille *num.* 101. iste *num.* 54. & in Principatu Cathaloniæ: quod procedit, & si Notarius habuerit officium actitationis processuum titulo emptionis, vel arrendamenti: nam etiam si est suspectus in totum removetur, & alius in ejus locum

subrogatur, deducta solùm quantitate pro ejus laboribus, & restituto omni emolumento principali Notario causæ recusato & ita observari in Curia Romana referunt Gonzales & Gratianus *locis relatis*, ille *nu.* 101. iste *num.* 59. secus tamen in Regno Castellæ, ubi Notarius non recusatur in totum, sed illi datur ad- 16
junctus, sine quo nihil facere potest, Aviles *cap.* 35: *prætor. glos. remitta*, *num.* 4. Paz. *in prax. annotat. ultim. de tabellion. num.* 42. Azevedo *lib.* 1. *numer.* 22. *tit.* 16. *& lib.* 1. *num.* 1. *tit.* 27. *lib.* 4. *recop.* Avendaño *de exequend. mandat. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 3. *&* 6. Gonzales *dicta glos.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 100. Gratian. *dicto cap.* 100. *num.* 60.

Quæro 3. An Cancellarius in Cathalonia, & Sardi- 17
nia postquam elegit Notarium pro causis contentionum possit illum mutare pro licito voluntatis? videndi sunt Aviles *cap.* 35. *prætor. glos. remitta*, *à n.* Gratian. *discep. foren. cap.* 167. *à num.* 17. Tondutus *de præv. jud. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 15. Barbosa *in cap. quoniam contra num.* 5. *de probat.*

Quæro 4. An Notarius contentionum possit exigere 18
salaria, & expensas processales causarum contentionum. Resp. Quòd si contentio vertitur inter partes privatas, vel inter Fiscos utriusque Curiæ facientibus partem cum aliqua parte privata, vel cum aliquibus partibus privatis, solet Notarius contentionum exigere expensas processales à partibus privatis, vel à parte privata per ea quæ in terminis juris tradit Rebuf. *in concordat.* 1, *glossa Regium Advocatum*, *tit. de action. derogat. privileg.* 15. sequitur Xammar. *de offic. jud. p.* 2. *c.* 6. *nu.* 89. ubi de jure Cathaloniæ citat *constit.* 4. *de dispeses de plets*, de qua Fontanella *dec.* 424. *num.* 6. *par.* 2.

Si autem contentio vertitur dumtaxat inter Curias 19
Ecclesiasticam, & sæcularem absque partis privatæ immixtione, sed solùm inter procuratores Fiscales utriusque Curiæ, Notarius nullum potest exigere, neque expensas processales causarum contentionum, ut disponit in Regno Sardiniæ Reg. prag. de qua Regens Vico, *lib.* 1. *tit.* 11. *cap.* 9.

Si quidem Fiscus non solvit expensas, neque in illis 20
condemnatur, *leg. fin. C. de fruct. & litis expen. leg. & Sacris* 3. *versic. & quoniam*, *C. de proxim. Sacr. Scrin. lib.* 12. De jure Cathaloniæ *const.* 3. *de despeses de plets*, *constit.* 19. *de salar. de senten.* tum quia ex debito officii prosequitur, ideoque excusatur, *lib.* 1. *C. de delator. lib.* 12. *leg. post legatum*, §. *advocatum fisci ff. de his quibus ut indig.* tum ne timore expensarum jus fiscale indefensum dimittatur, *leg. illud*, *ff. de petit. hæred.* ita tradunt Columbanus *in tract. de ord. præceden. in caus. criminal. art.* 138. Rebuf. *in concordat.* 1, *glos. Regium Advocatum*, *titul. de elect. derog. privileg.* 25. ubi sic in Regio Senatu Franciæ judicatum refert, *& tom.* 3. *constit. Franciæ titul. de expen. art.* 1. *glos. unica numer.* 19. *&* Boer. 20. *decis.* 324. *num.* 1. Rota Lucen. *decis.* 16. *innovis* & ita servari in practica dicit Bald. *in leg. qui crimen. n.* 20. *Cod. qui accusare non possunt*, & ita observari, & observatum vidisse in Camera Patavina, & in Civitate Venetiarum testatur Peregrin. *de jur. fisci lib.* 7. *titul.* 4. *num.* 14. Thesaur. *quæst. foren.* 45. *num.* 2. *lib.* 1. Azevedo *lib.* 5. *num.* 2. *tit.* 13. *lib.* 2. *& lib.* 1. *numer.* 5. *titul.* 22. *lib.* 4. *recop.* Guido Papa *decis.* 269. Portoles §. *expensæ num.* 4. Borell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 39. *à nu.* 32. latè Guttier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 21. *à numer.* 4. Petrus Barbosa *in leg. qui temerè à num.* 195. *ff. de jud.* Augustin. Barbosa, *in cap. calumniam*, *numer.* 4. *de pœnis*, Fermosin. *in cap. finem litibus*, *quæst.* 8. *num.* 4. *de dolo*, *&* *contu.* Solorzano *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 27. Faber *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *de fruct. & lit. expens. def.* 33. *& lib.* 8. *tit.* 30. *de evict. def.* 29. Cabal. *resol. crim. casu* 296. *num.* 19. Gratian. *discep. foren. cap.* 33. *num.* 42. *&* 43. de consuetudine ita servari refert Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 7. *numer.* 12. *versic. sed numquid*, ubi Bajard. *numer.* 17. Gail. *lib.* 1. *observ.* 90. *num.* 5. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 16. *num.* 22. *& in versic. hancque limitationem*, Ceval. *de cogn. per viam viol. glos.* 16. *nu.* 15. *& com. cont. com. qu.* 539. *à num.* 6. Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Martini tom.* 2. *collat.* 8. *cap.* 7. *num.* 64. *fol.* 172. *& in Curia Barcinonæ Regis Alphonsi*

collat. 11. *cap.* 1. *n.* 95. *fol.* 502. *in novis*, Xammar. *de offic. jud.* 2. *quæst.* 6. *à num.* 78. Fontanella *decis.* 424. *à num.* 1. *par.* 2.

21 Unde dixerunt aliqui, Advocato, & Procuratori Fiscali non deberi palmaria, & victorias litis in causis fiscalibus ut latè tradit Fontanella *decis.* 424. *à nu.* 1. *ad* 6. *par.* 2. quòd Advocato, & Procuratori Fiscali debeantur palmaria, & victoriæ litis in causis fiscalibus, in quibus fiscus obtinet cum condemnatione expensarum partis adversæ. Sic fuit in Regia Audientia Cathaloniæ facto verbo provisum in favorem fisci procuratoris patrimonialis contra Consiliarios, & Syndicum Civitatis Barcinonæ 26. Junii 1660. ad relationem Magnifici Joannis Baptistæ Pastor, Scriba Ribes. Et iterum fuit facto verbo provisum in favorem fisci procuratoris patrimonialis contra Syndicum, & Consules logiæ maris Civitatis Barcinonæ 31. Januarii 1661. ad relationem Magnifici Joannis Baptistæ Pastor, Scriba Fores & Montagut.

22 Sed contrarium est verius, Advocato, & Procuratori fiscali deberi palmaria, & victorias litis in causis fiscalibus, in quibus obtinet fiscus cum expensarum condemnatione partis adversæ, ne ipsi aliis Advocatis & Procuratoribus sint deterioris conditionis, per text. de jure Cathaloniæ *in constit. statutum*, 10. *de salar. de sentent.* & quæ notat Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 80. latè tractat, ac contraria proponit, & illis respondet Fontanella, *decis.* 424. *à num.* 6. *part.* 2. qui *num.* 10. ita resolvit *& num.* 11. testatur ita practicari in Cathalonia in officio Magistri Rationalis, & fuit in contradictorio judicio, ita in eo officio declaratum relatore Peixo 29. Octobris 1621. in favorem fisci Procuratoris, contra Joannem Mirales Domicellum Civitatis Urgelli, & vidi in eo officio sic observatum, idem Fontanella *num.* 13. refert ita observari in Bajulia generali, & laudat decisionem nostri Senatus factam 16. Maii 1628. relatore Michaele Carreres, & *num.* 12. ait, secus esse in Domo Deputationis, sequitur Ripoll. ad Peguer. *pract. vil. rub.* 30. *num.* 60. & idem observatur in Regia Procuratione Regni Sardiniæ, ut debeantur palmaria Advocato, & Procuratori Fiscali, ut fuit declaratum in favorem Regii Fisci Procuratoris Patrimonialis contra Petrum Riquer, & Joannem Gaiunum Pira Officialem Scribaniæ de Montresta provisione facta 26. Septembris 1644. Scriba Zonca, & iterum in favorem Fisci Procuratoris Patrimonialis, contra Joannem Baptistam Poli, & consortium, provisione facta 17. Augusti 1649. Scriba Zonca.

23 Sed sciant Advocati Fiscales, & ego ut unus illorum, quòd Fiscales possunt, & debent in pluribus casibus in expensis, & damnis condemnari, etiam de propriis.

24 Primus est, quando Fisci Advocatus aliquam causam privatam recepit in fiscalem, tunc enim quia abutitur officio suo accipiendo eam in partem fiscalem, potest in expensis condemnari, Guido Papa, *dec.* 269. & alii per Azevedo, *lib.* 3. *num.* 4. *titul.* 13. *lib.* 2. *recop.*

25 Secundus, si Fisci Advocatus calumniosas instituerit actiones, quod facere non debet, *leg. penultima, C. de advoc. Fisci*, ne inde injuriarum nascatur occasio, unde jura nascuntur, *leg. meminerint C. unde vi*, alioquin si calumniosam instituerit litem, debet in expensis de bonis propriis condemnari, *ad tex. in leg. succurritur, ff. de exec. tutor.* & in terminis tradunt Boer. *dec.* 324. *num.* 1. Gramat. *dec.* 60. *num.* 21. quos refert, Peregrin. *de jure Fisci lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 7. Guido Papa *dec.* 269. cum relatis per Azeved. *lib.* 5. *à num.* 4. *tit.* 23. *lib.* 2. *recop.* cum pluribus aliis per Portoles, §. *expensæ*, *num.* 3. benè exornat, & probat Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 16. *num.* 20. & 21. Bajardus ad Clar. 3. *fin. quæst.* 6. *num.* 16. latè Cevallos, *com. cont. quæst.* 539. *à num.* 8. & *de cog. per viam violent. glos.* 16. *num.* 15. Gurtier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 21. *à num.* 11. Mastrill. *de magistr. lib.* 5. *cap.* 8. *numer.* 85. Thesaur. *quæst. foren.* 45. *num.* 5. *lib.* 1. Gratian. *discep. forens. cap.* 33. *numer.* 40. & 44. Faber *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *de fruct. & lit. expen. dif.* 33. Alfaro *de off. fiscal. glos.* 9. *num.* 39. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 7. *num.* 12. & *quæst.* 10. *nu.* 5. Berart. *in specul. visit. cap.* 12. *numer.* 15. Xammar. *de offic. jud. part.* 2. *quæst.* 6. *numer.* 81. Fontanella, *dec.* 423. *à numer.* 16. *par.* 2.

Quod verum est, si Fisci Advocatus est in vera ca- 26
lumnia, ut quando scienter, & dolosè contra aliquem instigat, secus verò si sit in præsumpta, à qua necessitas officii eum excusat, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 7. *num.* 12. *versic. numquid & quæst.* 62. *num.* 4. *versic. sed numquid in fin.* cum pluribus aliis per Portoles §. *expensæ*, *num.* 4. Gail. *lib.* 1. *obser.* 90. *numer.* 5. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 16. *num.* 22. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 5. 9. *nu.* 6. Azevedo *lib.* 5. *nu.* 6. *tit.* 13. *lib.* 2. *recop.* Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 82.

Et quamvis aliqui dicant, prædicta *numer.* 25. non 27
observari in practica, etiam si Fisci Advocatus indebitè aliquem molestet, Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 62. *num.* 17. cum relatis per Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 7. *num.* 22. venit talis practica intelligenda, quando Fisci Advocatus est in calumnia præsumpta; nam tunc de jure, & consuetudine excusatur, secus verò quando constat de vera, notoria, & evidenti calumnia, quo casu non solùm in expensis de proprio est condemnandus, sed etiam graviùs puniri debet, ita Mieres *in Curia Barcinona Regis Martini tom.* 2. *collat.* 8. *cap.* 8. *numer.* 81. *fol.* 173. *in novis.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 7. *num.* 12. & *quæst.* 62. *num.* 4. *in fin.* Azevedo *lib.* 5. *à num.* 3. *tit.* 13. *lib.* 2. *recop.* latè Cevallos *com. cont. com. quæst.* 539. *à num.* 6. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 16. *num.* 23. Portoles §. *expens. num.* 3. & 4. Fontanella *dec.* 424. *numer.* 16. *par.* 2. Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *numer.* 81. & 82. Faber *in suo Cod. lib.* 7. *titul.* 18. *de fruct. & lit. expen. diff.* 33. Gratian. *discep. foren. cap.* 33. *à numer.* 40. *ad* 55. Fermosinus *in cap. finem litibus quæst.* 8. *num.* 3. & 4. *de dolo*, & *contum.*

Verum tamen est, quòd Judices debent esse cauti 28
in facienda condemnatione expensarum quoad Fiscales, quia necessitas officii illos excusare debet, Thesaur. *quæst. foren.* 45. *numer.* 5. *in fine lib.* 1. Fontanella *dec.* 424. *num.* 19. & 20. *par.* 2. & in dubio etiam si reus absolvatur, præsumendum est calumniam non esse Garcia *de nobilitat. glos.* 30. *num.* 25. quem & alios citant Cevallos *com. cont. commun. quæst.* 539. *nu.* 10. Menoch. *lib.* 5. *præsump.* 25. Farinac. *in prax. par.* 1. *qu.* 61. *à num.* 33. Fermosin. *in cap. finem litibus qu.* 8. *num.* 4. *in fine*, *de dolo*, & *contum.*

Tertius casus, quòd licèt regulariter in Cathalonia 30
Fiscus, nec in civilibus, nec in criminalibus appellare, nec supplicare possit, *constit. per toler* 7. *de appell.* ubi Mieres *à numer.* 1. & *nu.* 44. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 24. Cancer. *par.* 1. *var.* 17. *num.* 15. & *part.* 3. *cap.* 18. *num.* 29. Peguera *in pract. civil. rub.* 17. *numer.* 15. ubi Ripoll. *in addit. nu.* 118. latè Berart. *in specul. visit. cap.* 27. *à num.* 20. Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *à n.* 39. In civilibus tamen causis propter instrumenta de novo reperta, præstito priùs juramento in 31
animam suam à sententia contra se lata supplicare, vel appellare potest, *constit. per tolre* 7. *de appellat.* ubi Mieres *num.* 1. & 17. Gallego *in resp. sindicatus cap.* 9. *numer.* 1. Berart. *in specul. visit. cap.* 72. *num.* 30. Peguera *in pract. civil. rub.* 27. *num.* 15. ubi Ripoll. *in add. num.* 123. Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *qu.* 6. *à num.* 57. Sed si constiterit malitiosè isto casu ap- 32
pellare, vel supplicare, in expensis de bonis propriis condemnari debet, & in defectum bonorum in alia pœna æquivalenti arbitrio jus dicentis, hoc est, si non haberet in ære, lueret in corpore, *dicta const. per tolre* 7. *de appellat.* ubi Mieres *num.* 1. & *à num.* 78. Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 24. Berart. *in specul. visit. cap.* 12. *num.* 16. & *cap.* 27. *numer.* 30. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 27. *numer.* 12. Fontanella, *decis.* 424. *num.* 22. *par.* 2. Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 84.

Quartus casus est, quem refert Rebuf. *in concord.* 33
glos. Regium Advocatum, *titul. de elect. derog. privil.* 15. ubi ait vidisse Fisci procuratorem, seu Advocatum

in

in expensis condemnatum in casu, quo impediebat jurisdictionem Ecclesiasticam, sequitur Xammar. *de offic. jud. par. 2. qu. 6. num. 86.*

34 Quintus casus est, quando Fiscus plus petit, quo casu potest in expensis condemnari, §. *si quis agens, glos. omittebat*, ubi Angel. *nu. 8. in fine*, Oliba *relect. 2. num. 5. versic. hac pœna, de actionibus*. Joann. de Platea, & commun. Doctores *in lib. instar, C. de jure Fisci, lib. 10.* Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Martini, tom. 2. collat. 8. cap. 8. num. 80. fol. 173. in novis*.

35 Sextus, & ultimus casus est, quando Fiscus succedit in jus privati, sive ex contractu, sive ex confiscatione, quo casu condemnari potest in expensis, & sumptibus litis, perinde ac quilibet privatus, quia tunc non convenitur ex necessitate officii, sed ut privatus, ita Faber, qui decisum refert *in suo C. lib. 8. tit. 30. de evict. dif. 19.* sequitur Fontanella *de pac. nup. tom. 2. claus. 5. glo. 4. num. 65.*

36 Sed iste casus de plano procedit in expensis, & sumptibus litis pro tempore anteriori, nam tunc Fiscus succedens privato, vel ex contractu, confiscatione, vel aliàs in expensis litis condemnari potest, ad quas ille tenebatur, quia jam sunt debitæ, *leg. cum quidam, §. Fiscus, ff. de usuris, lib. 2. C. de usuris fiscal. 10.* Peregrin. *de jure Fisci lib. 6. tit. 7. num. 4.* Farinac. *frag. crim. par. 1. littera F. numer. 158. versic. sic & è contrà*.

37 Cæterùm pro expensis, & sumptibus litis pro tempore futuro, dubium est, an Fiscus teneatur, & dicendum est quòd, nam postquam Fiscus successit, uti debet privilegio suo, quod est non dare, nec solvere expensas, *leg. Fiscus cum in privati 6. ff. de jure Fisci, leg. fin. C. de usu fiscal. lib. 10.* facit text. *in leg. si is qui, ff. de usuris*, nisi ob moram, vel pacto deberentur, ita Peregrin. *de jure Fisci, l. 6. tit. 7. sub num. 4.*

38 Nam regulare est, ut Fiscus succedens privato utitur jure fiscali pro tempore futuro, pro tempore verò præterito, utitur jure privati, *leg. Fiscus cum in privati, 6. ff. de jure Fisci, leg. cum quidam, §. Fiscus, ff. de usuris lib. 2. leg. fin. C. de usur. fiscal. lib. 10. leg. in facto, §. 1. ff. de condit. & demonst.* Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Martini, par. 2. collat. 8. cap. 8. numer. 16. fol. 169. in novis*, Peregrin. *de jur. fisci, lib. 6. tit. 1. nu. 35. & tit. 2. num. 7. & tit. 7. num. 3. & 4.* Farinac. *frag. crim. par. 1. littera F. nu. 156.* Xammar. *de offi. jud. par. 2. quæst. 6. num. 116.* ad exemplum minoris succedentis

39 majori, qui pro tempore præterito utitur jure majoris, & non restituitur in integrum, sed pro tempore futuro utitur jure minoris, *leg. Æmilius Largianus, ff. de minoribus*, Afflict. *dec. 212.* Franchis *decis. 647.* decisionem nostri Senatus refert Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. glo. num. 59. versic. ubi autem, & decis. 103. num. 14. & dec. 111. num. 8. & 9. par. 1.* Barzius *dec. 107. num. 32.* notant Xammar. *de offic. jud. par. 2. qu. 6. num. 116. in fine*, Peregrinus *de jure fisci, lib. 6. tit. 2. num. 7.* quod prodest ad multa, præsertim ad præscriptiones, Glo. *verbo mihi in leg. apud Julianum, §. Marcellus*, & ibi Alberic. *ff. quibus ex causis in posses. videatur*, Cin. & Commun. Doctores *in authent. quas actiones, C. de Sacro Eccl.* Xammar. *de offic. jud. par. 2. quæst. 6. 116. in fine*, Peregrin. *de jure fisci lib. 6. tit. 1. num. 35. & tit. 2. num. 7.* Farinac. *frag. crim. par. 1. littera F. num. 157.*

40 Quæro quintò, & ultimò quid facere teneatur Notarius contentionum facta declaratione per Cancellarium? Resp. quòd tenetur in continenti restituere processus, & acta originalia, quæ eidem pro declaratione causæ contentionis fuerunt tradita, absque eo quòd valeat, nec possit aliqua ratione, nec causa exigere salarium copiæ, nec custodiæ sub pœna privationis officii, de jure Cathaloniæ *constit. 47. anni 1599.* Berart. *in spec. visit. cap. 19. num. 42.*

ARGUMENTUM.

De dilationibus, & temporibus probatoriis, in causis contentionum, inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios, ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Cancellarius intra triginta dies contentionem declarare tenetur.*

2 *Terminus triginta dierum datus Cancellario ad declarandum contentiones, incipit currere ipso jure, & facto immeditatè post quinque dies Arbitris ad declarandum concessos.*

3 *Terminus ad declarandum contentiones Cancellario concessus est continuus, & currit de momento ad momentum, diebus feriatis, & non feriatis.*

4 *Dilationes de jure communi in causa immunitatis Ecclesiæ dandæ sunt reo, de cujus præjudicio agitur.*

5 *Procuratores Fisci utriusque Curiæ, seu partes privatæ si illis assistunt, intra quantum tempus tenentur dare prætensiones suas coram Cancellario, & illas probare.*

6 *Procurator Fisci Curiæ Ecclesiasticæ potest prætensiones suas dare, & illas probare intra triginta dies.*

7 *Procurator Fisci Curiæ sæcularis potest prætensiones suas dare, & illas coram Cancellario probare, ac processum in sua Curia fabricatum producere intra primos quindecim dies, ex illis triginta diebus Cancellario ad declarandum concessis.*

8 *Procurator Fisci Curiæ sæcularis elapsis primis quindecim diebus contentionum, non potest amplius jus suum probare, nec cessum in sua Curia actitatum producere; amplia quòd si fisci Procurator Curiæ sæcularis elapsis primis quindecim diebus probaverit, probationes sunt nullæ, num. 9. Limita primò, nisi per fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ finitis primis quindecim diebus, major dilatio petita fuerit, num. 14. Limita 2. si per fisci procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ dilatio aliorum quindecim dierum petita non fuerit, sed die ultima termini priorum quindecim dierum isti ulteriori dilationi non renuntiaverit, num. 19. Limita 3. si testes fuerint citati, & jurati intra terminum priorum quindecim dierum, num. 22.*

10 *Dilatio probatoria de jure communi est peremptoria, licèt non dicatur, num. 11. ut ne admittatur purgatio moræ, etiam re integra, num. 12. Intellige si à parte opponatur, num. 13.* versic. sed hæc.

13 *Tempus labi permittens videtur dilationi renuntiare.*

Tempus labi permittens censetur adversario jus quæsitum dare.

Temporis lapsus fortior est defectus, quàm tacita, vel expressa renuntiatio.

15 *Dilationes semper sunt communes, etsi uni parti tantùm concedantur.*

16 *Dilatio concessa minori vigore restitutionis in integrum communis est adversario, tametsi majori; amplia etiam si restituatur ad probandum didiscitis testificatis, nu. 17. circa eumdem articulum, non circa diversum, num. 18.*

18 *Curia Ecclesiastica in præjudicium Curiæ sæcularis non potest ulteriori dilationi renuntiare, quando intra secundos quindecim dies Curia sæcularis testes ministraverit.*

21 *Curia Ecclesiastica renuntians ulteriori dilationi intra secundos quindecim dies, nihilominus potest fisci Procurator Curiæ sæcularis intra illos jura sua deducere, & probare.*

23 *Cancellarius non potest terminum triginta dierum prorogare; limita primò de consensu amb*

BIBLIOTECA DE DERECHO GRANADA

barum Curiarum, nu. 25. Sublimita in Regno Sardiniæ, ubi prorogatur cum solo consensu Curiæ Ecclesiasticæ, num. 28. Limita secundo existente justa causa, num. 29.

24 *Dilationes legales à Judice prorogari nequeunt, limita de consensu ambarum partium, num. 26.*

27 *Curiæ solæ absque Cancellario terminum triginta dierum prorogare non possunt.*

30 *Cancellarius potest prorogare terminum triginta dierum de consensu ambarum Curiarum in Cathalonia, & Regno Majoricarum, & in Sardinia de consensu Curiæ Ecclesiasticæ ad libitum toties quoties per tempus benè visum, & n. 32.*

31 *Restitutio tantum dat, quantum læsio abstulit, & non plus.*

33 *Procuratores fisci utriusque Curiæ contentione prorogata lapsis primis triginta diebus probationes in Cathalonia facere non possunt, nec supplicationes, aut schedulas offerre, quid in Regno Aragonum, num. 34. Quid in Regnis Sardiniæ, & Majoricarum, num. 35.*

36 *Visura est tam privilegiata, ut superet omnes alias probationes.*

37 *Visura contentione prorogata post lapsum triginta dierum concedi non potest.*

38 *Terminus triginta dierum concessus Cancellario ad declarandum contentiones est continuus.*

39 *Tempus in dubio præsumitur continuum.*

40 *Terminus triginta dierum concessus Cancellario ad declarandum contentiones, currit de momento ad momentum.*

41 *Et comprehendit tàm dies feriatos, quàm non feriatos.*

42 *Testes recipiendi sunt in Curia Cancellarii devoluta causa contentionis ad illum.*

43 *Litteræ compulsoriæ pro testibus alibi recipiendis concedi possunt arbitrio Cancellarii.*

44 *Testes compelluntur venire coram Cancellario expensis Regiæ Curiæ, si reus est pauper, & litteræ compulsoriæ fuerint reo denegatæ.*

45 *Testes an possint recipi vigore litterarum compulsoriarum provisarum tempore unius Cancellarii, si tempore quo recipi debent, adsit alius Cancellarius.*

46 *Cancellarius potest extraordinariè punire testes, si coram eo falsum deponant, & nu. 56. Amplia, ad testem clericum, nu. 57.*

47 *Judex ordinarius testem coram se falsò deponentem, & si nullam in eo habeat jurisdictionem, pœna extraordinaria punire potest; amplia etiamsi Judex ordinarius tantùm cognoscat de causis civilibus, num. 48. Amplia etiamsi testis exemptus sit à jurisdictione illius Judicis, num. 49.*

50 *Judex Ecclesiasticus potest punire testem laicum coram se falso deponentem, data præventione ex parte ipsius.*

51 *Judex laicus an possit punire testem clericum coram se falsò deponentem.*

52 *Judex delegatus testem coram se falsò deponentem punire potest intellige si est Principis delegatus, num. 53. secus si est delegatus inferioris à Principe, numer. 54. nisi ejus potestas non esset restricta, num. 55.*

58 *Judex ordinarius pœna ordinaria potest punire testem, qui coram alio Judice falsum deposuit.*

59 *Cancellarius Advocatos, & Procuratores coram eo litigantes si delinquant in processu, & actis coram ipso, punire potest; amplia etiam ad advocatos, & Procuratores, num. 60.*

61 *Immunitate Ecclesiæ ut reus privetur, an requiratur plena probatio delicti commissi, vel sufficiat semiplena; prima est opinio, quod requiratur plena commissis delicti probatio, num. 62. fundamenta à num. 63. Secunda est opinio, quod sufficiat semiplena per indicia, præsumptiones, & conjecturas ad torturam sufficientia, numer. 75. Fundamenta à numer. 76. Et hæc secunda opinio magis placet, num. 96.*

63 *Reus captus in Ecclesia habet regulam pro se immunitatis Ecclesiasticæ, ne à loco Sacro extrahatur.*

64 *Regulam habens pro se, dicitur habere juris præsumptionem.*

65 *Assertionem concludentissimè probare debet qui dicit casum non esse sub regula comprehensum.*

66 *Qualitas tribuens jurisdictionem concludenter probari debet, contra num. 76.*

67 *Probatio ubi à lege requiritur, intelligitur de vera, legitima & plena probatione.*
Lex ubi contentatur præsumptionibus, id expressè dicit, ibid.

68 *Notorius proprietatis defectus obstat petenti restitutionem, si pateat cum veris probationibus.*

69 *Contumax ut pro confesso, & convicto habeatur, requiritur plena probatio delicti, fallit de consuetudine, nu. 83.*

70 *Probatio plena requiritur, ubi quis ex alterius delicto convenitur.*

71 *Delictum esse verè commissum debet constare Episcopo in terminis Bullæ Gregorianæ ad perdendam immunitatem Ecclesiæ.*

72 *Probatio vera illa dicitur, quæ non indiget alterius adminiculo.*
Probationis plenæ appellatione non continetur semiplena.

73 *Præsumptiones, & conjecturæ Judices sæpius fallunt.*

74 *Probatio conditionis, seu formæ ad actum requisitæ debet esse plena, & concludens.*

76 *Qualitas tribuens jurisdictionem sufficit, quod semiplenè probetur.*

77 *Probationes leviores sufficiunt in probatione qualitatis.*

78 *Cognitio plena non requiritur in quæstionibus emergentibus ad causam principalem incidenter, secundariò, & per modum causæ.*

79 *Cognitio plena non requiritur, ubi actus plenum non adfert præjudicium.*

80 *Indulgentia criminis alicui concessa, si patefecerit tale delictum, vel posuerit illud in vero, sufficit ad hoc, ut inquisitus gaudeat indulto, quod delictum patefaciat per semiplenam probationem, dando indicia sufficientia ad torturam.*

81 *Manifestum dicitur illud, quod desumitur ex conjecturis, & verosimilibus præsumptionibus.*

82 *Privilegium fori est majus privilegio immunitatis, & alio quocumque, vel saltem non est majoratio in uno, quàm in alio.*

83 *Contumax, & si de jure ut pro confesso, & convicto habeatur, requiratur plena probatio delicti, tamen de consuetudine contrarium servatur, & satis est, quod legitima præcedant indicia.*

84 *Verba Bullæ Gregorianæ, nisi cognito prius per Episcopum &c. intelligenda sunt juxta subjectam materiam, ita ut in quacumque cognitione verificentur.*

85 *Judicio alicujus ubi quid committitur, potest judicium ferre, quocumq; modo sibi de veritate constet.*

86 *Privilegio fori ut reus privetur, an requiratur plena probatio delicti commissi, vel sufficiat semiplena, num. 61. Prima est opinio, quod requiratur plena probatio delicti commissi, num. 86. Secunda est opinio, quod sufficiat semiplena per indicia, præsumptiones, & conjecturas ad torturam sufficientia, num. 93. Et hæc secunda magis placet nu. 96.*

87 *Clericus assassinus perdit fori privilegium, & potest à Judice sæculari absque degradatione puniri; intellige dummodo de qualitate assassinii legitimè constet, num. 88. Hoc est per probabilia argumenta, nu. 89. Nedum ad pœnam extraordinariam, nu. 90.*

91 *Probabilia argumenta accipiuntur pro indiciis indubitatis.*

92 *Indicia indubitata in crimine assassinii plenissimè probari debent, nec satis est probatio semiplena, sed hodie communis praxis tribunalium, indicia*

indu-

indubitata ad probandam qualitatem assassinii interpretata est per indicia ad torturam sufficientia num. 95.

94 *Indicia indubitata quæ dicantur.*

96 *Probationes leviores sufficiunt, quando Judex judicat secundùm Deum, & suam conscientiam.*

97 *Verba Bullæ Gregorianæ, an ipsi verè crimina superiùs expressa commiserint intelligenda sunt, id est summariè, & extrajudicialiter, ita ut conscientiam suam informet, & n. 98.*

99 *Summariè dicitur de causa apparere, quando adest unus testis, vel extant indicia verosimilia, hoc est quòd sufficiat semiplena probatio.*

100 *Farinacius cons. 168 à nu. 12. lib. 2. reprobatur.*

101 *Juramentum in supplementum coram Cancellario competentiarum locum non habet.*

Corpus delicti plenè probandum est in judicio competentiarum, nu. 101. versic. sed unum.

Corpus delicti quomodo probetur, remissivè.

102 *Cancellarius in causis contentionum an debeat super delicto recipere probationes, an verò possit, vel obligatus sit stare processui facto per Curiam sæcularem.*

103 *Cancellarius si agitur de immunitate Ecclesiæ potest stare processui fabricato à Curia sæculari, & probatur ex Brevi Clementis VIII. nu. 104. Et ex verbis Bullæ Gregorianæ, nu. 105. Sed contrarium est verius, ut non sit obligatus stare processui facto à Curia sæculari, nu. 106. Imò quòd debeat super prætenso delicto novas probationes recipere, num. 107. Et probatur à num. 108. Et respondetur Brevi Clementis VIII. n. 112. Amplia hanc secundam opinionem, ut multò magis procedat, si urget aliqua suspicio contra testes examinatos à Curia sæculari, num. 113. Fallit de consuetudine in Cathalonia & Sardinia, n. 124.*

108 *Acta instructoria unius Judicii non probant in alio, nisi inter easdem personas, & in eisdem causis.*

109 *Cognitio Causæ ubi delegatur, intelligitur etiam data facultas sumendi probationes pro tali cognitione.*

110 *Probationes quæ fiunt, sine partis citatione, vim non habent, neque in civilibus, neque in criminalibus.*

111 *Processus factus à Judice incompetenti nullam fidem facere potest, nu. 121.*

114 *Episcopus si prudenter credat processum Curiæ sæcularis in causa immunitatis Ecclesiæ esse legitimè factum poterit ei stare, maximè si est factus à Curia sæculari, antequam delinquens ad Ecclesiam confugiat, num. 124.*

116 *Cancellarius si agitur de privilegio fori, non potest stare processui facto per Curiam sæcularem, fallit de consuetudine in Cathalonia, & in Sardinia.*

117 *Acta facta coram Judice sæculari non probant, nec indicium faciunt coram Judice Ecclesiastico.*

118 *Judex Ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per Judicem sæcularem remittentem clericum à se captum, nec quoad capturam clerici, nec quoad inquisitionem formandam, n. 119.*

120 *Confessio clerici facta coram Judice sæculari ad nullum prodest effectum.*

122 *Judex cui fit delinquentis remissio, non debet stare processui Judicis remittentis.*

123 *Confessio facta coram Judice incompetenti, an sufficiat ad torquendum, remissivè.*

124 *Cancellarius in Cathalonia, & Sardinia sive agatur de privilegio fori, sive de immunitate Ecclesiæ, solet stare processui facto à Judice sæculari, & probatur hæc observantia, nu. 125. 126. & 127.*

128 *Reus inquisitus de delicto qualificato, an sit audiendus in suis defensionibus coram Cancellario competentiarum circa exclusionem ipsius qualitatis, opinio negativa ibidem, affirmativa, nu. 129. & hæc secunda practicanda est in Corona Aragonum, num. 130.*

131 *Testes deponentes super coarctata debet Judex illos recipere in carceribus.*

131 *Satellitibus, Nuntiis, & Birruariis creditur deponentibus ad favorem rei capturam fecisse in Ecclesia, seu in loco Sacro.*

132 *Reus si affirmat se captum in loco Sacro, si contradicunt Satellites, & Birruarii, quibus magis est credendum, num. 133. & quid extante consuetudine, num. 134. & quid si plures Birruarii super hoc deponerent, vel alia concurrerent adminicula, ibidem, sed fallit in Cathalonia, post nu. 138.*

135 *Judex affirmante reo se capto in loco Sacro, negantibus Satellitibus, & Birruariis, attendere debet verba Satellitum, & considerare omnes circumstantias, & secundùm illas se regulare, num. 135. & quas circumstantias advertere, & considerare debet, num. 136. 137. & 138.*

139 *Nuntiis, & Birruariis, & Satellitibus, quando, & in quibus casibus credatur.*

140 *Assertioni rei dicentis fuisse captum extra Ecclesiam non est credendum, quando per testes probaretur contrarium.*

141 *Communicatio processus Curiæ sæcularis, vel illius copia in causis contentionum per Cancellarium, seu per arbitros concedi non potest, intellige si processus Curiæ sæcularis non fuerit reo publicatus, nu. 144. secus si fuerit publicatus, n. 148. nisi in eo fuerint complices delicti num. 154.*

142 *Informatio extrajudicialis sufficit in Tribunali competentiarum.*

143 *Processus informationis extrajudicialis non publicatur nec illius copia conceditur.*

145 *Communicatio processus si reo, concederetur ante illius publicationem, plures juris regulæ frangerentur.*

146 *Copia processus criminalis reo non datur, nec dari potest, nisi post illius publicationem, nu. 146. nec reo, nec accusatori, etiam si accusator illam petat pro Fisci interesse, ut possit alia indicia subministrare, num. 147.*

149 *Copiam in criminalibus, seu processus communicationem dandam esse reis post illius publicationem nedum indiciorum, n. 149. sed etiam actorum, num. 150. & omnium actorum & indiciorum, & eorum omnium, quæ ad reum pertinent, & si minimo ei nocere possint, 151. ac etiam testium receptorum in processu informativo, quamvis Fiscus, & pars nolint illis juvari, nu. 152. ac etiam in atrocissimis & reus sit malæ famæ, n. 152. sivè procedatur per viam accusationis, sivè inquisitionis, ibidem, nisi sint complices delicti, & socii criminis ipsius rei, n. 154.*

153 *Copia nominum sociorum non datur reis in delictis, nu. 154. nisi tolleretur etiam in minimo ipsis reis facultas defensionis nu. 155.*

156 *Copia processus quomodo tradenda est judici Ecclesiastico, quando Clericus remittitur à Judice laico ad Ecclesiasticum, & sunt in processu socii criminis subjecti jurisdictioni Judicis sæcularis.*

157 *Copia indiciorum, & actorum in criminalibus danda est expensis rei petentis, num. 158. nisi reus sit pauper, nam tunc gratis dari debet numer. 158.*

159 *Copiam si reus noluerit, sed tantùm processus communicationem, Scriba causæ illum communicare debet receptis tantum duobus regaliis, num. 159. nisi reus fuerit receptus in eleemosyna carceris, vel fuerit alias pauper, nam tunc Scriba causæ nihil exigere potest pro hujusmodi communicatione ibidem.*

160 *Communicatio processus in civilibus, seu illius copia danda est partibus cujus interest, num. 160. exceptis interrogatoriis & dictis testium, quæ communicari non debent, nec illius copia tradi, nisi facta publicatione, num. 161. idque expensis editionem petentis, nisi copia primi libelli num. 162.*

163 *Repulsa, seu reprobatio testium an admittatur in causis contentionum, opinio negativa, ibidem, affirmativa, num.* 169. *quid in Cathalonia, num.* 178.

164 *Repulsa, seu reprobatio testium in causis summariis non conceditur, intellige in illis causis quibus sufficit levis, & apparens probatio, num.* 169. *secus in illis quibus saltem semiplena requiritur probatio, num.* 170.

165 *Repulsa, seu reprobatio testium non conceditur in eo judicio, quod potest reparari per ordinarium, ubi diffinitivè est jus dicendum.*

166 *Repulsa, seu reprobatio testium in judicio possessorio summarissimo non conceditur, nec quoad personas, nec quoad dicta, n.* 167. *&* 168.

171 *Repulsa, seu reprobatio testium est species defensionis.*

172 *Repulsa, seu reprobatio testium admittitur in judiciis possessoriis, in quibus semiplena saltem requiritur probatio.*

173 *Repulsa, seu reprobatio testium admittitur in judicio attentatorum, nisi repulsa in judicio attentatorum per calumniam peteretur, nu.* 174.

175 *Repulsa testium semper denegatur, ubi per malitiam, & calumniam petitur, num.* 175. *secus illa cessante, nam tunc etiam in possessoriis datur, num.* 176.

177 *Repulsa testium conceditur in summariis, ubi præjudicium esset irreparabile.*

179 *Transigens an videatur fateri delictum, quid in Cathalonia, num.* 180. *&* 181.

182 *Transigens cum Curia non videtur fateri delictum in Cathalonia, etiam pretio soluto, quoad Ecclesiæ immunitatem.*

183 *Veniam postulans an censeatur fateri delictum.*

184 *Forma supplicationis ad introducendam coram Domino Cancellario causam contentionis, & etiam petendi revocationem attentatorum, numer.* 185.

186 *Forma offerendi articulos in causis competentiarum est eadem, quæ practicatur in causis ordinariis.*

187 *Forma supplicationis ad petendam coram Cancellario prorogationem Contentionis.*

DECISIO XXI.

1 CAncellarius si causa contentionis est ei devoluta, quia Arbitri intra quinque dies non declaraverint, illam declarare tenetur intra terminum triginta die-
2 rum, ut dixi *decis.* 17. *à num.* 30. & isti triginta dies currere incipiunt ipso jure, & facto immediatè post quinque dies Arbitris ad declarandum concessos, ut dixi *decis.* 17. *num.* 33. & sunt continui, ac currunt
3 de momento ad momentum, diebus feriatis, & non feriatis, ut tradidi *decis.* 16. *à numer.* 88. *& decis.* 17. *numer.* 36. *& hac decis. numer.* 38. *& infrà decis.* 22. *à num.* 53.

4 De jure communi dilationes in causa immunitatis Ecclesiæ dandæ sunt reo, de cujus præjudicio agitur, intra quas audiri potest, & suas facere defensiones; at potest ordinarius Ecclesiasticus illas restringere secundùm Arbitrium, Ciarlin. *controv. foren. cap.* 10. *num.* 151. *par.* 1. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disputation. unica, punct.* 13. *num.* 14. Diana *resol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 30. *versic. Quæro quarto*, contra Giurba *cons.* 50. *num.* 5. Vermigliol. *cons.* 103. *num.* 2. Barbosa *de jure Eccles. uni. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 198. *in fine* Farinac. *cons.* 168. *num.* 64. *& de immun. Eccles. num.* 326. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 45. *num.* 5.

5 Sed quod attinet ad nostram praxim, quæro 1. intra quantum tempus Fisci Procuratores utriusque Curiæ, seu partes privatæ si illi assistunt, tenentur dare prætensiones suas, & illas coram Cancellario uti Tertio contentionum probare? Resp. Distinguendo duos casus.

6 Primus est in Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ, qui potest prætensiones suas dare, & illas coram Cancellario probare intra triginta dies, ut probat de jure Cathaloniæ *pragmatic. final. ac content. jurisdict.*

Secundus casus est in fisci Procuratore Curiæ sæcu- 7
laris, qui prætensiones suas dare debet, & illas probare, ac processum in sua Curia fabricatum producere intra primos quindecim dies, ex illis triginta diebus Cancellario ad declarandum concessis, ut probat de jure nostro *pragmat. fin. de content. jurisdict.* Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 172. *versic. postea verò in dictis capitulis in fine*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versic. ulterius, versic. intellecto tamen, & in versic. jam nunc ex prædictis*, Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 31. *num.* 35. ita fuit observatum per Cancellarium Agullana 27. Aprilis 1606. in causa immunitatis Ecclesiæ Raymundi Laudo.

Illis autem primis quindecim, diebus elapsis, Fisci 8
Procurator Curiæ sæcularis amplius jus suum probare non potest, nec processum in sua Curia actitatum producere, *dicta pragmat. fin. de content. jurisdict.* notat Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *versi. ulterius, ibi intellecto tamen.* Adeò quòd si Fisci Procurator Curiæ sæcularis elapsis primis quindecim diebus probaverit, cùm probationes sint factæ extra tempus, nullæ 9
sunt, Azin. *in prax.* §. 25. *cap.* 20. *num.* 2. & 3. Flamin. Cartar. *decis.* 85. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *à num.* 21. Fontanella *decis.* 162. *num.* 2. *par.* 1. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 14. *numer.* 44. *& var. cap.* 5. *numer.* 192.

Ratio est, quia omnis dilatio probatoria de jure com- 10
muni est peremptoria, *leg. fin. ff. de feriis*, Paz. *in prax. par.* 1. *tom.* 1. *temp.* 8. *a num.* 22. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 21. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 14. *num.* 44. Mynsing. *cent.* 1. *obser.* 71. Mascard. *de prob.* 11
concluf. 517. *numer.* 3. Barbosa *in cap. fin. numer.* 3. *de dilat.* licèt non dicatur, ne lites in longum protrahantur, Natta *cons.* 251. *numer.* 1. Capicius *decis.* 81. *num.* 1. *& decis.* 90. latè Azin. *in prax.* §. 22. *cap.* 2. plures alios Ripoll. *var. cap.* 5. *num.* 1. Fontanella *decis.* 12
161. *num.* 23. *par.* 1. Fermosinus *in cap.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 3. *de dilat.* ut nec admittatur purgatio moræ etiam re integra, Surdus *decis.* 203. *& cons.* 97. *à numer.* 16. Gratianus *discep. foren. cap.* 710. *num.* 12. *&* 29. *& cap.* 752. *num.* 52. *& cap.* 755. *num.* 31. Fontanella *decis.* 161. *numer.* 7. *part.* 1. Fermosinus *in cap.* 1. *quæst.* 5. *numer.* 4. *de dilat.* Barbosa *in cap. fin. numero* 4. *de dilat.* & de jure Cathaloniæ *constit.* 10. *de dilation.* Fontanella *dicta decis.* 161. *numer.* 12. *part.* 1.

Præterea, quia Fisci Procurator Curiæ sæcularis 13
permittens sibi labi tempus illorum quindecim dierum, videtur dilationi renuntiasse, latè Tiraquellus *de tractat. consang.* §. 1. *glossa* 2. *à numer.* 42. Surdus *decis.* 203. *à numer.* 1. *& cons.* 8. *à num.* 7. *& cons.* 97. *à num.* 19. Ramon noster *cons.* 6. *num.* 80. Fontanella *decis.* 161. *numer.* 6. *&* 7. *par.* 1. & eo ipso quòd permittit sibi labi tempus, fuit Curiæ Ecclesiasticæ jus quæsitum, Castren. *in lib.* 1. *C. de dilat.* Chartar. *decis.* 65. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 26. cum temporis lapsus fortior sit defectus, quàm tacita sive expressa renuntiatio, Cancer. *par.* 3. *variar. cap.* 12. *num.* 23. & alia plura accommodabilia refert Fontanella *decis.* 161. *par.* 1. Mattheu *de regimine Regni Valentiæ, tomo* 2. *cap.* 7. §. 1. *sectione* 4. *num.* 122. Sed hæc communiter intelligunt Doctores vera esse, si per partem opponatur, plures Cancer. *par.* 3. *variarum resolutionum, capite* 21. *num.* 26. latè Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 6. *a num.* 109. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 14. *numer.* 44. at parte tacente probationes factæ extra tempus valent, Oliba *de actionibus, par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 24. Cancer. *part.* 1. *variar. cap.* 20. *numer.* 26. Xammar. *de offic. jud. par.* 3. *qu.* 4. *nu.* 21. *&* 22. Ripoll. *variarum c.* 5. *n.* 215. *&* 216. *& in additione ad* Peguer. *in pract. civil. rub.* 14. *n.* 45. quidquid dicat Fontanella *dec.* 24. *nu.* 12. *par.* 1. quia contraria sententia est verior ut probat aliis citatis Ripoll. ad Peguer., *in pract. civil. rub.* 18. *à nu.* 42.

Prædicta limita primò, nisi per Fisci Procuratorem 14
Curiæ

Curiæ Ecclesiasticæ finitis primis quindecim diebus, major dilatio, nempè aliorum quindecim dierum petita fuerit, quia tunc illa dilatio partibus communis esse censetur, & Fisci Procurator Curiæ sæcularis, seu pars privata, si illi assistat, elapsis primis quindecim diebus intra secundos quindecim dies prætensiones suas dare, & illas probare potest ut probat *dicta pragmatica fin. de cont. jurisdict.* Peguera *in pract. crimin. c. 26. n. 7. versic. ulterius*, ibi: *intellecto tamen*.

15 Regulariter enim dilationes semper sunt communes, etiam si uni parti tantùm concedantur, *leg. petendæ, C. de tempor. in integr. restit. postulata*, Ripoll. *variarum, cap. 5. num. 2.* Barzius *decis. 67. numer. 3.* Afflict. *decis. 89. in fine*, Maranta *de ordin. par. 6. de dilat. num. 18.* Guazzinus *defen. 24. cap. 4. num. 10.* Fermosinus *in cap. 1. quæst. 5. num. 8. de dilat.* Fon-
16 tanella *decis. 135. num. 11. part. 1.* Adeò quòd si dilatio concedatur privilegiato putà minori vigore restitutionis in integrum communis est adversario, tametsi majori, Gomez *tom. 2. variar. capit. 14. numer. 5.* ubi Laynez *num. 6. versic. & prædicto* Guttier. *lib. 2. pract. quæst. 12. numer. 2.* latè Pereira *in leg. si curatorem habens, verbo adversarii dolo, num. 22.* Muscatel. *in prax. par. 6. verbo communis*, Franchis & ibi addent. *decis. 269.* Afflictis, & ibi Ursil. *decis. 213.* Mastrill. *decis. 42.* Valas. *cons. 25.* Capicius *decis. 170.* Osascus *decis. 97. num. 4.* Barbosa *in clement. si appellantium num. 4. de appellat. & in leg. fin. C. de dilat. & in lib. 6. C. de tempor. in integ. restit. & in cap. fin. num. 6. de dilat.* Fermosinus *in cap. 1. quæst. 5. nu. 9. de dilat.* Guazzinus *defen. 24. cap. 4. nu. 10.* Ferrer. *par. 3. observ. cap. 480.* Oddo *de restit. in integ. par. 1. quæst. 47. art. 11. nu. 50. & par. 2. quæst. 65. art. 11. num. 77.* Paz. *in prax. tom. 1. tempor. 8. num. 116.* Narbona *lib. 34. glos. 6. tit. 11. libr. 2. recop. fol. 277.* Fontanella *decis. 112. à num. 1. & decis. 135. num. 12. par. 1.* Ripoll. *var. cap. 5. num. 3.* & in Addition. ad
17 Peguer. *in pract. civil. rub. 14. numer. 41.* Etiamsi minor restituatur ad probandum didiscitis testificatis, dilatio ei concessa, etiam adversario, quamvis majori prodest, Ursil. ad Afflict. *decis. 89. nu. 1.* Muscatel. *in prax. civil. par. 6. verbo communis num. 5.* Faber *in suo C. lib. 4. tit. 15. dif. 36.* Cancer. *par. 1. var. cap. 20. num. 40.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 18.* quidquid dicat Pereira *in leg. si curatorem habens verbo adversarii dolo, num. 22.* quia contra eum, & alios est verior sententia, ut per Fontanellam *dec. 102. num. 26. par. 1. & de pact. nup. tom. 1. claus. 4. gloss. 18. par. 4.*
18 *num. 14.* intellige circa eumdem articulum, non circa diversum, & quod ad illud caput in quo minor illam impetravit, non in aliis capitibus, *leg. etiam §. 1. ff. de minorib.* Afflict. & ibi Ursil. *decis. 89.* Capici *dec. 170.* Franchis *decis. 269. num. 7.* Muscatel. *in prax. civil. par. 6. verbo communis, ex num. 3.* Oddo *de restit. in integ. part. 1. quæst. 47. art. 11. numer. 50. versi. concordia*, latè Fontanella *decis. 112. à numer. 9. & decis. 135. num. 15. par. 5.*

19 Limita 2. Ut procedat, si per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ dilatio aliorum quindecim dierum petita non fuerit, sed die ultima termini priorum quindecim dierum, residuis quindecim diebus renuntiaverit, quod facere potest, ut fuit observatum per Cancellarium Puigmari 4. Februarii 1630. *in facto contentionis super repetitione personæ Guillelmi Rovirola*, & per eumdem Cancellarium Puigmari 8. Maii 1630. Consultoribus Raimon, Gujamet, & Lorens *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Bernardini Blanco Vallis de Aneo*, & per dictum Cancellarium Puigmari 2. Octobris 1630. *in facto dubii occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Antonii Lauri Sergas*, & per Cancellarium Erill, Consultoribus Guerau, & Vinnes 13. Februarii 1634. *contra Sperantium Suler viduam*; secus verò si non renunciaverit isti ulteriori dilationi, quo casu ex tacito consensu Curiæ Ecclesiasticæ, Fisci Procurator Curiæ sæcularis intra secundos quindecim dies potest jus suum ostendere, & illud probare, ad Cancer. *par. 3. var. cap. 12. num. 41.* & fuit practicatum de mense Februarii anni 1637. per Cancellarium Erill in causa con-

tentionis immuniratis Ecclesiæ allegatæ per Antonium Trotxo Figulum Civem Barcinonæ, & est sciendum, quòd ministratis testibus per Fisci Procuratorem Curiæ sæcularis intra secundos quindecim dies non potest Curia Ecclesiastica ulteriori dilationi renuntiare in præjudicium Curiæ sæcularis, quia ipsi jam est jus quæsitum per ea quæ tradunt Franchis *decis. 269.* Muscatel. *in prax. par. 6. verbo communis, num. 7.* Costa *de re integra distinct. 52. à num. 14.* Guttier. *pract. lib. 2. quæst. 22. à num. 2.* Fontanella *decis. 112. numer. 6. & decis. 133. num. 13. par. 1.* Ripoll. *var. cap. 5. num. 4. & 5.* & in Addit. ad Peguer. *rub. 18. num. 39.* Cancer. *par. 3. var. cap. 12. num. 40. in fine*, quinimò si Curia 21
Ecclesiastica renuntiaverit intra secundos quindecim dies, potest nihilominus Fisci Procurator Curia sæcularis intra illos jura sua deducere, & probare, ad Guttier. *pract. lib. 2. quæst. 22. num. 4.* Gomez *in l. 22. Tauri, num. 24.* Guazzin. *defen. 24. cap. 4. num. 10.* Ripoll. *var. cap. 5. nu. 6. & 7.*

Limita 3. Si testes fuerint citati, & jurati intra ter- 22
minum priorum quindecim dierum, quo casu, & si Curia Ecclesiastica termino aliorum quindecim dierum renuntiaverit, nihilominus extra terminum priorum quindecim dierum recipi possunt, quia depositio testis retrotrahitur ad tempus juramenti, ut tradunt Peguera *in pract. civis. rub. 14. num. 33. & rub. 18. n. 6.* Cancer. *par. 1. var. resol. cap. 20. nu. 99. & par. 3. c. 22. à n. 47.* Farinac. *in prax. par. 2. q. 80. n.* Menoch. *de arbit. jud. q. 30. n. 15.* Surdus *cons. 8. nu. 1.* Scaccia *de jud. lib. 2. c. 3. à num. 182.* Ripoll. *var. c. 5. nu. 198.* quidquid distinguant inter dilationem legalem, & conventionalem, Surdus *cons. 8.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 54.* Chartar. *dec. 4.* quia contra eos, & alios est verior sententia, ut per Fontanellam *decis. 22. à n. 15. par. 1.*

Quæro 2. An Cancellarius possit terminum triginta 23
dierum prorogare, hæc quæstio est valdè controversa, de qua latè Fermosinus *in c. 1. q. 2. de dilat.*

Sed Respondeo quòd non, quia dilationes legales, & 24
statutariæ à Judice prorogari nequeunt, communiter Doctores *in lib. 2. ff. de re judic.* Menochius *de arbitr. casu 52. à num. 3.* Osascus *decis. 22. à num. 13.* Borell. *in sum. decis. par. 1. tit. 47. de delat. num. 52.* Covar. *lib. 2. var. cap. 12. nu. 5.* Mastril. *decis. 178.* Gratian. *discep. foren. cap. 239. num. 22.* Pereira *decis. 61. num. 9.* Barbosa *in cap. præterea à num. 9. de dilat.* Mieres *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ, tom. 2. collat. 10. cap. 27. num. 31.* Cancer. *par. 3. var. c. 16. à nu. 146.* Xammar. *de offic. jud. par. 1. qu. 6. à nu. 91.* Ferrer. *in constit. hac nostra temp. 2. decl. 4. numer. 122.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clau. 4. gloss. 15. numer. 160. & decis. 161. numer. 12. par. 1.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 14. num. 36.*

Limita primò de consensu ambarum Curiarum, quo 25
casu potest Cancellarius terminum triginta dierum prorogare, & ita practicatur quotidie in Cathalonia, & tenet Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinon. rub.* 26
11. num. 18. notat Fontanella *decis. 409. num. 17. par. 2.* & idem in Regno Valentiæ probat *forus 9. ann. 1564.* Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 131. in fine, & num. 126.* & idem in Regno Majoricarum, quia dilationes legales de consensu ambarum partium à Judice prorogari possunt, *leg. quod si nolit, §. 1. ff. de ædilit. edicto*, Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 15. à num. 161.* latè Cancer. *par. 3. var. cap. 12. à num. 34.* Ripoll. in addit. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 14. n. 40. & in leg. Titio centum §. 1. n. 83. ff. de condit. & demonstrat.* Gomez *in l. 22. tauri, num. 4.* Guttier. *pract. lib. 2. qu. 22. num. 4.* dixi *num. 25.* à Judice de consensu ambarum Curiarum, quia partes solæ ab- 27
sque Judice dilationes prorogare non possunt, *gloss. in lib. 2. §. sed si Judex, verbo inhibitia, ff. de jud. l. ad prorogandum, C. de judiciis*, Ripoll. *var. cap. 5. num. 18.* Mattheu decisionem Cancellarii Regni Valentiæ referens *tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 126.* In Regno verò Sardiniæ terminus contentionum prorogatur ad solam voluntatem, & petitionem Promotoris fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ absque aliquo consensu Curiæ sæcularis, & ita vidi millies observatum.

Limita 2. Existente justa causa, quo casu potest 28

Cancellarius terminum triginta dierum prorogare, ad Cancer. *par.* 1. *cap.* 20. *num.* 109. *verſic. & ſit, & par.* 2. *var. cap.* 16. *n.* 37. *& par.* 3. *cap.* 18. *n.* 107. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *qu.* 6. *à num.* 93. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 16. *num.* 32. Ferrer. *in conſtit. hac noſtra temp.* 2. *decl.* 4. *nu.* 120. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *qu.* 25. Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 79. Menochius *de arbit. jud. caſu* 52. Fermoſinus *in cap.* 1. *quæſt.* 2. *à num.* 7. *& qu.* 3. *à num.* 2. *de dilat.* qui tradunt juſtas cauſas prorogandi à Judice dilationes legales abſque conſenſu partium.

30 Sed poteſt dubitari, qualis & quanta poſſit eſſe hæc termini prorogatio? de jure latè Fermoſinus *in cap.* 1. *quæſt.* 5. *à nu.* 2. *de dilat.* & licèt videatur, quòd Cancellarius non poſſit facere prorogationem, niſi per alios triginta dies, quia prorogatio non poteſt eſſe majoris
31 temporis, quàm fuit primum tempus, ut tradit Celſus Hugo *conſ.* 51. *num.* 5. & 8. & in materia reſtitutionis in integrum, reſtitutio tantum dat, quantum læſio abſtulit, & non plus, *leg. fin. ff. de minor. ib. leg. ſed & ſi per Procuratorem*, §. *feriæ*, *ff. ex quib. cau. major. leg.* 1. *C. ſi adver. liber.* Giurba *dec.* 19. *num.* 7. *& dec.* 36. *num.* 12. Muta *dec.* 25. *numer.* 6. *&* 7. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 28. *par.* 1. *numer.* 98. *& 99. & latè deciſ.* 22. *à num.* 11. *latiſſimè dec.* 103. *à num.*
32 7. *par.* 1. Nihilominus à tempore immemoriali in Cathalonia, Sardinia, & Regno Majoricarum ſervatur contrarium, nam Cancellarius in Cathalonia, & in Regno Majoricarum de conſenſu ambarum Curiarum, & in Regno Sardiniæ de conſenſu Curiæ Eccleſiaſticæ ad libitum terminum cauſarum contentionum toties quoties per tempus benè viſum prorogat, & vidi in Cathalonia, & Sardinia milles practicatum, & in Regno Majoricarum fuit ita obſervatum in cauſa contentionis ſuper gabella quinti vini, quæ fuit prorogata ab anno 1613. uſque ad annum 1657. quo fuit declarata per Procancellarium Patrem Hieronymum Vincentium Maymo, Conſultoribus Mir, Guells, Armella, Deſcals, & Salzedo 6. Martii dicti anni 1657.

33 Unum te ſcire volo, in quo peritiores errare vidi quòd in Cathalonia, etſi contentio ambarum Curiarum conſenſu fuerit prorogata, nulla ex Curiis lapſis primis triginta diebus probationes facere poteſt, nec admittuntur articuli, nec ſupplicationes, & quod magis eſt, nec petitiones, ſeu ſchedulæ aliquæ, & ſi de facto efferantur, Cancellarius nihil in illis providere poteſt, niſi dumtaxat ſupplicationes quibus prorogatur terminus ad declarandum, notat Ripoll. *in pract. vicar. Barcin. rub.* 11. *ſub num.* 18. & ita inconcuſsè practicatur. In Regno Aragonum ambæ Curiæ *per forum anni* 1585. *titul. de Cancel. compet.* debebant probare, & jura ſua coram Cancellario deducere intra triginta dies, Molinos *in pract. Reg. Arag. tit. proceſſo de competentia de juriſdict. fol.* 334. *verſic. todo lo qual. & verſic. oy*
34 *ſegun*, hodie autem in Regno Aragonum probationes admittuntur in competentiis, etiam poſt concluſum in cauſa, exemplaria refert Suelves *conſ.* 10. *num.* 15. *lib.* 2. ſequitur Urrutigoyti *in paſtor. regul. par.* 3. *vot.* 1.
35 *num.* 4. *& voto* 7. *num.* 12. & in Regno Sardiniæ prorogata contentione poſt lapſum priorum triginta dierum fiunt, & fieri de conſuetudine poſſunt novæ probationes, prout illæ factæ fuerunt in cauſa contentionis Joannis Villino prætenſi clerici Civitatis Saſſaris, per quas fuit contentio in ſui favorem declarata per Cancellarium Don Georgium Carcaſſona, Conſultoribus Andreu, Brunengo, & Carcaſſona 12. Junii 1652. & fuit mihi relatum, idem fuiſſe factum in cauſa contentionis Don Gregorii Uſay prætenſi Clerici conjugati & in aliis ſimilibus, in Regno Majoricarum etiam prorogata contentione fiunt probationes, & exhibentur inſtrumenta, ut fuit obſervatum in cauſa contentionis ſuprà relata *num.* 32.

36 Quod adeò in Cathalonia verum eſt, quòd etſi viſura ſit ſuperlativa probatio, & fortior de mundo, omneſque alias probationes ſuperet, & ſit tàm privilegiata, ut quandocumque peti poſſit, cum numquam cenſeatur excluſa, Barzius *deciſ.* 17. *nu.* 7. *&* 8. Farinac. *in prax. par.* 2. *qu.* 75. *num.* 172. Carroc. *excep.* 50. Coſta *de re integra diſtinct.* 27. Barboſa *in cap. ex tenore nu.* 4. *de teſtibus*, Ripoll. *var. cap.* 5. *à n.* 209. Fontanella *dec.* 239. *n.* 12. *p.* 2. & alii plures ſuprà relati *dec.* 2. *n.* 15. Tamen viſura contentione prorogata poſt lapſum triginta 37
dierum concedi non poteſt, ut fuit declaratum per Cancellarium Puigmari 29. Februarii 1622. Conſultoribus Magarola, Bonet, Roca, Morell, & Rolland, in cauſa contentionis Joſephi Papio Villæ de Falcet, ut teſtatur Ripoll. *in pract. vicar. Barcinon. rub.* 11. *ſub num.* 18. vide infrà *dec.* 24. *num.* 161.

Quæro 3. An terminus triginta dierum conceſſus 38
Cancellario in cauſis contentionum ſit continuus? Reſpondeo quòd ſic, de jure Cathaloniæ *pragmat. fin. de content. juriſd.* Michael Ferrer. *par.* 3. *obſerv. cap.* 172. *verſic. poſtea verò in dictis in fine*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *ulterius*, Fontanella *deciſ.* 409. *à num.* 17. *par.* 2. De Regno Aragonum *forus* 5. ubi Bardaxi *in prin.* Portoles *à num.* 5. *de compet. juriſdict.* Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. proceſſo de compet. juriſdict. fol.* 335. *col.* 1. *verſic. advierteſe*, Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 6. *in fine* De Regno Sardiniæ probat Regia 39
pragmatica de qua Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 35. quod an juri communi ſit conforme; pro utraque tractat Portoles *foro* 5. *num.* 5. *&* 6. *de compet. juriſd.* Sed veritas eſt, quòd eſt illi conforme: nam in dubio omne tempus præſumitur continuum, non utile, nec interpollatum, Gloſſ. notabilis *in rub. ff. de diver. & tempor. præſcrip. lib.* 3. *gloſſ. penultima naturaliter*, *leg. numquam*, *ff. de uſucap.* alia jura, & Doctores citant Surdus *deciſ.* 189. *num.* 1. Amat *deciſ.* 169. *numer.* 7. Azin. *in prax.* §. 12. *cap.* 1. *numer.* 1. Bard. *de tempore uti & contin. cap.* 3. *num.* 9. *& cap.* 8. *num.* 1. *in* 5. *vol. tract.* Guttier. *canon. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 23. *&* 24. Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib.* 1. *cap.* 42. *à num.* 121. Poſtius *obſer.* 84. *num.* 36. Ripoll. *var. cap.* 5. *num.* 24. Ramon. *conſ.* 6. *nu.* 7. 8. Fermoſin. *in cap.* 1. *quæſt.* 10. *à num. de dilat.* Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 11. *à num.* 178. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *gloſſ.* 18. *par.* 4. *à num.* 37. *ad* 46. *& deciſ.* 410. *num.* 14. *par.* 2. qui *nu.* 15. limitat niſi appareat de contrario, *& à numer.* 17. tradit exemplum limitationis in ſupplicationibus ab interlocutoriis.

Et currit terminus triginta dierum de momento ad 40
momentum, & dies termini computatur in termino, ut fuit declaratum in Cathalonia per Melendich Tertium 15. Novembris 1578. Conſultoribus Cordelles, Balle, & Fontpaſtor, in favorem Jacobi Paſtor Presbyteri, contra Petrum Balleſtar, & latè probat Fontanella *deciſ.* 409. *à num.* 17. *par.* 2. De Regno Aragonum Portoles *foro* 1. *nu.* 23. *de compet. juriſd.* Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *num.* 6. Urrutigoyti *in paſtor. regul. par.* 3. *voto* 8. *num.* 4. ſed malè obſervatur in Regno Sardiniæ, ubi prædictum tempus non currit de momento ad momentum, nec dies termini computatur in termino, quod an juri communi ſit conforme, videndi ſunt Cevallos *com. cont. com. lib.* 401. Trentacinquius *lib.* 2. *var. reſol. de dilation. reſol.* 1. Vela *diſſert.* 18. *tom.* 1. Suelves *conſ.* 15. *numer.* 4. *&* 5. *lib.* 1. Fontanella *deciſ.* 408. 409. *par.* 2. Fermoſinus *in cap.* 1. *quæſt.* 10. *de dilat.* qui innumeros citant.

Et comprehendit tam dies feriatos, quàm non feria- 41
tos, adeò quòd ſententia Cancellarii in die feriata fieri poteſt, ut infrà *dec.* 24. *de ſententia à nu.* 53.

Quæro 4. Devoluta cauſa contentionis ad Cancella- 42
rium, ubi ſint teſtes recipiendi? Reſpondeo quòd illius Curiæ Cancellarius committit receptionem teſtium & juramenti Scribæ ſuo, & pro recipiendis extra urbem mandat expedire litteras compulſorias, intimato prius parti ad videndum illos jurare, ut tradit Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *verſic.* 22. *Aprilis* 1603. *fol. mihi in additionatis per* Ripoll. 522. ut fuit obſervatum per Cancellarium Puigmari 30. Julii 1623. in cauſa contentionis ſuper repetitione perſonæ Michaelis Subira quam ad litteram referam *deciſ.* 24. *num.* 207. & pet Cancellarium Soler 21. Junii 1656. Conſultoribus Codina, Villoſa & Serra de qua memini infrà *deciſ.* 24. *n.* 135. quod an ſit conforme juri communi, videndi ſunt Farin. *in prax. par.* 2. *qu.* 77. *num.* 104. Laderch Imolen. *conſ.* 202. latè Maceraten. *lib.* 3. *reſol.* 25. Guazzin. *defenſ.* 28. *cap.* 10.

Litteras

43 Litteras compulsorias concedere pro testibus alibi recipiendis ex arbitrio Cancellarii, attenta qualitate causæ, conditione personarum de quibus agitur, & metu falsorum testium, quo casu potest jubere, quòd testes ministrandi coram eo exhibeantur, & recipiantur, Peguera *pract.crim.cap.26.versic.scire tamen debes, folio mihi in additionatis per Ripoll.* 522. ubi refert ita vidisse deliberatum per Doctores trium Aularum super facto immunitatis allegatæ per Petrum Voltor, cui fuerunt denegatæ litteræ compulsoriæ, & provisum, quòd testes per eum ministrandi ab eodem Cancellario examinarentur: Sed in Regno Sardiniæ 16. Maii 1652. per Cancellarium Carcassona, Consultoribus Andreu, Brunengo, & Carcassona fuit declaratum contra Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ, & in favorem Promotoris Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Turritanæ in causa contentionis super receptione personæ Joannis Villino asserti Clerici tonsurati Civitatis Sassaris, fuit provisum quòd expedirentur litteræ compulsoriæ & remissoriæ pro testibus recipiendis in civitate Cassaris, ex quo non militabat suspicio, & præsumptio falsitatis, quæ per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ allegabatur, Scriba Michaele Manca Notario.

44 Si tamen reus est pauper, & Cancellarius denegat compulsorias, compelluntur testes coram Cancellario venire expensis Regiæ Curiæ, ut tradit Peguera *dicto c.26.vers. scire tamen debes in fine*.

45 Litteræ compulsoriæ expediri mandatæ per Cancellarium, si provisæ fuerint cum causæ cognitione, ut in casu Regni Sardiniæ *supra relato num.*43. & antequam pars dictis litteris uteretur, dictus Cancellarius decesserit, vel aliàs recesserit à loco, ubi residet Regia Audientia, eo tunc virtute dictarum litterarum testes recipi possunt; secus tamen est, si fuerint provisæ & expeditæ sine causæ cognitione, per ea quæ tradunt Bartol. *in l. more majorum*, ubi Socin. *à nu.* 81. *ad* 85. *ff. de jurisd. omn.jud.* Franchis *decis.*405. Guido Papa *dec.*491. Covar. *pract. cap.* 11. Ferrer. *par.*3. *obser. cap.*132. Peguera *in pract.civil. rub.*6. *numer.*9. Cancer. *part.*2. *var.cap.*2. *à num.*158. *& cap.*15. *num.* 73. *& latius patet.*3.*cap.*17.*à num.*361. Fontanella *de pact. nub. tom.*1. *claus.*4. *gloss.*13. *part.*2. *num.*35. Xammar. *de offic. jud.part.*1.*quæst.*23.*num.*55. Ripoll. ad Pegueram *in prac. civil.rub.*29.*n.*90. *& 91. & var. c.*3,*à num.*27.

46 Quæro 5. An Cancellarius possit punire testes si coram eo falsum deponant? Respondeo quòd potest illos extraordinariè punire, ratio est, quia Judex ordinarius testem coram se falsò deponentem, etsi nullam in eo habeat jurisdictionem, pœna extraordinaria pu-
47 nire potest, *l. nullum C. de testib.* Peguera *in pract.crim. cap.26. vers. præterea posset dubitari*, ibi: *nam cautum*
48 *est, & dec.*60. *numer.*1. *& dec.*79. *num.*3. latè mille aliis citatis Merlin. *controv. tom.*2. *cap.* 71. Caballus *resolut. crim.casu* 261. Galeota *respon. fiscal.*1. *à numer.*1. Guazzin. *defen.*1. *cap.*13.*num.*4. Riccius *in prax.var.res.*140. *à num.*1. Jul. Chartar. *decis.*96. *num.*5. Xammar. *de offic. jud.part.*1.*quæst.*2.*num.*79. Giurba *cons.* 59. *num.* 92. Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*1. *num.*59. *& part.*2.*d.*67. §.
49 2. etiam si Judex ordinarius tantùm cognoscat de causis civilibus, ut infrà *dec.* 35. *n.* 35. quod locum habet, etsi testis speciali privilegio esset exemptus à
50 jurisdictione illius Judicis, coram quo falsum deponit, Peguera *decis.*60. *num.*2. *& decis.*79. *nu.*4. Covar. *pract.c.*18. *num.*8. *circa medium*, Merlin. *lib.*2. *controvers. cap.*71. *num.*8. Xammar. *de offic.jud. parte* 1.*quæst.* 2.*num.*84. *qu.*9. *num.*260. Adeò ut dispositio *l. nullum*, *C. de testib.* procedat, nedum in laico falsum deponente coram Judice Ecclesiastico, data præventione ex parte Ecclesiastici, Covar. *pract. cap.*18. Clar. §. *fin. quæst.*18. *versic.quæro nunc*, Peguera *decis.*79. *num.*6. Bobad. *in polit.lib.*2. *cap.*17. *num.*47. Giurba *cons.* 59. *num.* 92. & 120. Guazzin. *defen.*1.*cap.*18. *numer.*19. Merlin. *tom.*2.*controv.cap.*71.*num.*9. Riccius *in prax. var. resol.* 140. *num.*7. Tondutus *de præven.jud.part.*2.*cap.*47.*num.* 5. Xammar. *de offic.jud. part.quæst.*3. *num.* 82. Fermosinus *in cap. at si clerici quæst.*4. *num.*1. *de judiciis*, Farinac. *in prax. part.*1.*quæst.*8. *numer.*17. *& part.*2. *quæst.* 67.*num.*31. *&* 32. Thomas del Bene, *de Parlament.du-*
*bit.*4. *sect.*19. *subsect.*13.*num.*5. *& de immun. Eccles.tom.* 2.*cap.*9. *dubit.*19. *à num.*7. Jul. Chartar. *decis.* 57. *nu.* 13. *& decis.*96. *num.*7. *&* 8. Cabal. *resol.crimin.casu* 261.*numer.*5. Plures Baron. *de citat. in annotat. ad quæst.*18.*numer.*16. *cum seq.* Peguera *decis.*19. *numer.*7. *vers. Ad secundum*, Riccius *de prud. jud.quæst.*35. *num.*16.*vers. Et nota*, ubi ait quòd post sententiam non potest Judex Ecclesiasticus punire testem laicum qui coram eo falsum deposuit, quia functus est officio suo, citat Bajard. 51
ad Clar. §. *fin. quæst.*38. *num.*38. Afflict. *dec.* 219. Sed etiam in Clerico falsum deponente coram Judice sæculari, *ut tenet gloss. in l. nullum verbo præscriptione*, *C. de testibus*, quam probarunt Bellapertica, Cinus, & Fulgos. *ibid.* sed verum non est ut infrà *dec.*35. *à numer.*38.

Prædicta nedum procedunt in Judice ordinario, sed 52
etiam in delegato, qui pariter testem coram se falsum deponentem punire potest, Peguera *in pract.crim. cap.* 26.*vers. & prædicta*, *& decis.*79. *num.* 3. Covar. *pract. cap.*18. *num.*8. Carol. de Gras. *de effect. clericat. effect.*1. *num.*1160. Cabal. *resolut. crimin. casu* 261. *num.*7. Minsinger. *cent.*6. *observ.* 72. Fachin. *lib.*9. *controv. cap.*26. Surd. *cons.*42. *num.*17. *&* 18. Farinac. *in prax.part.*1.*qu.* 1. *num.*60. *& part.*2.*quæst.*67. *à nu.* 46. Riccius *in prax. var. resol.*140. *num.*9. remissivè Jul. Chartar. *decis.*96. *n.* 53
13. plures Merlin. *tom.*2. *controv. cap.*71. *num.* 22. dummodò sit Principis delegatus, Peguera *in pract.crim.capit.*26. *versic. & prædicta, ibi. sed hoc in delegato*, *& decis.*60. *num.*1. *in fine*, *& decis.*79. *num.*3. *versic.hunc tamen: in primo casu*, Bobad. *in polit.lib.*2.*cap.*18.*num.* 91. Covar. *pract.cap.*18. *sub num.*8. Cabal. *resol. crim. casu* 261. Menochius *de arbit.jud.quæst.* 91. *numer.* 17. Farinac. *in prax. part.*1.*quæst.*1. *n.*61. *& part.* 2. *q.*1. *n.* 61. *& part.*2. *quæst.*67. *num.*51. Galeota *respons.fiscal.* 1. *numer.*10. Fermosinus *in cap. at si clerici quæst.* 3. *num.*6. *de judiciis*, Secus si est delegatus inferioris à Principe Pe- 54
guera, & Covar. *ubi proximè*, Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 13.*num.*4. *versic.in Judice*, Giurba *cons.*59. *num.*92. *versic.id limitat*, Farinac. *in praxi part.*2. *quæst.*67. *à num.* 46. Fermosinus *in cap. at si clerici quæst.*5. *num.*5. *de judiciis*, quando is datus fuit, ut nullam haberet pote-
stratem crimina puniendi, secus si non haberet juris- 55
dictionem ita restrictam, nàm is pariter poterit punire reum prædicti criminis, Peguera, & Covar. *locis relatis*, Cabal. *resol. crim.casu* 261. *post num.*7. Farinac. *in prax. part.*2. *quæst.*67. *à num.*46. Galeota *respons. fiscal.*1. *num.*11. plures Giurba *cons.*59. *num.*92. *versic. quod verum*. Vide Tondut. *de præven. jud. cap.*47. *num.*11. *& 12. part.*2.

Ex quibus concluditur, quòd Cancellarius, sive sit 56
Judex ordinarius in causis contentionum, cùm habeat jurisdictionem à lege *in vim. prag.*6. *de cont en. jurisdic.* prout verè talis est, Urrutigoyti *in pastor. regul. p.*3. *vot.* 8. *num.*18. *vers. unde*, sive sit delegatus, quia delegatus dicitur à Principe, scilicet à Papa, & à Rege in vim concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, utroque casu potest testem coram eo falsum deponentem extraordinariè punire, ut per prædictas rationes ita resolvit Peguera *in prax. crim. cap.* 26. *versic. præterea posset dubitari*, *fol. mihi in additionatis per Ripoll.* 529. *& decis.* 79. *parte prima*, qui in fine testatur ita fuisse per Regios Consiliarios decisum, & inveni ita observatum per Cancellarium Cassador 7. Septembris 1569. occasione testamenti falsi coram Cancellario exhibiti, & per Cancellarium Copons, Consultoribus Planes, Ubach. Dalmau, Puig, Mur, & Fer- 57
rer. 7. Maii 1595. etiam si testis qui coram eo falsum deponat sit Clericus, poterit enim Cancellarius illum extraordinariè punire, Ripoll. *var. cap.*1. *num.*139. *versic. si enim*, *& n.*140.

Adverte, quòd licèt Cancellarius testem coram eo 58
falsum deponentem puniat pœna extraordinaria, nihilominus Judex competens ipsius testis potest procedere contra eum de falso ad pœnam ordinariam, Bossi. *titul. de falsis numer.*104. Clar. §. *final. quæst.* 38. *versic. quæro*, Menoch. *de arb. jud.casu* 313. *num.*5. plures Farinac. *in prax. part.*2. *quæst.*67. *num.*31. & alii per Giurbam *cons.* 59. *num.* 118. *& in versic. respondetur tertio*, Peguera *decis.*60. *sub num.*1. *& decis.*79. *num.* 2. *in fine*, *& num.*

& num. 6. in fine, & in prax. crim. cap. 26. verſic. præterea ibi, & nihilominus, Ripoll. *var. cap. 1. num. 140. in fine*, Xammar. *de offic. jud. parte 1. quæſt. 9. num. 259.* Tondutus *de præven. part. 2. cap. 47. num. 6.* idem. Xammar. *de offic. jud. part. 1. quæſt. 2. num. 79.* cum relatis per Jul. Chartar. *deciſ. 96. num. 34.* Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom. 2. c. 9. dub. 19. num. 10.* Merlin. *tom. 2. conrrov. c. 71. num. 7.*

59 Eodem modo Cancellarius poteſt punire Advocatos, & procuratores coram eo litigantes, ſi delinquant in proceſſu, & actis coram ipſo, Bart. *in l. ſi quis obrexerit in fine ff. de falſis*, Capiblanc. *de Baronibus prag. 8. à num. 120.* Bobad. *in polit. lib. 3. cap. 1. num. 33. & 36. & cap. 11. num. 33.* Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 9. num. 6.* Guazzin. *defen. 1. cap. 27. numer. 3.* Jul. Chartar. *deciſ. 75. à num. 18.* Xammar. *de offic. jud. part. 2. quæſt. 12. à num. 22.* etiam ſi Clericus ſit Advocatus, vel Procurator, ſi in ipſo advocationis ſeu pro-
60 curationis officio delinquat, poterit à Cancellario officio advocationis, & procurationis privari, ad Bart. *in l. nullum, num. 8. C. de teſtib.* cum relatis per Portoles §. *advocatus, num. 2.* Cenedo *collect. 39. ad decretal. num. 4. in fine*, Xammar. *de offic. jud. part. 2. qu. 3. num. 42.* Ita fuit obſervatum in Regno Sardiniæ in cauſa criminali inter Promotorem Fiſcalem Curiæ cauſarum contentionum ad illam cauſam electo ex una & Didacum Lochi Presbyterum & Promotorem Fiſcalem Curiæ Eccleſiaſticæ Calaritanæ ex altera, fuit enim per Michaelem Aſcanio Tertium, Conſultoribus Bonfant, & Baylo die 11. Decembris 1648. Scriba Michaele Manca Notario facta declaratio, his verbis: *Quoniam meritis præſentis proceſſus attentis ſufficienter conſtat de intentione Promotoris Fiſcalis Curiæ cauſarum contentionum, & competentiarum adversùs Didacum Lochi Presbyterum, & Promotorem Fiſcalem Curiæ Eccleſiaſticæ Calaritanæ, ad hoc ut propter verba injurioſa, & inurbana contenta in duobus libellis per eum coram nobis oblatis, diebus 24. Octobris, & 11. Novembris proximè elapſis in contemptum, & vilipendium juriſdictionis Apoſtolicæ, & Regiæ, qua fungimur in deciſione, & declaratione dictarum cauſarum, propter quod venit jure optimo pœna infraſcripta puniendus. Ideò, & aliàs de conſilio, & voto infra ſcriptorum Nobilium, & Magnificorum Regii Concilii Doctorum, & Conſultorum, ſua Reverenda Paternitas ſententiat, atque declarat dictum Lochi privandum fore, & eſſe prout cum præſenti privat ab exercitio officii Promotoris Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ Calaritanæ in cauſis omnibus contentionum, & competentiarum, quæ coram nobis tractari, & agitari contigerint, hanc &c.*

Doctor Michael Aſcanio Cancellarius.
Ut. Bonfant Conſultor.
Ut. Baylo Conſultor.

61 Eſt in regeſto ſententiarum Cancellarii folio 10. pagina 2.

Quæro 6. An ut reus privari poſſit immunitate Eccleſiæ, vel privilegio fori, requiratur plena, & concludens probatio delicti commiſſi, & qualitatis illius, vel ſatis ſit ſemiplena per indicia ad torturarum ſufficientia? diſtingue duos caſus.

Primus eſt ad perdendam immunitatem Eccleſiæ,
Secundus eſt ad perdendum privilegium fori.

62 In primo caſu, quoad perdendam immunitatem Eccleſiæ, quidam exiſtimant, quòd debet conſtare plenè, & concludenter de delicto commiſſo, & qualitate illius, & non ſemiplenè per indicia, conjecturas, & præſumptiones, ita Avendanno *de exequen. mandat. part. 1. cap. 22. à num. 3. præcipuè num. 9.* Placa *in epit. delict. c. 29. num. 27.* Farinac. *conſ. 76. à num. 3. ad 6. & num. 21. l. 1. & conſil. 168. à num. 1. ad 21. l. 2. & de imm. Eccleſ. num. 374.* Bonacin. *diſp. 3. quæſt. 7. de immun. puncto 7. circa finem*, Italia *de immun. Eccleſ. l. 1. c. 6. §. 1. à num. 80.* Lezana *de immun. Eccleſ. num. 28.* Barboſa *de jure Eccl. univer. l. 2. c. 3. num. 168.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. c. 11. num. 4.* Caſtro Palao *tom. 2. tract. 11. diſp. unica, punct. 13. num. 8.* Fermoſinus *in cap. ac ſi Clerici quæſtio 2. ſub num. 11. & in cap. cum non ab homine qu. 15. à num. 1. de judiciis*, Ciarlin. *contr. foren. cap. 10. à num. 61. part. 1. & c. 151. num. 12. part. 2.* Novar. *in ſum. Bul. titu. de immun. Eccl. num. 88.* Giurba *obſer. 16. num. 10.* Caſtillo *dec. 156. à num. 1. ad 9. l. 2.* Molinus *de ſacra homicid. imm. amitten. §. immunitas Eccleſiæ quàli homicidio amittatur à numer. 149. ad 168.* Riccius *in prax. var. reſol. 38.* Valenzuela *conſ. 191. num. 23. in fine*, Diana *reſol. moral. part. 3. tract. 1. reſol. 38. & part. 4. tract. 1. reſol. 119. §. notandum, & part. 5. tract. 1. reſol. 9. §. notandum, & part. 6. tract. 1. reſol. 31. conſil. 2. verſic. circa ſecundum, & in ſumma part. 2. verbo judex Eccleſiaſticus num. 14. fol. 99.* Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom. 2. c. 15. dub. 41. ſect. 1. 2. & 3.* & hanc aliquando ſecutam fuiſſe à Senatu Luzitano refert Gamma *deciſ. 179. in prin.* & à Cancellario Principatus Cathaloniæ exemplare refert Cancer. *part. 3. var. c. 10. num. 121.* & declarationem Sacræ Congregationis in una Panormitana immunitatis Eccleſiæ temporibus Sanctiſſimi Papæ Clementis octavi referunt Naldus *verbo Eccleſia n. 32.* Riccius *collect. 122. in fine part. 5.* & ſic in Granata declaratum anno 1595. teſtatur Sanchez *in opuſc. tom. 2. l. 6. c. 1. dub. 11. num. 2. in fine*, qui moventur.

Primò, quia reus in Eccleſia captus habet regu- 63
lam pro ſe immunitatis Eccleſiaſticæ, ne à loco ſacro extrahatur, *c. inter alia*, ubi plenè Barboſa *à num. 2. de immun. Eccl. car. ſicut antiquitus 17. quæſt. 4.* Farinac. *de immun. Eccl. à numer. 6.* Guazzin. *defen. 1. c. 29.* Barboſa *de jure Eccleſ. univer. l. 2. c. 3. à num. 37.* Diana *reſol. moral. part. 1. tract. 1.* Thomas del Benè *de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. per totum.* Laynez in addit. ad Gomez *tom. 3. var. cap. 10. per totum.* Daniel de Nobilibus *controver. diſput. 23.* Qui verò habet regulam pro ſe,
dicitur habere juris præſumptionem, *l. ab ea parte, ff.* 64
de probat. gloſſ. in rub. verbo & dicitur regula, de regul. jur. in 6. Alciat. *regul. 1. præſumpt. 28. num. 6.* Surd. *deciſ.* 65
126. num. 3. cum aliis per Suelves *conſ. 5. n. 88. l. 3.* Ergo qui dicit caſum non comprehenſum in regula immunitatis Eccleſiaſticæ, cùm aſſertionem faciat contra juris præſumptionem, eam debet concludentiſſimè, & evidentiſſimè probare, *l. fin. ff. quod metus cauſa*, Abbas *in c. quia veriſimile not. 2. de præſump.* Cravera *de antiq. tempor. par. 2. verbo ex præmiſſis num. 4.* ita argumentan. Farinac. *conſ. 76. nu. 3.* Ambroſin. *de immun. Eccl. c. 11. num. 4. verſic. primo*, Caſtillo *dec. 156. num. 2. 3. & 4. l. 2.* Diana *part. 5. tract. 1. reſol. 9. verſic. notandum*, Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dubit. 42. ſect. 1. à num. 4.* Riccius *in praxi var. reſ. 38. num. 1.*

Secundò, quia qualitas tribuens juriſdictionem non 66
præſumptivè & per indicia, ſed concludenter probari debet, *l. 2. §. ſed ſi dubitetur, ff. de ind.* Paris de Puteo *de ſind. verbo judex c. 2. num. 13.* Beninten. *deciſ. 18. numer. 3.* Gail. *de pace publ. l. 1. c. 13. à num. 12.* Valenzuela *conſ. 191. num. 23.* Thomas del Benè *de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 6. dubit. 5. ſect. 2. num. 6.* plures alios citat Narbona *lib. 20. gloſſ. 19. num. 15. 16. & 17. tit. 1. l. 4. recopil.* Ergo dum pro Curia ſæculari allegatur declarari reum commiſiſſe delictum, & qualitatem plenè probare, ita argumentantur Farinac. *conſ. 76. num. 4. lib. 1. & conſ. 168. num. 8. lib. 2.* Ambroſin. *de immun. Eccl. c. 11. num. 4. verſic. ſecundo*, Caſtillo *dec. 156. n. 5. tom. 2.* Riccius *in prax. var. reſol. 38. n. 2.*

Tertiò, quia quando lex probationem requirit, in- 67
telligenda eſt de vera, legitima, & plena probatione, non autem de præſumptiva, *l. judices, C. de jud.* Decius *in rub. extra de probat. num. 133.* Maſcard. *de probat. quæſt. 4. num. 12.* Patiæn. *de probat. part. 1. c. 12. num. 11.* latè Maſſinius *in l. 1. num. 74. C. de edendo*, Pareja *de inſtrum. edit. tom. 2. tit. 9. reſol. 4. num. 11.* Seraphin. *deciſ. 207. num. 2.* nam quando lex voluit eſſe contenta præſumptionibus, & conjecturis, id expreſsè dicit, *l. non omnes §. à barbaris, ff. de re milit. cap. pro human. de homicid. in 6.* ita argumentantur Farinac. *conſ. 76. num. 5. l. 1. & conſ. 168. num. 8. in fine l. 2.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap. 11. num. 4. verſic. tertio, & verſic. cumque conſtitutio*, Caſtillo *dec. 156. num. 6.* Diana *reſol. moral. part. 3. tract. 1. reſol. 38.* Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 42. ſect. 1. numer. 10. & 11.* Riccius *in prax. var. reſol. 38. num. 3.*

Quar-

68 Quartò, quia notorius defectus proprietatis obstat petenti restitutionem, *c. ad decimas de restit. spoliat. cap. significasti de divor.* Peregrin. *de fideicom. art.*52. *num.*138. Menoch. *de recup. posse. remed.*1. *à numer.*215. Cancer. *part.*1. *var. cap.*18. *à numer.*52. *& part.*3. *cap.*7. *num.*136. si notorius defectus proprietatis pateat cum veris probationibus, secus si præsumptis, uti ex Rosel. & aliis sic scribunt, & argumentantur Avendanno *de exequend. mand. part.*1. *cap.*22. *num.*5. Molinus *de sacra homicid. amittan. §. immunitas quali. hom. amittat. num.*156.

69 Quintò, quia ut contumax pro confesso & convicto habeatur, ob idque banniri, & condemnari possit, requiritur legitima, & apertissima probatio delicti non præsumpta, *l. raptores C. de episc. & cl. l. unica C. de rap. virg.* Juli Chartar. *decis.*79. *num.*7. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. l.*1. *tit.*9. *cap.*9. *num.*5. post alios argumentantur Avendanno, & Molinus *ubi proxime*, iste *num.*157. ille *num.*6.

70 Sextò, quia ficta confessio ex contumacia resultans non dicitur vera probatio, Roland. *cons.*29. *num.*27. *lib.* 3. & quando quis ex alterius delicto convenitur, vera, & plena delicti probatio contra eum exigitur, Nonius *cons.*94. *num.*3. & latiùs prosequitur Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*24. *num.*174. Ergo cùm agatur de Ecclesiæ, & tertii præjudicio, & *incommodo*, concludens, & vera debet exigi probatio, ita argumentatur Molinus *loco relato n.*159.

71 Septimò, quia Bulla Gregoriana expresè vult, ut constet ordinario verè crimen esse commissum, propter quod immunitas Ecclesiastica locum non habeat, ibi, *constito prius per Episcopum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint*, verbum enim *verè* excludit omnem fictionem, Gonzales *ad reg.*8. *Cancel. glo.*43. *num.*15. cum aliis per Merlin. *tom.*1. *controv. cap.*94. *num.*1. & idem importat quod plenè, ut intelligit Guazzin. *defen.*1. *cap.*31. *numer.*9. quem sequuntur Giurba *cons.*50. *num.*7. Merlin. *controver. cap.*40. *nu.* 12. Ideò subintrat doctrina Innocentii *c. cum causam col.*2. *versic. illud autem de jur. calum.* Ubi dixit, quòd vera esse dicimus ea, quæ vel propriis oculis inspicimus, vel aliàs indubitanter novimus, ergo non ea quæ præsumptivè tantùm credere possumus, ita argumentantur Farinac. *cons.*76. *num.*5. *in fine l.*1. *& consil.* 168. *num.*10. *l.*2. Ambrosin. *de immun. Eccl. c.*11. *num.*4. *versic. tertio in fine*, Castillo *decis.*156. *num.*6. *in fine*, *num.*7. Diana *resol. mor. part.*3. *tr.*1. *resol.*38. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.*2. *c.*16. *dubit.*42. *sect.*1. *nu.*7. 8. *& 9.*

72 Octavò, quia vera probatio illa dicitur, quæ plenè dignoscitur, nec alterius adminiculo, vel patrocinio indiget, ut dicit Baldus relatus per Mascard. *de probat. qu.*4. *num.*11. & appellatione plenæ probationis non continetur probatio semiplena, *Lucius*, *ff. de cond. & demonstr. gloss. in cap. statutum de rescr. in* 6. *& Clement. constitutionem de elect.* Mascard. *dist. quæst.*4. *num.* 12. non enim potest dici verè constare de eo, quod constat per conjecturas, & præsumptiones, Roman. *in l.* 1. *C. de test. militum*, adducens tex. *in l.*1. §. *proinde ff. si tabu. testam.* sed melius ad hoc facit *l. Lucius*, & quod ibi notant Bart. & Imola *ff. de cond. & demonst.* & Romani sententiam sequuntur Ruimus & Natta, quos laudant Mascard. *de probat. qu.*4. *num.*13. & relati per Giurb. *cons.*50. *sub num.*9. ita argumentantur Farinac. *cons.*76. *num.*21. *l.*1. Ambrosin. *de immun. Eccl. c.*11. *numero*4. *vers.*5.

73 Nonò, quia tertio, & in hac specie Ecclesiæ nullum præjudicium fieri potest, nec illius privilegium infringi præsumptis probationibus, aut conjecturis, quæ sæpius judices, & homines fallunt, ut ex Felin. Hipolit. Bald. & alii argumentantur Avendanno, & Molinus *locis relatis*, ille *num.*7. iste *vero num.* 154.

74 Decimò, & ultimò, quia probatio conditionis, seu formæ ad actum requisitæ debet esse plena, & concludens, *l. jus. alimentorum, ff. ubi pupil. educar. deb. l. Lucius* ubi Bart. *ff. de cond. & demonstr.* Natta *consil.*29. *num.*3. *& cons.*208. *à num.*8. *lib.*1. Paris. *consil.*104. *à numer.*9. *lib.*4. sed commissum delictum ad perdendam immunitatem esse exceptum, est conditio necessariò requisita, ad hoc ut delinquens immunitate Ecclesiæ privetur, ut patet ex illis verbis Gregorianæ, ibi: *nisi constito prius per Episcopum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint*, ergo talis probatio debet esse plena & concludens, ita argumentantur Farinac. *cons.*76. *num.*6. *lib.*1. *& cons.*168. *num.*9. *lib.*2. Ambrosin. *de immun. Eccles.* 11. *numer.*4. *versic.*4. Castillo *decis.* 156. *numer.*8. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.*2. *c.*16. *dubit.*42. *sect.*1. *num.*12. *&* 13. Riccius *in prax. var. resol.*38. *num.*3. *vers.*4.

75 Contrariam sententiam, quòd ad perdendam immunitatem Ecclesiæ non requiratur plena, & concludens probatio delicti commissi, & qualitatis illius, sed sufficiat semiplena, per indicia, præsumptiones, & conjecturas ad torturam sufficientia, tenent Peregrin. *de immun. Eccles. cap.*3. *à num.*3. Gratian. *discep. foren. cap.*596. *à num.*22. Guazzin. *defen.*1. *cap.*31. *num.*9. Riccius *in praxi tom.*2. *resol.*450. *nu.*3. Regens Constantius *in suplicat. ad Paulum V. num.*69. Cutellus *ad leg. Martini controv.*5. *& 7. fol.*432. *& de imm. Eccles. lib.*1. *quæst.* 38. Gambacurta *de immun. Eccles. lib.*6. *capit.*15. Bobad. *in polit. lib.*2. *cap.*14. *num.*95. Farinac. *cons.*211. *numer.*19. *lib.*3. Pareja *de instrum. edit. tom.*1. *tit.*2. *resol.*6. *num.* 62. & ita fuisse pluries decisum per Senatum Lusitanum refert Gamma *decis.*179. *&* 281. quas decisiones sequendas esse in judicando & consulendo dicit Dias de Mena ejus Additionator *ad decis.* 179. idemque multoties observatum in supremis tribunalibus Regni Castell. affirmat idem Diaz de Mena in addit. ad Gammam *dec.*179. & in Regno Aragonum exemplaria referunt Portol. ad Molin. *de compet. jurisdic. post §. Clericus quæst.* 9. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 4. *a num.*55. *præcipuè num.*68. Suelves *cons.*33. *num.*10. *lib.*1. *cons.*10. *num.*1. 12. *&* 14. *libr.*2. Urrutigoyti *in pastor. regul. part.*3. *voto* 1. *à num.* 9. *& voto* 7. *num.* 3. *&* 4. & in Regno Majoricarum testatur Molinus *de sacra homicid. immunit. amitten. §. immunitas Ecclesiæ qual. homicid. amittatur nu.*149. & in Regno Valentiæ Carol. Domenech *in suis ordinat.* §. 33. Matth. *de regim. Reg. Valen. tom.*2. *cap.*7. §. 1. *sect.* 4. *à num.* 166. exemplaria refert *nu.* 167. & de hoc Principatu Cathaloniæ testatur Cancer. *part.*3. *var. cap.*10. *a num.*118. exemplare refert *num.*124. & millies in hoc Principatu judicatum dicit Molinus *qui supra num.*149. de qua observantia attestor, & possem innumerabilia exemplaria adducere, quæ quotidie declarantur, de Regno Neapolis exemplaria laudant Sanfelicius *decis.*137. *num.*2. *&* 3. Thoro *in compen. decis. in supplemento*, *verbo probatio*, *folio* 503. Merlinus *controv. lib.*1. *cap.*40. *à num.*12. *& latissimè cap.*64. *num.* 9. De Regno Siciliæ Castillo *decis.* 156. *nu.* 9. latè Giurba *cons.*50. *à num.*6. *ad* 13. *& cons.*70. *numer.*23. *& cons.* 100. *num.* 28. & in Regno Sardiniæ ita fuit declaratum, & plenè articulum disputatum per Cancellarium Carcassona, Consultoribus Canales, & Brunengo. 20. Martii 1561. contra Joannam Pintus Civitatis Ecclesiarum delatam, & inculpatam de nece viri sui, eo quòd adversùs eam semiplenè de proditione constabat, scriba Michaele Manca not. quæ postea fuit per Regium criminale Concilium ad decennium condemnata ad serviendum Hospitali Pauperum Infirmorum sancti Antonii Civitatis Calaris, qui moventur.

76 Primò, quia qualitas tribuens jurisdictionem sufficit, quòd semiplenè probetur, Panormitanus *in capite si Clericus laicum à num.*9. Felinus *à numer.*2. *de foro competenti*, Guazzinus *defen.*1. *capite* 31. *nu.*9. in Sesse *de inhib. capite octava*, §. 4. *num.*68. Portoles *post §. Clericus de compet. jurisd. quæstione* 9. *numer.*5. Sanfelicius *decis.*137. *num.*3. *vers. Nona quæstio.*

77 Secundò, quia in probatione qualitatis sufficiunt leviores probationes, imò etiam conjecturæ, & præsumptiones, *cap. de probat. l. solent. ff. de alimen. & cibar. legat.* Jason. *in l.* 1. *not.*2. *C. de testamen.* cum aliis per Gratianum *disceptatione forensi*, *capite* 577. *nu.*21. ita Merlinus *controver. tom.*1. *cap.*40. *num.*9.

78 Tertiò, quia in quæstionibus emergentibus ad causam principalem, incidenter, secundariò, & per modum causæ non requiritur plena causæ cognitio Bart. & Bald. *in l. jus alimentorum, ff. ubi pupil. educari debent*, ita Gratianus *disceptatione forensi*, *cap.*596. *num.*

15. Mer-

15. Merlinus *controver. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 13. ſed ſufficit illa, ex qua reſultant indicia ad torturam, Gamma *deciſ.* 179. *num.* 2. Guazzinus *defen.* 1. *capite* 31. *num.* 9. Giurba *conſ.* 100. *numer.* 28. cum relatis per Narbon. *l.* 20. *gloſſ.* 19. *num.* 18. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.*

79 Quartò, quia ubi actus plenum non affert præjudicium, non requirit plenam cauſæ cognitionem Alexand. *in l. Judices, C. de Judic.* ita Giurba *conſil.* 100. *num.* 29. *diſcep. foren. cap.* 596. *ſub nu.* 33. Merlinus *controver. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 14.

80 Quintò, quia indulgentia criminis alicui conceſſa ſi patefecerit tale delictum, vel poſuerit illud in vero, ſufficit ad hoc, ut inquiſitus gaudeat indulto, quòd delictum patefaciat per ſemiplenam probationem dando indicia ſufficientia ad torturam, ut teſtatur ita deciſum in collaterali Concilio Regni Neapolis, Merlinus *lib.* 1. *controv. c.* 64. *num.* 12. & ſimiliter deciſum in Senatu Meſſanen. referunt Giurba *conſ.* 22. *numer.* 21. & Maſtril. *de indulto cap.* 29. *num.* 21. Sanfelicius *deciſ.* 222. Thoro *in compend. dec. p.* 3. *ſect.* 1. *verbo indulto conceſſo fol.* 548.

81 Sextò, quia manifeſtum dicitur illud, quod deſumitur ex conjecturis, & veroſimilibus præſumptionibus, ut patet *in l. licet, ff. de legat.* 1. notat Abbas *in cap.* 1. *col.* 1. *de Clericis non reſiden.* Afflict. *in conſtit. Reg. Neapol. multa leges de crim. ſacrileg. num.* 12. Peguera *deciſ.* 43. *num.* 16. *verſic. Reſtat*, videndus Mattheacius *in l.* 3. *à num.* 436. *ff. de juriſd. omnium jud.* ita Merlinus *lib.* 1. *controver. capite* 64. *num.* 13. & verè ac pro certo ſcire dicitur, qui ſcit per conjecturas, & præſumptiones à jure probatas, Menochius *de arbit. jud. caſu* 89. *nn.* 17. Gratianus *diſcept. foren. cap.* 118. *num.* 14. Treviſan. *deciſ.* 47. *n.* 13. *lib.* 1.

82 Septimò, quia privilegium fori eſt majus privilegio immunitatis & alio quocumque, ut probat Merlinus *controver. lib.* 1. *cap.* 64. *numer.* 14. Thomas del Bene *de immunit. Eccleſiar. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *numer.* 15. *verſic. Confirmatur*, vel ſaltem non eſt major ratio in uno quàm in alio, Gambacurta *de immunit. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 6. *verſic. probo*, Giurba *conſ.* 50. *num.* 11. *verſic. Ratio eſt*, ſed privilegium fori perdit Clericus aſſaſſinus per indicia indubitata ad torturam ſufficientia, ut infrà *num.* 93. ergo &c. ita Merlinus *loco proximè relato*, Cutellus *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 2. *in fine*.

83 Octavò, quia licèt de jure, ut contumax pro confeſſo, & convicto habeatur, requiratur legitima, & concludens probatio delicti, ut dixi *num.* 69. attamen de conſuetudine contrarium ſervatur Clar. §. *quæſt.* 44. *verſ. Quæro numquid*, & poſt alios Julius Chartar. *dec.* 79. *num.* 8. & ſatis eſt quòd legitima præcedant indicia ſufficientia ad torturam Natta *conſ.* 594. *num.* 14. *lib.* 1. Beccius *conſ.* 11. *num.* 7. & 8. imò ſufficiunt indicia legitima ad inquirendum, Fachineus *libr.* 9. *controv. cap.* 40. Julius Chartar. *loco relato n.* 9.

84 Nonò, quia in Bulla Gregoriana non præſcribitur forma aliqua circa modum adhibendum in hujuſmodi cognitione, ſed generaliter & abſolutè dicitur: *niſi cognito prius per Epiſcopum &c.* Undè hujuſmodi verba juxta ſubjectam materiam intelligenda ſunt, ita ut in quacumque cognitione verificentur *l. cognitionem, ff. de var. & extra. cog.* ita Gratian. *diſcept. foren. cap.* 596. *nu.* 23. Giurba *conſ.* 100. *num.* 28.

85 Deciinò & ultimò, quia in Bulla Gregoriana conceditur Epiſcopo facultas remittendi reum, quando ſibi videbitur delictum exceptum commiſiſſe, ſed quando alicujus judicio res committitur, poteſt judicium ferre, quocumque modo ſibi de veritate conſtet, ut tradit Menochius *de arbit. jud. quæſt.* 13. *num.* 2. & *qu.* 19. *num.* 10. igitur ſufficit, quòd cognoſcatur ex indiciis, præſumptionibus, & conjecturis rem probabilem efficientibns & conſequenter non requiritur plenaria cognitio, ita Gratian. *diſcept. foren. cap.* 596. *à num.* 29.

86 In ſecundo autem caſu, quoad perdendum privilegium fori, quidam pariter exiſtimant, quòd requiratur plena, & concludens probatio delicti commiſſi, & qualitatis illius, nec ſufficiat ſemiplena, ita Aretinus *in cap. cum non ab homine num.* 4. *de jud.* Caſſane. *in conſuet. Burg. rub.* 1. §. 5. *verſic. S' il n' a grace, nu.* 66. *in fine*, Avendanno *de exequen. mandat. part.* 1. *cap.* 22. *à num.* 3. Placa *in epit. delict. cap.* 29. *num.* 27. Molinus *de ſacra homicid. immun. amit.* §. *immunitas Eccleſiæ qualiter amittatur, num.* 155. Sanchez *in opuſculo tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 11. *num.* 2. *in fine*, & alii ex ſuprà relatis *num.* 62. à quo loco repete fundamenta hujus opinionis.

Adde quòd licèt Clericus aſſaſſinus perdat privile- 87
gium fori, & poſſit à Judice ſæculari abſque degradatione puniri, *cap. pro humani de homic. l. in* 6. Clar. §. *aſſaſſinum verſic. Sed quæro*, ubi Bajard. *num.* 25. Idem Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *verſ. Item quæro*, ubi Bajardus *a n.* 33. Capicius *dec.* 112. & 125. Franchis *deciſ.* 571. *num.* 7. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 55. Farinacius *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 82. & *part.* 4. *quæſt.* 123. *à num.* 62. Faber. *in ſuo Codice lib.* 9. *tit.* 10. *def.* 1. *num.* Maſtrill. *deciſ.* 288. Ambroſinus *in immun. Eccleſ. cap.* 17. *nu.* 5. Gurtier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 23. Carol. de Graſ. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 672. Narbona *l.* 20. *gloſſ.* 19. *num.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *quæſt.* 3. *caſu* 1. *numer.* 28. Covar. *pract. cap.* 32. *num.* 1. & *var. lib.* 2. *capite* 20. *num.* 10. Cenedo *collect. ad decret.* 37. *numer.* 11. Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 54. Cevallos *de cog. per viam violen. quæſt.* 102. *num.* 1. Menochius *de arbitr. jud. caſu* 415. *num.* 17. Merlinus *controver. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 1. Giurba *conſ.* 41. *à num.* 26 & *conſ.* 48. *nam.* 17. & 18. & *conſ.* 49. *num.* 18. Cutellus *de immunitate Eccleſiæ, lib.* 2. *quæſt.* 24. *numer.* 25. Thomas del Bene, *de immuni-* 88
tate Eccleſiæ tom. 1. *cap.* 6. *dubit.* 5. *ſect.* 2. *à num.* Dummodò de qualitate aſſaſſinii liquidè conſtet, Farinacius *in prax. parte prima, quæſtione octava numer.* 85. & *part.* 4. *quæſtione* 123. *num.* 61. & 62. Bajardus ad Clarum, §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 55. Martha *de juriſdic. part.* 4. *caſu* 129. *num.* 16. & 19. latè Maſtrill. *deciſ.* 288. *à nu.* 5. Ambroſinus *de immun. Eccleſ. cap.* 17. *num.* 9. Narbo- 89
na *l.* 20. *gloſſ.* 19. *num.* 7. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Molinus §. *immunitas Eccleſiæ quali. homicidio ammittatur, num.* 158. 171. & 172. Carol. de Graſ. *de effect. cler. effect.* 1. *nu.* 712. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *quæſt.* 3. *caſu* 1. *num.* 29. Ameſcua. *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. & 8. Giurba *conſ.* 50. *numer.* 17. Merlinus *controv. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 2. & 3. Thomas del Bene *de immu. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 6. *dubit.* 5. *ſect.* 2. *num.* 3. & licèt dicatur de eo legitimè conſtare per probabilia argumenta, *cap. pro human. de homicid. in* 6. Farinac. *part.* 1. *quæſt.* 8. *ſub. nu.* 86. & *plures laudat part.* 3. *quæſt.* 86. *num.* 41. & *part.* 4. *quæſt.* 123. *num.* 46. & *conſ.* 99. *nu.* 3. cum relatis per Guttier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 7. *numer.* 21. Clar. §. *aſſaſſinium. verſic. præterea quamvis*, Narbona *l.* 20. *gloſſ.* 19. *num.* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *quæſt.* 3. *caſu* 1. *num.* 3 & 32. Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 13. *num.* 11. Ameſcua. *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 1. *c.* 19. *nu.* 9. Intrigliol. *deciſ.* 40. *num.* 47. Giurba *conſ.* 22. *num.* 22. & *conſ.* 70. *n.* 22. Carol. de Graſ. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 711. Maſ- 90
card. *de probat. concl.* 137. *num.* 1. & *concluſ.* 1212. *num.* 77. nedum ad pœnam extraordinariam, ſed ad ordinariam, Clar. §. *aſſaſſinium, verſic. Præterea quamvis*, & alii per Farinac. *in prax. p.* 3. *q.* 88. *num.* 42. & *p.* 4. *qu.* 123. *num.* 47. *in fine*, Guttier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 22. Grivel. *dec.* 93. *num.* 3. Intrigliol. *deciſ.* 40. *numer.* 48. Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 13. *num.* 11. & 12. & alii per Giur- 91
ba *conſ.* 70. *ſub num.* 22. Probabilia argumenta accipiuntur pro indiciis indubitatis ut interpretatus fuit Felinus *in cap. afferte, nu.* 9. *in fine de præſump.* quem ſequuntur multis aliis citatis Martha *de juriſdic. part.* 4. *caſu* 129. *num.* 16. Maſcard. *de probat. concl.* 1123. *num.* 13. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 56. Carol. de Graſ. *de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 711. Giurba *conſ.* 50. *num.* 19. & *conſ.* 70. *num.* 22. *verſic. Probabilia*, Guazzin. *defen.* 4. *cap.* 13. *num.* 12. Catalan. *de indultu, cap.* 32. *num.* 34. Farinac. *in prax. par.* 3. *quæſt.* 86. *num.* 43. & *part.* 4. *quæſt.* 123. *num.* 66. & *conſ.* 99. *num.* 29. & *conſ.* 196. *numer.* 9. Maſtrill. *deciſ.* 288. *num.* 13. & *de indul. capit.* 29. *num.* 21. Merlin. *controv. lib.* 1. *cap.* 61. *numer.* 15. & 16. Cæterùm hoc ita accipiendum eſt, ſi indicia pleniſſi- 92
mè probentur, nec ſatis eſt ſemiplena probatio, ut poſt Boſſi. ſentit. Guttier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 21. *ad medium*, Farinac. *part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 86. *ad medium*,

dium, quos citat Molinus *de sacra homicid. immun. amit.* §. *immun. Ecclesiæ, quali homicidio amittatur, num.* 162. & 163. & latiùs probat *à num.* 168. *ad* 178. Narbona *l.* 20. *gl.* 19. *à num.* 10. *titul.* 1. *lib.* 1. *recop.*

93 Contrariam sententiam, quod ad perdendum privilegium fori non requiratur plena, & concludens probatio delicti commissi, & qualitatis illius, sed satis sit plena per indicia ad torturam sufficientia, tenent Gamma *decis.* 179. & 181. & ita observari in Cathalonia per Cancellarium testatur Ferrer. *p.* 3. *obser. c.* 193. & in Regno Aragonum Portol. *post* §. *Cler. de compet. jurisd. c.* 9. notat Cutel. *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 38. *num.* 8. *in fine*, Merlin. *lib.* 1. *contr. c.* 64. *num.* 14. Sanfel. *decis.* 137. *num.* 2. & 3. & alii ex suprà citatis *nu.* 75. ubi referunt fundamenta hujus sententiæ.

94 Adde, quod Clericus assassinus puniri potest à Judice sæculari, si constat de qualitate assassinii per indicia indubitata, ut dixi *num.* 91. quæ autem dicantur indicia indubitata, tradunt aliis citatis Menochius *de præsump. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 16. Mascard. *de probat. q.* 15. *num.* 11. Guazzin. *defen. cap.* 15. *num.* 2. Caballus *resol. crimin. casu* 288. *num.* 10. Giurba *cons.* 70. *numer.* 22. *in fine*, & *cons.* 71. *num.* 3. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 36. *à num.* 35. Merlin. *controvers. lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 17. Jul. Chartar. *decis.* 41. *num.* 19. & 20. & *decis.* 94. *num.* 97. & 98. Suelves *cons.* 5. *num.* 3. *lib.* 2. Sed in proposito communis, &

95 hodierna praxis Tribunalium interpretata est indicia indubitata ad probandam qualitatem assassinii idest ad torturam sufficientia, Gamma *decis.* 179. & 281. Guazzinus *defen.* 1. *capit.* 31. *num.* 9. Giurba *cons.* 41. *num.* 31. & *cons.* 50. *num.* 19. *in fine*, & *cons.* 70. *numer.* 25. Tapia *ad constit. Reg. Capitan. verbo perpetratis, num.* 6. *de offic. magist. justit. lib.* 2. Castillo *decis.* 156. *num.* 9. Mastril. *de indult. cap.* 29. *num.* 22. *in fine*, quos citat Merlinus *controv. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 8.

96 Quid dicendum in tam gravi quæstione? mihi placet quoad utramque partem, tàm ad perdendam immunitatem Ecclesiæ, quàm ad perdendum privilegium fori, quòd satis sit probatio semiplena delicti comissi, & qualitatis illius per indicia ad torturam sufficientia, tum propter auctoritatem rerum judicatarum in omnibus ferè mundi Tribunalibus observatam, *juxta ea quæ dicam infrà, decis.* 24. *de sententia, à nu.* 40. & in terminis Portoles *post* §. *Clericus de compet. jurisdic. quæst.* 9. *à numer.* 10. quem transcripsit Sanfelicius *decis.* 137. *num.* 3. *versic. Cæterum*, tum propter frequentiam delictorum, quæ propter hominum malitiam quotidie perpetrantur, ut sic excessus reprimantur, & bono publico consulatur, ne sub prætextu privilegii fori, vel immunitatis Ecclesiæ sint homines faciles ad delinquendum, punctim Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 125. & aliis relatis Portoles *post* §. *Clericus, de compet. jurisdic. quæst.* 9. *num.* 14. Tum quia in Tribunali competentiarum judicat Cancellarius secundùm Deum, & bonam conscientiam, ut infrà, *decis.* 24. *de sententia, num.* 9. & quando Judex judicat secundùm Deum, & suam conscientiam, leviores sufficiunt probationes, Craveta *cons.* 258. *num.* 19. Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 23. *num.* 4. Portoles *for.* 1. *nu.* 41. *in fine de compet. jurisd.* Suelves *cons.* 10. *sub num.* 17. *lib.* 2. Lara *de anniver. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 50. Martha *claus.* 268. *num.* 8. *part.* 1. & aliis infrà, *decis.* 24. *num.* 16.

97 Quid quod Doctores moderni in expositione Bullæ
98 Gregorianæ advertunt, illa verba: *an ipsi verè crimina superius expressa commiserint* (etiam in Regnis quibus est recepta) intelligenda esse, ut Episcopus eam veritatem assequi studeat, quàm summariè atque extrajudicialiter possit, ita ut conscientiam suam informet, illum verè commisisse, vel non commisisse delictum exceptuatum, & secundùm conscientiam ita formatam pronuntiet, ita intelligunt, & probant Gambacurta *de immunit. Eccles. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 6. *versic. Quare*, Giurba *cons.* 50. *num.* 11. Merlinus *lib.* 1. *controv. cap.* 64. *numer.* 20. quod ad tollendam omnem dubitationem apertissimis verbis declaratum, & sancitum fuit per Summum Pontificem Clementem Octavum ad interrogationem Archiepiscopi Panormitani publicis litteris in forma Brevis ad eum datis die 6. Februarii 1597. Pontificatus sui anno quinto, ibi: *sit tibi summariè, simpliciter, extrajudicialiter, & quantum pro tuæ conscientiæ informatione sufficere tibi videbitur, constiterit reos homicidium prædictum perpetrasse*, de hoc motu proprio meminerunt Gambacurta *de immun. Eccles. lib.* 6. *c.* 14. *num.* 23. & *c.* 15. *num.* 6. *ante finem*, Giurba *cons.* 50. *num.* 2. & 10. & *cons.* 70. *num.* 23. Merlinus *controver. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 12. & *c.* 64. *num.* 21. Farinac. *cons.* 168. *in addit. littera A. lib.* 2. & *cons.* 211. *num.* 19. *lib.* 3. Urrutigoyti *in pastor. regul. part.* 3. *voto* 7. *nu.* 14. ad litteram refert Genuensis *in prax. Archiepisc. Neap. cap.* 76. & tunc dicitur de causa summariè apparere quando adest unus testis, vel extant aliqua 99
indicia verosimilia, ita quod in suspicione, vel opinione Judex advocetur, *l. in lege aquilia* 40. *ff. ad leg. aquil. lib.* 3. §. *causæ, ff. de Carbon. edicto, l.* 1. §. *si ea* 11. *ff. de ventre in possess. mittendo*, hoc est quod in istis causis summariis semiplena probatio sufficiat, Bartol. *in extravag. ad reprimendum, verbo summariè, num.* 9. & alii plures quos laudat Gratian. *discept. foren. c.* 439. *num.* 31. 32. & 33. & in terminis Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 82. quia probatio hujusmodi summaria est præambula, & præparatoria judicii futuri, non autem decisoria, ideò semiplena probatio sufficit, Gail. *observ.* 59. *num.* 4. *lib.* 1. & alii congesti à Gratian. *discept. foren. c.* 439. *num.* 34. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *res.* 6. *num.* 84.

Et quamvis Farinac. *cons.* 168. *à numer.* 12. *lib.* 2. & 100
Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 16. *dubit.* 42. *sect.* 1. 2. & 3. voluerint respondere fundamentis nostræ sententiæ, non tamen est ab ea tanquam in praxi recepta recedendum, quam prædictis, & aliis fundamentis defendunt Gratian. *discep. foren. c.* 596. *à nu.* 22. Giurba *cons.* 100. *num.* 28. & 29. quare non est curandum de Farinac. *consil.* 76. & 168. nam ipse (attento supradicto motu proprio Clementis Octavi) fassus postea fuit malè inibi sensisse, ut videre est *in consil.* 168. *in addit. littera A. & in consil.* 211. *num.* 19. *lib.* 3. ut notant Giurba *cons.* 50. *nu.* 10. Merlin. *libr.* 1. *controv. c.* 40. *num.* 12. & *c.* 64. *num.* 21. *vers. Cum ergo*, Riccius *in prax. resol.* 38. *in fine*, neque etiam curandum est de Riccio *collect.* 1792. *ad finem*, nam hallucinatum in intellectu Bullæ Gregorianæ testantur Giurba *cons.* 50. *n.* 11. *in fine*, Merlin. *lib.* 1. *controv. c.* 40. *n.* 12.

Notandum tamen est, quod juramentum in supple- 101
mentum coram Cancellario competentiarum locum non habet, etiam si causa sit civilis, ut post alios probat, & exemplare Cancellarii Regni Aragonum refert Portoles *de compet. jurisd. post* §. *Clericus, quæst.* 9. *numer.* 18.

Sed unum in his scias, quod licèt sufficiat semiplena probatio delicti commissi, & qualitatis illius tàm ad perdendam immunitatem Ecclesiæ, quam ad perdendum privilegium fori. Tamen de corpore delicti plenè constare debet, Cutel. *in C. leg. Siculi ad leges Martini, contr.* 5. *fol.* 43. Pareja *de instrum. edit. to.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 63. 64. & 65. & fuit decisum per Cancellarium Soler, Consultoribus Serra, Pastor, & Xammar. 26. Februarii 1658. *in causa immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Francisci Angroya militis*. Et quomodo corpus delicti probatum dicatur, Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 2. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 83. *numer.* 62. & 63. Guazzin. *defen.* 4. *per totam*, Peguera *in prax. crim. cap.* 12. *num.* 4. & 5. remissivè Pareja *de instrum. edit. to.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 56. Cabal. *resol. crim. casu* 255. Carena *de offic. Sanct. Inquisit. par.* 2. *tit.* 1. §. 54. Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *c.* 8. §. 2. *per totum*.

Quæro 7. An Cancellarius in causis contentionum, 102
& competentiarum debeat super prætenso delicto recipere probationes, an verò possit, vel obligatus sit stare processui facto per Curiam sæcularem? distingue duos casus.

Primus est, si agitur de immunitate Ecclesiæ. 103

Secundus est, si agitur de privilegio fori.

In primo casu, si agitur de immunitate Ecclesiæ, quidam dicunt, quod potest stare processui facto à Curia sæculari, ita Gratian. *discept. foren. cap.* 596. *à nu.* 22. Castillo *decis.* 156. *in princip.* Giurba *cons.* 50. *à num.* 2. & *cons.* 100. *num.* 28. Merlinus *controver. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 9. *vers.* 3. & *n.* 12.

Moventur isti Doctores, præter fundamenta quæ re- 104
fert

fert Farinac. *conſ.* 168. *à num.* 21. *ad* 26. *lib.* 2. ex Brevi Summi Pontificis Clementis Octavi tranſmiſſo Archiepiſcopo Panormitano 6. Februarii 1597. Pontificatus ſui anno quinto, quo cavetur ut ſuper commiſſi criminis qualitatibus Eccleſiaſticam immunitatem excludentibus, ſe informaret ſummariè, ſimpliciter, extrajudicialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſufficere ſibi viſum fuerit, de quo meminerunt Doctores citati *num.* 98. ergo ſi Summus Pontifex contentatur probatione extrajudiciali, poterit Cancellarius ſtare proceſſui Judicis ſæcularis, ut latè probat Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 43. *ſect. à num.* 1.

105 Moventur etiam ex verbis Bullæ Gregorianæ, ibi: *an ipſi verè crimina ſuperiùs expreſſa commiſerint*, quæ intelligit Guazzin. *defen.* 1. *c.* 31. *num.* 9. id eſt plenè per teſtes deponentes ſuper delicto ex proceſſu ipſo informativo, ut nec eorum repetitio neceſſaria ſit citata parte, quem ſequuntur Giurba *conſ.* 50. *num.* 7. Merlin. *l.* 1. *contr. cap.* 40. *num.* 11. unde ſupponunt ſufficere cognitionem ex proceſſu facto à Curia ſæculari reſultantem, ut latè probat Gratian. *diſcept. foren. c.* 596. *à num.* 22. Giurba *conſil.* 100. *n.* 28. & 29. Merlin. *controv. lib.* 1. *c.* 40. *num.* 9. *verſic. Tertio*.

106 Alii verò exiſtimant, quòd obligatus non ſit ſtare proceſſui facto à Curia ſæculari, ita Farinac. *conſil.* 76. *à num.* 1. *lib.* 1. & *copioſius conſil.* 168. *à numer.* 21. *ad* 39. *lib.* 2. & *de immun. Eccleſ. numero* 373. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 11. *num.* 3. Anton. de Ballis *tract. var. tit. de inſul. in Eccleſ. num.* 5. Italia *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. §. 1. *num.* 79. Peregrin. *de immun. Eccleſ. cap.* 3. *num.* 2. Diana *reſolut. moral.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 31. & *in ſum. part.* 2. *verbo Judex Eccleſiaſticus*, *num.* 13. *for.* 98. Ciarlin. *controv. foren. cap.* 10. *à num.* 47. *part.* 1. & *c.* 151. *num.* 13. & 14. *part.* 2. Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp.* 1. *punct.* 13. *numer.* 9. Trullenc. *in decalogo, tom.* 1. *lib.* 1. *capite* 11. *dub.* 6. *numer.* 4. & 5. Riccius *in prax. var. reſol.* 450. *num.* 3. & *collect.* 1792. *in fine*, Vulpius *in prax. cap.* 3. *numer.* 22. Naldus *verbo Eccleſia, numer.* 32. Lezana *verbo immunitas*, *num.* 28. Novar. *in ſum. Bullar. verbo immunitas Eccleſiæ*, *numer.* 81. Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 7. *numer.* 3. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 43. *ſect.* 1. *à num.* 1. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 31. *numer.* 7. & *defen.* 20. *cap.* 9. *numer.* 30. Fermoſinus *in c. at ſi Clerici*, *qu.* 2. *numer.* 1. Urrutigoiti *in paſtor. regul. part.* 3. *voto* 1.

107 *numer.* 12. Imo debet ſuper prætenſo delicto novas probationes recipere, Farinac. *conſ.* 76. *num.* 2. *lib.* 1. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. c.* 11. *num.* 3. *verſic. Tanto magis*, Guazzin. *defen.* 1. *c.* 31. *num.* 8. & *defen.* 20. *c.* 9. *numer.* 30. Thomas del Bene, & alii proximè relati, qui moventur

108 Primò, quia acta inſtructoria unius judicii non probant in alio, Trentacinq. *var. lib.* 2. *de probat. reſol.* 1. *numer.* 35. Capicius Latro *conſult.* 16. *num.* 16. *lib.* 1. Noguerol. *alleg.* 25. *à num.* 298. Pareja *de inſtru. edit. tom.* 2. *tit.* 7. *reſol.* 12. *numer.* 2. Fermoſinus *in cap. at ſi Clerici*, *quæſt.* 10. & 11. *de judicius*, niſi inter eaſdem perſonas, & in eiſdem cauſis, *cap. inter dilectos*, §. *in omnibus, de fide inſtru. gloſſ. in cap.* 2. *de ordine cognit.* latè Maſcard. *de probat. concl.* 33. & alii per Farinac. *frag. crim. part.* 1. *littera A. numer.* 25. ſed in iſto caſu cauſæ, perſonæ ſunt diverſæ, nam Curia Eccleſiaſtica reſpicit Eccleſiæ immunitatem, quam defendit, Curia verò ſæcularis reſpicit reum, ut ſæculari juriſdictioni ſubjectum; ergo, &c. ita Farinac. *conſ.* 168. *num.* 26. & 27. & *lib.* 2. Diana *in ſum. p.* 2. *verbo Judex Eccleſiaſticus*, *num.* 13. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 43. *ſect.* 1. *num.* 2.

109 Secundò, quia cognitio hujus articuli an delictum ſit exceptum pertinet de jure ad Judicem Eccleſiaſticum, ut dixi *deciſ.* 2. & in his Regnis ad dominum Cancellarium ex concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, ut dixi *deciſ.* 17. & quando delegatur cauſæ cognitio, intelligitur etiam delegata facultas ſumendi probationes pro tali cognitione, Gloſſ. *verbo delegatus in cap. præterea, de offic. delez. gloſſ. verbo relationes in l. ubi falſi, C. ad leg. Cornel. de falſis*, quocirca poterit Cancellarius ſumere ſuas probationes, & non ſtare probationibus Curiæ ſæcularis, ita Farinac. *conſ.* 76. *num.* 2. Ambroſin. *de immunit. Eccleſ. cap.* 11. *numero tertio*, *verſic. Rurſus*, Diana, & Thomas del Bene *ubi proximè*, ille *numer.* 13. iſte *numer.* 3.

Tertiò, quia probationes quæ ſine partis citatione 110
fiunt, vim non habent, neque in civilibus, *cap.* 2. *de teſtibus l. ſi quando*, *C. eod.* latè Farinac. *in prax. part.* 2. *quæſt.* 72. *a num.* 1. neque in criminalibus, Bajard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 45. *num.* 55. Cabal. *reſol. crim. caſu* 269. *num.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 683. *num.* 1. Jul. Chartar. *deciſ.* 62. *num.* 9. & *deciſ.* 86. *num.* 10. latè Farinac. *in prax. part.* 2. *quæſt.* 72. *à num.* 87. Guazzin. *defen.* 24. *cap.* 9. *à num.* 1. Sed Curia ſæcularis cùm probationes facit de delinquentis delicto, neque ipſum delinquentem, neque Eccleſiam ut potè ſibi non ſubjectam non citat, ergo contra Eccleſiæ immunitatem vim non habent, ita Farinac. *conſ.* 168. *num.* 30. *lib.* 2. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 43. *ſect.* 1. *num.* 4. & 5.

Quartò, & ultimò, quia Curia ſæcularis in cau- 111
ſis immunitatis Eccleſiæ contendit de ſua juriſdictione, & ſic reputari incompetens reſpectu propriæ cauſæ, & proprii intereſſe, *l.* 1. *C. ne quis in ſua cauſa*, *l. nulli*, *C. de jud.* proceſſus autem factus à Judice incompetenti nullam fidem facere poteſt, *l. fin. C. ſi à non compet. jud.* ita Farinac. *conſ.* 76. *num.* 1. *lib.* 1. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. c.* 11. *num.* 3. *verſic. Tanto magis*.

Ad Breve Clementis Octavi directum Archiepiſ- 112
copo Panormitano reſpondent Ciarlin. *controv. foren. tom.* 1. *cap.* 10. *à num.* 92. Novar. *in ſum. Bullar. tit. de imm. Eccleſ. num.* 81. Diana *part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9. *verſic. Ne facit*, & *in ſum. part.* 2. *verbo Judex Eccleſiaſticus*, *num.* 13. *fol.* 98. latè Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 43. *ſect.* 2. *per totam*, Fermoſin. *in cap. at ſi Clerici*, *qu.* 2. *à num.* 2. *de judiciis*, ſed an hujuſmodi ſolutiones concludant, per te videre poteris.

Hæc ſecunda opinio, quæ de jure communi eſt, 113
multo magis locum habet, quando urgeret aliqua ſuſpicio contra teſtes examinatos à Curia ſæculari, vel Epiſcopus aliquo alio modo eſſet dubius de fidelitate proceſſus, quibus in caſibus certum, quòd ille non tenetur ſtare proceſſui Curiæ ſæcularis; ſed poterit, & debebit teſtes priores, vel alios novos examinare, ut tradunt Gambacurta *de immun. Eccl. lib.* 6. *c.* 16. *à num.* 8. Giurba *conſ.* 50. *numer.* 4. & 5. Diana *part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9. *verſic. Unde*, & *in ſum. part.* 2. *verbo Judex Eccleſiaſticus*, *nu.* 13. *fol.* 98. & de praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ teſtatur Novari. *in ſum. Bullar. tit. de imm. Eccleſ. n.* 81. Thomas del Bene *de immun. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 43. *ſect.* 1. *nu.* 6.

At ſi Epiſcopus prudenter credat proceſſum Curiæ 114
ſæcularis eſſe legitimè factum, poterit ei ſtare, & eo uti ad ſuam conſcientiam informandam, Naldus *verbo Eccleſia*, *numer.* 32. Lezana *verbo immunitas*, *numer.* 28. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 43. *ſect.* 1. *num.* 1. *in fine*, de quo Guazzin. *defen.* 2. *cap.* 9. *num.* 30. maximè ſi proceſſus ſit factus à 115
Curia ſæculari, antequam delinquens ad Eccleſiam confugerit, & ſic antequam tractaretur de immunitate Eccleſiæ, poteſt Epiſcopus, licèt non teneatur ſtare proceſſui Curiæ ſæcularis, Farinac. *de immun. Eccleſ. num.* 375. Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. unica*, *punct.* 13. *num.* 9. Diana *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9. *verſic. Unde*, & latè *part.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 31. *conſ.* 2. Thomas del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 43. *ſect.* 1. *num.* 7. & *ſect.* 2. *num.* 10. *in fine*.

In ſecundo caſu ſi agitur de privilegio fori, com- 116
muniter, & abſque difficultate receptum de jure eſt, quòd Cancellarius non poſſit ſtare proceſſui facto per Curiam ſæcularem; etenim regulare eſt, quòd 117
acta facta coram Judice ſæculari, non probant, nec indicium faciunt coram Judice Eccleſiaſtico, *cap. at ſi Clerici* ubi commun. Doctores *de Jud.* Jaſon & Doctores *in l. magiſtratus, ff. de juriſd. omni jud.* Valaſcus ſic referens judicatum *conſ.* 65. alios citat Farinac. *frag. crim. part.* 1. *littera*, *A. num.* 25. Burgius *de modo proced. ex abrup. quæſt.* 65. *nu.* 52. Guazzin. *defen.* 20. *cap.* 9.

num. 29.

numer.29. in fine, latè Riccius decis.229. *à num.1. part.* 2. Valenzuela *cons.*68. *num.*46. Mascard. *de probat. concl.* 349. Pareja *de instrum. edit.tom.2. tit.7. ref.*12. *numer.*5. Fermosinus *in cap. postul. isti, quæst.*15. *nu.*2. *de foro com-*
118 *pet.* Adeò, quòd Judex Ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per judicem sæcularem remittentem Clericum à se captum, Decius & comm. Doctores *in cap. at si Clerici de jud.* ubi Fermosinus *quæst.*1. *num.*10. *& quæst.*11. *num.*3. Grammat. *cons.*42. *num.*1. Clar. *§. fin. quæst.numer.*49. *versic. ultimo quæro.* Paz. *in prax.tom.*2. *prælud.*2. *num.*12. Valascus *consult.*65. cum aliis per Riccium *decis.*229. *num.*5. *part.*2. *& in prax. part.*1. *decis.* 448. *nu.*1. *& part.*2. *resol.*86. *per totam*, Martha *de jurisd. part.*2. *c.*32. *num.*51. Pareja *de instru. edit.tom.*1. *tit.*2. *resol.*7. *num.*112. Covar. *pract. cap.*33. *num.*7. *in fine*, Carol. de Gras. *de effect. Cler. effect.*1. *num.*227. Daniel. *de Nobilibus controver. disp.*11. *num.*4. Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*7. *num.*43. Narbona *l.*20. *gloss.*23. *sub num.*11. *tit.*1. *lib.*4. *recop.* Azevedo *l.*1. *num.*56. *tit.*16. *lib.*8. *recop.* Mascard. *de prob. concl.*33. *num.*25. Decian. *tract. crim. tom.*2. *lib.*4. *c.*11. *in fin.* Bobad. *in Polit. lib.*2. *c.*19. *num.*330. Genuen. *in praxi. Archiep. Neapolit. c.*6. *sub numer.*2. Jul. Chartar. *dec.*72. *num.*67. Guazzin. *defen.*1. *c.*5. *num.*1. *& defen.*20. *c.*9. *num.*29. Farinac. *con.*76. *num.*1. *lib.*1. Ambr. *de immun. Eccles. c.*11. *sub nu.*3. Thom. del Bene *de imm. Eccles. tom.*2. *c.*16. *dub.*43. *sect.*1. *num.*2. *in fine*. Imò te-
119 netur de novo inchoare processum, aliàs non potest procedere ad capturam contra Clericum, nec inquisitionem formare ex processu à laico fabricato, Ruinus qui de communi testatur *cons.*7. *num.*6. *lib.*6. Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.*36. *num.*53. & alii per Riccium, *dec.*229. *sub num.*5. *p.*2. Paz. *in prax. tom.*1. *proœm. nu.*6. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.*6. *sub num.*2. Farinacius *in praxi part.*1. *quæst.*7. *num.*43. Guazzinus *defen.*20. *cap.*9. *num.*29. Ambrosin. *de immu. Eccles. cap.*11. *sub num.*3.

120 Quod quidem nedum verum est testibus, instrumentis, & aliis quibuscumque actis coram Judice sæculari remittente factis, sed etiam in confessione Clerici remissi, nam licèt aliqui teneant, quòd talis confessio, & si non sufficiat ad condemnandum, Farinacius *in prax. part.*3. *quæst.*81. *num.*193. *&* 195. Guazzinus *defen.*1. *cap.*5. *num.*2. sufficiet tamen ad torquendum, Guido Papa *dec.*206. *num.*6. *& decis.*419. *num.*1. Farinacius *in prax. par.*1. *quæst.*7. *num.*43. *versic. Sublimita*, verius enim est, prædictam confessionem coram Judice laico à Clerico factam validam non esse, Decian. *tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *cap.*9. *num.*114. Salzedo *in prax. cap.*62. *num.*4. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.*1. *cap.*1. *dubit.*14. *sect.*2. *num.*1. nec ad ullum effectum prodesse Decian. *tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *cap.*9. *numer.*64. de veriori testatur Bobad. *in Polit. lib.*2. *cap.*18. *numer.*330. æquiorem dicit Narbona *l.*20. *gloss.*23. *num.*12. *tit.*1. *lib.* 4. *recop.* Guazin. *defen.*1. *cap.*5. *num.*2. *& latè defen.*20. *cap.*9. benè Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.*2. *resol.*6. *à nu.* 113. Fermosinus *in cap. at si Clerici quæst.*1. *à num.*1. *& quæst.*9. *num.*8. *de judiciis*, *& in cap. cum contingat*, *qu.* 15. *num.*3. *de foro compet.* de quo aliis mille relatis videndi sunt Farinac. *in prax. part.*3. *quæst.*81. *à num.*193. *& à num.*207. Guazin. *defen.*32. *cap.*26. *à num.*4. Borell. *in sum. decis. tom.*2. *tit.*3. *nu.*323.

121 Ratio est, quia talia acta censentur facta coram Judice omninò incompetente, & improrogabili, prout est judicium sæculare quoad Clericum, *cap. si diligenti de foro compet.* ita Valascus *consult.*65. Riccius *decis.* 229.
122 *num.*2. *part.*2. & est certum, quòd Judex cui fit delinquentis remissio, non debet stare processui Judicis remittentis, tamquam non competenti Judice facto, *l. fin. C. si à non compet. jud.* Farinac. *cons.*76. *num.*1. *in fine lib.*1. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.*11. *num.*3. *vers. Tanto*, Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.*2. *cap.* 16. *dubit.*43. *sect.*1. *num.*3. *in fine*, mille alios laudat Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.*2. *resol.*6. *num.*112. sed à Judice requisito novus processus formandus est, Guido Papa *decis.*202. *num.*6. *& decis.*419. *num.*1. Decian. *tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *cap.*19. *numer.*21. Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*7. *numer.*43. Guazzin. *defen.*1. *cap.* 17. *num.*84. Narbona *lib.*20. *gloss.*23. *numer.*11. *tit.*2. *lib.*
123 4. *recop.* quid in confessione facta coram Judice incompetenti an sufficiat ad torquendum, videndi sunt Mascard. *de prob. conclus.*252. Azevedo *lib.*1. *numer.*60. *tit.*16. *lib.*8. *recop.* Farinac. *in prax. part.*3. *qu.*81. *à num.* 188. *qui mille alios refert*.

De consuetudine autem, contrarium practicatur, 124 & observatur in Cathalonia, & Sardinia, sive agatur de privilegio fori, sive de immunitate Ecclesiæ, tàm processus fuerit formatus in causa immunitatis Ecclesiæ ante, vel postquam delinquens ad Ecclesiam confugerit, utroque enim casu Cancellarius pro declaratione contentionis, & competentiæ stat processui facto per Curiam sæcularem, prout servari in Regno Siciliæ in immunitate Ecclesiæ referunt Castillo *dec.* 156. *in pr. lib.*2. Giurba *con.*50. *num.*2. Merlinus *controver. l.* 1. *c.*40. *sub num.*12. & in privilegio fori servatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quòd quando Clericus remittitur à Curia sæculari unà cum actis, constituitur reus ex eisdem actis à Judice laico factis, & si vult habere testes pro repetitis proceditur ad ulteriora, & sic ad sententiam, aliàs repetuntur, non autem de novo examinatur, antequam constituatur reus, de qua observantia meminerunt Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. c.*6. Riccius *dec.*229. *n.*6. *par.*2. *& in prax. Curiæ Arch. Neapol. par.*1. *dec.*448. *n.*5.

Pro qua observantia adducitur primò, quia si no- 125 væ informationes reciperentur per Cancellarium competentiarum, de facili eveniret disculpatio delictorum, imò remanerent impunita, quod maximè evitandum est, ita Castillo *dec.*156. *in princ. libr.*2. rarò enim possent haberi testes, qui interfuerunt delicto, & si haberentur, ut plurimum essent seducti ab amicis inquisitorum, neque multoties possent recordari tam benè eorum, quæ viderunt, prout deposuerunt in prima depositione coram Judice sæculari, ita Genuen. *in prax. Arch. Neapol. c.*6. *sub n.*2.

Secundò adducitur, quod scriptum reliquit Bald. *in* 126 *authentica Clericus numer.*11. *C. de Episc. & Cler.* ubi voluit, quòd Episcopus tenetur sequi acta coram Judice sæculari ad instructionem tantùm, non ad clerici punitionem, quem sequuntur relati per Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*7. *sub numer.*43. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. c.*6. *num.*2. *versic. Pro hac observantia*, Riccius *dec.*229. *num.*10. *part.*2. & in praxi ita observari testantur Paz. *in praxi tom.*2. *prælud.*1. *numer.*12. Guazzin. *defen.*20. *cap.*9. *numer.*30. *in fine*, Narbona *l.*20. *gl.* 23. *num.*7. *tit.*1. *lib.*4. *recop.* quod sic faciendum esse consulit omnibus Judicibus Ecclesiasticis, Diaz. *in prax. crimin. cap.* 116. quem refert, & sequitur Paz *in prax. tom.*2. *in proœm. numer.*6. *in fine*, videndus Daniel de Nobilibus *controver. disput.* 11.

Tertiò adducitur doctrina Innocent. *in cap. inquisi-* 127 *tionem num.*2. *versic. Quinimo de elect.* ubi inquit, quòd confessio, & acta sponte facta per Clericum coram Judice laico, licèt non probent coram Ecclesiastico, poterit tamen cogi ad perseverandum in eadem confessione, sequuntur plures relati per Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.*81. *num.*194. *&* 195. Riccius *decis.* 229. *sub numer.*6. *cum seq. part.*2. *& in prax. Archiep. Neapol. part.* 1. *decis.*448. *num.*5. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.*6. *nu.*3. & per decisum per Cappellam Tholosanam *in decis.*425. de veritate hujus rationis dubito, *per ea quæ tradidi n.* 120. nisi confessio fuerit aliis conjecturis adjuvata, Boer. *dec.*90. *n.*8. Farinac. *in prax. part.*3. *quæst.*81. *numer.*217. Guazzin. *defen.*32. *cap.*26. *num.*10.

Quæro 8. An reus inquisitus de delicto qualifica- 128 to sit audiendus coram Cancellario competentiarum in suis defensionibus circa exclusionem ipsius qualitatis; Hanc quæstionem examinat Merlinus *lib.*1. *controv. cap.*40. ubi postquam plura in medium adduxit, *num.*15. tradit ex Gratian. *discep. foren. cap.*596. *num.*33. quòd non est ipse reus audiendus in suis defensionibus circa exclusionem ipsius qualitatis, sed quòd talis cognitio adversùs ipsam qualitatem reservanda est in judicio principali, ubi definitivè est jus dicendum, *& in versic. His fundamentis*, *decisiones magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis refert*, sequitur Thoro *in compend. decis. par.*3. *sect.*3. *verbo terminus adversùs qualitatem*, *fol.*321. videndus Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.*2. *resol.* 6. *à num.*102. *ad* 109.

Cæte-

129 Cæterùm ipse Merlinus *dicto numer.15. versic.unum tamen*, credit non esse denegandam totaliter audientiam reo, si velit per summariam informationem excludere qualitatem proditionis, assassinii, dato ipsi brevi termino per modum extrajudicialis cognitionis, ut deducere valeat ei incumbentia.

130 In nostra autem Corona Aragonum sic practicandum judico, ut possit reus coram Cancellario competentiarum articulare, & probare circa exclusionem ipsius qualitatis, & etiam testes super coarctata recipere, aliàs ad quid concederentur Curiis, & partibus privatis, ut possint coram Cancellario prætensiones suas deducere, & illas probare intra terminum præfixum *in pragmat.fin.de contentione jurisdic.* quod maximè observandum venit in Cathalonia, ea ratione, quia ubi agitur de qualitate ad excludendum reum, super ea est audiendus, si ex eo judicio oritur ipsi plenum præjudicium, ut est de mente Doctorum relatorum per Farinac. *in prax. part.2. quæst.72. num.*138. expresè Merlinus *lib.1.controv.cap.40.num.9. in fine, & num.* 17. *versic. Et rursus*, sed in Cathalonia fieret reo gravissimum præjudicium, si in tribunali competentiarum non audiretur in suis defensionibus ad exclusionem suæ qualitatis, cùm in hoc Principatu reus si declaratur gaudere immunitate Ecclesiæ, evadit immunis ab omnibus delictis, ut infrà *decis.24. de sententia, num.*110. ergo super exclusione ipsius qualitatis audiendus est propter præjudicium, quod ipsi oriretur, ut est de mente ipsius Gratian. & Merlin. *locis relatis num.*128. & ita invenio observatum per Cancellarium Puigmari 9. Novembris 1623. *in facto immunitatis Ecclesiæ Montserrati Struch, & Joannis Struch fratrum extractorum ab Ecclesia, & Hospitali leprosorum sancti Lazari Civitatis Barcinonæ.*

131 Verùm etiam, quòd Cancellarius si testes ad exclusionem qualitatis essent de coarctata, debet illos recipere in carceribus, ut fuit observatum in causa fratrum Struch, *num. præcedenti relata*, prout solent facere Judices in Cathalonia propter suspicionem falsitatis, Peguera *in pract. crim. cap.* 12. §. 7. *num.* 3. *versic. Et quia*, & in Regno Sardiniæ est Regia pragmatica de qua Regens Vico *l.* 2. *tit.* 29. *c.* 3. & quid practicetur in statu Mediolani refert Carena *de offic. Sanctæ Inquisitionis part.3. tit.9.* §.3. *num.* 12.

132 Quæro 9. An credatur satellitibus Birroariis, & nuntiis ad favorem rei deponentibus capturam fecisse in Ecclesia, seu in loco sacro? Respondeo quòd sic, ita Roman. *cons.* 227. *num.* 3. *versic. Præterea* Decian. *tract. crim. lib.* 6. *capit.* 29. *numer.* 10. Italia *de immun. Eccl.lib.1.cap.6.* §.2. *num.*98. Tuschus *pract. conclus.littera E concl.*10. *numer.*27. Guazzin. *defen.1. cap.*37. *numer.73. versic. Si isti Birroarii*, Farinac. *de immun.Eccles.num.*56. *in princ.* Giurba *cons.*100. *numer.*35. *versic. Si vero*, conducunt Granut. *theorem.19. num.* 10. Farinac. *in praxi, part.2. quæst.*56. *num.*388. Jul. Clar. *decis.* 87. *num.*44.

133 Sed quid si reus se captum affirmet in loco sacro, satellites verò, & Birroarii affirment capturam fecisse extra locum sacrum, quibus magis est credendum? Decian. *tract.crim.lib.6.cap.29. num.*10. ait non esse de facili credendum satellitibus, & Birroariis, quia agitur de gravi præjudicio tertii, & de gravi præjudicio loci sacri, quorum partes sunt valdè favorabiles. Sed Bajardus ad Clar. §. *fin. quæst.*30. *num.* 24. inquit se credere, quòd non obtineretur in practica illud, quod Decianus dixit, quia omnes rei ita dicerent se captos esse in loco sacro. Sed non est recedendum à Doctrina Deciani, quam sequuntur Farinac. *de immun. Eccles. num.* 56. Italia *de immun. Eccles. lib.*1. *cap.*6. §.2. *num.*98. *Riccius in prax. resol.*42. Diana *resol. moral. part.*3. *tract.*1. *resol.*32. *vers. Notandum, & in sum. par.*2. *verbo Judex Ecclesiasticus, num.* 12. *in fine*, Guazzin. *defen. reor. defen.*1. *cap.*37. *num.*73. Peregrin. *de immun. Eccles. cap.*13. *num.*16. Giurba *consil.* 100. *numer.*35. Thomas del Benè *de immun. Eccles.*

134 *tom.*2. *cap.*16. *dubit.*47. *num.*5. Nisi in contrarium vigeret consuetudo, nam illa esset observanda, Cabal. *resol.crim. casu* 171. *nu.*6. *versic. Et quidquid*, Guazzin. *defen.* 1. *c.*37. *num.*73. *versic. Nisi tamen*. Dummodo plures Birroarii super hoc deponant, vel alia adminicula concurrant, siquidem nimis durum esset, si staretur dicto unius personæ vilis, & suspectæ, Cabal. *resol. crim. casu* 127. *num.* 10. & 11. Guazzin. *defen.*1. *c.*37. *nu.*73. *versic. Ego autem* Mattheu *de reg. Reg.Val. tom.*2. *c.*8. §.8. *sect.*3. *nu.*234.

Verùm Judex prudenter attendere debet verba satel- 135
litum, & considerare omnes circumstantias, & secundùm illas se regulare, & rem exequi, ut advertit Diana *resol. moral. par.*3. *tract.*1. *resol.*32. *versic. Notandum in fine, & in sum part.* 2. *verbo Judex Ecclesiasticus num.* 12. *in fine fol.*98. quas adducunt Peregrin. *de immun. Eccles. cap.*13. *num.*16. Guazzin. *defen.*1. *c.*37. *num.* 73. *versic. Ego autem*, Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 47. *numer.* 5. *in fine*.

Primò advertunt Peregrin. Guazzin. & Thomas 136
del Bene, quòd debet Judex considerare, si Birroarii, & satellites essent de majoribus, vel si essent de minoribus, aliquam haberent jurisdictionem; nam tunc ipsi tamquam integris credendum est, Granut. *theorem.* 19. *numer.* 11. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. capitul.* 39. *num.*2. Guazzin. *defen.*1. *cap.* 37. *in fine*, Farinac. *in prax. par.*2. *quæst.*56. *num.*393. & aliis citatis Giurba *consil.*100. *num.*35. *ibi : quod sanè cessat*, Mattheu *de regim.Regen. Valen.tom.*2. *cap.*8. §. 8. *sect.*3. *num.*131.

Secundò advertunt præcitati Doctores, quòd Judex 137
debet etiam considerare, si satellites reum capiant non accepto pretio, vel mercede; nam si ex captura mercedem reciperent, eis credendum non est, Cabal. *resol. crimin. casu* 127. *numer.* 15. Giurba *consil.* 100. *num.*35. *post principium*, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.*2. *cap.*8. §.8. *sect.*3. *num.* 232.

Tertiò advertunt prædicti Doctores, quòd Judex 138
debet considerare, si depositio Birroariorum, & satellitum affirmantium reum captum fuisse in loco non sacro sit adminiculata aliqua conjectura, vel depositione alterius fide digni, quo casu ipsorum depositioni creditur, Riccius *in prax. var. resol.*42. *num.*1. Mascard. *de probat. conclus.*189. *num.* 6. Granut. *theorem at.* 19. *numer.*13. Clar. §. *fin. quæst.*7. *versic. Habes igitur*, Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.*25. *post num.*25. *in fine*, Farinac. *in praxi part.* 2. *quæst.* 56. *num.*398. Jul. Chartar. *dec.*87. *num.*29.

Sed hæc ad jus commune pertinent; nam in Cathalonia, etsi reus affirmet extractum fuisse ab Ecclesia, si aliter non constat de extractione, declaratur non gaudere immunitate Ecclesiæ, ut fuit observatum per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Guerau, & Viñes 23. Novembris 1630. *in facto immunitatis Ecclesiæ Vincentii Boadella*, & per Cancellarium Erill, Consultoribus Josa, Masso, & Anglesell 3. Aprilis 1633. *in facto immunitatis Ecclesiæ Vincentii Alvareda, &, pluribus aliis conducunt tradita decis.*13. *num.*16. Quid si pro parte fisci sint ministrati plures testes, dicentes reum esse captum extra Ecclesiam, & pro parte rei sint ministrati alii testes, dicentes esse captum in Ecclesia, vel in ostio, seu scalis Ecclesiæ, quibus sit standum, vide Thoro *in compen.dec.par.*3. *sect.*3. *verbo testes examinati fol.*36.

Et generaliter si scire desideras, quando & in quibus 139
casibus, Birroariis, satellitibus, & nuntiis credatur, videndi sunt Menochius *de arb.jud.cas.* 112. Granut. *theorem.* 19. Portoles ad Molin. §. *nuntius*, Mascard. *de probat. concl.*189. Azevedo *l.*3. *tit.*3. *lib.*4. *recop.* Menchaca *contr. foren.cap.*24. Bobadilla *in polit.lib.*1. *c.*13. *num.*44. Faber *in suo Codice lib.*4. *tit.*14. *defen.*38. Valenzuela *cons.*33. *à numer.* 168. Cabal. *resol.crim. casu* 126. 127. & 132. Borell. *in sum. decis. tom.* 2. *titulo* 16. *à numer.* 385. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol.cap.*139. Farinacius *in praxi part.*1. *quæst.*32. *à num.*80. & *part.*2. *quæst.*56. *à numer.*370. Regens Vico *ad prag.Reg. Sard. lib.*2. *tit.*26. *cap.*13. Jul. Chartar. *decis.*87. Suelves *cons.*12. *num.*14. *lib.* 1. Merlin. *controver. lib.*1. *cap.*66. *numer.*12. & 13. Barbosa *in cap. cum parati à numer.*4. *de appellation.* Ripoll. *var. cap.* 3. *numer.*63. 64. & *à numer.*266. & in addit. ad Peguer. *in pract.civil.rub.*6. *à num.* 64. Fontanella

nella *decis.* 567. *à n.* 13. *par.* 2. latè Mattheu *de reg. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *sect.* 3. *à nu.* 229. *ad* 240.

140 Nec assertioni capti dicentis fuisse captum extra Ecclesiam credendum est, quando per testes probaretur contrarium, ut post Borguinum tradit Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 37. *nu.* 73. *versi. Nec daretur*.

141 Quæro 10. An communicatio processus Curiæ sæcularis, vel illius copia in causis contentionum possit per Cancellarium, vel per Arbitros concedi? Respondeo quòd non, ita Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *nu.* 72. quia in hoc Tribunali competentiarum sufficit

142 informatio extrajudicialis, ut latè probant Gratian. *discept. foren. cap.* 596. *à nu.* 22. Giurba *cons.* 100. *nu.* 28. Merlin. *controv. lib.* 1. *cap.* 40. *nu.* 9. *versic. Tertio cum*

143 *seq.* & est proprium extrajudicialis informationis, ut processus non publicetur, neque illius copia concedatur, Abbas *cons.* 41. *nu.* 1. *ante finem*, *versi. Ex quibus verbis par.* 1. cujus doctrinam canonizatam fuisse per Rotam testatur Gonzales *ad reg.* 8. *Cancel. in proœm.* §. 7. *nu.* 233. & per prædicta punctim ita judicasse collaterale Concilium refert Merlinus *lib.* 1. *controv. cap.* 40. *nu.* 15. *versi. Unum*, Sanfelicius *dec.* 137. *n.* 2. *in fine*, quidquid dicant Farinac. *cons.* 168. *nu.* 65. & 66. *l.* 1. *de immu. Eccles. num.* 376. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 46. *nu.* 6.

144 Quod intellige si processus Curiæ sæcularis non fuerit reo publicatus, quo casu in causis contentionum, communicatio, nec copia illius concedi potest, ut fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Erill. 19. Junii 1637. junctis tribus Aulis in causa contentionis immunitatis Ecclesiæ allegatæ per Josephum Gall, & Josephum Rosal villæ de Berega.

145 Quia si tali casu communicatio processus, vel illius copia concederetur, plura orirentur inconvenientia, & juris regulæ apertè frangerentur, ut latè probat Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *à nu.* 72. nam

146 sequeretur, quòd patefierent indicia, & probationes, nam copia reo non datur, nec dari potest, nisi processus fuerit publicatus, Bart. *in l. fin. in fine*, *ff. de quæst.* Decius *in cap.* 1. *nu.* 53. *de probat.* Scaccia *de jud. l.* 1. *c.* 100. *num.* 11. & 12. Portoles §. *copia*, *num.* 10. Cavalcan. *de Brachio reg. par.* 5. *num.* 125. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 49. *num.* 7. Guazzin. *defen.* 24. *cap.* 1. *num.* 3. & *c.* 3. *num.* 11. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 73. & *tit.* 5. *resol.* 1. *à num.* 83. Peguera *in practica crim. cap.* 12. §. 6. Berart. *in specul. visit. c.* 19. *nu.* 15. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.*

147 11. *num.* 68. nec reo, nec accusatori ante illius publicationem, etiam si accusator illam petat pro fisci interesse, ut possit alia indicia submini strare, ita servari dicit Bossius *tit. de indiciis num.* 82. Clar. §. *fin. quæst.* 47. *numero* 10. *versi. Danda*, ubi addit, quòd ex magna causa quandoque à Judicibus ostendi accusatoribus nomina reorum, ut melius sciant fisci partes tueri, Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 49. *numero* 154. Guazzin. *def.* 24. *cap.* 1. *num.* 10.

148 Sin autem processus Curiæ sæcularis fuerit publicatus, eo tunc communicatio, seu copia illius in causis

149 competentiarum concedenda est, ex regula qua instruimur, copiam in criminalibus, seu processus communicationem dandam esse reis, nedum indiciorum, Decius *in cap.* 1. *num.* 247. *de probat.* Bossius *tit. de indiciis nu.* 74. Cavalcan. *de Brac. Regio par.* 5. *à num.* 125. Gomez *tom.* 3. *var. c.* 13. *nu.* 21. ubi Laynes plures referens *nu.* 23. Clar. §. *fin. quæst.* 49. *nu.* 1. Tuschus *pract. concl. littera I. concl.* 99. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 4. cum mille aliis quos laudant Farinac. *in prax. par.* 1.

150 *quæst.* 39. *num.* 2. & 117. & *cons.* 84. *num.* 2. *l.* 1. Guazz. *defen.* 24. *c.* 1. *num.* 1. latissimè Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *res.* 8. *à num.* 2. sed etiam actorum *l.* 2. ubi Decius *nu.* 14. *C. de edendo*, Decius *in cap.* 1. *nu.* 246. *de probat.* Patian. *de probat. lib.* 1. *c.* 65. *à nu.* 77. Fari-

151 nac. *in prax. p.* 1. *qu.* 39. *nu.* 89. *versi. Amplia*, & *cons.* 84. *num.* 19. *l.* 1. benè Pareja *de instru. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 8. *à nu.* 2. & omnium actorum, & indiciorum, & eorum omnium, quæ ad reum pertinent, & si in minimo ei nocere possint, *lib.* 1. §. *edenda sunt omnia*, *ff. de edendo*, plures cumulant Farinac. *in praxi par.* 1. *q.* 19. *n.* 154. *versi. verum*, & *cons.* 84. *n.* 3. *l.* 1. Scaccia *de jud. l.* 1. *c.* 100. *nu.* 4. & 6. cum relatis per Guazzin. *defen.* 24. *c.* 3. *à nu.* 1. Fontanella *decis.* 129. *n.* 14. *par.* 1. etiam te- 152
stium receptorum in processu informativo, quamvis fiscus, & pars nolint illis juvari, ut contra Decium *in l.* 2. *nu.* 21. *C. de eden.* & *in c.* 1. *n.* 239. *de probat.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 49. *num.* 44. docent & probant Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 39. *nu.* 154. *versi. Et hinc est*, & *versi. Verum* & *cons.* 84. *nu.* 11. *lib.* 1. Guazzin. *defen.* 24. *c.* 3. *nu.* 1. *in fine*, latè Pareja *de instru. edit. to.* 2. *tit.* 6. *res.* 8. *à num.* 20. *ad* 24. Guttier. *de delict. quæst.* 8. & *allegat.* 13. ad partes latissimè disputat Fontanella *dec.* 129. & *nu.* 18. decisionem Regii Concilii criminalis Cathaloniæ refert *parte* 1. & de meis temporibus ita fuit observatum in Regio criminali Concilio Regni Sardiniæ in causa criminali ad favorem Joannis Manis, & sociorum. Quæ omnia etiam procedunt in atrocis- 153
simis, & si reus sit malæ famæ, Guazzin. *def.* 24. *c.* 1. *in fine*, sive proceditur per viam accusationis, sive inquisitionis, Clar. §. *fin. q.* 49. *nu.* 2. ubi Bajard. *nu.* 26. Gutier. *alleg.* 13. & *de delict. quæst.* 8. Guazzin. *def.* 24. *c.* 1. *num.* 4. abundè Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *res.* 8. *num.* 24.

Quod tamen fallit, quando in processu Curiæ sæcu- 154
laris sunt complices delicti, & socii criminis ipsius rei allegantis immunitatem Ecclesiæ, vel privilegium fori, quo casu de stylo, & observantia non datur ipsi reo copia nominum sociorum, ne detur sociis occasio fugiendi in magnum Reipublicæ damnum, cujus interest ne delicta remaneant impunita, & ita servari Mediolani testatur Clar. §. *fin. quæst.* 49. *num.* 7. *versic. Sed pone*, & in Urbe Romana Farin. *in prax. par.* 1. *qu.* 39. *nu.* 155. & 156. & *cons.* 84. *nu.* 4. *lib.* 1. & practicari in statu Ecclesiastico & Regno Neapolitano Bajard. ad Clar. §. *finali quæst.* 59. *sub nu.* 31. Portoles §. *copia*, *nu.* 3. Guazzin. *defen.* 24. *cap.* 3. *numer.* 6. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *nu.* 76. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 27. *sub nu.* 11. & de stylo & inconcussa observantia Principatus Cathaloniæ Fontanella *decis.* 129. *à nu.* 20. *p.* 1. Nisi tolleretur reo etiam in minimo 155
facultas defensionis; nam tunc ipsi est danda copia nominum sociorum, ut tenent Doctores proximè citati, Clar. *num.* 7. *in fine*, Bajard *sub numer.* 31. Guazzinus *numero sexto*, Farinac. *quæst* 39. *numero* 157. & *cons.* 84. *num.* 4. *in fine*, Fontanella *num.* 23. *qui nu.* 25. *circa finem testatur sibi concessam fuisse*, Foller. *in pract. crim. tit. detur copia capitulorum num.* 12. & si vis scire, 156
quando Clericus remittitur à Judice laico ad Ecclesiasticum, & sunt in processu socii criminis subjecti jurisdictioni Judicis sæcularis, quomodo tradenda est copia processus Judici Ecclesiastico, vide Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. c.* 6. *nu.* 5. Narbon. *l.* 20. *gl.* 23. *nu.* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.*

Sed quibus expensis est danda copia indiciorum, & 157
actorum in criminalibus? dico quòd rei petentis, Clar. §. *fin. quæst.* 49. *nu.* 4. *versic. Sed numquid in fine*, Farin. *in prax. par.* 1. *quæst.* 39. *nu.* 158. Guazzinus *defen.* 24. *c.* 1. *nu.* 2. Sed si reus est pauper, gratis dari debet, Ba- 158
jard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 49. *num.* 27. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 39. *nu.* 159. Guazzin. *defen.* 24. *cap.* 2. *nu.* 10. post alios Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 3. *resol.* 3. *num.* 76. & 77. At si reus noluerit copiam, sed tantùm communicationem processus, eo tunc scriba causæ 159
debet illum communicare, receptis tantùm duobus regalibus pro dicta communicatione, de jure Cathaloniæ *constit.* 5. *de commun. proces.* nisi fuerit reus receptus in eleemosyna carceris, aut aliàs fuerit pauper; nam tunc scriba causæ nihil exigere potest pro hujusmodi communicatione, *constit.* 1. *constit.* 4. *de commu. proces. constit.* 56. *anni* 1599. Peguera *in pract. crimin. cap.* 12. §. 6. *à num.* 8. Berart. *in specu. visitat. cap.* 19. *numero* 35.

Hæc in contentionibus criminalibus procedunt; in 160
civilibus verò communicatio processus seu illius copia danda est partibus cujus interest, *l. is apud quem*, *C. de edendo*, latè Maranta *de ord. jud. par.* 6. *actu* 10. *de edit. actor. à nu.* 53. Patian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 65. *à n.* 76. Peguera *in pract. civil. rub.* 22. Azevedo *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 4. *recop.* Barbosa *in l.* 2. *nu.* 1. & 2. *C. de edendo*, Thesaur. *dec.* 265. *n.* 8. Rossental. *de feud. cap.* 8. *concl.* 33. *n.* 2. litte-

littera A. Fachineus *controv. jur. lib.* 11. *cap.* 84. *in fine*, cum aliis per Parejam *de instru. edit. to.* 1. *tit.* 5. *resol.* 1. *nu.* 77. Berart. *in specu. visit. cap.* 19. *n.* 13. exceptis interrogatoriis, & dictis testium, quæ communicari non debet, neque illorum copia tradi nisi facta publicatione de interrogatoriis, Glos. *in cap.* 2. *verbo interrogatoria de testib. in* 6. *& in can. in primis*, §. *quia agitur*, *verbo si eo præsente* 2. q. 1. §. *quia verò in fine in auth. de testib.* Maranta *de ordin. jud. par.* 6. *actu* 10. *de edit. actor. n.* 57. & alii plures per Patian. *de probat. lib.* 1. *c.* 65. *à n.* 112. *ad* 116. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *nu.* 79. Peguera *in pract. civil. rub.* 13. *n.* 2. Berart. *in specu. visit. cap.* 19. *n.* 14. de dictis testium *glo. in l.* 2. *verbo de publicatione testium*, ubi Barbosa *num.* 8. *C. de edendo.* Maranta, & Pareja *ubi proximè*, ille *n.* 56. iste *n.* 82. Peguera *in pract. civil. rub.* 19. *n.* 3. idque sumptibus, & expensis editionem petentis, Mar. *de ord. jud. p.* 6. *actu* 10.
162 *de edit. actor. nu.* 62. Nisi copia 1. libelli, quæ dari debet sumptibus actoris, Maranta *loco relato nu.* 63. Boer. *dec.* 303. *n.* 7. latè aliis relatis Leon *dec.* 120. *l.* 1.

163 Quæro 11. An repulsa, seu reprobatio testium admittatur in causis contentionum? tractat Pareja *de instru. edit. to.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *n.* 25. ubi negativè resolvit.

164 Probatur primò, quia in causis summariis repulsa, seu reprobatio testium non conceditur, Felin. *in c. veniens n.* 28. *de testib.* Maranta *de ord. jud. par.* 6. *actu* 13. *n.* 19. Osascus *dec.* 1. *sub nu.* 11. Afflict. *decis.* 351. *nu.* 2. 4. *& 6.* & aliis per Farinac. *in prax. par.* 2. *quæst.* 62. *num.* 193. Guazzin. *defen.* 28. *c.* 8. *nu.* 9. *versi. Quinto limita*, Menochius *de arbit. jud. q.* 32. *à num.* 1. cum relatis per Borell. *in sum. dec. to.* 2. *tit.* 15. *nu.* 54. *& tit.* 2. 42. plures Thoro *in comp. dec. par.* 1. *verbo repulsa testium*, *seu impugnatio fol.* 474.

165 Probatur secundò, quia repulsa, seu reprobatio testium non conceditur in eo judicio, quod potest reparari per ordinarium, ubi definitivè est jus dicendum Afflict. *dec.* 354. *nu.* 4. *in fine*, *& nu.* 5. Menochius *de arb. jud. quæst.* 32. *nu.* 11. *versic. Accedit*, Farinac. *in prax.*
166 *par.* 2. *quæst.* 62. *nu.* 200. Borell. *in sum. dec. tom.* 2. *tit.* 25. *nu.* 47. Ideòque testium repulsa, seu reprobatio in judicio possessorio summarissimo non conceditur, Capici. *dec.* 13. *&* 55. Covar. *pract. c.* 17. *nu.* 4. Roderic. *de annu. redd. l.* 1. *quæst.* 17. *nu.* 41. Menochius *de retinenda remed. ulti. n.* 41. Mascard. *de probat. concl.* 1204. *nu.* 6. Farinac. *in prax. par.* 2. *qu.* 62. *nu.* 193. Gratian. *discept. foren. cap.* 310. *nu.* 70. *& cap.* 484. *num.* 23. Valasc. *consult.* 79. *nu.* 15. Riccius *collect.* 34. *&* 834. Paz *de tenut. l.* 1.
167 *c.* 7. *nu.* 7. Peregrin. *de fideicom. art.* 46. *nu.* 34. Postius *de manut. obs.* 96. *nu.* 1. plures Borell. *in sum. dec. tom.* 2.
168 *tit.* 25. *n.* 58. Fontanella *de pact. nupt. to.* 2. *clau.* 7. *glo.* 3. *par.* 10. *nu.* 70. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 20. *nu.* 15. nec quoad personas; nec quoad dicta, Gratian. *discept. foren. c.* 439. *nu.* 37. Postius *de manuten. observ.* 96. *num.* 3. quia potest reparari per sententiam definitivam, Menochius *de retinenda remed. ulti. nu.* 42. Paz *de tenuta lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 9. *&* 23. Postius *de manutenen. obser.* 96. *nu.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in practica civili rub.* 20. *num.* 16.

169 Sed contrarium videtur de jure verius, quia licèt in causis summariis non admittatur repulsa, seu reprobatio testium, ut dictum est *nu.* 164. procedit in illis, in quibus levis, & apparens probatio sufficit, Menoch. *de arb. jud. quæst.* 32. *nu.* 11. Farinac. *in prax. par.* 2. *quæst.* 62. *n.* 196. Guazzin. *defen.* 28. *cap.* 8. *nu.* 9. *versi. Octavo*
170 *limita*, In illis autem causis summariis in quibus semiplena saltem requiritur probatio, datur repulsa, seu reprobatio testium, sicut in judicio ordinario, Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 32. *num.* 6. Farinac. *in prax. par.* 2. *q.* 62. *num.* 201. cum pluribus aliis per Giurb. *decis.* 26. *nu.* 2. quidquid dicat Maranta *de ord. jud. par.* 6. *actu* 13. *num.* 19. cùm sit species defensionis, Capicius
171 *decis.* 55. *num.* 1. Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 32. *num.* 1. Scaccia *de jud. l.* 1. *cap.* 97. *num.* 91. *versic. Ex quo*, Barbosa *in cap. licet dilectus* 49. *num.* 2. *de testibus*, Borell. *in sum. decis. to.* 2. *tit.* 25. *num.* 2. Guazzin. *defen.* 28. *cap.* 7. *num.* 3. Milanen. *dec.* 6. *num.* 5. *lib.* 2. Giurba
172 *decis.* 26. *num.* 1. & sic in judiciis possessoriis in quibus semiplena saltem requiritur probatio, admittitur, & conceditur repulsa, seu reprobatio testium; Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 32. *num.* 8. Farinac. *in prax. part.* 2. *quæst.* 62. *nu.* 202. Capicius *decis.* 55. *à num.* 5. Covar. *pract. cap.* 17. *nu.* 3. 4. *&* 5. Molina *de primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 66. Paz *de tenuta lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 8.
& in judicio attentatorum, in quo requiritur semiplena 173
probatio, repulsa testium conceditur, Afflict. *dec.* 351. *num.* 9. *&* 10. ubi Ursil. *numer.* 1. *&* 4. Maranta *de ord. jud. par.* 6. *actu* 13. *num.* 14. Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 32. *nu.* 9. Lancellot. *de attentat. par.* 3. *cap.* 26. *à num.* 114. Farinac. *in prax. par.* 2. *quæst.* 62. *num.* 203.
Nisi repulsa per calumniam pateretur, quia tunc in 174
causis attentatorum non conceditur, Afflictis *decis.* 352. *num.* 7. Lancellot. *de attentat. par.* 3. *cap.* 26. *num.* 123. *versic. Qua re tenuta*, Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 32. *num.* 4. Guazzin. qui sic debet intelligi *defen.* 28. *cap.* 8. *n.* 9. *versic. Quarto limita*, Farinac. *in prax. par.* 2. *quæst.* 62. *n.* 204. plures alios citat Thoro *in compen. decis. part.* 2. *verbo repulsæ terminus fol.* 475. quod
generale est, ut in omni casu denegetur repulsa testium, 175
quando apparet de calumnia, & malitia illam petentis ad differendam expeditionem causæ, Afflictis *dec.* 351. *nu.* 5. *&* 6. Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 32. *à n.* 2. Guazzin. *defen.* 28. *cap.* 8. *nu.* 9. *versic. Septimo limita*. Farinac. *in prax. par.* 2. *quæst.* 62. *nu.* 197. secus illa cessante,
nam tunc etiam in possessoriis datur repulsa testium Af- 176
flict. *decis.* 351. *nu.* 3. *&* 9. ubi Ursil. *num.* 3. *&* 5. *in fine*, Farinac. post alios *dicta quæst.* 62. *numer.* 207. & in materia competentiarum requiritur saltem semiplena probatio ut dixi *suprà qu.* 6.

Præterea, quia ubi præjudicium esset irreparabile, 177
admittitur repulsa testium etiam in summariis, ne tollantur defensiones, Gratian. post alios *discept. foren. cap.* 439. *nu.* 38. sentiunt Osascus *decis.* 1. *sub n.* 11. Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 32. *à num.* 6. Giurba *decis.* 26. *nu.* 1. *&* 2. Farinac. *in prax. p.* 2. *qu.* 62. *à nu.* 201. & in causis competentiarum irreparabile præjudicium inferretur reo, si repulsa testium non admitteretur, per ea quæ tradidi *suprà nu.* 130.

In Cathalonia verò sic in proposita quæstione dicen- 178
dum existimo, distinguendo tres casus.

Primus est, si processus Curiæ sæcularis fuerit publicatus, nam eo tunc reus jam potuit, quando fecit suas defensiones, ponere objectiones, & exceptiones contra testes, per ea quæ de stylo Curiæ Romanæ tradit Guazzin. *defen.* 28. *cap.* 7. *nu.* 4. & si objectas non probaverit, poterit in hoc judicio competentiarum eas probare, vel alias opponere, si ad notitiam venerint, per ea quæ tradunt Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 53. *n.* 5. *&* 6. Guazzin. *defen.* 28. *cap.* 8. *numer.* 9. *versi. Sexto limita*.

Secundus est, si processus Curiæ sæcularis non fuerit publicatus, quo casu in vanum quæritur, an repulsa concedatur reo contra testes, per ea quæ tradidi *suprà quæst.* 10.

Tertius casus est, circa testes receptos intra primos quindecim dies, vel triginta respectivè datos Cancellario ad declarandum, quo casu Cancellarius non communicat partibus depositiones dictorum testium, sed tantùm parte petente denuntiantur nomina eorum, ut possit, si velit personas dictorum testium impugnare, ut fuit servatum per Cancellarium Erill. 20. Martii 1638. in causa contentionis immunitatis Ecclesiæ allegatæ per Josephum Moracuchs Civem Barcinonæ.

Quæro 12. & ultimò, An reus transigens, aut com- 179
ponens se cum Curia censeatur fateri delictum quo ad Ecclesiæ immunitatem? de jure communi communiter distinguitur inter delicta transigibilia, & non transigibilia, & inter illa quæ fiunt mediante pecunia, vel gratis, de quo Clarus §. *fin. qu.* 2. 1. *nnm.* 38. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *à numer.* 83. Mascard. *de probat. conclus.* 500. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 1. *de judiciis quæst.* 18. Regens Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 23. *cap.* 12. Guazzin. *de pace q.* 27. *& de defen. reor. defen.* 32. *cap.* 15. *nu.* 3. *& defen.* 35. *cap.* 5. *nu.* 5. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 5. *à nu.* 18. *& de furtis quæstion.* 176. *nu.* 88. Paschal. *de pat. potest. part.* 2. *cap.* 1. *à nu.* 125. Cabal. *resol. crim. casu.* 74. Belluga *in spec. Prin. cub.* 33. §. *rem novam*, *n.* 10. Mastril. *decis.* 250. *à nu.* 36.

Cancer.

Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 11. *à nu.* 104. Fontanel. *de pact. nupt. to.* 1. *clau.* 4. *glo.* 10. *par.* 1. *nu.* 81.

180 De jure verò Cathaloniæ transigens cum Curia pretio soluto, vel gratis solùm habetur pro confesso; quoad interesse partis læsæ, ut ex sola transactione possit per captionem personæ compelli ad satisfaciendum offenso in damnis, injuria, & interesse, ut probat *pragmat.* 9. *de remissions de crimin.* Marquilles *in usat. rusticus interfectus quæst.* 14. *pag.* 44. *col.* 2. Soccarrats *in Comment. Petri Alberti nu.* 108. *fol.* 596. Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 238. *versic. Ad quintum*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 10. *par.* 1. *nu.* 83.

181 Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 11. *num.* 205. Dummodo ipse reus faciat transactionem cum Curia; secus verò si pater, conjunctus, vel tertius sine consensu, aut scientia ipsius rei, notat Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 238. *versic. Ad quintum*, Soccarrats *in commenta. Petri Alberti nu.* 108. *fol.* 596. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 11. *nu.* 106. & de jure Clar. §. *fin. quæst.* 12. *versic. Pax in fine*, Pascal. *de pat. potest. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 126. & alii plures quos laudant Menoch. *lib.* 1. *de præsump. quæst.* 89. *nu.* 87. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 4. Mastrill. *decis.* 250. *nu.* 44. *lib.* 3.

182 Ex quibus concluditur, quòd in Cathalonia reus transigens cum Curia etiam pretio soluto, non censetur fateri delictum quoad Ecclesiæ immunitatem, ut tenet Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 11. *nu.* 116. ubi testatur ita declaratum per D. Raphaelem Rovirola Canonicum Barcinonæ Tertium per suam Excellentiam nominatum ob infirmitatem Domini Cancellarii die 13. julii 1597. intervenientibus Consiliariis pro Consultoribus Hieronymo Planes, Francisco Ubach, Josepho Mur, Narciso Regas, & Josepho Ferrer in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Gerunden. contra Curiam sæcularem ejusdem Civitatis super immunitate Ecclesiæ allegatæ per clientulum suum, quem non nominat.

183 Quid in veniam postulante an censeatur fateri delictum? videndi sunt Maschard. *de probat. conclus.* 501. & 700. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 5. *à num.* 25. & *cons.* 127. *nu.* 8. *lib.* 2. & *decis. criminal.* 35. *à nu.* 1. Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 82. & 83. Portoles ad Molin. §. *delictum nu.* 13. & 14. Azevedo *l.* 1. *nu.* 45. *tit.* 25. *lib.* 8. *recopil.* remissivè Pareja *de instru. edit. tom.* 2. *tit.* 7. *resol.* 4.

184 Forma introducendi causam contentionis coram Domino Cancellario cum supplicatione sequenti.

Admodum *Illustris*, & *Admodum Reverende Domine*.

QUia Arbitri intra terminum quinque dierum non declaraverunt causam contentionis jurisdictionis motam & suscitatam inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ facta per Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ procedimentis contra eum factis in dicta Curia Ecclesiastica per Joannem B. Mercatorem dictæ Civitatis est devoluta dominationi vestræ. Quare dictus Petrus A. exhibens processum Curiæ sæcularis dictæ Regiæ Audientiæ, litteras ab ea emanatas cum responsivis, & præsentatione illarum, ut inserantur, seu consuantur, supplicat declarari dictæ juris firmæ factæ in dicta Curia sæcul.ari locum esse, & cognitionem d. causæ ad eam pertinere & spectare cum condemnatione expensarum & complementum justitiæ ministrari, offi. &c. quæ licèt, &c.

Altissimus
N.

Cui supplicationi fit provisio sequens *Die* 6. *Junii* 1656. *Inserantur, seu consuantur producta int.*

N. Cancellarius.

185 Et si adsint attentata & volueris cum hac supplicatione petere illorum revocationem, & excusare laborem supplicationis relatæ decisione sequenti *num.* 120. debes dicere, *supplicat declarari dictam juris firmam procedere cum revocatione provisionis decreti executionis, & aliorum procedimentorum factorum à die* 20. *Maii* 1656. *in dicta Curia Ecclesiastica, cum expensarum condemnatione, &c.*

186 Forma offerendi articulos in causis competentiarum

est eadem, quæ practicatur in causis ordinariis, quam refert Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub.* 12. *in fine*, & formam provisionis quæ in calce illorum fieri solet, tradit, Peguer. *in pract. crim. c.* 26. *n.* 7. *versic.* 22. *Aprilis* 1603. *fol. mihi in additionatis per Ripol.* 522.

Forma petendi coram Domino Cancellario prorogationem contentionis cum supplicatione sequenti, quam solùm firmare possunt fisci Advocati utriusque Curiæ. 187

Admodum *Illustris*, & *Admodum Reverende Domine*.

COram dominatione vestra pendet indecisa causa contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Regia Audientia per Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ procedimentis contra eum factis in Curia Ecclesiastica per Joannem B. Mercatorem Civitatis, quæ propter plurimas occupationes dominationi vestræ intra terminum triginta dierum declarari non potest. Quare fisci Procuratores utriusque Curiæ supplicant terminum ad illam declarandam per tempus congruum prorogari, officio &c. quæ licet &c.

Altissimus.

N. fisci Ad. C. E. Barcin. N. fisci P. Ad. Cui supplicationi fit provisio sequens. *Die* 6. *Julii* 1656. *attento consensu utriusque Curiæ prorogat terminum juris ad declarandum usque ad diem primam mensis Augusti proximè venturi.*

N. Cancellarius.

Si hæc prorogatio non sufficiat, poterunt fisci Procuratores utriusque Curiæ petere alias prorogationes, offerendo similes supplicationes, & loco verborum *intra terminum triginta dierum*, dicere debent, *intra terminum prorogatum*.

ARGUMENTUM.

De attentatis in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Contentione jurisdictionis pendente inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem nihil est innovandum in Cathalonia, nu.* 1. *idem in Regnis Aragonum, nu.* 2. *Valentiæ, nu.* 3. *Sardiniæ nu.* 4. *Castellæ, n.* 5. *& de jure communi, n.* 6. *&* 10.

7 *Judices nesciunt, dum pendet contentio jurisdictionis, quis ipsorum erit Judex.*

8 *Judices propter interesse jurisdictionis quod in causa prætendunt, sunt loco partis.*

9 *Lite pendente inter duos privatos nihil est innovandum.*

11 *Appellatio, & contentio jurisdictionis quoad attentata pari passu ambulant.*

12 *Appellatione pendente nihil est innovandum.*

13 *In articulo competentiæ jurisdictionis pendet quæstio præjudicialis jurisdictioni utriusque Judicis.*

14 *Causa quando una est alteri præjudicialis, prius cognoscendum de præjudiciali, & interim in principali supersedendum.*

15 *Contentio elusoria esset, si ea pendente possint Judices aliquid innovare.*

16 *Contentione jurisdictionis inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem pendente, ambæ Curiæ interim supersedere debent, num.* 16. *nedum quoad damnationem, torturam, vel punitionem rei capti, num.* 17. *sed etiam quoad processus fulminationem num.* 18. *idque sive processus fuerit inchoatus, sive non, ibidem.*

19 *Opinio Doctoris Mattheu* de regim. Reg. Val. to. 2. c. 7. §. 1. sect. 4. à n. 138. *reprobatur, & respondetur illius fundamentis, à n.* 20. *cum seq.*

20 *Attentare non dicitur Curia faciendo id, quod utrique Curiæ prodest.*

21 *Attentare dicitur Curia transferendo reum de arresto ad carceres.*

24 *Opinio Antonii Fabri* in ſuo Cod. l. 4. tit. 14. de teſtibus defin. 37. *repugnat noſtræ concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ.*

25 *Attentata etiam ex procedimentis extrajudicialibus cauſantur.*

26 *Contentione pendente cum Inquiſitoribus poteſt Curia ſæcularis informationem inſtruere.*

27 *Contentione juriſdictionis pendente inter Curias Eccleſiaſticam, & ſæcularem procedimenta facta per Curias ſunt ipſo jure nulla, & quæcumque illa ſint, revocantur in Cathalonia via privilegiata attentatorum, & n. 28. quod & procedit in aliis Regnis Coronæ Aragonum, & de jure communi, nu. 29.*

30 *Appellatione pendente procedimentaque fiunt, ut attentata revocanda ſunt.*

31 *Termino pendente ad appellandum procedimenta quæ fiunt, revocanda ſunt, quid ſi poſtea non appelletur, num. 32.*

33 *Attentatorum revocatio in cauſis contentionum inter Curias Eccleſiaſticam, & ſæcularem facienda eſt per Cancellarium, & hanc eſſe Cancellarii præeminentiam, nu. 34.*

35 *Attentatorum revocatio ad eum Judicem ſpectat, cujus majeſtas læditur.*

36 *Attentatorum revocatio, quomodo practicabatur olim in Cathalonia, nu. 36. & quomodo practicetur hodie, nu. 38. & quid in Regno Aragonum, num. 37.*

39 *Attentatorum revocatio aliquando per Cancellarium remittitur ad ſententiam definitivam in cauſa contentionis proferendam, & nu. 40.*

41 *Attentata in cauſis contentionum aliquando per Cancellarium declarantur ſimul, & ſemel cum definitiva in cauſa principali.*

42 *Attentata aliquando revocantur per Cancellarium ante definitivam, & nu. 43.*

44 *Attentata ex officio, & nulla ex partibus petente poſſunt revocari per Cancellarium.*

45 *Attentans jus, & partem eodem tempore offendit.*

46 *Attentatorum revocatio nedum privatam, ſed etiam publicam reſpicit utilitatem.*

47 *Judex ex officio etiam parte non petente poteſt attentata revocare.*

48 *Contentio juriſdictionis reſpectu attentatorum quando dicatur pendere, veritas eſt quod à præſentatione primarum litterarum, num. 49. & 50. quid in Regno Aragonum, & Sardiniæ, & de jure communi, nu. 51.*

52 *Limita tribus modis, & vide nu. 53. 54. & 55.*

56 *Dubio pendente an ſit firmanda contentio, proceſſus utriuſque Judicis conquieſcere debent, alias revocantur procedimenta via privilegiata attentatorum, & num. 57.*

58 *Dubio pendente an ſit admittenda appellatio, procedimenta quæ fiunt, ut attentata revocentur.*

59 *Dubio pendente an appellatio ſit frivola non poteſt fieri executio ſententiæ lite pendente.*

60 *Dubio pendente an ſit firmanda contentio, revocantur attentata, etiam ſi prætendatur, vel notoriè conſtet Curiam, quæ attentatum prætendit jus non habere.*

61 *Attentata non revocantur per Judicem ad quem poſt appellationem interpoſitam, quando notoriè conſtat appellationem eſſe frivolam, ſed contrarium eſt verius, nu. 62. 63. & 64.*

65 *Procedimenta quæ fiunt poſt inhibitionem, ut attentata revocanda ſunt, 65. ſive inhibitio fuerit juſta, ſive injuſta, nu. 66.*

67 *Declaratione facta per Cancellarium, quòd eſt firmanda contentio, ſi Curia procedat in cauſa ante firmatam contentionem, attentat.*

68 *Attentatis revocatis per Cancellarium, non poteſt Curia ad ulteriora procedere, niſi purgatis attentatis.*

69 *Attentatis revocatis appellatione pendente, non poteſt procedi in cauſa principali ante omnimodam revocationem attentatorum.*

70 *Attentata ſunt purganda antequam pars audiatur.*

71 *Attentata ſunt purganda cum damnis, & expenſis uſque ad ultimum quadrantem.*

72 *Depoſitum non ſufficit ad purgationem attentatorum, ſed eſt neceſſaria realis ſolutio.*

73 *Attentans debet reficere damna, & expenſas à die attentationis, & non à die litis motæ.*

74 *Attentans in cauſis contentionum tunc demum tenetur purgare attentata cum damnis, & expenſis, quando ad ea, ſeu ad eas fuerit per Cancellarium condemnatus.*

75 *Attentatorum Judex damnorum, & expenſarum condemnationem facere poteſt nedum in eadem ſententia, ſed etiam ex intervallo, quamvis non fuerit petitum, nu. 75. fallit in cauſis contentionum, nu. 76. 77. & 78.*

79 *Expenſæ quæ officio Judicis petuntur, ſi earum condemnatio facta non fuerit in cauſa principali, poſtea peti non poſſunt, nu. 79. ſecus ſi veniant jure actionis, nu. 80.*

81 *Cancellarius non ſolet in cauſis contentionum in expenſis condemnare, ſed contrarium eſt verius, num. 82. & 98.*

83 *Cancellarius partem quæ attentat, condemnat in expenſis, quando ei videtur juſtum.*

84 *Cancellarius in cauſa immunitatis Eccleſiæ ſolet quandoque declarare, ut is qui obtinuit in contentione, retineatur pro expenſis, damnis, & injuria.*

85 *Clericus conventus coram Judice ſæculari differens opponere exceptionem fori declinatoriam condemnatur per Cancellarium in expenſis, & numero 86. quod eſt conforme juri communi, numero 87.*

88 *Clericus tunc demum differt opponere exceptionem fori declinatoriam, nedum quando illam opponit poſt ſententiam, ſed etiam quando illam opponit poſt denuntiationem proceſſus.*

89 *Clericus in expenſis condemnatus ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ, ſi inopia laborat, nec expenſas ſolvere poteſt, non eſt carceribus mancipandus, ſed admittendus ad ceſſionem bonorum non ignominioſam.*

90 *Clericus quando clarè conſtat eſſe talem, an ſi retardaverit opponere exceptionem fori declinatoriam, ſiſtit in expenſis condemnandus, & numero 91. & 92.*

93 *Clericus ut poſſit in expenſis condemnari ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ, an neceſſe ſit, quòd à parte petatur.*

94 *Clericus an ſit in expenſis condemnandus ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ, ſi actor nihilominus perſiſtit in ſua opinione poſt productam Clericatus ſcripturam.*

95 *Clericus retardans opponere exceptionem fori declinatoriam ita demum condemnatur per Cancellarium in expenſis, ſi competentia fuerit firmata cum firma ipſius Clerici, & quid ſi non fuerit firmata per firmam juris ipſius Clerici.*

96 *Clericus non declinans forum Judicis ſæcularis puniri debet per Judicem Eccleſiaſticum pœna extraordinaria.*

97 *Epiſcopus ſi habita notitia carcerationis Clerici illum repetere neglexerit, debet ab adminiſtratione deponi, & ſi tanta eſſet negligentia, criminaliter puniri poteſt.*

99 *Expenſarum condemnationem evitat, qui habet juſtam cauſam litigandi, num. 99. etiam in cauſis attentatorum, num. 100. quamvis extaret ſtatutum præcipiens ſuccumbentem in expenſis condemnari, nu. 101. niſi expenſæ eſſent ſtipulatæ, num. 102. intellige niſi exceptiones quæ per reum opponuntur ſint intrinſecatæ, faciantque cauſam turbidam, ibid. vel niſi expenſæ fiant culpa agentis, nu. 103.*

104 *Juſta cauſa litigandi in dubio contra victum præſumitur.*

105 *Juſta cauſa litigandi quæ dicatur.*

106 *Contentione pendente super immunitate Ecclesiæ processus Curiarum non conquiescunt, quod juri communi repugnat num.* 107. *conquiescendum tamen est in punitione rei nu.* 108.

109 *Cautio an sit præstanda in extr.actione rei ab Ecclesia, & quid in Cathalonia.*

110 *Contentione super immunitate Ecclesiæ pendente, & si supersedendum sit in punitione rei, num.* 108. *tamen existentibus duobus reis delicti, prolata sententia contra ambos, & unus allegaverit immunitatem Ecclesiæ, potest procedi ad declarationem causæ supplicationis contra alium.*

111 *Attentata non dicuntur, quando reus relaxatur à carceribus de consensu ambarum Curiarum.*

112 *Attentata non dicuntur in Regno Aragonum procedimenta, quæ fiunt in processibus privilegiatis apprehensionis, manifestationis, & similibus.*

113 *Contentione jurisdictionis pendente inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem non currunt tempora probatoria in causa principali, cujus occasione fuit competentia firmata.*

114 *Contentione pendente potest impetrari à superiore præceptum, ne ea pendente ad aliquos actus parti præjudiciales procedatur.*

115 *Judex Ecclesiasticus an possit inhibere Judicem sæcularem, impedireque executionem instrumenti guarentigii sub prætextu, quòd contractus sit usurarius, donec per eum sit cognitum, an sit usurarius, vel non, & nu.* 116. 117. *&* 118.

119 *Contentio si firmetur lata sententia per Judicem sæcularem, supersedendum est in illius executione, etiam si damnatus esset in loco supplicii.*

120 *Forma supplicationis ad petendam coram Cancellario revocationem attentatorum.*

121 *Sententiæ Cancellarii Cathaloniæ super revocatione attentatorum referuntur remissivè.*

DECISIO XXII.

1 REgula generalis est, quòd pendente contentione, & competentia jurisdictionis inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem nihil est innovandum, de jure nostro Cathaloniæ *probat. constit. com sic ordenat. 2. de conten. jnrisdic.* & expressè cavetur in cap. 4. concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum in fine, versic. Entre tant. *relato in pragmat. 1. de conten. jurisdic.* Ferrer. *par. 3. obser. cap.* 179. *ver. Certum est, & cap.* 180. *versic. An hodie, & cap.* 262. *& cap.* 272. *incipien. cum super*, Oliba *de jure fisci cap.* 14. *numer.* 84. *& num.* 86. *in fine*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *numero* 7. *versic. Item quæro*, Cancer. *par. 3. var.* 10. *à num.* 59. Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clau. 3. glos. 2. nu.* 56. *& decis.* 256. *nu. 4. par. 1. & decis.* 313. *nu.* 10. *par. 2.*

2 De Regno Aragonum *prob. forus* 1. ubi Bardaxi, *nu.* 16. *versi. Ultimo dicitur*, Portoles *à nu.* 60. *de compet. jurisdict.* idem Portoles 5. *apprehensio el* 3. *num.* 66. *&* 73. Monter. *decis. 9. à num.* 56. *in fine*, Sesse *de inhibit. cap.* 5. §. 8. *num.* 13. *& cap.* 9. §. 1. *à numer.* 67. *&* §. 2. *num.* 2. Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *num.* 11. Suelves *controv. 94. num.* 30. *in fine lib.* 1. Urrutigoyti *in pastor. regul. par. 1. clau.* 10. *nu.* 3.

3 De Regno Valentiæ cavetur *in dicto cap. 4. concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ relato num.* 1. Belluga *in specul. Princip. rub.* 11. §. *videamus, num. 4. versic. Dum tamen, fol.* 60. Cerdan. *de la visita de la carcel, c. 5. num.* 17. Mart. *de reg. Val. tom. 2. c. 7.* §. 1. *sect. 4.* 119. *in fine, & nu.* 137.

4 De Regno Sardiniæ *ex nostris juribus relatis num.* 1. probat Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib. 2. tit.* 51. *numero* 12. *&* 38. Regia epistola scripta Duci de Avellano Proregi Sardiniæ, *dat. Matriti* 4. *Maii* 1641. De qua in libro Regiarum epistolarum illius Regni, *fol.* 124.

5 De Regno Castellæ Valenzuela *cons.* 42. *numero* 14. Covar. *pract. cap.* 33. *in prin. & numero* 3. *versic. Fortassis in fine, & num.* 4. Narbona *l.* 20. *glo.* 23. *num.* 10. *tit. 1. lib. 4. recop.* Pareja *de instru. edition. tom. 1. tit. 2. resol. 6. à num.* 1.

De jure communi probat text. *in cap. si Judex laicus* 6 *in fine*, ubi Gloss. *verbo interim, & verbo processus*, & ibi Anchar, *num. 6. versic. Decimo nota*, Dominic. *ante num.* 1. Probus *numer.* 15. Barbosa *num. 8. & in addition. num. 1. de senten. excom. in* 6. Innocent. *in cap. ut famæ, nu. 1. de sentent. excom. in* 6. Bald. *in l. si qua per calumniam, nu. 4. C. de Episc. & Cler.* Cabal. *resol. crim. casu* 60. *nu.* 11. *& casu* 223. *nu.* 85. Farinac. *in prax. par. 1. q. 8. num.* 35. Salzedo ad Diaz *in pract. crimi. cap.* 62. *numer.* 11. Scaccia *de judic. lib. 1. cap.* 11. *numer.* 90. Carol. de Graf. *de effect. Cler. effect. 1. num.* 1257. *& seq.* Bonacina *in Bulla Cœnæ tom. 3. disput. 1. quæst. 6. sect. 1. punct. 6. à n.* 30. Martha *de jurisdic. par. 2. cap.* 32. *nu.* 52. Zerola *in prax. Episcop. part. 1. verbo Clericus, versic. Ad quintum*, Barbosa *in l. Titia, num.* 31. *versic. Quod sanè intelligendum est, ff. solut. matrim.* Bobad. *in Polit. lib. 2. cap.* 18. *nu.* 108. *& cap.* 19. *nu.* 36. Guazzin. *defen. 1. cap. 3. nu. 4. & defen. 20. cap. 8. num. 2.* Diana *resol. moral. p. 2. tr. 2. resol. 27. versic. Nota, & par. 3. tra. 1. resol.* 63. Thomas del Bene *de immu. Eccles. to. 2. cap. 4. dubit.* 29. *nu.* 16. Jul. Chartar. *decis.* 58. *nu.* 15. Barbosa *de jure Eccles. uni. lib. 1. cap.* 39. §. 2. *n.* 28. *versic. Interim*, Cevallos *de cog. per viam violen. quæst.* 80. Salgado *de supplicat. ad Sanctis. par. 2. cap.* 20. *nu.* 58. Tondut. *de præven. judic. par. 2. cap.* 31. *num.* 9. *&* cap. 41. *nu.* 28. vide infrà *decis.* 34. *nu.* 146. *&* 147.

Probatur primò, quia utrique Judices interim dum 7 pendet contentio nesciunt quis ipsorum sit Judex, Belluga *in specul. Princip. rub.* 11. §. *videamus, nu.* 4. & propter interesse jurisdictionis, quam quisque in causa præ- 8 tendit, sunt loco partis, Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num.* 328. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7.* §. 1. *sect. 4. sub num.* 126. & sicut lite pendente inter duos privatos nihil est innovandum, *toto tit. ut lite pendente, cap. non solum de appellat. in* 6. latè Lancellot. *de at-* 9 *tentat. par. 2. cap.* 4. Caroccius *de exceptione* 2. Postius *de manutenen. obser.* 84. *& post. tract. decis.* 305. *num.* 1. sic nec contentione pendente inter duos Judices, qui 10 loco litis inter eos habetur, ita Cancer. *par. 3. var. cap.* 10. *nu.* 64. *versi. Estque ratio, & nu.* 65. *&* 66. *ubi testatur ita praxim observare*, notat Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. sub nu.* 1. Tondutus *de præven. judic. part. 2. cap.* 31. *num.* 9.

Probatur secundò, quia appellatio, & contentio ju- 11 risdictionis quoad attentata pari passu ambulant, Fontanella *decis.* 513. *nu.* 28. *par. 2.* & de una ad aliam is Doctor passim argumentatur in eadem decisione, *num.* 12. 20. *&* 27. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7.* §. 12 1. *sect. 4. nu.* 142. *in fine*, Cevallos *de cognit. per viam violen. quæst.* 80. & sicut appellatione pendente nihil est innovandum, *l.* 1. §. *penult. ff. nil. nova appel. penden. l. reus* §. 1. *ff. de muner. & honor. l. Imperator.* §. 1. *ff. de appellat. canone* 8. *quæst.* 4. Lancellot. *de attentat. par. 2. cap.* 12. Valenzuela *cons.* 7. *à nu.* 20. *& cons.* 32. *num.* 87. *& cons.* 44. *num.* 13. *& cons.* 84. *nu.* 49. *&* 50. *& cons.* 95. *num.* 5. Grivel. *decis.* 15. *num. 2.* 22. *&* 23. Jul. Chartar. *decis.* 19. *num.* 1. *&* 2. Suelves *cons.* 48. *num.* 5. *lib.* 1. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 19. *à num.* 45. Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clau. 4. glos.* 10. *par. 1. à numer.* 68. Postius *de manutenen. obser.* 8. *à num.* 53. Barbosa *in cap. fin. numero* 27. *de appellat.* Salzedo *l.* 68. *à num.* 31. *tit. 1. lib.* 3. *recopil. fol.* 151. Giurba *decis.* 19. *numer.* 2. Narbona *lib.* 35. *numer. 2. tit. 5. lib. 1. recopil. fol.* 40. Barbosa *in cap. fin. num.* 27. *de appellat.* sic nec contentione, seu competentia jurisdictionis pendente, imò major militat ratio, quòd pendente contentione nihil innovetur, quam appellatione pendente, quia dum pendet quæstio jurisdictionis, cum Judex non sit certus de ea, non potest procedere ipso jure resistente, *l. ex quacumque, ff. si in jus vocat. lib. 2.* §. *si dubitatur, ff. de judic.* Surd. *cons.* 286. *num.* 8. Menochius *cons. 2. num.* 92. *&* *cons.* 1000. *num.* 111. Pareja *de instrum. edit. tom. 1. titul. 2. resol. 6. numer.* 4.

Probatur tertiò, quia in articulo competentiæ, & 13 contentionis jurisdictionis pendet quæstio præjudicialis jurisdictioni utriusque judicis, Belluga *in specul. Princip. rub.* 11. §. *videamus, numero* 4. Unde meritò si illo

pendente nihil sit innovandum, ex regula quod quando una causa est alteri præjudicialis, & interim in principali supersedendum, Farinac. *in prax. par.* 3. *quæst.* 100. *à nu.* 25. *& conf.* 21. *littera C. lib.* 1. Lancellot. *de*
14 *attentat. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 19. Larrea *decis.* 8. *à nu.* 27. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 328. Tuschus *pract. conclus. littera P. conclus.* 392. latè Salgado *de reg. protec. p.* 2. *c.* 1*p. fin. & de suppli. ad Sanctis. par.* 1. *cap.* 11. *nu.* 73. Menochius *de arbit. jud. casu* 301. *à nu.* 25. Coccinus *decis.* 465. Sesse *decis.* 128. *nu.* 23. *&* 24. Giurba *decis.* 33. *nu.* 7. Peguera *decis.* 9. Ramon noster *cons.* 71. 72. *&* 73. Fontanella *decis.* 71. *nu.* 2. *par.* 1. *&* *decis.* 335. *à nu.* 15. *decis.* 572. *nu.* 23. *p.* 2. Ripol. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 32. *à nu.* 20.

15 Probatur quartò, & ultimò, quia contentio & competentia jurisdictionis elusoria esset, & serviret de vento, si ea pendente possent Judices aliquid innovare; Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 35. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 108. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *res.* 27. *versi. Nota, & part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 63. Thomas del Bene *de imm. Eccles. to.* 1. *cap.* 4. *dub.* 29. *nu.* 16.

16 Prædicta regula adeò vera est, ut non possint Curiæ pendente contentione in causa principali procedere, sed in ea interim supersedere debent, per text. *in cap. si Judex laicus de sentent. excomm. in* 6. Barbosa *in l. Titia, nu.* 31. *versic. Quod sane, ff. solut. de matrim.* Zerola *in prax. Episcop. part.* 1. *verbo Clericus versic. Ad quintum*, Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *cap.*
17 4. *dubit.* 23. *numer.* 16. *& alii ex suprà citatis*. Nedum quoad condemnationem, torturam, vel punitionem rei capti, Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 90. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 35. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 108. Guazzin. *defen.* 20. *cap.* 8. *nu.* 2. Oliba *de jure fisci cap.* 11. *num.* 84. Sesse *de inhibit. c.* 9. §. 1. *à num.* 67. Fontanel. *decis.* 256. *part.* 1. Seu reposi-
18 tionem in arctiorem carcerem *constit.* 2. *de content. jurisdic.* Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 180. Narbona *lib.* 20. *gloss.* 23. *nu.* 10. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopil.* Sed etiam, quoad processus fulminationem, seu receptionem summariæ informationis de delicto ad Curiæ instructionem, ut probat nostra concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, *cap.* 4. *relato in pragmat.* 1. *in fine de conten. jurisdic. cap. si Judex laicus de senten. excom. in* 6. Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 262. *&* 272. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 10. *nu.* 63. Belluga *in Specu. Princip. rub.* 11. §. *videamus nu.* 4. Portoles *foro* 1. *à num.* 60. *de compet. jurisdic.* Suelves *cons.* 44. *nu.* 30. *in fine, lib.* 1. Monter *decis.* 9. *num.* 56. *in fine*, Sesse *de inhib. c.* 5. §. 8. *nu.* 13. *& cap.* 9. §. 2. *nu.* 3. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 3. *resol.* 6. *nu.* 1. Fontanel. *decis.* 313. *nu.* 10. *part.* 2. & alii *suprà* relati *à nu.* 1. idque sive processus inchoatus sit, sive non, semper enim pendente contentione jurisdictionis inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem processus utriusque Curiæ conquiescere debent, ut habetur *in dicta nostra concordia c.* 4. Portoles *foro* 1. *num.* 60. *de compet. jurisdict.* Sesse *de inhibit. c.* 8. §. 1. *nu.* 13.

19 Ex quibus recedendum existimo ab his, quæ scribit Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. *sect.* 4. *à nu.* 138. quòd pendente contentione jurisdictionis super repetitione Clerici posse Curias summarias informationes de delicto recipere ad earum instructionem. Quia loquitur contra expressa jura, doctrinas, & rationes superiùs traditas.

20 Nec obstant quæ ab eo ratiocinantur, non primum deductum *à numer.* 139. quòd Curia faciendo id, quod utrique prodest, nulla ex ipsis dicitur attentare, ex Michaele Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 180. Lancellot. *de attentat. par.* 1. *cap.* 12. *limit.* 4. addo Cancer. *par.* 3. *var. c.* 10. *nu.* 61. & concludit quòd recipere informationes pendente contentione jurisdictionis respicit favorem utriusque Curiæ.

21 Quia transferre reum de arresto ad carceres, vel illum ponere in arctiorem carcerem utriusque Curiæ favore fit, ut tutus, & securus maneat, Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 180. & tamen illud fieri est attentatum, *constit.* 2. *de conten. jurisd.* & quamvis Michael Ferrer. *dicto cap.* 180. contrarium teneat, repugnare videtur verbis *dictæ constit.* 2. non obstantibus intellectibus ab ipso traditis, Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.* 15. *nu.* 16. *in fine*, Narbona *l.* 20. *gloss.* 23. *nu.* 9. *&* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.*

Præterea, quia Curiæ propter interesse jurisdictionis 22
quod unaquæque in causa prætendit, sunt loco partis, ut dixi *nu.* 8. & procedimenta pendente contentione jurisdictionis fieri non possunt per ambas partes absque vitio attentatorum, juxta decisionem quam refero *infrà quæst.* 5. & negari non potest, quando procedimenta instantur per ambas partes, utrique earum sibi videatur consuli.

Rursus quod omnem tollit difficultatem, quia recep- 23
tio informationis pendente contentione jurisdictionis inter ambas Curias Ecclesiasticam, & sæcularem & si videatur respicere favorem utriusquæ Curiæ, est expressè prohibita per nostram concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ *cap.* 4. *in fine*, ibi: *interim verò processus qui facti fuerint absque cujuscumque partis præjudicio suspendantur, & si facti non fuerint, non fiant, quo usque dictum dubium fuerit terminatum*, & per text. *in cap. si Judex laicus, de sentent. excom. in* 6. & est contra communem, & veriorem Doctorum sententiam hucusque à nemine contradictam.

Non secundum deductum *nu.* 142. ex Antonio Fabro 24
quia *in suo C. lib.* 4. *tit.* 14. *de testib. defin.* 37. quia quod attinet ad nostrum institutum, nostra concordia *cap.* 4. *in fine*, & *cap. si Judex laicus, de sentent. excom. in* 6. & communiter Doctores suprà laudati loquuntur in contentione jurisdictionis super repetitione Clerici, & omninò prohibent ea pendente aliquid innovare, imò statuunt utrumque processum conquiescere debere.

Non tertium deductum *nu.* 143. quòd informatio Cu- 25
riæ non sit actus judicialis. Quia respondetur, quòd in Tribunali competentiarum sufficit informatio extrajudicialis, ut dixi *decis.* 21. *num.* 142. & de consuetudine Cancellarius in Cathalonia, & Sardinia stat processui facto per Judicem sæcularem, ut remanet dictum *decis.* 21. *n.* 124. tum etiam quia attentata etiam causantur ex procedimentis extrajudicialibus, Lancellot. *de attentat. par.* 1. *cap.* 2. & tamdem, quia hujusmodi informationem recipere est prohibitum à nostra concordia, & aliis juribus suprà relatis, ut sæpiùs dixi.

Non quartum & ultimum deductum *num.* 144. quòd 26
pendente contentione cum Inquisitoribus definitum fuisse 2. Junii 1632. ex trium Aularum resolutione posse Regiam jurisdictionem instruere; & cum super hoc interposita esset consultatio ad Regiam Majestatem rescripto die 6. Augusti consequentis fuisse confirmatum decretum Senatus, & tradit idem fuisse rescriptum Inquisitoribus per illorum superiores, reperit *dicto cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *nu.* 30. quia hujusmodi confirmatio facta fuit in vim concordiæ initæ inter sacrum Supremum Regium Aragonum Concilium, & Concilium Supremum Sanctæ Inquisitionis, conformando se ambo Concilia schedulis Regiis generali Prætorio competentiarum directis, de quibus, Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *numer.* 5. *versic. Et apud nos, & tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 8. *numero* 47. sed ex prædicta conformatione arguere ad nostrum casum, omnia jura in contrarium clamant.

Quæro primò, an procedimenta facta per Curias Ec- 27
clesiasticam, & sæcularem pendente contentione, seu competentia jurisdictionis, sint ipso jure nulla; Respondeo quòd sic, *pragmat.* 4. §. 2. *de content. jurisdic.* & quæcumque illa sint revocantur via privilegiata attentatorum, de jure Cathaloniæ *const.* 2. *de conten. jurisdic.* Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 180. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *vers. Item quæro*, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 60. Fontanella *decis.* 256. *nu.* 16. *par.* 1. *&* *decis.* 313. *nu.* 10. *par.* 2. ita fuit declaratum per Cancellarium Carmona, Consultoribus Soler, & Gamis 17. Junii 1619. 28
in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, contra Curiam sæcularem Regentis Vicariam dictæ Civitatis, occasione firmæ juris in Curia sæculari factæ per Franciscum Masdovelles Villæ franchæ Peniten. & officiales suæ Curiæ his verbis: *deveniendo ad revocationem attentatorum per dictum fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ instatam sententiat, pronuntiat, & de-*

& declarat omnia, & quæcumque procedimenta per dictum Vicarium Peniten, & in sua Curia contra dictos Franciscum de Arbornar, & Antonium Gomar respectivè facta post diem 17. *Augusti* 1618. *quo fuerunt præsentatæ primæ litteræ in forma contentionis : & consequenter executiones de super mentionatas via privilegiata attentatorum cassanda, & revocanda, cassandasque, & revocandas fore, & esse.* Et per Cancellarium Puigmari, consultoribus Astor, & Roca in favorem Curiæ sæcularis Procuratoris Regii Patrimonii in Comitatibus Rossellionis, Ceritaniæ, Angelum, & Gastonem de Foix, & de Bearn fratres, Dominos qui dicebantur loci de Sureda contra Curiam Ecclesiasticam Elnen. Sede vacante, Montserratum Boixo Archidiaconum de Vallespir 27. Aprilis 1622. cujus declarationis verba refero infrà *nu.* 41. Et per eumdem Cancellarium Puigmari, consultoribus Ferrer, & Senjust in favorem Curiæ sæcularis Bajuli Regii Civitatis Dertusæ, contra Curiam Ecclesiasticam ejusdem Civitatis 26. Septembris 1623. his verbis : *Sententiat, pronuntiat, declarat firmæ juris in dicta Curia sæcularis factæ per fisci Regii Procuratorem, & per Onofrium Rovira locum fuisse, & esse : & consequenter dictam præcalendatam liberationem hastæ fiscalis, & venditionem dicto Onofrio Rovira de dictis domibus per dictam Curiam Ecclesiasticam factam via privilegiata attentatorum cassandam, & revocandam fore, & esse.* Et per dictum Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, Roca, & Aguilo in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Elnen. & Communitatem Presbyterorum Ecclesiæ Sancti Joannis Villæ Perpiniani, contra Curiam sæcularem Procuratoris Regii Patrimonii in comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ; & Syndicum Universitatis Villæ Perpiniani 16. Decembris 1623. cujus verba refero infrà *nu.* 41. Et per præfatum Cancellarium Puigmari 31. Julii 1625. in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Economum Monasterii Beatæ Mariæ de Mercede, contra Curiam sæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ, & Onofrium Sala negotiatorem dictæ Civitatis, cujus decisionis verba refero infrà sub *nu.* 86. Et per eumdem Cancellarium Puigmari 26. Junii 1627. in favorem Curiæ sæcularis Regiæ Audientiæ, & Joannis Bonaventuræ Llombart, Antonii Pedret, & aliorum, contra Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ Sede vacante, & Josephum de Torme, & Liori Canonicum ejusdem Ecclesiæ, cujus verba refero infrà *n.* 41. & per Cancellarium Erill in causa contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ Sede vacante, & Petrum Ferrer ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Sperantiam Soler viduam ex altera 10. Januarii 1634. cujus verba refero infrà *numer.* 44. & per eumdem Cancellarium Erill. 11. Octobris 1639. in favorem Curiæ sæcularis Vicarii Tarregæ, procuratoris Egregiæ Comitissæ de Guimera Vicecomitissæ de Evol, Joannis Fuster Bajuli, & Laurentii Sans cultoris dictæ villæ de Guimera, contra Curiam Ecclesiasticam Decani Montisalbi, & Joannem Bergadà præfatæ villæ de Guimera fuit declaratum his verbis : *sententiat, pronuntiat, & declarat omnia procedimenta facta per dictam Curiam Ecclesiasticam dicti Decani Montisalbi post diem* 14. *mensis Julii* 1639. *quo die fuerunt dicto Decano præsentatæ primæ litteræ contentionis, & firmæ juris fuisse, & esse nulla, & attentata, & ut talia revocanda fore, & esse cum omnibus inde secutis, prout cum præsenti revocat, & annullat.*

29 Quod idem procedit in Regno Aragonum, Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *à nu.* 67. notat Portoles *foro* 1. *nu.* 66. *in fine de competen. jurisdict.* In Regno Valentiæ Belluga *in specul. Prin. rub.* 11. §. *videamus num.* 4. In Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *nu.* 38. & habetur in Regia epistola scripta Comiti de Erill illius Regni Proregi data Matriti 11. Februarii 1619. *quæ legitur in libro Gubernii fol. inferiori* 390. & in alia Regia epistola scripta Duci de Avellano Proregi Sardiniæ : data Matriti 4. Maii 1641. *de qua in libro Regiarum epistolarum fol.* 124. & de jure communi tradunt Bart. *in l. multum, C. de condit. & demonstrat.* Menochius *cons.* 1000. *numer.* 111. Trivisan. *dec.* 11. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. Burgius *de modo proceden. ex abrupt. in proœm. num.* 6. & *quæst.* 77. *nu.* 11. quos & alios citat Pareja *de instru. edit. to.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *nu.* quos transcripsit Barbosa *in addition. ad cap. si Judex laicus, nu.* 1. *in fine de sentent. excom. in* 6. addo Cevallos *de cog. per viam violentiæ qu.* 80. *nu.* & 12. *part.* 2.

Ratio est, quia appellatio, & contentio jurisdictionis quoad attentata pari passu ambulant, ut dixi *nu.* 11. 30
unde sicut procedimenta quæ fiunt appellatione pendente, sunt ipso jure nulla, *cap. non solùm*, ubi Barbosa *nu.* 5. *de appellat. in* 6. & ut attenta sunt revocanda, *l.* 1. ubi commun. Doctores *ff. nil. nova appellat. pendente, cap. pastoralis de offic. deleg. cap. bonæ, c. delicta, cap. audientiam de appellat. c. non solum, eodem in* 6. Valasc. *consult.* 156. *num.* 1. Pareja *decis.* 65. *nu.* 4. Duran. *decis.* 414. *nu.* 1. & *decis.* 437. *nu.* 2. & 3. Gratian. *decis.* 9. *num.* 10. Riccius *collect.* 277. 326. & 1414. Seraphin. *decis.* 152. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 19. *nu.* 46. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 12. Garcia *de benefic. part.* 4. *à nu.* 26. Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancel. in annotat. contra nullitates, à nu.* 54. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 11. *c.* 2. *nu.* 3. Suelves *cons.* 48. *num.* 6. *lib.* 1. Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *c.* 28. *nu.* 88. & 89. cum relatis per Giurb. *decis.* 19. *nu.* 4. per Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 36. *à num.* 3. & per Castillo *tom.* 8. *de alimen. cap.* 8. *nu.* 2. nedum illa, sed etiam quæ fiunt 31
pendente termino ad appellandum, *cap. non solum de appellat. in* 6. *l. pendente, C. de bon. posse. cont. tabul.* Lancellot. *de attentat. part.* 3. *tit. de attentatis pendente termino ad appellandum, nu.* 1. cum relatis per Giurb. *decis.* 19. *num.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 31. *nu.* 74. Capic. Latro *decis.* 173. *nu.* 20. *lib.* 2. Duran. *decis.* 96. *num.* 1. & *decis.* 198. *num.* 3. Suelves *cons.* 48. *num.* 6. *in fine, lib.* 1. latè Mastril. *decis.* 243. *à num.* 18. *lib.* 3. Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 28. *à num.* 91. Barbosa post alios *in cap. non solum* 2. *de appellat. in* 6. Castillo *tom.* 8. *de aliment. cap.* 8. *nu.* 2. *in fine* Fontanella *decis.* 313. *num.* 29. *part.* 2. qui ampliat, etiam si post non ap- 32
pelletur, modo quo declarat Rota apud Ludovis. *decis.* 339. & ibi Beltramin. *à num.* 4. de quo vide Giurbam, & ab eo relatos *decis.* 29. *numero* 5. *in fine*. Sic quæ fiunt contentione pendente, ut attentata revocanda sunt.

Quæro 2. Per quem sit facienda attentatorum revoca- 33
tio in causis contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem? Respondeo quòd de jure communi per Curiam Ecclesiasticam, Cevallos *de cognit. per viam. violen. quæst.* 80. *nu.* 3. & in Corona Aragonum per Cancellarium, de jure Cathaloniæ *constit.* 2. *de conten. de jurisdic.* Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 272. *incipien. cum super. versic. Advertendum tamen est.* Cancer. *par.* 3. *cap. c.* 10. *nu.* 60. Peguera *in pract. crim. c.* 26. *nu.* 7. *versic. Item quæro*, Fontanella *decis.* 313. & 314. *par.* 2. & ita passim reperies practicatum in decisionibus in hac decisione laudatis. De Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *nu.* 38. Regia epistola scripta Comiti de Erill Proregi Sardiniæ data Matriti 11. Februarii 1619. *de qua in libro Gubernii inferiori* 390.

Dices, quomodo Cancellarius possit revocare atten- 34
tata, casu quo sint facta, antequam causa ad eum fuerit devoluta? Respondeo hanc esse Cancellarii præeminentiam, & Curia generalis hanc dedit illi potestatem, & auctoritatem, *dicta constit.* 2. *de conten. de jurisdic.* Certum enim est, attentatorum revocationem ad eum 35
judicem spectare, cujus majestas læsa fuit, Lancellot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 27. *à numer.* 39. Ludovisc. *dec.* 486. *num.* 4. & 7. Valenzuela *cons.* 71. *num.* 73. & 81. Barbosa *in cap. fin. num.* 41. *de appellat.* Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 35. *num.* 7. Fontanella *decis.* 314. *num.* 12. *par.* 2. sicque solus Cancellarius, & non aliud Tribunal in cujus contemptum procedimenta dicuntur facta, de attentatis cognoscere potest; Fontanella *decis.* 314. *num.* 13. *part.* 2. etiam si attentata sint facta antequam causa ad eum fuerit devoluta, ut in casu relato per Fontanell. *decis.* 313. *part.* 2. & in aliis relatis infrà *num.* 50. & 53.

Quæro 3. quomodo practicetur revocatio attenta- 36
torum in causis contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem, quando una Curia attentat? Respondeo quòd olim in Cathalonia practicabatur,

quando Curia Ecclesiastica pendente contentione jurisdictionis turbabat Curiam Regiam sæcularem procedebatur contra illam ad occupationem temporalitatum, ut habetur apud Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 272. *incipien. cum super repetitione*, quod & adhuc practicatur in Regno Aragonum, Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *nu.* 3. *in fine*, & *nu.* 11. *versic. Et ita*, & *num.* 12. *ubi exemplare refert*, & *nu.* 16. *ubi aliud exemplare laudat*.

38 Hodie verò in Cathalonia practicari potest duobus modis. Primo, quòd Curia, quæ attentatum prætendit, contentionem super illo dubio forma prænarrata firmare potest cum alia Curia, quæ attentavit, ut colligitur ex observantia, & extraditis per Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 180. Cancer. *part.* 3. *cap.* 10. *num.* 62. *ubi testatur ita ipsum practicasse*. Secundo modo potest Curia, quæ attentatum prætendit petere cum supplicatione coram Cancellario revocationem dictorum attentatorum, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 62. *ubi refert ita etiam practicasse & practicari vidisse*, & iste ultimus modus est magis frequens, qui in praxi observatur, & magis conformis, *constit.* 2. *de conten. jurisdic.*

39 Quæro 4. Quando per Cancellarium sunt revocanda attentata facta contentione pendente inter Curias Ecclesiasticam & sæcularem? Respondeo quòd aliquando remittunt revocanda ad sententiam definitivam in causa contentionis proferendam, ad Fontanell. *decis.* 326. *n.* 21. *par.* 1. Lancellot. *de attent. par.* 3. *c.* 19. Beltram. ad Ludovis. *decis.* 283. *n.* 8. *in fine*, Ludovisc. Bell. *cons.* 11. *n.* 32. ita fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, Sabater,
40 Sunyer, & Descamps 13. Aprilis 1593. in favorem Gasparis Molera Medicinæ Doctoris Civitatis Vici, contra Joannem Vivet Clericum Legum Doctorem Civitatis Gerundæ, his verbis: *pronuntiat, sententiat, & declarat Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Gerundæ teneri ad respondendum in forma contentionis cum electione Arbitri dictis litteris à Curia sæculari Regiæ Audientiæ emanatis die* 2. *Octobr.* 1592. *& præsentatis dictæ Curiæ Ecclesiasticæ* 15. *prædictorum mensis, & anni super articulo prætensæ illegitimitatis dicti Joannis Vivet, sine præjudicio attentatorum pro parte dictæ Curiæ Ecclesiasticæ prætensorum, de quibus haberi possit ratio in declaratione super contentione facienda, qualis de jure habenda fuerit*. Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Dalmau, & Rubi, & Coll. 1. Februarii 1610. in favorem Curiæ sæcularis Bajuli generalis Cathaloniæ, & ejus fisci Procuratoris, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & ejus fisci Procuratorem. Et per Cancellarium Carmona 5. Decembris 1617. Consultoribus Ferrer, & Senjust. in causa contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Dertusen. & Curiam sæcularem Bajuli dictæ Civitatis, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem per dictam Curiam Ecclesiasticam esse firmandam, in qua habebitur debita ratio, qualis de jure habenda fuerit de prætensa per dictum Procuratorem Regii fisci, & Onofrii Rovira attentatorum revocatione*. Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Senjust, Roca, Aguilo, Guarau, & Rubi de Mar y Mon in causa contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Celsonen. & ejus fisci Procuratorem ex una, contra Vicarium Regium villæ Cervariæ, & Syndicum ordinarium Universitatis, & singularium ejusdem Villæ 13. April. 1628. his verbis: *contentionem per dictam Curiam Ecclesiasticam Celsonen esse firmandam, in qua habebitur debita ratio, qualis de jure habenda fuerit de prætensa per dictum Syndicum Cervariæ attentatorum revocatione*.

41 Aliquando verò attentata in causis contentionum declarantur per Cancellarium simul, & semel cum definitiva in causa principali, Fontanella *decis.* 313. *num.* 23. *par.* 2. ita fuit observatum per Cancellarium Manegat 21. Januarii 1584. Consultoribus Quintana, Peguera, & Guardiola in favorem Curiæ sæcularis Vicarii Gerundæ, contra Curiam Ecclesiasticam dictæ Civitatis, his verbis: *pronuntiat, sententia, & declarat procedimenta omnia facta post præsentationem dictarum primarum litterarum firmæ juris Curiæ sæcularis dicti Vicarii Gerundæ revocanda fore & esse, meritis insuper ejusdem processus attentis, & aliàs sententiat, pronuntiat, & declarat firmæ juris factæ per dictum Franciscum de Villarius in dicta Curia sæcularis Regii criminalis Concilii locum fuisse, & esse, & causæ cognitionem, & illius decisionem ad dictam Curiam sæcularem pertinuisse, & spectasse*. Et per eumdem Cancellarium Manegat, Consultoribus Sala, & Planes 28. Novembris 1584. inter Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ, his verbis: *pronuntiat, sententiat, & declarat declarationem, & procedimenta per dictum Officialem Tarraconæ contra dictos Regios Officiales, & ministros factam, & facta post dictam juris firmam, illius intimationem, nec non etiam alia procedimenta facta in continuationem dictæ executionis post eamdem firmam juris per eosdem Regios Officiales, & ministros in Regia Audientia, tamquam attentata, & innovata in præjudicium firmæ juris prædictæ revocanda, & cassanda esse, prout cum præsenti cassat, & revocat. Quo vero ad causam principalem contentionis pronuntiat, sententiat, & declarat firmæ juris per dictos Regios Officiales, & ministros in Regia Audientia dicta die* 6. *Junii factæ locum fuisse, & esse, & causæ cognitionem, ac illius decisionem ad dictam Curiam sæcularem pertinere, & spectare, ac pertinuisse, & spectasse*. Et per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Senjust, & Torner 24. Novembris 1598. in causa contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Celsonen. & Canonicos ejusdem Ecclesiæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Baldirium Avinyo agricolam ex alia, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat omnia procedimenta facta post præsentationem dictarum litterarum à dicta Curia sæculari emanatarum via privilegiata attentatorum fore, & esse revocanda, & cassanda, prout cum præsenti cassat, revocat, & annullat, & firmæ juris factæ in dicta Curia sæculari locum fuisse, & esse, cognitionemque dictæ causæ ad dictam Curiam sæcularem pertinere, & spectare*. Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, & Roca 27. Novembris 1622. inter partes de quibus suprà *sub num.* 28. his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat procedimenta omnia per dictam Curiam Ecclesiasticam contradictos de Bearni, facta post præsentationem dictarum litterarum primo loco à dicta Curia sæculari emanatarum, quæ facta fuit die* 13. *Septembris proximè lapsi via privilegiata attentatorum cassanda, & revocanda fore, esse, prout cum præsenti cassat, revocat, & annullat. Quo vero ad merita causæ principalis, & firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ, & per dictos Angelum, & Gastonem de Foix & de Bearn. & ejus fisci Procuratorem respectu Castri de Utracia, & jurisdictioni illius locum fuisse, & esse*. Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ferrer, & Senjust 26. Septembris 1623. *de quâ suprà numero* 28. & per dictum Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, Senjust. Roca, & Aguilo 16. Decembris 1623. inter partes *de quibus suprà num.* 28. his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat procedimenta omnia facta in dicta Curia sæculari Regii Patrimonii contra dictam Communitatem Ecclesiæ Sancti Joannis, & particulares ejusdem post præsentationem dictarum litterarum in forma contentionis, & cum Arbitri electione à dicta Curia Ecclesiastica emanatarum, & die* 20. *Decembris proximè lapsi ante meridiem Officialibus dicti Regii Patrimonii præsentatarum cum omnibus inde secutis fuisse, & esse nulla, & attentativè facta, & ut talia revocanda fore, & esse, prout cum præsenti revocat. Quo verò ad firmam juris in dicta Curia Ecclesiastica factam ad effectum, ut Communitas Presbyterorum Sancti Joannis villæ Perpiniani, & personæ Ecclesiasticæ ejusdem Communitatis possint intus eamdem Villam pisces immittere, & intrare, seu intrari facere, & inter Ecclesiasticas personas tantùm eos distribuere, seu dividere, sententiat, pronuntiat, & declarat dictæ firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica per Syndicum dictæ Communitatis Sancti Joannis factæ locum fuisse, & esse*. Et per Cancellarium Puigmari 31. Junii 1625. inter partes quibus *suprà num.* 28. cujus verba refero *infrà nu.* 86. & per eumdem Cancellarium Puigmari 26. Junii 1627. inter partes de quibus suprà *numero* 28. his verbis:

senten-

sententiat, pronuntiat, & declarat procedimenta omnia facta in dicta Curia Ecclesiastica Tarraconæ, contra dictum Antonium Pedret, & Matianam ejus uxorem post præsentationem litterarum firmæ juris à Curia sæculari Regiæ Audientiæ emanatarum cum omnibus inde secutis fuisse, & esse nulla, & attentative facta, & uti talia revocanda fore, & esse. Quo verò ad juris firmam per dictos Joannem Bonaventuram Llombart, Salvatorem Paladella, & Antonium Pedret in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ factam sententiat, pronuntiat, & declarat dictæ firmæ juris in dicta Curia sæculari per super nominatos factæ locum fuisse, & esse.

42 Aliquando tamen, si contentio pendeat super negotio principali inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem, revocantur attentata per Cancellarium ante definitivam, & iste est melior modus practicandi, ut attentata in primis revocentur ante declarationem, & sententiam causæ contentionis, *ut probat constit. 2. de content. jurisdict.* Ferrer. *part. 3. observ. c. 272. incipien. cum super, versic. Advertendum tamen est*, Fontanella *decis. 256. num. 17. part. 1.* Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 2. tit. 51. num. 38.* notat Cancer. *part. 3. var. c. 10. num. 60.* Peguera *in pract. crim. c. 26. num. 7. versic. Item quæro*, Portoles *foro 1. n. 66. in fine de com-*
43 *pet. jurisdict.* Regia epistola scripta Comiti de Erill Proregi Sardiniæ data Matriti 11. Februarii 1619. *de qua in libro Gubernii fol. inferiori* 390. ita fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Consultoribus Sala, & Tamarit 22. Novembris 1578. in facto contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Vicen. ex una, & Curiam sæcularem Vicarii & Bajuli dictæ Civitatis ex altera, his verbis: *pronuntiat, sententiat, & declarat attentatorum revocationi per Curiam Ecclesiasticam dicti Reverendissimi Episcopi instatæ locum fuisse, & esse & procedimenta facta per Vicarium, & Bajulum Vici post præsentationem litterarum contentionis jurisdictionis à Curia ejusdem Vicarii, & Bajuli emanatarum fore, & esse revocanda, sicuti cum præsenti illa revocari mandat, & si opus fuerit litteras opportunas expediri.* Et per Rovirola Tertium, Consultoribus Planes, Mur, & Regàs 5. Julii 1597. in favorem Curiæ sæcularis Regiæ Audientiæ, Petri Mollò, & aliorum Civitatis Minoriffæ, contra Curiam Ecclesiasticam Archidiaconi majoris Vicen. Gerentis vices Episcopi Vic. Sede vacante, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat procedimenta prædicta dictæ prolationis sententiæ excommunicationis, & publicationis ejusdem per dictam Curiam Ecclesiasticam facta post præsentationem dictarum litterarum contentionis à dicta Curia sæculari emanatarum fuisse & esse attentata & innovata, & tamquam attentata, & innovata esse revocanda prout cum præsenti revocat.* Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, & Mijavilla Franquesa inter Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Hieronymam Riffos ex una, & Curiam Ecclesiasticam Archiepiscopi Tarraconæ, & Montserratum Gali ex altera, 1. Februarii 1613. his verbis: *deveniendo ad revocationem dictorum Attentatorum per dictam Curiam Ecclesiasticam factorum instatam per dictam Hieronymam Riffos sententiat, pronuntiat, & declarat declarationem censurarum, & pœnarum, & omnia alia procedimenta executiva in dicta Curia Ecclesiastica facta contra dictam Hieronymam Riffos, & ejus bona post præsentationem dictarum primarum litterarum cum omnibus inde secutis via privilegiata attentatorum revocanda fore, & esse prout cum præsenti revocat, cassat, & annullat, reponendo partes, & causam in eodem statu, in quo erant ante præsentationem dictarum primarum litterarum à Regia Audientia emanatarum, præsentatarum die 13. Junii proximè elapsi.* Et per eumdem Cancellarium Agullana, Consultoribus Dalmau, & Gamis, inter Curiam Ecclesiasticam Decani Monti albi, & Salvatorem Vidal Presbyterum ejusdem Villæ ex una, & Curiam sæcularem Bajuli ejusdem villæ, & Petrum Gavalda Notarium dictæ villæ ex altera, 11. Novembris 1615. his verbis: *deveniendo ad revocationem attentatorum per dictam Curiam sæcularem factam post præsentationem primarum litterarum à dicta Curia Ecclesiastica emanatarum, & signanter provisionem taxationis expensarum & decreti executionis in dicta Curia sæculari factam die 26. Augusti proximè præteriti, & in illius executionem, venditionem, traditionem, & liberationem cujusdam trocei terra dicti Didaci Vidal eidem Petro Gavalda factam cum omnibus inde secutis, & cum repetitione expensarum via privilegiata attentatorum cassanda, & revocanda fore, & esse.* Et per eumdem Cancellarium Agullana, Consultoribus Roca, & Soler 22. Januarii 1616. inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & æconomum Presbyterorum Ecclesiæ Aqualatæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Joannem Queralt loci de Porquerisses ex altera. Et per dictum Cancellarium Agullana, Consultoribus Gamis, & Morell 30. Julii 1616. inter Curiam Ecclesiasticam Scholastici Universitatis Ilerdæ, & Thomam Fita nuntium, Commentariensem Scholasticæ Ilerdæ ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Barcinonæ, & Petrum Devesa mulionem ejusdem Civitatis ex alia. Et per Cancellarium Carmona, Consultoribus Soler, & Gamis 17. Junii 1619. inter partes *de quibus suprà sub nu. 28.* Et per Cancellarium Erill 10. Januarii 1634. inter partes *de quibus suprà num. 28. & 44.* Et per eumdem Cancellarium Erill 10. Octobris 1639. inter partes *de quibus suprà sub num. 28.*

Quæro 5. An Cancellarius nulla ex partibus petente, sed ex officio possit revocare attentata pendente contentione jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam, & sæcularem facta? Respondeo quòd sic, etiamsi procedimenta fuerint instata per ambas partes, ita fuit observatum per Cancellarium Erill 10. Januarii 1634. inter partes *de quibus suprà num. 28. in fine*, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat procedimenta omnia facta in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ, & per ambas partes instata post præsentationem dictarum litterarum firmæ juris à dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ expeditarum cum omnibus inde secutis, fuisse, & esse nulla, & attentativè facta, & ut talia revocanda fore, & esse.* 44

Hæc resolutio est juri communi conformis, siquidem attentans jus, Judicem, & partem eodem tempore offendit, Cassador. *decis. 1. n. 1. & 6. de restit. spol.* Ludovis. *decis. 465. nu. 3.* Lancellotus *de attent. part. 1. cap. 31.* Grat. *decis. 132. numer. 13.* Valenzuela *cons. 71. num. 73. & 81. & cons. 157. n. 40.* Sesse *de inhibit. c. 22. n. 14. & 15. & dec. 154. n. 17.* Castillo *dec. 195. num. 2.* Postius *de manutent. observ. 48. num. 6.* Riccius *collect. 277. & 334.* Cevallos *de cognit. per viam violent. quæst. 80. numer. 2.* Barbosa *in cap. fin. numer. 29. de appellat.* Fontanella *dec. 182. num. 2. part. 1. & dec. 313. num. 34. part. 2.* explicat Thoro *in comp. dec. part. 3. sect. 1. verbo attentatum, fol. 91.* cum attentatorum revocatio, nedum respiciat privatam utilitatem partis, sed etiam publicam, & bonum commune, Faber *in suo Cod. ut lite pendente l. 1. tit. 10. defens. 1.* Fontanella *dec. 181. num. 15. part. 1.* 45 46

Sicque Judex ad attentatorum revocationem semper inclinat, & quandoque ex officio etiam parte non petente illa revocari potest, & revocat, cum ejus Majestas læsa sit, Cassador. *decis. 3. num. 6. de restit. spoliat.* Coccin. *decis. 225. n. 1.* Seraphin. *dec. 297. num. 7.* Postius *de manutent. observ. 75. num. 48.* Barbosa *in c. fin. sub n. 41. & 43. de appell. & in c. fin. num. 9. ut lite pendente in 6.* Gail. *lib. 1. observ. 146. num. 7.* Valenzuela *consil. 71. num. 73. & 81. & cons. 157. nu. 44.* Ludovis. *decis. 465. n. 9.* Montaner ad Olibam *in prax. de action. part. 2. lib. 1. c. 14. num. 51.* Xammar. *de offic. jud. part. 1. quæst. 9. num. 219. & defin. 13. num. 28. & 43. part. 1.* Fontan. *dec. 313. num. 35.* ubi testatur ita aliquando vidisse in Senatu practicatum ad relationem Egregii Senatoris Hieronymi Astor, qui parte non petente attentata ob sui contemptum ex officio revocavit *part. 2.* & alii infra *num. 64.* & ita etiam fuit provisum ad relationem Nobilis Fabricii Pons de Castevelivi facto verbo in Regia Audientia in Aula Reverendi Cancellarii 12. Octobris 1654. in favorem Annæ Arnau, & Mallol viduæ, contra tutores, & curatores pupilli Salvatoris Arman villæ Mataronis. Quæ quidem provisio 47

fuit

fuit in causa supplicationis confirmata in Aula Nobilis Regentis Cancellariam ad mei relationem 15. Maji 1655. scriba Didaco Cortell Notario.

48 Quæro 6. A quo tempore dicatur pendere contentio seu competentia jurisdictionis inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem respectu attentatorum? Respondeo quòd licèt aliqui existiment contentionem, seu competentiam non pendere, donec Judex cui primæ litteræ cum nominatione Arbitri sunt præsentatæ rescripserit cum nominatione alterius Arbitri, Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *nu.* 68. Fontanella *dec.* 256. *num.* 15. *part.* 1.

49 Veritas tamen est, contentionem pendere à præsentatione, & notificatione primarum litterarum ab una Curia ad aliam expeditarum, de jure nostro Cathaloniæ *constit.* 2. *de content. jurisdict.* Fontanella *dec.* 256.

50 *à num.* 15. *part.* 1. *& dec.* 313. *num.* 14. *part.* 2. ita fuit declaratum per Cancellarium Loris, Consultoribus Sala, & Tamarit 22. Novembris 1578. inter partes *de quibus suprà num.* 43. Et per Cancellarium Manegat, Consultoribus Quintana, Peguera, & Guardiola 21. Januarii 1584. inter partes *de quibus suprà num.* 41. Et per eumdem Cancellarium Manegat, Consultoribus Sala, & Planes 28. Novembris 1584. inter partes *de quibus suprà num.* 41. Et per Rovirola Tertium, Consultoribus Planes, Mur, & Regàs 5. Julii 1597. inter partes *de quibus suprà num.* 43. Et per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Senjust, & Torner 24. Novembris 1598. inter partes *de quibus suprà num.* 41. Et per eumdem Cancellarium Rovirola, Consultoribus Fontanet, & Salba de Vallseca 14. Decembris 1601. inter partes *de quibus infrà num.* 57. Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, Mijavila Franquesa, & Ferruz 20. Octobris 1611. inter partes *de quibus infrà num.* 57. Et per eumdem Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, & Mijavila Franquesa 5. Februarii 1613. inter partes *de quibus suprà num.* 43. Et per dictum Cancellarium Agullana, Consultoribus Dalmau, & Gamis 11. Novembris 1615. inter partes *de quibus suprà num.* 43. Et per prædictum Cancellarium Agullana, Consultoribus Roca, & Soler 22. Januarii 1616. inter partes *de quibus suprà num.* 43. Et per Cancellarium Carmona, Consultoribus Soler, & Gamis 17. Junii 1619. inter partes *de quibus suprà num.* 28. Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, & Roca 27. Aprilis 1622. inter partes *de quibus suprà num.* 29. & 41. Et per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Astor, Senjust, Roca, & Aguilo 16. Decembris 1623. inter partes *de quibus suprà num.* 28. & 41. Et per dictum Cancellarium Puigmari 31. Julii 1625. inter partes *de quibus suprà n.* 28. Et per eumdem Cancellarium Puigmari 26. Junii 1627. inter partes *de quibus suprà num.* 28. & 41. Et per Cancellarium Erill 10. Januarii 1634. inter partes *de quibus suprà n.* 28. & 44. Et per dictum Cancellarium Erill 10. Octobris 1639. inter partes *de quibus suprà num.* 28. *in fine*.

51 Quod & procedit in Regno Aragonum Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 67. Monter. *decis.* 9. *num.* 57. ubi ponderat *forum* 2. *de adjunctis*, & *num.* testatur juxta hanc sententiam, & veram opinionem fuisse in Regia Audientia Aragoniæ resolutum, & practicatum ex unanimi omnium Doctorum voto die 8. Junii 1592. In processu Martini Borunda super executione commandæ actuario Scartin, & refert in eo processu liberum fuisse quemdam à carceribus qui captus fuerat ad instantiam dicti Borunda post præsentatas Regenti Cancellariam primas litteras Judicis Ecclesiastici. Et in Regno Sardiniæ Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 38. Regia epistola scripta Comiti de Erill Proregi Sardiniæ dat. Matriti 11. Februarii 1619. *de qua in libro Gubernii folio inferiori* 390. & de jure communi ex traditis per Doctores, quos laudat Monter *dec.* 9. *num.* 57. & argumento eorum quæ tradunt Lancellot. *de attent. part.* 2. *c. part.* 4. *in præfat. à num.* 10. *ad* 23. Farinac. *fragm. crim. part.* 2. *littera L. n.* 359. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 16. *num.* 112. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 9. *num.* 33. & 34.

52 Hæc licèt verissima sint, in tribus tamen casibus reperio practicatum, & decisum contentionem pendere inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem respectu attentatorum ante præsentationem, & notificationem primarum litterarum contentionis.

Primus est, si impediatur præsentatio litterarum in 53
forma contentionis, ut quia Judex cui sunt præsentandæ, copiam sui non faciat, vel deneget audientiam, & his similia: quo casu à die, puncto, & hora, quo litteræ fuerunt transmissæ, dicitur contentio pendere, & omnia procedimenta inde secuta sunt revocanda via privilegiata attentatorum, per ea quæ tradunt Maranta *de ordin. jud. part.* 1. *de citatione*, *num.* 36. Trentacinquius *var. resol. lib.* 2. *de citatione resol.* 3. *num.* 29. & *resol.* 4. *num.* 11. Tuschus *pract. conclus. littera conclus.* 148. *num.* 6. Crescent. *decis.* 18. *de sentent. & re jud.* Postius *decis.* 171. *num.* 4. Seraphin. *dec.* 1094. *nu.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 66. *num.* 31. & 32. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 93. & 94. & *à nu-mer.* 108. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera L. numer.* 384. & 385. Ripoll. *var. cap.* 3. *à nu.* 115. Carrocc. *except.* 125. *numer.* 48. & 49. Tiraquell. *lib.* 1. *de retract.* §. 9. *gloss.* 2. *num.* 7. Borell. *in sum. decis. part.* 1. *tit.* 44. *num.* 90. & 96. Covar. *in cap. alma mater part.* 1. §. 9. *num.* 4. Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.* 16. *dif.* 8. *num.* 11. *versic. El primero*. Suelves *cons.* 81. *num.* 3. *lib.* 1. Barbosa *in prag. exig. pension. quæst.* 10. *num.* 26. Ita fuit declaratum in Cathalonia per Erill Tertium, Consultoribus Besturs, & Llorens 3. Septembris 1631. in favorem Curiæ sæcularis Vicarii Regii Dertuzæ, & Joannis Baptistæ de Cerda Vicarii Regii dictæ Civitatis, contra Curiam Ecclesiasticam Dertuzen. & Procuratorem fiscalem suæ Curiæ, his verbis: *deveniendo ad revocationem attentatorum per dictum Regii fisci Procuratorem, & per Procuratorem dicti Regii Vicarii Dertuzæ instatam, omnia & quæcumque procedimenta per dictum Reverendissimum Episcopum Dertuzen. & per suam Curiam Ecclesiasticam contra prædictos Joannem Baptistam de Cerda Regium Vicarium Dertuzæ, & alios facta post transmissionem primarum litterarum contentionis via privilegiata attentatorum cassanda, & revocanda fore, & esse*.

Secundus casus est, quando in Curia Ecclesiastica fit 54
processus super titulo Clericali, & fuerit citatus Judex & fiscus Curiæ sæcularis ad videndum jurare testes, quo casu quamvis litteræ contentionis jurisdictionis non sint à Curia Ecclesiastica emanatæ, & præsentatæ Curiæ sæculari, non potest Judex sæcularis quidquam facere, vel innovare, & si factum vel innovatum fuerit, revocandum est via privilegiata attentatorum, ut latè probat & pluribus rationibus confirmat Michael Ferrer *part.* 3. *observ. cap.* 179. ubi testatur ita decisum per Cancellarium Sorribes, Consultoribus Ros Ferrer, Quintana, & Suñer & *antea parte*, *tertia*, *cap.* 87. *in principio*. Fontanella *dec.* 256. *num.* 10. *part.* 1. conducunt tradita *decis.* 13. *num.* 12.

Tertius casus est, quando in Curia Ecclesiastica fit 55
processus super immunitate Ecclesiæ, quo casu post citationem Regentis Cancellariam, Relatoris causæ, & fisci Procuratoris Regiæ Curiæ ad videndum jurare testes in Curia Ecclesiastica, quamvis litteræ contentionis non sint ab ea emanatæ, & Curiæ sæculari præsentatæ, non potest Curia sæcularis contra reum, qui allegavit immunitatem Ecclesiasticam procedere ad aliquam pœnam corporalem, neque aliquid innovare, & si factum fuerit, revocandum est via privilegiata attentatorum, per rationes quas in simili adducit Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 179. quas in terminis accomodat Fontanella *dec.* 256. *à num.* 5. *ad* 14. *part.* 1. conducunt tradita *dec.* 13. *num.* 20.

Quæro 7. Pendente dubio an sit firmanda conten- 56
tio, utrùm processus, & procedimenta utriusque Judicis tàm Ecclesiastici, quàm sæcularis cessare, & conquiescere debeant? Respondeo quòd sic, *pragmat.* 4. §. 2. *in fine de content. jurisdict.* & ex Cancer. *part.* 3. *var. c.* 10. *à numer.* 64. tradit Fontanella *decis.* 313. *numer.* 11. *part.* 2. Adeò quòd si pendente dubio, an sit firmanda contentio, procedimenta aliqua facta fuerint, sunt ipso jure nulla & revocantur via privilegiata attentatorum, *dicta pragm.* 4. §. 2. *in fine de content. jurisd.* Fontanella *dec.* 313. *per totam part.* 2. Ita fuit observa-

tum

tum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Fontanet, & Salba de Vallseca 14. Decembris 1601. in causa dubii an esset firmanda contentio, 57 vel non, inter fisci Procuratorem Patrimonialem, Antonium Blades, & alios villæ de Cambrils ex una, & Curiam Ecclesiasticam Archiepiscopatus Tarraconæ, & fisci Procuratorem ejus mensæ Archiepiscopalis ex altera, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem esse firmandam, & dictam Curiam Ecclesiasticam teneri respondere in forma contentionis cum electione Arbitri dictis litteris firmæ juris à Regia Audientia emanatis, & datis die 7. Julii 1601. & procedimenta facta per dictam Curiam Ecclesiasticam contra dictos singulares de Cambrils, instante dicto Procuratore mensæ Archiepiscopalis post præsentationem litterarum firmæ juris à dicta Curia Ecclesiastica super dubio de dubio die 6. Septembris 1601. emanatarum revocanda esse, & revocari deberi.* Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, Mijavila, Franqueza, & Ferruz 20. Octobris 1611. in causa dubii inter Curiam Ecclesiasticam Gerunden. Sede vacante, & Raphaelem Duera sancti Felicis de Pallarols ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Joannem Codina Bajulum sancti Felicis de Pallarols ex alia, his verbis: *deveniendo ad revocationem dictorum attentatorum ab utraque parte, & Curia factorum sententiat, pronuntiat, & declarat remissionem, seu compositionem per dictum Bajulum dictæ villæ de Pallarols dicto Raphaeli Duera pro quantitate 25. libr. dicta die 15. Junii proximè lapsi, & sic post præsentationem primarum litterarum cum omnibus inde secutis, & cum restitutione expensarum, & dictarum 25. libr. si forsan exactæ fuerint, nec non provisionem etiam & declarationem censurarum, & pœnarum, & alia procedimenta pro parte Curiæ Ecclesiasticæ contra dictum Bajulum, & alia inde secuta, & acta post dictarum primarum litterarum præsentationem via privilegiata attentatorum cassanda, & revocanda fore, & esse.* Et per Erill. Tertium per suam excellentiam nominatum, Consultoribus Besturs, & Llorens 3. Septembris 1631. de qua Fontanella *decis.* 315. *n.* 32. *part.* 2. quam refero *suprà n.* 53.

58 Sicut procedimenta quæ fiunt appellatione pendente, etiam extante dubio, an sit admittenda, vel non, nam adhuc pendente dubio, dicuntur attentata, & revocantur via privilegiata attentatorum, *c. cum venissent*, ubi Abbas *de eo qui mittitur in posse. cap. licet de sentent. excomm. in 6.* latè Mastrill. *dec.* 243. *à n.* 24. *part.* 3. plures Duran. *dec.* 96. *num.* 4. Fontanella *decis.* 312. *num.* 12. & 33. *part.* 2.

59 Pro his facit, quòd quando est dubium, an appellatio sit frivola, nec ne, non potest fieri executio sententiæ, lite pendente, Jason. *in l. præses, n.* 4. *ff. de re jud.* Azin. *in prax.* §. 31. *c.* 2. *limit.* 2. *n.* 8. *in fine*, Lancellot. *de attentat. c.* 125. *limit.* 6. *num.* 48. & *fin.* Fontanella *dec.* 260. *n.* 23. *part.* 1. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 27. *num.* 185.

60 Plus dico, quòd etiam si prætendatur constare de non jure, vel notoriè constet Curiam, quæ attentatorum prætendit jus non habere, adhuc in hoc casu procedimenta facta, pendente dubio, revocanda sunt, Fontanella *dec.* 313. *per totam part.* 2. qui *n.* 32. decisionem Cancellarii refert, *de qua supra n.* 53.

61 Nec obstat, quòd in materia appellationis procedimenta facta coram Judice à quo post interpositam appellationem non revocentur uti attentata, quando evidenter, notoriè, & clarè constat appellationem esse frivolam, & injustam, Rota *dec.* 412. *in novis, aliàs est* 58. *de appellat.* Bellamera *dec.* 356. & 393. Afflict. *dec.* 98. *n.* 6. Cassador. *decis.* 3. *num.* 4. *de restit. spoliat.* Mascard. *de probat. conclus.* 146. *num.* 6. Cabedo *decis.* 15. *numer.* 18. *part.* 1. Barbosa *in cap. fin. numer.* 34. *de appellat.* Lancellot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 31. *num.* 8. cum aliis per Ludovic. Bellum *cons.* 11. *numer.* 3. & 21. plures laudat Vela *dissert.* 41. *n.* 6. *l.* 2. latè Cevallos *de cogn. per viam viol. quæst.* 80. *à num.* 5. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 45. Cancer. *part.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 58. *versic. Rota*, Fontanella *dec.* 313. *numer.* 20. *part.* 2. Peguera *dec.* 191. *à num.* 1. & *in prax. civil. rubr.* 27. *n.* 56. Ripoll. *var. c.* 3. *n.* 197. & *in add. ad Pegueram in prax. civil. rubr.* 27. *à n.* 182. latissimè Xammar. *defin.* 13. *à n.* 1. *ad* 12. *part.* 1.

Quia si lis pendet indecisa, attentata semper sunt re- 62
vocanda, quamvis prætendatur constare de non jure, cum nec tunc de nullius partis jure potest dici constare, & sufficit quòd exceptio non juris indigeat discussione ad effectum, ut non retardet revocationem attentatorum Ludovis. *decis.* 465. *numer.* 9. Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 1. *num.* 62. Gratian. *decis.* 70. *à num.* 22. Fontanella *decis.* 313. *num.* 37. *part.* 2. Debet enim constare de notorio non jure, ut atten- 63
tata non revocentur, per confessionem, vel rem judicatam, & non ex aliis probationibus Puteus *decis.* 203. *l.* 1. Seraphin. *decis.* 1306. *num.* 6. Marescottus *l.* 2. *var. cap.* 121. *numer.* 59. Coccius *decis.* 265. *num.* 8. Lancellot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 21. *quæst.* 1. *à num.* 64. Ludovis. *decis.* 465. *num.* 9. ubi Beltramin. *num.* 14. *in fine*, Barbosa *in c. fin. n.* 34. *de appellat.* Thoro *in comp. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo attentata fol.* 91. Fontanella *dec.* 313. *num.* 38. *part.* 2. Xammar. *defin.* 13. *num.* 34. *part.* 1. Et quando constaret de non bono jure agentis 64
de attentatis, ita ut ad ejus instantiam non essent revocanda, ex officio revocari possunt propter spretum jurisdictionis, Lancellot. *ubi proxime*, *numer.* 83. & 84. Ludovis. *decis.* 465. *num.* 10. Coccin. *decis.* 265. *n.* 8. & *dec.* 418. *numer.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 146. *num.* 12. Gratian. *dec.* 70. *num.* 26. & *dec.* 110. *num.* 7. & *decis.* 132. *n.* 13. Fontanella *dec.* 313. *n.* 39. *part.* 2. & alii suprà *num.* 47.

Præterea, quia litteræ contentionis, quæ una Curia 65
alteri scribit, habent vim inhibitionis, ut dixi *dec.* 13. *num.* 23. *in fine*, & post inhibitionem nihil est innovandum, imò ea procedimenta quæ postea fiunt, uti attentata de jure revocantur, & revocari debent, etiam si evidenter, & notoriè constet de non jure agentis, Gratian. *decis.* 144. *num.* 44. Postius *post tract. decis.* 36. *num.* 3. Cavallar *decis.* 21. *numer.* 75. Tondut. *de prav. jud. cap.* 12. *n.* 14. Scaccia *de appellat. quæst.* 10. *art.* 3. *à numer.* 10. Farinac. *in reper. jud. quæst.* 55. *à numer.* 61. Ludovis. *decis.* 435. *num.* 1. Duran. *decis.* 104. *numer.* 1. Riccius *in prax. decis.* 517. *in fine*, & *collect.* 1469. Barbosa *in cap. fin. num.* 43. *de appellat.* Ripoll. *var. cap.* 3. *à num.* 185. & *in addit. ad Peguer. in pract. civil. rubr.* 27. *à num.* 186. decisionem nostri Senatus laudant Peguera *dec.* 191. *num.* 4. & *in prax. civil. rubr.* 27. *n.* 56. *vers. Sunt autem*, Xammar. *defin.* 13. *à num.* 21. *part.* 1. & punctim in materia contentionis Portoles *foro* 1. *num.* 66. *in fine*, & *foro* 2. *num.* 5. *de compet. jurisdict.* Sesse *de inhib. c.* 9. §. 1. *à num.* 67. Fontanella *dec.* 256. *num.* 16. *part.* 1. Nam sive inhibitio fuerit ju- 66
sta, sive injusta, semper causat attentata, ne aperiatur via inferioribus contemnendi inhibitionem superiorum, Caputaquen. *decis.* 93. *part.* 2. Puteus *decis.* 395. *l.* 2. Lancellot. *de attent. part.* 2. *c.* 20. *ampliat.* 11. Coccin. *dec.* 315. Ludovis. *dec.* 435. *n.* 3. & 4. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. à n.* 318. Duran. *decis.* 104. *num.* 2. & *dec.* 312. cum aliis per Postium *de manut. observ.* 6. *n.* 40. Bertramin. ad Ludovis. *dec.* 203. *n.* 7. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 27. *n.* 188. Xammar. *defin.* 13. *à n.* 27. *part.* 1.

Quæro 8. An facta declaratione per Cancellarium, 67
quòd sit firmanda contentio, si Curia procedat in causa ante firmatam contentionem, attentet? Respondeo quòd sic, & omnia procedimenta via privilegiata attentatorum revocanda sunt, ut fuit declaratum per Terrè Tertium, Consultoribus Ferrer, & Magarola 5. Februarii 1607. in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ, & Narcisi Vives, contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Hieronymum Benedictum Laudes Medicinæ Doctorem villæ Figuriarum, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat dictæ firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica Gerundæ locum fuisse, & esse, & consequenter dictam sententiam referente dicto Gallego latam post dictam dubii declarationem cum omnibus inde secutis via privilegiata attentatorum revocanda fore, & esse.*

Quæro 9. An facta declaratione per Cancellarium 68
revocando attentata, possit ipse Cancellarius adiri,

& ad

& ad ulteriora in causa principali contentionis procedere ? Respondeo quòd non nisi purgatis attentatis, Fontanella *decis.* 315. *num.* 1. *part.* 2. ita fuit decisum per Cancellarium Copons, Consultoribus Planes, Sabater, Guardiola, Mur Valencàs, Calvò, Dalmau, & Regàs 14. Julii 1595. in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Elneu. & Hieronymi Bosch, contra Curiam sæcularem Regii Concilii, his verbis: *sententiat, pronuntiat, atque declarat captum factum de persona Hieronymi Bosch die* 13. *Maji* 1595. *& omnia inde secuta attentata fuisse in præjudicium contentionis pendentis, & propterea dictam capturam cum omnibus inde secutis via privilegiata attentatorum revocandam, seu revocanda esse, prout cum præsenti revocat, proviso, & declarato, quòd facta revocatione dictorum attentatorum, & non antea currant tempora dictæ contentionis.*

69 Exemplo eorum, quæ dicuntur de attentatis appellatione pendente, ut non possit procedi in causa principali ante omnimodam attentatorum revocationem, Costa *cons.* 21. *n.* 2. Suelves *cons.* 48. *sub num.* 6. *lib.* 1.

70 Cum regulariter attentata sint purganda, antequam pars ulterius audiatur, *l.* 1. *& toto tit. ff. nil. nova. appel. pendente, cap. dilecti de appellat. cap. non solum eodem in* 6. Borrell. *in sum. tom.* 2. *tit.* 35. *num.* 227. Font. *dec.* 181. *num.* 11. *p.* 1. & sistunt causam principalem donec sint purgata, Lancellot. *de attent. privil.* 14. post alios Valenzuela *cons.* 157. *num.* 62. Fontanella *dec.* 181. *num.* 14. *p.* 1. Borrell. *in sum. decis. tom* 2. *tit.* 35. *n.* 218. & ita tolli debent, ut non solùm de jure, sed neque de facto nocere possint, Lancellotus *de attentat. part.* 3.

71 *c.* 29. *num.* 32. Fontanella *dec.* 182. *n.* 3. *part.* 1. Adeò ut attentata sint in primis purganda cum damnis, & expensis usque ad ultimum quadrantem, & nisi damna sint satisfacta, & expensæ solutæ, non dicuntur attentata purgata, latè Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 29. *num.* 32. *& latius c.* 31. *de pœnis attentatorum, pœna* 4. *à n.* 96. *& signanter num.* 130. *&* 154. Coccin. *dec.* 371. Ludovis. *decis.* 486. & ibi Beltramin. *num.* 19. *in fine*, Barbosa *in cap. fin. num.* 39. *de appellat.* Ripoll. *var. cap.* 5. *num.* 275. *&* 276. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 35.

72 *num.* 220. Fontanella *dec.* 314. *num.* 3. *part.* 2. ita ut ad purgationem attentatorum non sufficiat depositum, sed est necessaria realis solutio, Lancellot. *de attent. part.* 3. *c.* 31. *n.* 176. latè Azinius *in prax.* §. 32. *cap.* 2. *ampliat.* 68. *per totum, & cap.* 16. *per totum*, Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 35. *num.* 220. Fontanella *decis.* 314. *numer.* 4. *part.* 2. Coccinus *decision.* 371. *numer.* 5. qui antea *numer.* 4. dixit, cum Lancelloto *de attent.*

73 *tat. dicto cap.* 31. *numer.* 173. damna & interesse debere reficere attentantem à die attentationis, & non à die litis motæ.

74 Quod autem dixi de revocatione attentatorum cum damnis, & expensis, intelligo procedere, quando per Cancellarium in eadem sententia in qua declaravit attentata, fuerit facta damnorum, & expensarum condemnatio; secus verò quando attentans non fuerit ad ea, seu ad eas condemnatus, quo casu non tenetur pro purgatione attentatorum damna neque expensas solvere, ut latè probat & decisum refert Fontanella *decis.* 314. *&* 315. *part.* 2.

75 Notanter dixi in eadem sententia, nam licèt materia attentatorum habeat privilegium, ut Judex possit hanc expensarum, & damnorum condemnationem facere, nedum in eadem sententia in qua declaravit attentata, sed etiam post eam ex intervallo, non solùm si ea omissa fuerit, verùm etiam si non fuerit petitum, Lancellot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 31. *a n.* 105. Azinius *in prax.* §. 32. *ampliat.* 68. Fontanella *decis.*

76 315. *num.* 6. *&* 7. *part.* Tamen in causis contentionum, si per Cancellarium taxatio, seu condemnatio damnorum, & expensarum facta non est, postea peti non possunt, nec coram Judice, qui obtinuit in contentione, latè Fontanella *decis.* 315. *à num.* 8. qui *num.* 17. decisionem Regii Concilii refert *part.* 2. nec coram Cancellario, latè idem Fontanella *decis.* 315. *à num.* 2. qui *num.* 19. decisionem Cancellarii laudat *part.*

77 2. Numquam enim fuit visum, neque auditum apud nos, quòd facta semel declaratione super uno negotio, Judex postea in & super eodem, quacumque ratione, sive causa manus apponat, imò quia id Cancellarius facere non solet, est introducta illa praxis, quòd Judex pro quo est facta declaratio, taxat expensas, si ad eas pars fuerit condemnata, Fontanella *decis.* 315. *numer.* 8. *part.* 2.

Ex quibus reprobatur praxis, quæ in aliquibus Tri- 78
bunalibus, tàm Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus hujus Principatus est introducta, ne Curia quæ obtinuit in contentione, audiat partem succumbentem, quin prius solverit parti expensas factas in contentione, imò parte petente, solet aliam partem ad eas con- 79
demnare, Fontanella *decis.* 314. *num.* 19. *part.* 2. quia expensæ quæ officio Judicis petuntur, cum illæ sint accessoriæ ad causam principalem, terminantur cum ea, nec possunt amplius lata sententia peti, si condemnatio non fuit in causa principali facta, quia Judex functus est jam officio suo, & sic nec coram eo, nec coram alio diverso Judice peti possunt, non omissa expensarum condemnatione, absoluta pars ab eis judicatur, *l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. l.* 4. *C. depositi, l. Paulus, ff. de re jud.* Gratian. *decis.* 126. *n.* 4. *&* 20. Boer. *dec.* 18. Surd. *decis.* 69. *num.* 3. 9. *&* 10. Cornazan. *decis.* 110. *numer.* 9. Seraphinus *decis.* 835. Peregrin. *de fideic. art.* 49. *num.* 147. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 89. Thesaurus *dec.* 135. Giurba *dec.* 65. *à numer.* 8. *& dec.* 89. *num.* 12. Cenedo *collect. ad decretal.* 60. *num.* 5. *in fine*, Trentacinq. *var. lib.* 2. *de expen. resol.* 1. *num.* 1. Fermosin. *in cap. finem litibus qu.* 5. *num.* 3. *de dolo, & contum.* Faber *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 3. *&* 57. Merlinus *controver. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 4. Novarius *tom.* 2. *gravamine* 115. *à num.* 2. Peguera *decis.* 180. *num.* 1. Xammar. *de offic. Jud. part.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 73. *& part.* 3. *quæst.* 4. *n.* 29. Cancer. *part.* 3. *var. c.* 16. *à num.* 85. Fontanella *decis.* 315. *à num.* 2. *part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. Civil. rubr.* 30. *n.* 29. *&* 30.

Quidquid aliud sit in expensis, quæ veniunt jure actio- 80
nis, stipulationis, vel promissionis, seu conditione ex lege, quia tunc etsi Judex non faciat super eis declarationem adhuc peti possunt lata sententia super principali, nam absolutus ab expensis, non censetur absolutus ab illis, quæ ex stipulatione debentur, Gomez *tom.* 2. *var. c.* 2. *num.* 47. *ver sic. Non obstant*, Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 10. *in præmis. num.* 15. Cornazan. *dec.* 110. *num.* 4. Trentacinquius *var. lib.* 2. *de expen. resol.* 1. *numer.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 33. *num.* 9. Surd. *dec.* 69. *n.* 2. *& decis.* 261. *numer.* 7. *&* 8. Barbosa *in rubr. ff. solut. matrim. part.* 3. *n.* 62. Giurba *decis.* 65. *num.* 14. *& decis.* 89. *num.* 89. *num.* 9. Faber *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *def.* 3. *&* 57. Castillo *dec.* 86. Novarius *tom.* 2. *gravam.* 115. *num.* 9. 10. *&* 21. Peguera *dec.* 180. *num.* 1. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 146. *& c.* 16. *num.* 96. Xammar. *de offic. jud. part.* 3. *quæst.* 4. *num.* 30. Ripoll. ad Peguer. *in pract. Civil. rubr.* 30. *numer.* 29. *&* 30.

Nec obstat, quod aliqui dicunt, quòd Cancellarius 81
in Cathalonia in causis contentionum non solet condemnare in expensis, sed Judex Ecclesiasticus, vel Sæcularis pro contentione declaratur, ea de re rationem habet, Fontanella *dec.* 315. *num.* 15. *part.* 2. fuit observatum per Cancellarium Agullana, Consultore Ferruz, 7. Martii 1607. contra Joannem Molner, & Confratriam Bibliopolarum Barcinonæ.

Quia verius est, quòd Cancellarius in Cathalonia 82
condemnat in expensis, quando oportet, & ei videtur justum, Fontanella *decis.* 315. *à num.* 16. *part.* 2. & de aliis Regnis Coronæ Aragonum, Molinos *in pract. Jud. Reg. Arag. tit. processo de compet. de jurisd. fol.* 337. *vers. Ysi los arbitros*, Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *n.* 123. *in fine*, & in Regno Majoricarum sic observatum legi in causa contentionis super gabella quinti vini, *de qua suprà decis.* 21. *n.* 33. *& infrà dec.* 24. *n.* 52.

Primum exemplum est in terminis attentatorum, in 83
quibus Cancellarius condemnat in expensis partem, quæ attentat, quando ei videtur justum, ut fuit observatum per Cancellarium Montaner, 4. Augusti 1574. Consultoribus Jofre, Vilana, & Sala, de qua testatur Fontanella *decis.* 315. *num.* 18. *part.* 2. & per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, Mijavila

Fran-

Franquesa, & Ferruz 20. Octobris 1611. *cujus verba retuli suprà sub num.* 57. & per eumdem Cancellarium Agullana, Consultoribus Dalmau, & Gamiz undecimo, Novembris millesimo sexcentesimo decimoquinto, *cujus verba tradidi suprà sub n.* 43.

78 84 Secundum exemplum est in causis immunitatis Ecclesiæ in quibus solet Cancellarius quandoque declarare, ut is qui obtinet in contentione retineatur pro expensis, damnis, & injuria eo modo quo referunt Peguera, & alii quos laudo *decisione vigesima quarta, de sententia à n.* 148.

79 85 Tertium, & ultimum exemplum est, quando Clericus conventus in judicio sæculari differt opponere exceptionem fori declinatoriam, nam tunc in expensis condemnatur, plura exemplaria Cancellarii Cathaloniæ refert Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 171. 191. 205. 210. 211. & 331. & in hoc Principatu Regium Cancellarium non semel declarasse testatur Cancer. *p.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 154. Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *n.* 20. quatuor decisiones Cancellarii Cathaloniæ laudat Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 9. *num.* 18. & 19. & *de Magistr. Log. Mar. cap.* 10. *n.* 6. & 7. Fontanella *dec.* 315. *num.* 16. & *decis.* 330. *num.* 6. & *decis.* 332. *numer.* 24. *ubi testatur ita praxim quotidianam docere p.* 2.

86 ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Consultoribus Ros, Cordelles, & Sala 31. Januarii 1528. contra Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ Civilis, & in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat juris firmæ in dicta Curia Ecclesiastica factæ per dictum Franciscum Bolet Clericum Beneficiatum fore, & esse locum, & consequenter causam contra dictum Bolet intentatam ad instantiam dictæ Garbiana in Regia Audientia prædicta, ad dictam Curiam Ecclesiasticam spectare, & pertinere, & dictus Franciscus Bolet solvat expensas factas ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ prædictæ*, & per eumdem Cancellarium Loris, dicto die cum eisdem Consultoribus in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, contra Curiam Sæcularem Consulatus Logiæ maris, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat juris firmæ in dicta Curia Ecclesiastica factæ per dictum Franciscum Bolet Clericum Beneficiatum fore, & esse locum, & consequenter causam contra ipsum intentatam ad instantiam dicti Vidal in dicta Curia Consultus Logiæ maris, ad dictam Curiam Ecclesiasticam spectare, & pertinere, & Franciscus Bolet prædictus solvat expensas factas ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ prædictæ*, & per Cancellarium Manegat, Consultoribus Peguera, Guardiola, & Oliba 17. Februarii 1587. in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Antonium Campana Mercatorem, & Procuratorem Conventus Monialium Monasterii de Monte Sion contra Curiam sæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat firmæ juris per eumdem Campana dicto nomine in eadem Curia Ecclesiastica factæ locum fuisse & esse proviso tamen quòd idem Campana solvat expensas in dicta Curia Sæculari ratione retardatæ exceptionis factas*. Et per Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, Guardiola, Alzina, Ferran, Regàs, Valencàs 9. Decembris 1594. in factorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Fratrem Alvarum Cella Procuratorem, & Thesaurarium generalem Religionis, & Militiæ Sancti Joannis Hierosolymitani, contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Christophorum Montserratum Montaner, occasione procedimentorum factorum in dicta Regia Audientia contra Fratrem Raymundum Veri Præceptorem Præceptoriæ Speluncæ Francoli, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat firmæ juris factæ per dictum Fratrem Alvarum Cella nomine dictæ religionis in Curia Ecclesiastica locum fuisse, & esse, & dictæ causæ cognitionem ad dictam Curiam Ecclesiasticam pertinere, & spectare hoc proviso, quòd pars dicti Alvari Cella propter retardatam oppositionem exceptionis solvat expensas occasione dictæ retardationis factas, postea taxandas.* Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Peguera, Senjust, Magarola, & Rubi & Coll. 31. Januarii 1606. in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ, Priorem, & Conventum Scalæ Dei contra Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, Episcopum, Capitulum, & Canonicos Ilerdæ, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat firmæ juris per dictum Priorem, & conventum Scalæ Dei factæ in Curia Ecclesiastica Tarraconæ locum fuisse, & esse, & consequenter cognitionem dictæ causæ ad dictam Curiam Ecclesiasticam pertinere, & spectare eumdem Priorem, & Conventum condemnando in omnibus expensis factis in processu dictæ causæ ductæ inter easdem partes in Regia Audientia ob retardatam exceptionem fori declinatoriam per dictum Priorem, & Conventum post dicti processus denuntiationem, & assignationem ad sententiam oppositam, dictarum expensarum liquidatione in posterum reservata*. Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Senjust, & Soler 15. Augusti 1621. contra Catharinam Massana, & in favorem administratorum Hospitalis Sanctæ Crucis Civitatis Barcinonæ, *de qua infrà dec.* 25. *de executione sententiæ num.* 30. Et per eumdem Cancellarium Puigmari 31. Julii 1625. in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & œconomum Monasterii Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, contra Curiam sæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ, & Onofrium Sala negotiatorem dictæ Civitatis, his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat pignoramenta facta dictorum sacrorum frumenti dicti Monasterii post præsentationem dictarum litterarum firmæ juris in forma contentionis, & Arbitrorum electione pr mo loco emanatarum cum omnibus inde secutis fuisse, & esse nulla, & attentativè facta, & ut talia revocanda fore, & esse: quo verò ad juris firmam per dictum œconomum dicti Monasterii Beatæ Mariæ de Mercede in dicta Curia Ecclesiastica factam locum fuisse, & esse eumdem Monasterium, Priorem & conventum condemnando in omnibus expensis factis in processu dictæ causæ ductæ inter easdem partes in dicta Curia sæculari Regentis Vicariam Barcinonæ ob retardatam exceptionem fori declinatoriam post sententiam & decretum executionis oppositam, dictarum expensarum liquidatione in posterum reservata.*

Hæc praxis Cathaloniæ condemnandi Clericum con- 87
ventum coram Judice sæculari in expensis retardantem opponere exceptionem fori declinatoriam: observatur etiam in Regno Valentiæ, binas decisiones Cancellarii illius Regni refert Leo *dec.* 141. *per totam*, & *decis.* 148. *numer.* 13. & 14. *lib.* 2. & est conformis juri communi, Felin. *in cap. exceptionem* 12. *num.* 1. & 47. *de except.* Bellamera *dec.* 226. Cassador. *dec.* 3. *num.* 5. *de appellat.* Decius *decis.* 241. Ursillis ad Afflict. *decis.* 2. *num.* 3. & 4. Gramat. *decis.* 29. *num.* 2. Covar. *pract. cap.* 33. *numer.* 2. *versic. Clericus vero.* Azin. *in prax.* §. 32. *ampliat.* 6. *num.* 1. Salzedo ad Bernard. Diaz, *in pract. crim. cap.* 62. *num.* 9. Carroccius post alios *except.* 22. *quæst.* 3. *numer.* 11. Baldaxa de Angel. *in addit. ad Foller. tit. audiantur excusatores n.* 24. Gratian. *discept. forens. cap.* 190. *num.* 18. Niger. *de except. cap.* 1. §. 1. *à num.* 12. Ventriglia. *in prax. annot.* 22. §. 1. *numer.* 24. Farinacius *in prax. part.* 1. *q.* 8. *num.* 16. Guttier. *de juram. confirm. part.* 3. *c.* 5. *n.* 22. & *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 6. Scaccia *de judic. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 46. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 88. & 210. Borrell. *in sum. dec. tom.* 2. *tit.* 39. *num.* 225. 288. & 289. Ambrosinus *de immun. Eccles. cap.* 17. *num.* 21. Salgado *de reg. protect. part.* 1. *c.* 2. *num.* 252. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 14. *sect.* 4. *num.* 2. Ripoll. *var. cap.* 4. *num.* 124. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *qu.* 14. *n.* 22. Bardaxi *foro* 2. *num.* 2. Portoles *num.* 7. *de compet. jurisdict.* Sperell. *decis.* 16. *num.* 14. Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. quæst.* 25. *num.* 1. Donat. Anton. de Marinis *post libr.* 2. *res. jur. alleg.* 114. *n.* 12. Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 1. §. 1. *sect.* 4. *sub num.* 110. Fermosinus *in rubrica de foro competenti, quæstione tertia, numer. nono*, Baronius *de citat. quæst.* 25. *num.* 4. & alii *infrà dec.* 26. *de executione sententiæ à numer.* 24. ubi agam, quis Judex debeat facere istam taxationem expensarum.

Clericus tunc demum differt, & retardat opponere 88
& allegare exceptionem fori declinatoriam nedum quando contra eum à Judice sæculari est lata sententia, ut advertunt Bellamera, Cassador. Ursillis Gratian.

tian. Covar. Ambrosin. Bobadil. Farinac. & Portoles locis proximè citatis, Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 205. & 210. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 154. Fontanella *decis.* 332. *num.* 24. *part.* 2. ut in decisionibus suprà relatis *num.* 86. *una excepta, quam statim referam*, sed etiam quando illam opponit post denuntiationem processus, seu conclusionem in causa, ut fuit observatum per Cancellarium Agullana, Consultoribus Peguera, Senjust, Magarola, & Rubi, & Coll. 31. Januarii 1606. inter partes *de quibus suprà sub num.* 86. & in casu decisionis Regentis Leon. *decis.* 141. *libr.* 2.

89 Sed si Clericus condemnatus in expensis ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ inopia laborat, nec expensas solvere potest, non est carceribus mancipandus, & si est captus, non est in eis retinendus, donec illas solvat, sed est admittendus ad faciendam cessionem bonorum non ignominiosam juxta formam juris, ut benè probat, & bis decisum in Regia Audientia Aragonum refert Portoles *foro* 2. *num.* 10. 11. & 12. *compet. jurisdict.*

90 Et licèt prædicta procedant, quando Clericus ob mentitum habitum reputatur sæcularis, Cancer. *p.* 3. *var. cap.* 16. *numer.* 47. vel quando Clericus, ut laicus citatur, Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 17. *num.* 21. & alii *ex citatis num.* 87. vel quando probabiliter dubitari potest, an Clericus prærogativa fori gaudeat, nec ne; secus verò quando est certum & notorium reum esse Clericum, nam tunc imputandum est actori, cur extra suum forum traxerit, Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *n.* 188. *vers. Vel ser competente*, & *n.* 210. & 211. Faber *in suo C. lib.* 5. *tit.* 12. *defens.* 8. Fontanella *decis.* 332. *num.* 25. *part.* 2.

91 Tamen distinguendi sunt duo casus, primus respectu Monasteriorum exemptorum, & Hospitalium; nam tunc propter prætensionem quam habet Dominus Rex esse Judicem competentem exemptorum, & Monasteriorum, & respectu Hospitalium, ex quo probabiliter dubitari potest, an fori privilegio gaudeant, Fontanella *decis.* 332. *num.* 25. *n.* 1. Monasteria, exempti, & Hospitalia in expensis in Cathalonia condemnantur ob retardatam exceptionem fori declinatoriam, siquidem in quatuor decisionibus suprà relatis, *num.* 86. respectu Monasteriorum de Monte Sion, Scalæ Dei, & Beatæ Mariæ de Mercede, ad Fratris Alvari Cella, clarè & notoriè constabit reos fori privilegio gaudere, ut tradit Fontanella *dec.* 202. *num.* 13. *part.* 1. quo non obstante ob retardatam exceptionem fori declinatoriam fuerunt per Cancellarium in expensis con-
92 demnati. Secundus casus est respectu Clericorum quos notoriè constat gaudere privilegio fori, nam conventi coram Judice sæculari, extra casus in quibus jurisdictio ad eum non pertinet, si non comparuerint in judicio, & fori privilegium non allegaverint, non potest fieri per Judicem sæcularem contra illos expensarum condemnatio; imò tunc actor in expensis est condemnandus, per ea quæ tradunt Bobad. Faber, & Fontanella locis relatis *num.* 90. *in fine*, ita fuit decisum in Regia Audientia in Aula Regentis Cancellariam in favorem Joannis Vives Canonici Sancti Felicis Civitatis Gerundæ uti manumissoris Lazari Rius Sacristæ majoris, & Canonici dictæ Ecclesiæ, contra Hieronymum Eliez Chirurgum Civem Barcinonæ, qui illum in Regia Audientia dicto nomine citavit, & quo notoriè constabat ex confessione dicti Eliez, dictum Lazarum Rius de cujus bonis agebatur fuisse Sacristam majorem, & Canonicum Sancti Felicis Gerundæ, & numquam ejus manumissor comparuerit in causa, fuit hæc remissa ad Judicem Ecclesiasticum competentem, & dictus Hieronymus Eliez actor in expensis condemnatus, dies declarationis 15. Decembris 1655. ad mei relationem, scriba Paulus Riambau.

93 Licèt pariter in his advertat Fontanella *decis.* 332. *num.* 4. *part.* 2. condemnationem expensarum ob retardatam oppositionem exceptionis fori declinatoriæ solere fieri parte petente, credo tamen posse fieri per Cancellarium ex officio nemine petente, per ea quæ tradunt Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 9. *num.* 46. & magis in terminis *à num.* 69. *cum seq.* Peguera *in pract. civil. rubr.* 30. *in pr.* Covar. *pract. cap.* 27. *n.* 5. cum aliis per Cenedo *collect. ad decretal.* 60. *n.* 5.

Licèt tamdem Decius *cons.* 241. subdat, Clericum ab 94
his expensis oportere absolvi eo casu, quo post productam Clericatus scripturam actor nihilominus apud sæcularem persistit in executione sententiæ, cùm verisimile sit, quòd si initio litis reus fecisset fidem de Clericatu, ab ea tamen actor non fuisset discessurus, quem videtur Covar. *part.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 47. hanc tamen Decii opinionem uti impracticabilem reprehendunt Covar. *pract. c.* 33. *n.* 2. *vers. Clericus ad medium*, Carroccius *except.* 22. *q.* 3. *n.* 14.

Illud etiam certum est, quòd Clericus retardans op- 95
ponere exceptionem fori declinatoriam coram Judice sæculari, ita demum condemnatus per Cancellarium in expensis quando competentia, & contentio fuit firmata cum firma juris ipsius Clerici; at verò si contentio, & competentia non fuerit firmata per firmam juris ipsius Clerici, sed ad instantiam Fisci procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ, eo casu declarat Cancellarius contentionem in favorem Curiæ Ecclesiasticæ, cum clausula quòd non fiat præjudicium Judici sæculari in condemnatione expensarum propter retardatam exceptionem fori declinatoriam, Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 122. & 191. Fontanella *dec.* 330. *num.* 6. *part.* 2.

Nec omitto, quòd Clericus non declinans forum Ju- 96
dicis sæcularis puniri debet per Judicem Ecclesiasticum pœna extraordinaria, tamquam canonis transgressor, Bald. *in l.* 1. *in fine*, *C. de judic. vidu. tollen.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *numer.* 5. *ver sic. Est autem*, ubi Bajard. *num.* 11. Gratian. *discept. forens. cap.* 190. *num.* 7. Scaccia *de jud. libr.* 1. *c.* 11. *num.* 46. Genuen. *in prax. Archiepiscop. Neapol. c.* 6. *num.* 8. *ubi testatur quòd in Curia Archiepiscopali fuerunt aliqui Clerici ob hanc causam missi in exilium*, Bobadilla *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *numer.* 189. Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 8. *sub n.* 10. & 12. Gramat. *decis.* 29. *num.* 7. & *decis.* 61. *num.* 8. Zerola *in prax. Episcop. part.* 1. *verbo Judex*, *n.* 18. Menochius *de arb. jud. casu* 430. Cabal. *resol.* 225. *numer.* 9. & 10. cum relatis per Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *à num.* 51. & *de except. in Prælud. num.* 96. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 14. *sect.* 4. *num.* 1. Fermosin. *in cap. si diligenti quæst.* 5. *num.* 12. *de foro compet.* Sanfelicius *decis.* 277. *numer.* 6. Riccius *de pub. jud. quæst.* 35. *n.* 4.

Et Episcopi, cæterique ordinarii Ecclesiastici si ha- 97
bita notitia carcerationis Clerici illum adhibitis censuris, & aliis juris remediis repetere neglexerint, debet ab administratione deponi, & si tanta esset negligentia, criminaliter puniri possent, Casaneus *cons.* 38. & *in consuet. Burg. rubr.* 1. §. 5. *num.* 73. Salzedo ad Diaz. *in pract. crim. cap.* 62. *num.* 2. & 15. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 46. *vers. Amplia decimo octavo*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *num.* 22. *vers. Regulariter autem in fine*, ubi Bajard. *num.* 26. Riccius *in praxi resol.* 475. *num.* 2. Genuen. *in prax. Archiepisc. Neapol. cap.* 6. *num.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 190. *num.* 1. 2. & 8. Jul. Chartar. *decis.* 58. *num.* 3. Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 45. *num.* 4. *de jud.* Sperell. *dec.* 17. *n.* 51.

Ex quibus sequitur, ut ad propositum redeam, quòd 98
Cancellarius condemnat in expensis, quomodo ei videtur justum, & si aliquoties partem succumbentem in illis non condemnat, est ex eo, quia reperit causam, ob quam facere non debet, Fontanella *decis.* 315. *num.* 18. *in fine part.* 2. ut puta, quando pars habet justam, & probabilem causam litigandi, quo casu debet absolvi ab expensis, *l. qui solidum*, §. *etiam*, *ff. de legat.* 2. *gloss. in* §. *oportet in authent. de judicib. gloss. in cap. finem litibus de dolo & contum. gloss. in c. sacro de sentent. excomm. gloss. in cap.* 1. *de elect. in* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 33. *num.* 1. Covar. *pract. cap.* 27. *n.* 3. Menochius *de arb. jud. casu* 177. *n.* 1. Guttier. *pract. libr.* 1. *quæst.* 135. *num.* 5. cum pluribus aliis per Cenedo *collect. ad Decretal.* 60. *n.* 4. Fachineus *controv. jur. libr.* 12. *cap.* 52. *in princ.* Tuschus *pract. conclus. littera E. conclus.* 625. *à num.* 7. Petrus Barbosa, *in l. eum qui temere à n.* 170. *ff. de jud.* Aug. Barbosa, *in cap. finem litibus*, *n.* 6. ubi Fermosin. *in princ. num.* 10. & *qu.* 1. *à n.* 1. *de*

dolo

dolo & contum. Merlinus *controv. juris, tom. 2. cap. 42. num.* 38. Cancer. *part. 2. var. cap. 6. num.* 33. *& part. 3. cap. 2. num.* 41. Fontanella *decis.* 95. *num.* 8. *&* 9. ubi de observantia nostri Senatus Cathaloniæ *& decis.* 96. *numer.* 1. *& dec.* 134. *num.* 4. *part.* 1. *& dec.* 315. *num.* 9. *& dec.* 486. *num.* 7. *part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 30. *n.* 19. cum pluribus aliis per Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 16. *num.* 33. *&* 71. Borrell. *in sum.*
100 *dec. tom.* 2. *tit.* 29. *num.* 59. etiam in causis attentatorum, ut multis probat Lancellot. *de attentatis part.* 3. *cap.* 31. *à numer.* 131. Fontanella *decis.* 315. *numer.* 13. *part.* 2. quamvis extet statutum præcipiens succum-
101 bentem in expensis condemnari, quo non obstante, justa causa litigandi ab illis excusat, Menoch. *de arbitr. jud. casu* 177. *num.* 17. cum relatis per Portoles §. *expensæ, num.* 7. Oliba *in* §. *in bonæ fidei, numer.* 14. *de actionib.* Laurentius *decis.* 109. Gabriel. *comm. conclus. lib.* 2. *de expen. conclus.* 1. Cancer. *part.* 2. *var. capit.* 6. *sub num.* 34. *&* 35. Guttier. *pract. libr.* 1. *qu.* 135. *à numer.* 6. Azinius *in prax.* §. 32. *limitat.* 3. Covar. *pract. cap.* 25. *numer.* 4. latè Fachineus *controv. jur. lib.* 12. *cap.* 52. Font. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 4. *à num.* 112. *& decis.* 96. *num.* 2. *& dec.* 154. *numer.* 5. *part.* 1. *& dec.* 315. *n.* 10. *&* 11. *ubi de praxi nostri Senatus testatur part.* 2. Fermosin. *in cap. finem litibus qu.* 2. *de dolo, & contum.* de quo Gratian. *discept. forens. cap.* 33. *à num.* 2. *ad* 7. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 16. *num.* 72. *&* 73. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2.
102 *tit.* 39. *à num.* 176. Nisi expensæ ex stipulatione proveniant, quo casu justa causa litigandi ab eis non excusat, *gloss. in* §. *oportet in authent. de judicib.* Cenedo *collect. ad decretal.* 60. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 33. *num.* 2. *& dec.* 126. *à num.* 17. Azinius *in prax.* §. 32. *limit.* 1. *sublimit.* 1. Surd. *decis.* 264. *num.* 7. Covar. *pract. c.* 27. *numer.* 3. Fermosin. *in cap. finem litibus, n.* 11. *de dolo, & contum. vers. Hæc tamen,* Merlinus *controv. juris tom.* 2. *c.* 42. *num.* 38. Fachineus *controv. jur. libr.* 15. *c. versic. Non obstat quoque,* Farinac. *in repert. Jud. qu.* 31. *num.* 32. Faber *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *defens.* 3. Suelves *cons.* 28. *numer.* 30. *vers. Dicere, libr.* 2. Fontanella *decis.* 95. *à num.* 10. *& decis.* 134. *numer.* 6. *ubi quod apud nos quotidie practicatur part.* 1. *& dec.* 315. *numer.* 12. *part.* 2. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 33. *ubi refert decisionem Senatus Cathaloniæ, & testatur hoc jure uti, & part.* 3. *cap.* 2. *à n.* 142. qui *num.* 144. *ait ita passim observare Senatum,* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 30. *num.* 22. Intellige nisi exceptiones quæ per reum opponuntur, sint disputabiles, intricatæ, & controversæ, faciantque causam turbidam, nam tunc, & si expensæ stipulatæ sint, non fit condemnatio expensarum, sed solet noster Senatus neutram partem ex causa in expensis condemnare, ita fuit observatum in Regia Audientia in causa restitutionis dotis in favorem Llorens contra Franciscum Llorens ad relationem Magnifici Francisci Mijavila Franquesa 2. Julii 1615. & iterum ad favorem Francisci Pons de Moncorp contra Hieronymum de Vallgornera, & Montagut ad relationem Magnifici Josephi Roca 10. Januarii 1617. & in causis censualium, & violatiorum ita fuit observatum in causa Montserrati Barba Presbyteri administratoris Capellæ Sancti Severi ex una, & Jacobi Riambau Cultoris de Llorona ex altera, ad relationem Magnifici Hieronymi Senjust 2. Maji 1615. & iterum in causa administratorum piæ causæ Francisci Rialp, contra Josephum Rol ad relationem Magnifici Hieronymi Guerau 7. Aprilis 1639.
103 Scriba Bosch, nunc Sebastianus Franciscus Costa, vel nisi expensæ fiant culpa agentis, Gratian. *discept. forens. c.* 33. *num.* 8. benè multis relatis Surd. *cons.* 142. *num.* 10. *&* 11. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 6. *num.* 34. *&* 36.
104 & si in dubio præsumptio sit contra victum, quod non habuit justam causam litigandi, *gloss. in authent. generaliter, C. de Episcop. & Clericis, gloss. in cap. calumniam de pœnis,* Covar. *pract. cap.* 27. *sub numer.* 3. Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 16. *num.* 38. Guttier. *pract. libr.* 1. *quæst.* 135. *numer.* 3. *in fine,* Azinius *in praxi,* §. 32. *numer.* 5. *& limit.* 5. *num.* 5. Barbosa *in cap. finem litibus, num.* 9. Fermosin. *quæst.* 1. *numer.* 6. *de dolo, & contum.* Menochius *libr.* 2. *præsumpt.* 82. *numer.* 1. *&* 2. *qui* 3. ait, ab hac præsumptione recedendum esse contrariis conjecturis, & præsumptionibus, quibus justam causam affuisse litigandi demonstretur, & quæ 105
sint istæ conjecturæ, & præsumptiones, ex quibus cognoscatur justa causa litigandi, arbitrio Judicis relinquitur, de quo videndi sunt Menochius *de arb. jud. casu* 117. Azinius *in praxi,* §. 32. *limit.* 2. *cum seq.* Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 16. *à num.* 40. Covar. *pract. cap.* 27. quos laudat Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 30. *numer.* 32. Barbosa *in cap. finem litibus, num.* 7. Fermosinus *num.* 12. *& quæst.* 1. *à num.* 4. *de dolo & contum.* & plures alii laudati à Cenedo *collect. ad Decretales* 60. *num.* 4. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 39. *à num.* 66.

Limitatur 1. regula suprà tradita *num.* 1. ut procedat, quando agitur de contentione jurisdictionis; secus verò ubi agitur de contentione inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem super immunitate Ecclesiæ, quo casu non conquiescunt processus, imò potest utraque Curia, & consuevit intra primos quindecim dies inclusivè pro suo interesse respectivè testes recipere, illosque coram Cancellario exhibere, per quem habetur ea ratio illorum, quæ de jure est habenda, Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 262. ubi refert adnotationem Hieronymi Dalmau Doctoris Regii Consilii, qui testatur plures Regios Cancellarios ita observasse, & omnes Ecclesias ita usas fuisse, pariterque ipsum pluries vidisse, & à majoribus audivisse, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *num.* 7. *vers. Item quæro,* ubi testatur hoc jure in Cathalonia uti, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 63. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *n.* 138. quidquid involvat Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 51. *in gloss. numer.* 38. & ita practicavi ut Fisci Advocatus Regiæ Curiæ in Regno Sardiniæ in causa contentionis immunitatis Ecclesiæ allegatæ per Joannam Pintus Civitatis Ecclesiarum *supra relata decis. præcedenti numer.* 75. *in fine,* & testes recepti post motam contentionem intra primos quindecim dies per Curiam sæcularem postea coram Cancellario exhibiti, fuerunt causa, ut declararetur ipsam non gaudere immunitate Ecclesiæ. Practicaturque etiam in Regno Valentiæ, & millies in hoc Principatu fuit ita observatum, & signanter in causa occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Celidonii Lluch aliàs Motxo agricolæ Parochiæ Sancti Justi de Ardevol, in qua post motam contentionem fuerunt per Curiam sæcularem testes recepti, & postea illi exhibiti coram Arbitris, & coram Cancellario, qui fuerunt causa, ut declararetur per Cancellarium Suñer, Consultoribus Romeu de Ferrer, Vilosa, & Serra 9. Maji 1659. non gaudere immunitate Ecclesiæ. 106

Sed hæc limitatio juri communi repugnat, ex his 107
quæ tradunt Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 38. *n.* 54. Gratian. *discept. forens. c.* 596. *num.* 14. & an quando extractio rei ab Ecclesia possit justificari de jure communi ex subsequenti informatione, veritas est, quòd si extractio fuerit facta non servata forma juris communis, vel Bullæ Gregorianæ, justificari non potest ex subsequenti informatione, seu ex probationibus post agitatis, vel post dictam extractionem receptis, sed primitùs est facienda Ecclesiæ restitutio, ut post Bellug. tradit. *Remig. de immun. Eccles. quæst. fin.* Paz. *in prax. part.* 5. *tom.* 1. *c.* 3. §. 3. *n.* 15. *&* 16. Genuen. *in prax. Archiepisc. Neapol. c.* 17. *num.* 5. *versic. Item fuit resolutum,* Decian. *tract. crim. libr.* 6. *c.* 27. *post. num.* 2. *versic. Et insurgit, & c.* 29. *num.* 2. Italia *de immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 26. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 14. *numer.* 94. Curia Philippica *par.* 3. §. *retrahidos* 12. *n.* 55. Mastrill. *decis.* 169. *sub num.* 11. *&* 12. Gratian. *discept. forens. cap.* 596. *n.* 12. Guazzin. *defens.* 1. *c.* 31. *num.* 8. Italia *de immun. Eccles. lib.* 1. *c.* 6. §. 2. *num.* 23. *& seq.* Villadiego *in polit. cap.* 3. *num.* 256. Farinac. *de immun. Eccles. num.* 51. Giurba *cons.* 50. *num.* 13. *& cons.* 100. *num.* 30. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 16. *dubit.* 33. *num.* 9. latè post alios Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo reponi ad Ecclesiam, vers. Sed dubium, fol.* 173. Si autem extractio rei ab Ecclesia fuerit facta servata forma juris communis, vel

Bullæ

Bullæ Gregorianæ, coadjuvari, aut confirmari poteſt ex informatione jam capta, ſed alia nova per Judicem ſæcularem recipi ſeu produci non poteſt, Italia *de immun. Eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. num.* 23. de quo latè Giurba *conſ.* 50. *n.* 15. *& conſ.* 100. *num.* 30. *verſ. Secundus caſus eſt*. Bed. in noſtra Corona Aragonum ſervantur ea, quæ dixi *num.* 106.

108 Sublimitatur hæc prima limitatio, ut tantùm procedat reſpectu proceſſus, qui formari poteſt pendente contentione inter Curias Eccleſiaſticam, & ſæcularem ſuper immunitate Eccleſiæ; ſecus verò reſpectu punitionis rei delinquentis, ſiquidem cauſa immunitatis Eccleſiæ pendente, Judex ſæcularis non poteſt procedere ad ſententiam corporis afflictivam delinquentis ab Eccleſia extracti, & minus ad prædictæ ſententiæ executionem, aliàs uti contemptor juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ejus immunitatis graviter puniendus eſſet, Gregorius Lopez, *l. 2. gloſſ. Por haver, poſt medium, tit.* 11. *part.* 1. Bobad. *in polit. lib. 2. c.* 14. *ſub num.* 97. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 536. *num.* 24. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 2. c.* 16. *dubit.* 17. *à n.* 6. Farinac. *de immun. Eccleſ. num.* 370. Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 11. §. *ſed quia loquimur*, *num.* 22. Peregrin. *de immun. Eccleſ. c.* 16. *num.* 29. Cevallos *com. cent. com. quæſt.* 817. *in fine*, Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 54. Ligareturque cenſuris à jure, & ab homine impoſitis ob talem contemptum, Barboſa *in prax. exig. penſion.*
109 *qu.* 8. *n.* 45. ad quod fugiendum tenetur Judex ſæcularis cautionem juratoriam præſtare, & aliquando cum fidejuſſoribus de non procedendo ad pœnam corporalem, aut corporis afflictivam contra reum, interim dum cauſa immunitatis pendet, quod an procedat de jure, tàm in caſibus exceptis, quàm non exceptis, & quid de conſuetudine, & hodie ſtante Bulla Gregoriana, in illis partibus ubi ſervatur, videndi ſunt Bobad. *in polit. lib. 2. c.* 14. *n.* 97. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. c.* 11. *n.* 5. *&* 6. Farinac. *in praxi part.* 1. *q.* 28. *num.* 77. *& latiùs de immun. Eccleſ. à n.* 142. *ad* 346. Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 30. *à num.* 25. Decian. *tract. crim. lib. 6. cap.* 29. *ſub num.* 6. Belluga *in ſpecul. Princ. rubr.* 11. §. *ſed quia loquimur*, *num.* 6. Gambacurta *de immun. Eccleſ. libr. 4. cap.* 30. Azor. *inſtit. moral. part. 2. libr. 9. cap.* 9. *qu.* 10. Diana *in ſum. part. 2. verbo immunitas Eccleſiarum ſub numer.* 37. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 2. c.* 16. *dubit.* 31. *à num.* 9. *ad* 25. *& latiùs dubit.* 39. *per totam*, *& dubit.* 40. *ſect.* 1. Cuttellus *de immun. Eccleſ. libr.* 1. *qu.* 12. *& quæſt.* 40. *n.* 4. Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 29. dif. 8. numer.* 3. In Cathalonia aliqua cautio per Judicem ſæcularem non præſtatur, Fontanella *deciſ.* 583. *n.* 1. *part.* 2. niſi in caſu infra relato *dec.* 24. *num.* 84.

110 Subdeclaratur hæc ſublimitatio, exiſtentibus duobus reis delicti, & prolata ſententia definitiva contra ambos, unus qui habebat immunitatem, illam allegaverit, nam pendente contentione immunitatis Eccleſiæ per unum, poteſt procedi ad declarationem cauſæ ſupplicationis interpoſitæ per alium, ita fuit reſolutum in Cathalonia per majorem partem dominorum propoſito dubio in Regia Audientia junctis tribus aulis 16. Martii 1606. contra Antonium Paulum Gairiſ. *ut habetur in libro concluſionum criminalium illius anni*.

111 Limitatur 2. regula ſuprà tradita *n.* 1. quando reus relaxatur à carceribus de conſenſu utriuſque Curiæ, quo caſu non intrant attentata, per ea quæ tradunt Lancellot. *de attentat. part. 2. c.* 12. *limit.* 42. *n.* 1. *& ſeq. & part. 3. c.* 30. *num.* 187. Ludoviſ. Bellus *conſ.* 11. *n.* 25. ita fuit reſolutum in Cathalonia 3. Julii 1556. in Concilio Gerentis Vices generalis Gubernatoris intervenientibus ejus Aſſeſſore Hieronymo Planes, & Officiali Eccleſiaſtico; nam cùm quidam eſſet in carceribus detentus, & pendente contentione ſuper juriſdictione ægrotaret, fuit de conſenſu ambarum Curiarum ab eis relaxatus datis fidejuſſoribus.

112 Limitatur 3. in Regno Aragonum in proceſſibus privilegiatis, ut puta apprehenſionis, manifeſtationis, & ſimilium, Portoles §. *apprehenſio el* 3. *n.* 73. *& foro* 3. *n.* 5. *de compet. juriſd.* latè probat & plures deciſiones refert Seſſe *de inhibit. c.* 5. §. 8. *n.* 14. *& c.* 9. §. 2. *à n.* 3. Urrutigoyti *in paſt. regul. part.* 1. *clauſ.* 10. *n.* 3.

Ex dictis ſuprà *num.* 1. *cum ſeq.* & juribus ibi relatis, 113
infertur 1. quòd pendente contentione, ſeu competentia inter Judices Eccleſiaſticum, & ſæcularem non currunt tempora probatoria in cauſa principali, cujus occaſione competentia, ſeu contentio firmata fuit, ut eruditè probat Anchar. *in cap. ſi Judex laicus*, *num.* 6. *verſic. Decimo nota de ſentent. ex eo in* 6. Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. proceſſo de compten. de juriſdict. fol.* 335. *col.* 2. *verſic. Item aſſi miſmo ſe advierte*. Portoles *foro* 1. *num.* 61. *de compet. juriſdict.* ubi refert caſum & deciſionem Curiæ juſtitiæ Aragonum de menſe Aprilis 1550.

Infertur 2. quòd competentia, ſeu contentione pen- 114
dente, ſi pars timet, quòd Judex ſæcularis inferior ipſa durante ſit proceſſurus ad executionem ſententiæ jam latæ, ſeu forſan ferendæ, vel ad alios actus faciendos, poteſt à ſuperiore impetrare juris firmam, ſeu inhibitionem, ne pendente contentione ad aliquos actus parti præjudiciales procedat, Portoles *foro* 1. *num.* 62. *de compet. juriſd.* ubi quatuor exemplaria Curiæ juſtitiæ Aragonum laudat.

Infertur 3. Quòd licèt de jure controverſum ſit, an 115
Judex Eccleſiaſticus poſſit inhibere Judicem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti Guarentigii prætextu, quòd contractus ſit uſurarius donec per eum ſit cognitum, an ſit uſurarius, vel non, & Judex ſæcularis teneatur illi obtemperare? de quo tàm pro affirmativa, quàm pro negativa, & illarum conciliatione videndi ſunt Cancer. *part. 2. var. cap.* 3. *à num.* 44. Ripoll. *var. cap.* 3. *à num.* 214. *ad* 222. *& à nu.* 233. *ad* 244. Seſſe *de inhibit. cap.* 8. §. 4. *à numer.* 41. *& cap.* 12. Suelves *conſ.* 19. *num.* 5. *libr.* 3. Surdus *conſ.* 424. Guttier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 9. *& Canonicar. lib. 2. c.* 18. *à num.* 29. Azevedo *l.* 1. *à num.* 186. *tit.* 21. *libr.* 4. *recopil.* Barboſa *in l. Titia*, *num.* 49. *ff. ſolut. matrim.* Carroccius *except.* 66. *num.* 21. Parlador. *rer. quotid. libr. 2. cap. fin. part.* 5. §. 11. *num.* 22. *&* 23. Roderic. *de annu. reddit. libr.* 3. *quæſt.* 4. *à n.* 122. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 2. cap.* 10. *dubit.* 3. *num.* 12. Peguera *dec.* 30. *&* 31. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *à num.* 41. *& deciſ.* 334. *numer.* 26. *part.* 2. Amat. *reſol.* 36. Bobadilla *in polit. libr.* 2. *cap.* 17. *num.* 52. *verſ. Pero*, Cevallos *de cogn. per viam violent. quæſt.* 96. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 45. Giurba *deciſ.* 110. *à num.* 9. Diana *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 18. *& in ſum. part.* 2. *verbo Judex Eccleſiaſticus*, *num.* 6. *fol.* 99. Cæterùm quidquid ſit de ju- 116
re, abſque dubio in his Regnis receptum eſt, quòd ubi inter Judices Eccleſiaſticum & ſæcularem competentia eſt firmata ſuper cognitione inſtrumenti guarentigii uſurarii interim dum ea indeciſa pendet, Judex ſæcularis hujuſmodi inſtrumentum executioni demandari nequit, Portoles *foro* 1. *num.* 66. *de compet. juriſd.* ubi 117
deciſionem Curiæ Juſtitiæ Aragonum refert Monter *deciſ.* 9. *ſub num.* 56. adeò quòd ſi firmata competentia, executio facta fuerit per Judicem ſæcularem, ipſa ſtatim eſt retractanda, Portoles *foro* 1. *num.* 6. *de compet. juriſdict.* In hoc autem Principatu Cathaloniæ declarat Cancellarius articulum contractus uſurarii pendentem in Curia Eccleſiaſtica, non impedire executionem Curiæ ſæcularis, Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 118
29. *num.* 101. *ubi refert deciſionem Cancellarii Cathaloniæ & teſtatur quod ita proceditur* adde declarationem factam per Cancellarium Loris, Conſultoribus Ros, Balle, & Puigm. 11. Februarii 1581. occaſione firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Elnen. per Don Philippum de Siniſterra, & de Sancta Eugenia Villæ Perpiniani, conducunt Ludoviſ. *deciſ.* 107. *à num.* 2. Poſtius *de manutenent. obſerv.* 62. *num.* 9. *& poſt tract. dec.* 181. *num.* 6. ubi quòd exceptio uſuræ non impedit manutentionem quamdiu ſuper illa, & validitate contractus diſcutitur.

Quartò & ultimò infertur, quòd ſi ſententia lata per 119
Judicem ſæcularem firmetur competentia per Judicem Eccleſiaſticum, donec contentio fuerit declarata, ſuperſedendum eſt in executione ſententiæ, etiam ſi damnatus eſſet in loco ſupplicii, Oliba *de jure Fiſci*, *cap.* 14. *num.* 84. ubi exemplare Cathaloniæ refert Portoles *foro* 1. *num.* 67. *de compet. juriſdict.* ubi nominatim

ita de-

ita decisum testatur in Curia Justitiæ Aragonum, Fontanella *de pact. nup. tom.1. claus.3. gloss.3. numer.* 44. ubi decisiones Cancellarii Cathaloniæ, & aliorum Senatuum cumulat, *vide quos tradidi decis. 9. nu.* 88.

120 Forma petendi coram Cancellario revocationem attentatorum cum supplicatione sequenti.

ADMODUM ILLUSTRIS DOMINE

NOn obstante quòd per Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ præsentis Cathaloniæ Principatus, instantibus, Petro A. Notario publico Barcinonæ, & fisci Procuratore Patrimoniali fuerint expeditæ litteræ juris, in forma contentionis cum electione arbitri die 20. Maii 1656. Didaco C. de decretorum Doctori Officiali, & Vicario Generali Reverendi Episcopi Barcinonæ, illæque fuerunt ei præsentatæ, intimatæ, & notificatæ 20. prædictorum, quatenus cassaret, revocaret & annullaret omnia, & singula procedimenta facta contra dictum Petrum A. in causa, quæ in sua Curia ducere prætendit Joannes B. Mercator dictæ Civitatis, aut aliàs contentionem firmaret juxta formam concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, non dubitavit dictus Didacus C. Officialis, & Vicarius generalis Barcinonæ ad instantiam dicti Joannis B. providere decretum executionis die 2. Junii dicti anni 1656. & ad ulteriora in prædicta causa prout latius in dictis producuntur, ut inserantur; seu consuantur, cumque hujusmodi provisio decreti executionis, & alia inde secuta sint nulla, & attentativè facta in præjudicium dictæ firmæ juris. Idcirco, & aliàs dictus Petrus A. supplicat Dominationi vestræ, ut dicta provisio decreti executionis, & alia procedimenta inde secuta post præsentationem dictarum litterarum contentionis, & firmæ juris declarentur nulla, & attentativè facta & ut talia revocentur, & annullentur, complementumque justitiæ ei ministretur omni meliori modo, offic. &c. quæ licèt, &c.

Altissimus
N.

Idem supplicat Fisci Procurator Patrimonialis juribus suis semper salvis, &c.

N. Fisci P. Ad.

Provisio Cancellarii

Die 6. Junii 1656. inserantur, seu consuantur producta, & In.

N. Cancellarius.

121 Formulas sententiarum Cancellarii in causas attentatorum plures tradidi hac decisione, illas vide.

ARGUMENTUM.

De consultoribus Cancellarii, seu Tertii contentionum.

SUMMARIUM.

1 *Doctores Regii Concilii quòd non possint intervenire consulendo, nec vovendo in causis contentionum, supplicavit stamentum Ecclesiasticum Cathaloniæ suæ regiæ Majestati Domini Regis Ferdinandi Secundi in Curiis Montissoni anni* 1510. *sed fuit decretatum per suam Regiam Majestatem se opportunè provisurum absque actu Curiæ.*

2 *Doctores Regii Concilii quòd non interveniant in causis contentionum supplicarunt tria stamenta Cathaloniæ in curiis anni* 1564. *sed nihil in eis fuit decretatum, nisi quòd novitates non fierent.*

3 *Doctores Regiæ Audientiæ Consultores per Cancellarium in causis contentionum nominati, eo solo, quòd sint Regii Consiliarii, ut suspecti recusari non possunt.*

4 *Cancellarius solebat, & solet pro securitate suæ conscientiæ declarare causas contentionum cum consilio unius, duorum, trium, quatuor, vel plurium Doctorum Regiæ Audientiæ.*

5 *Cancellarius in Cathalonia, & Sardinia nominat in Consultores pro causis contentionum Doctores Regiæ Audientiæ, quos vult & quantos vult, exceptis Regente Cancellariam, & duobus Fisci Advocatis.*

6 *Cancellarius in Aragonia nominat quatuor Consultores in causis contentionum, duo pro jurisdictione Ecclesiastica, & duo pro sæculari, & qui sint illi.*

7 *Cancellarius in Valentia assumit in Consultores Doctores unius Aulæ Regiæ Audientiæ civilis per turnum, excepto Regente, & quid si numerus Senatorum deficiat.*

8 *Cancellarius etiam in declaratione alicujus intermedii in causis contentionum solet Consultores nominare Doctores Regiæ Audientiæ.*

9 *Consultores idem sunt, quod periti, sive Assessores.*

10 *Cancellarius nominat Consultores in causis contentionum voluntariè, & non ex necessitate, & num.*49.

11 *Inquisitores hæreticæ pravitatis adhibent Consultores in causis fidei voluntariè, & non ex necessitate.*

12 *Cancellarius Consultores quos nominat, potest cogere, ut sibi consulant in causis contentionum, & num.*13.

*Inquisitores hæreticæ pravitatis Consultores quos nominant, cogere possunt, ut ipsis consulant, numer.*12.

14 *Consultores nominati à Cancellario in causis contentionum gravatis, & absque salario in Cathalonia consulere debent, quid in aliis Regnis coronæ Aragonum.*

15 *Consultores nominati ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis gratis consulere debent.*

16 *Cancellarius potest hodie in Cathalonia nominare in consultores pro causis civilibus, vel criminalibus, Doctores tàm Aulæ civilis, quàm criminalis Regiæ Audientiæ.*

17 *Cancellarius an possit nominare consultorem Doctorem Regiæ Audientiæ fratrem, levirem, vel nepotem suum, resolvitur affirmativè, & numero* 21.

18 *Pater, & filius, patruus, & nepos, ac duo fratres possunt esse de jure Senatores in uno Senatu, vel in simul Decuriones, vel de consilio Universitatis, fallit ubi extat statutum in contrarium, num.* 19.

20 *Consultores Sancti Officii in simul esse non possunt pater, & filius, patruus, & nepos, ac duo fratres.*

22 *Consultores à Cancellario nominati ut suspecti recusari possunt. Assessores ut suspecti recusari possunt.*

23 *Consultores à Cancellario nominati an possint recusari solo juramento, opinio affirmativa, n.*24. *negativa quæ verior est, n.* 25. *Assessores solo juramento recusantur suspecti, n.*24.

26 *Consultores Cancellarii si ut suspecti recusentur, & recusans causam suspicionis non probaverit, an incidat in aliquam pœnam, resolvitur negativè, n.*28.

27 *Recusans Judicem suspectum si in probatione succumbat, potest puniri pro injuria una cum Advocato, & Procuratore, sed non observatur in Cathalonia, nec in Sardinia de consuetudine, num.*29.

30 *Consultores Cancellarii vovere debent causas contentionum eodem ordine, quo vovent in Senatu.*

31 *Senatores quo ordine vota sua proferant in Cathalonia & quid in aliis Regnis, n.*32. *&* 33.

34 *Fisci Advocatus in Cathalonia, & Sardinia votum suum præstat post causæ relatorem, & quid in Valentia,*

35 *Consultores Cancellarii habent vota consultiva in causis contentionum, & non decisiva & numer.*48.

36 *Consultores Sancti Officii habent vota, & suffragia consultiva & non decisiva.*

37 *Assessorum vota sunt à jure Consultiva, & non decisiva.*

38 *Cancellarius an teneatur ſequi vota Conſultorum, & n.42. & 56.*
39 *Cancellarius ſolet pronuntiare ſecundùm vota conſultorum conformium.*
40 *Cancellarius data paritate in votis Conſultorum adhæret quibus vult, & quid in Valentia.*
41 *Cancellarius ſi unus Conſultor votum dat pro una juriſdictione, & alii duo, vel tres pro alia, poteſt ſequi votum unius, aliis ſpretis, quid in Regno Valentiæ.*
42 *Cancellarius etiam ſi omnes Conſultores ſint conformes non tenetur præcisè ſequi vota illorum, & n.56.*
43 *Inquiſitores Sancti Officii vota Conſultorum neceſſariò ſequi non tenentur.*
44 *Judices conſilium ſuorum Aſſeſſorum ſeu Conſultorum ſequi præcisè non tenentur.*
45 *Cancellarius eſt ſolus Judex cauſarum contentionum, & qui ſolus habet votum deciſivum.*
46 *Inquiſitores hæreticæ pravitatis ſoli ſunt Judices in cauſis fidei, & qui ſoli habent votum deciſivum.*
47 *Aſſeſſores nullam habent de jure juriſdictionem.*
50 *Concilium ubi quis petere tenetur, non adſtringitur illud ſequi.*
51 *Conſcientiæ alicujus, ubi quid committitur, videtur ipſe tributa facultas declarandi, quæ in voluntate ſua ſunt tàm ab alio quàm à Deo optimo maximo cognoſci non poſſunt.*
52 *Cancellarius nominat Conſultores in cauſis contentionum, ut eum inſtruant, ipſique conſilium præſtent.*
53 *Conſilium habere ab aliis valde utile eſt.*
54 *Juſtitia per plures præſertim viros doctos melius adminiſtratur.*
55 *Reipublicæ expediri plures eſſe judices, qui juſtitiam adminiſtrent.*
57 *Cancellarius non debet, nec poteſt ſine ratione à votis Conſultorum diſcrepare.*
58 *Cancellarius etſi poſſit judicare ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam, tenetur juri, & rationi adherere.*
59 *Cancellarius per adhibitionem Conſultorum non eſt immunis à revolutione proceſſus, & librorum.*
60 *Conſultorum mala conſilia an excuſent Cancellarium à culpa, opinio negativa ibidem, affirmativa, num.61.*
62 *Judex aliquid injuſtè faciens de conſilio ſui Aſſeſſoris an execuſetur in ſindicatu.*
63 *Conſultores quo loco ſint congregandi.*
64 *Cancellarius an debeat præcedere Conſultoribus.*
65 *Conſultores nominandi praxis.*

DECISIO XXIII.

1 STamentum Eccleſiaſticum Cathaloniæ convocatum Montiſſoni pro curiis celebrandis inter alia 2. Septembris 1510. *cap.* 4. ſupplicavit Domino Regi Ferdinando Secundo, quòd nullus Officialis, aut Judex ſæcularis, vel Doctor Regii Conſilii poſſit intervenire conſulendo, nec vovendo in cauſis contentionum, cui ſupplicationi per ſuam Regiam Majeſtatem decretatum fuit ſe opportunè proviſurum abſque actu Curiæ, *ut habetur in pragmat.* 8. *incipien. encara ſupplica tit. de conten. juriſd.* & apud Regentem Vico *lib. 2. ad prag. Reg. Sard. tit.* 51. *num.*30.

2 Deinde in Curiis anni 1564. *cap.* 6. tria ſtamenta Cathaloniæ ſcilicèt Brachium Eccleſiaſticum, Militare, & Regale inter alia etiam ſupplicarunt Domino Regi Philippo Secundo, quòd Doctores Regii Concilii civilis, vel criminalis non interveniant in cauſis contentionum, ſed nihil in his fuit decretatum niſi quòd novitates non fierent, *ut habetur in c. Curia. tit. de cont. jur.* & apud Regentem Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib. 2. tit.* 51. *num.*41.

3 Secundum quòd Doctores Regiæ Audientiæ nominati Conſultores per Cancellarium eo ſolo, quòd ſint regii Conſiliarii, ut ſuſpecti recuſari non poſſunt, de jure Cathaloniæ *cap. Curia fin. de cont. jur.* de Regno Sardiniæ Regiæ pragmaticæ de quibus per Regentem Vico *lib. 1. tit. 11. c. 12. & lib. 2. tit. 51. nu. 41.* Regia Epiſtola Domini Regis Philippi Tertii ſcripta Archiepiſcopo Calaritano Dat. en el Pardo 1. Decembris 1610. *quæ legitur in libro Gubernii Regii Audientiæ Sardiniæ fol. inferiori* 504. idem Regens Vico *lib. 2. tit.* 51. *num.* 30. *in margine*, & *numer.* 41. *in margine* facit quod tradit Dexart. *ad cap. Reg. Sardin. cap. 1. nu. 40. de Parlament.* ubi recuſationes adversùs Regios Miniſtros, qui nominantur Judices in Curiis ad declarationem diſſentimentorum ſolius intuitu officii propoſitas reiiciendas eſſe, & ibi refert Parlamenti Regni Sardiniæ deciſiones.

4 Ideoque Cancellarius, ac ſuo caſu Terrius propter illius impedimentum nominatus pro ſecuritate ſuæ conſcientiæ, & rectæ adminiſtrationis juſtitiæ ſolebat, & ſolet declarare, & decidere cauſas, & dubia contentionum inter Curias Eccleſiaſticam, & Sæcularem cum conſilio unius duorum, trium, quatuor, vel plurium Doctorum Regiæ Audientiæ, nedum in Cathalonia *ut colligitur ex capite Curiæ 5. de conten. juriſdict.* & ex traditis per Michaelem Ferrer. *part. 3. obſervan. capite* 86. 179. 180. 186. 213. 221. 237. *& alibi paſſim*, Peguera *in prac. crimin. cap. 26. verſic. Iſti ſunt Conſultores*, & *deciſ.* 40. *numer. 6. in fine*, *deciſ.* 61. *num. 4. verſic. Et quod*, & *deciſ. 62. verſic. Et quod*, *tom. 1. & dec. 23. num. 2. & dec. 51. tom. 2.* Cancer. *part. 2. var. cap. 11. num. 136. & part. 3. cap. 10. num.* 124. Fontanella *de pac. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 15. part. 2. numer. 16. & in addit. num. 28. & tom. 2. clar. 5. gloſſ. 8. par.* 14. *num. 54. & deciſ. 200. num.* 17. *& deciſ. 202. num.* 12. *& deciſ.* 288. *num.* 8. 15. *& ſub numer. 19. & dec.* 289. *num.* 3. 7. 8. *& 18. part. 1. & dec.* 310. *num. 5. & dec.* 311. *num.* 23. *& dec.* 317. *num. 19. & dec.* 324. *num.* 23. *& dec.* 328. *num. 19. & dec.* 341. *num. 21. & alibi part. 2.* Xammar. *defin.* 48. *in prin. part. 1. defin. 99. nu. 36. part. 2.* ſed etiam in Regno Sardiniæ, ut probat Regia pragmatica de qua Vico *lib. 1. tit. 11. cap. 12. in princ.* & in Regno Aragonum, ut per Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *num.* 7. Portoles *foro 4. num. 7. de compet. juriſdic. & poſt tractat. quæſt. 2. num. 5. in fine*, & *quæſt. 6. ſub num. 5. & quæſt. 7. ſub num. 9. & quæſt. 9. ſub num.* 9. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 28. Suelves *conſil.* 19. *in fine*, & *conſil.* 32. *in fine & conſil.* 33. *in fine lib. 1. & conſil.* 10. *in fine lib. 2. & conſil. 2. num. 10. lib. 3.* & in Regno Valentiæ ut per Regentem Leon *deciſ. 3. num.* 1. *in fine lib. 1. & dec.* 141. *num. 6. & dec.* 148. *num.* 14. *lib.* 2. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 4. num.* 127. *& 175. in fine*, & & idem in Regno Majoricarum.

5 Cum hac tamen differentia, quòd in Cathalonia Sardinia, & Regno Majoricarum, Cancellarius nominat in Conſultores Doctores Regiæ Audientiæ, quos vult, & quantos vult, de Cathalonia Ferrer. *part. 3. obſer. cap.* 87. Peguera *in pract. crim. cap. 26. verſic. iſti ſunt Conſultores*, exceptis Regente Regiam Cancellariam, & duobus Fiſci Advocatis, Ferrer. *part. 3. obſer. cap.* 238. *verſic. Denique ſuper dicta immunitate*, de Regno Sardiniæ Regens Vico *lib. 1. tit. 11. cap. 12. in prin.* exceptis Regente Regiam Cancellariam, & Fiſci Advocato Regiæ Curiæ, ſi cauſa eſt criminalis; ſi autem cauſa eſt civilis, Fiſci Advocatus Regiæ Curiæ poteſt intervenire, & ipſe pluries ut Conſultor interfui. Fiſci verò Advocatus Patrimonialis ſive cauſa ſit civilis, ſive criminalis, numquam in Sardinia aſſumitur in Conſultorem, niſi in cauſis criminalibus in defectum Doctorum Regiæ Audientiæ.

6 In Regno verò Aragonum nominantur per Cancellarium quatuor Conſultores, Urrutigoyti *in paſtor. regul. part. 3. voto 1. in fine, & voto 2. nu. 2. in fine, & voto 4. in fine, & voto 5. in fine, & voto 9. nu. 1. in fine, & voto 10. nu. 4. in fine, & n. 16. in fine*, duo pro juriſdictione Eccleſiaſtica, & duo pro juriſdictione ſæculari, Ramitez *de lege Regia*, §. 2. *n.* 7. Seſſe *de inhibit. cap. 9. §. 1. n.* 28. Urrutigoyti *in paſtor. reg. par. 3. voto 6. in fine*, ut in caſu relato per Suelves *conſ.* 19. *in fine, lib.* 1. notat Mattheu *de regim. Reg. Val. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 4. ſub nu.* 128. & qui nominantur pro juriſdictione Eccleſiaſtica, aliquando ſunt Eccleſiaſtici, ut in caſu relato per Suelves *conſ. 2. nu.* 10. *lib. 3.* aliquando verò laici, ut in alio caſu relato per Suelves *conſ.* 10. *in fine lib. 2.* qui autem nominantur pro

juriſ-

jurisdictione sæculari, sunt Regii Consiliarii, Suelves *cons.* 2. *nu.* 10. *lib.* 3.

7 In Regno Valentiæ Consultores Cancellarii sunt Doctores unius Aulæ Regiæ Audientiæ civilis, Regens Leon *decis.* 3. *num.* 3. *in fine*, *l.* 1. *&* *decis.* 141. *num.* 6. *&* *decis.* 146. *num.* 14. *lib.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 127. sed non semper ad unam Aulam civilem spectat Regio Cancellario in contentionibus assistere, sed per turnum, modò ad unam, modò ad aliam; solet enim Cancellarius ex duabus Aulis Regiæ Audientiæ civilis convocare una vice Doctores unius Aulæ, & alia vice Doctores alterius Aulæ, & sic alternativè, ut cum eorum consilio causam contentionis declaret, Regens Leon *decis.* 20. *num.* 1. *in fine*, *l.* 1. & omnes ire tenentur, nisi qui Regentis Officium gerit, si autem numerus Senatorum deficiat, solet suppleri per Dominum proregem ex Doctoribus alterius Aulæ, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 127. *&* *num.* 128. ubi testatur sic pluries observari vidisse, & non semel interfuisse cum Doctoribus alterius Aulæ & addit, quòd quamquam in Curia *anni* 1583. *&* *Foro* 18. forma superius tradita immutata proponatur, numquam concessum fuit *num.* 130. ait, quòd si Senatores civiles sint impediti ex propalatione sententiæ, tunc Senatores Aulæ criminalis per Cancellarium convocari solent, & refert observantiam illius Regni.

8 Quæ nedum Cancellarius observare solet in declaratione principalis contentionis, sed etiam casu alicujus intermedii, & ita practicatur in Cathalonia, *exemplare tradidi decis.* 12. *num.* 73. De Regno Sardiniæ *exemplaria retuli suprà decis.* 17. *num.* 50. *&* *decis.* 21. *num.* 43. de Regno Valentiæ Mattheu *de Regim. Val. tom.* 2. *c.* 7. §. *sect.* 4. *num.* 131. ubi testatur ita aliquando observare vidisse, sed non frequenter.

9 Isti Consultores sic vulgò nominati, de jure vocantur periti, sive Assessores, Cenedo *collect.* 27. *ad sextum*, *num.* 1. Morla *in empor. juris*, *part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 20. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 23. *num.* 7. Barbosa *in cap. ut commissi*, *num.* 4. *de hæret. in* 6. Farinac. *fragmen. crimin. part.* 2. *littera I. num.* 718. Berart. *in specu. visit. capite* 6. *num.* 31.

10 Quibus sic positis, quæro 1. An Cancellarius nominet Consultores in causis contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem, voluntariè, an verò ex necessitate? R. quòd non ex necessitate, sed voluntariè illos adhibet, Ferrer. *part.* 3. *obser. c.* 86. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *numer.* 7. *versic. Isti sunt Consultores*, sicut communiter dicitur de Consultoribus

11 Sancti Officii, quos Inquisitores hæreticæ pravitatis illos voluntariè adhibent in causis fidei, non autem ex necessitate, Cenedo *collect.* 27. *ad sextum*, *num.* 1. Barbosa *in c. ut commissi numer.* 3. *de hæret. in* 6. Farinac. *de hæresi quæst.* 185. *numer.* 195. quid quid dicat Castro Palao *in oper. mor. tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 1. *num.* 3. contra quem & alios esse veriorem sententiam tradunt Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 58. *versic. Sed major*, *&* *versic. Verum*, Carena *de offic. Sanctæ Inquisit. part.* 1. *tit.* 8. §. 9. *num.* 35. quid de Assessoribus Giurba *consil.* 31. *num.* 13. *&* *consil.* 32. *num.* 27. *&* 28. latè Bobad. *in pol. l.* 2. *c.* 12. latissimè Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 23. *&* 24. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 17. *à num.* 384. Fontanella *decis.* 317. *num.* 13. *part.* 2. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 11. Dexart. *in capit.* 12. *de judiciis*, *fol.* 1123. Salzedo *l.* 26. *à numer.* 1. *tit.* 5. *l.* 3. *recop. fol.* 158.

12 Quæro 2. An Cancellarius Consultores quos nominat, cogere possit, ut sibi consulant in causis contentionum? R. quòd sic, sicut communiter dicitur de Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, qui possunt sibi eligere Consultores in negotiis ad Sanctum Officium spectantibus, & illos cogere ut ipsis consulant, *cap. ut commissi* §. *advocandi quoque*, ubi Barbosa *num.* 1. *&* 4. *de hær. in* 9. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 10. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 20. cum pluribus aliis per Farinac. *de hæresi*, *quæst.* 185. *numer.* 188. & per Carenam *de offic. Sanctæ inquisitionis part.* 1. *tit.* 8. §. 1. *num.* 1.

13 Hæc quæstio dubito, quòd hodie in practica contingat, nam ut dicit Suelves *consil.* 41. *num.* 12. *in fine*, *l.* 1. Regios Consiliarios vocatos à Cancellario in competentiis libenter accedere, & pro Regno Sardiniæ adest Regia epistola, *quam referam num. seq.* id expressè mandans Doctoribus Regiæ Audientiæ.

Quæro 3. An Consultores nominati à Cancellario 14
pro causis contentionum decidendis, gratis, & absque aliquo salario consulere debeant? R. quòd sic, ut habetur in Regia Epistola Domini Regis Philippi Secundi dat. Montissoni 14. Augusti 1585. *quæ legitur in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ inferiori* 196. Ubi etiam refertur, quòd ita practicatur in Principatu Cathaloniæ, sed in Regno Sardiniæ non observatur, casu quo contentio moveatur ad partium, vel partis instantiam, quamvis Fisci Procurator Curiæ sæcularis, vel promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ pro suis interesse respectivè illis assistant, sed, exiguntur pro salario sententiæ septuagintaquinque libræ monetæ illius Regni, quæ inter ipsos Consultores dividuntur, nulla data portione Cancellario. In Regno Majoricarum dantur unicuique Consultorum decem Regalia, & Cancellario septem libræ, in Regno Valentiæ Arbitri contentionum exigunt salaria, postquam posita est sententia in posse scribæ causæ, & non antea, *Forus* 3. *Regis Philippi anni* 1552. *fol.* 1. Idem quod observatur in Cathalonia in Consulto- 15
ribus contentionum, practicatur in Consultoribus nominatis ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, qui gratis consulere illis debent, Simancas *de Cath. instit.* 41. *num.* 13. remissivè aliis relatis Cenedo *collect.* 27. *ad sextum*, *num.* 1. *in fine*, Barbosa *in c. ut commissi*, *num.* 7. *de hæret. in* 6. Carena *de Off. Sanct. Inquisit. part.* 1. *tit.* 8. §. 1. *num.* 2.

Quæro 4. An Cancellarius pro decisione causarum 16
contentionum civilium solùm possit nominare in Consultores Doctores Aularum civilium, & pro decisione contentionum criminalium, solùm possit nominare Doctores Aulæ criminalis? R. Quòd licèt antiquitùs ita observaretur, hodie verò pro decisione causarum contentionum, tàm civilium, quàm criminalium potest nominare Doctores, tàm Aularum civilium, quàm Aulæ criminalis, Fontanella *decis.* 2803. *num.* 18. *part.* 2. & ita observatur in Principatu Cathaloniæ, & vidi etiam quotidie practicari in Regno Sardiniæ, in Regno verò Valentiæ quid observetur jam dixi *nu.* 4.

Quæro 5. An Cancellarius possit nominare in Con- 17
sultorem Doctorem Regiæ Audientiæ fratrem, levirem, vel nepotem suum? De jure est certum, quòd pater, & filius, patruus, & nepos, & duo fratres 18
possunt esse Senatores in uno Senatu, & in simul esse Decuriones, & de Concilio Universitatis, quia non ut domesticæ, sed ut personæ publicæ vota, & suffragia sua dant, *l.* 5. *&* 6. *ubi* Bart. & Faber. *ff. quod cujusque univer. nomine*, *facit l. dedi*, §. *si quis quasi*, *versic. Sed ipse Celsus*, *ff. de cond. cau. data*, latè Marchus *dec.* 630. *part.* 1. Lozeus *de jure univer. part.* 1. *c.* 3. *num.* 28. Carena *de Off. Sanct. inquis. part.* 1. *tit.* 8. §. 4. *num.* 31. *&* 33. videndus Sanfelicius *dec.* 77. Xammar. *de priv. Barc.* §. 20. *nu.* 48.

Secundùm statuta verò Provinciarum tales perso- 19
næ in eodem Tribunali, & Concilio adesse prohibentur, de jure Cathaloniæ *constit. statuim.* 11. *constit. statuim.* 13. *de la electio dols Doctors de la Real Audientia*, *cap. Curiæ item placita* 55. *anni* 1599. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 8. *num.* 7. De Regno Sardiniæ Regia pragmatica quam refert Regens Vico *l.* 1. *tit.* 8. *cap.* 2. De Regno Neapolis *pragmat.* 3. ubi Rovit. *de adminis. rer. univer.* & latiùs Montamar. §. 16. *per totum*. Sanfelicius *decis.* 77. de Senatu Parisiensi Marcus *decis.* 670. *num.* 2. de praxi, & consuetudine Xammar. *de privil. Barcin.* §. 20. *num.* 48. & hoc ut collusiones evitentur, Vico *loco relato num.* 11. Adeò ut nec in simul ratione irreverentiæ possint esse Consultores Sancti Officii, latè Carena *de Off. Sanctæ Inquisit. part.* 1. *tit.* 8. §. 4.

Cæterum de consuetudine in Cathalonia, & Sar- 20
dinia Doctor Regiæ Audientiæ, & si sit frater Cancellarii potest intervenire, ut Consultor in causis contentio-

21 tionum, prout in Cathalonia intervenit Don Joannes Magarola Doctor Regiæ Audientiæ, postea Regens Regiam Cancellariam in Sacro Supremo Regio Aragonum Concilio, existente Tertio per mortem Cancellarii Carmona per suam Excellentiam nominato Don Petro Magarola Thesaurario Barcinonæ fratre suo, in pluribus causis contentionum per ipsum Don Petrum Magarola declaratis, 27. Novembris, & 6. Decembris 1619. & 11. Januarii, & 15. Julii 1610. & 23. Novembris 1621. & in multis aliis quæ in regestris sententiarum Cancellarii illorum annorum videri possunt, & in Regno Sardiniæ existente Cancellario Don Gregorio Carcassona intervenit, ut Consultor Don Eusebius Carcassona Doctor Regiæ Audientiæ in criminalibus ejus frater in sententiis declaratis 11. Augusti 1651. *de quâ infrà numer.* 25. & 26. Maii & 12. Junii 1652. *de quibus suprà decis.* 21. *de probat. num.* 35. & 75. *in fine*, 2. Februarii 1653. *de qua suprà decis.* 17. *num.*50. & in aliis pluribus.

22 Quæro 6. An Consultores à Cancellario nominati possint ut suspecti recusari? Respondeo quòd sic, & in hoc nullum est dubium, licèt in Cathalonia non vidi, nec ab antiquis audivi Consultores Cancellarii ut suspectos recusatos, quamvis si casus recusationis eveniret, non dubito quin potuerint recusari, ut de Assessoribus, probat *capite statutum*, §. *Assessor. de rescrip. in 6. cap. cum speciali*, ubi Franch. *num.* 37. & 38. *de appellat.* Capicius *decis.*138. *in fine* Ripoll. *var. cap.*2. *num.*67. & 68. Xammar. *de off. jud. part.*1. *quæst.*12. *num.* 125. Berart. *in spec. visit. cap.*6. *num.*31. Barbosa *in cap. postremo num.*14. *de appellationibus*, Tuschus *pract. conclus. littera S. conclus.* 907. cum relatis per Farinac. *frag. crim. part.*2. *littera I. n.*718.

23 Quæro 7. An Consultores per Cancellarium nominati possint solo juramento recusari; an verò causæ suspicionis sint allegandæ, & probandæ? Videbatur dicendum, quòd licèt Doctores Regiæ Audientiæ quando allegantur suspecti tamquam Regii Consiliarii, 24 causæ recusationis non probentur juramento, saltim de jure Canonico, *ut dixi decis.*18. *num.* 46. Tamen quando Doctores Regiæ Audientiæ allegantur suspecti, non ut Regii Consiliarii, sed tamquam Consultores Cancellarii, videntur sufficere solum juramentum ad instar Assessorum, qui suspecti solo juramento recusari possunt, sine expressione, & probatione causæ, quia agitur de levi præjudicio, Patian. *de probat. l.*2. *c.*45. *num.*3. & 53. Tuschus *pract. conclus. littera S. conclus.*907. *num.*15. & *concl.*913. *nu.*30. Ripoll. *var. c.*2. *num.*68. Berart. *in specul. visit. c.*9. *num.*31. Xammar. *de officio jud. par.*1. *quæst.*12. *numer.*125. cum relatis per Farinac. *frag. crim. part.*2. *littera I. num.*717. Fermosin. *in c. si quis contra clericum*, *quæst.*11. *nu.*3. *de foro compet.* Barbosa *in c. postremo*, *nu.*14. *de appellat.*

25 Sed verius est, quòd Doctores Regiæ Audientiæ nominati Consultores per Cancellarium solo juramento recusari non possunt, sed requiritur, quòd causæ suspicionis allegentur, & probentur, ut supponunt in Regiis Consiliariis tamquam Consultoribus Regii Capellani majoris, & tamquam Consultoribus Reverendæ Fabricæ Sancti Petri de Urbe, Gizarellus, & ejus Additionat. *decis.*69. Rovit. *pragmat.*5. *num. de suspic. offic.* Novar. *qu. foren.*160. *part.*1. & *pragmat.*5. *collect.*3. *num.*1. *de suspic. offic.* Ita fuit declaratum in Regno Sardiniæ per Cancellarium Don Georgium Carcassona, Consultoribus Canales, Andreu, Brunengo, & Don Eusebio Carcassona 11. Augusti 1651. in causa contentionis inter promotorem Fiscalem Turritanum, & illustrem Marchionem de Villasor super recusatione proposita per procuratorem specialem dicti Marchionis de Villasor, contra Doctorem Ioannem Mariam Pirella Judicem Regiæ Curiæ Consultorem per Cancellarium nominatum, Scriba Manca Notario.

26 Sed quid si recusans Regios Consiliarios tamquam Consultores Cancellarii causam suspicionis non pro-
27 baverit, an incidat in aliquam pœnam? de jure qui allegat judicem suspectum, si in probatione causæ succumbat, potest puniri pro injuria unà cum Advocato & Procuratore Aufrer. *de recusat. num.* 16. Mainard. *decis.* 92. *lib.*1. Riccius *collect.*145. & *in prax. resol.*168. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.*1. *tit.* 1. *cap.*12. *c.*18. Giurba *decis.* 34. *in pr.* Bajardus ad Clar. §. *fin. qu.* 42. *num.*75. Fontanella *decis.*2. *num.*34. & *decis.*3. *num.* 10. *p.* 1. quod & practicatur in Regno Neapolis *pragmat.*5. ubi Rovit. & Novar. *collet.* 3. *de suspic. official.* Bajardus ad Clar. §. *fin. quæst.*43. *num.*4. Guazzin. *defen. reor. in præfatione num.*29.

Tamen quando allegantur suspecti Regii Con- 28
siliarii tamquam Consultores Cancellarii, quamvis causæ suspicionis sint probandæ, & si ipsæ non probentur, cessat pœna injuriarum, Gizarel. *decis.* 69. ubi refert ita decisum in Regio Consiliario tamquam Consultore Regii Capellani majoris, quem sequuntur ejus Additionatores Rovit. *in pragmat.* 5. *num.*1. *de suspic. offic.* Novar. *quæst. foren.* 160. *part.* 1. ubi testatur pluribus vicibus ita decisum in Consiliariis tamquam Consultoribus Reverendæ Fabricæ Sancti Petri de Urbe, vel tamquam Consultoribus Capellani majoris, & *in pragmat.* 5. *collect.* 3. *num.*2. *de suspic. official.* & per prædicta ita fuit observatum in Regno Sardiniæ per Cancellarium Carcassona in causa suprà relata, *num.* 25. si quidem si hæc proceduntur in Regno Neapolis in casibus relatis per Gizarel. & alios *locis proximè citatis*, ubi viget Regia pragmatica, quæ punit pœna arbitraria illum, qui recusat Judicem, & non probat causam suspicionis, *ut tradidi numer.* 27. quantò magis procedere debet in Re- 29
gno Sardiniæ, ubi Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib.*1. *tit.* 1. *cap.* 26. quæ imponit pœnam triginta Ducatorum, non est in usu, nec vidi unquam ad illam pœnam partem recusantem condemnatam, & si vidi pluries Senatores recusatos, & partem in recusatione succumbere, & in Cathalonia *constit.* 1. *de recusatio de tots jutges*, quæ disponit recusantem esse in expensis condemnandum, Cancer. *p.*1. *var. c.*21. *num.* 31. in eo quod loquitur de expensis, non practicatur Font. *decis.*4. *num.* 11. & 12. & *decis.* 14. *num.* 16. *in fine*, *p.* 1. nec etiam observatur in Curia Romana, Guazzin. *defen. reorum in præfat. num.*29.

Quæro 9. Quo ordine Consultores Cancellarii vo- 30
vere debeant? Respondeo quòd eodem ordine, quo vovent causas in Senatu, & ita practicatur respectivè in his Regnis Coronæ Aragonum.

Sed quo ordine Senatores vota sua proferre debent? 31
quidam tenent, quòd digniores, & antiquiores respectu Senatoriæ dignitatis prius dicere debent, juxta illud Ecclesiastici *c.* 32. *Loquere major natu, decet enim te primum verbum*, & juxta illud Job *cap.* 32. *Igitur Eliu expectabit Job. loquentem, eo quod Seniores essent, qui loquebantur*, facit *l.* 1. *ff. de albo Scriben. l. si quis ex argentariis*, §. 1. *ff. de albo Scriben. l. si quis ex argentariis*, §. 1. *ff. de edendo can. qui tua* 50. *dist.* ita Gramat. in Addit. ad Afflict. *decis.* 1. *litt. A.* Maranta *de ord. jud. in præfat. num.*8. & 9. Alciatus *regul.*1. *præsump.*45. & practicatur in Cathalonia, nam Relator incipit suffragium dare, deinde antiquior Senator, & postmodum per ordinem antiquitatis Senatus usque ad moderniorem, & denique Præses sententiam ultimus dicit.

Alii existimant quòd post relatorem moderniores 32
primo loco vovere debent, ne formident declinare à sententiis, & votis antiquiorum, ita Theologos in Curia Parisiensi dixisse, testatur Nicolaus de Lira *in sua apostila super c.*23. *Exodi*, *verbo judicio*, latè Aviles *c.* 44. *prætor*, *verbo praticare*, *num.*1. & in Senatu ejusdem Civitatis Parisiensis ita observari ait Rebuf. *ad constit. Regias*, *tit. de publ. atteſt. art. unico*, *nu.*35. Mainard. *dec.* 72. *l.* 1. de Senatu Lusitaniæ Gamma *decis.*1. *à num.*11. *ubi aliquibus rationibus id probat*, & ibi Florez Diaz de Mena *in fine*, Cabedo *decis.* 6. *num.*8. *p.*1. de Regno Neapolis Afflictis *dec.* 1. *à num.*5. & ibi Ursillis *à num.*13. Anna. *singul.*6. Thoro *in compen. dec. tom.* 1. *verbo Judex Senior folio* 291. de Senatu Pedemontano Osascus *in præfat. decis. num.* 11. Thesaur. & ibi Gaspar Antonius ejus filius *decis.* 1. *num.* 1. Faber *in suo C. lib.*1. *de Senatoribus tit.*7. *def.* 4. De Regno Valentiæ Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.*1. *capite* 2. §.2. *sect. tertia*, *numer.* 188. De

Regno

Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 10. de omnibus aliis Curiis Hispaniarum testatur Azevedo *ad Curiam Pizan. lib.* 1. *c.* 4. latè Carena *de Off. Sanctæ Inquisit. part.* 1. *tit.* 8. §. 7. *à numer.* 39. & aliis citatis Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 24. *num.* 118. Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom.* 1. *in prolog. gl.* 2. *num.* 90. *fol.* 10.

33 Sed hæc in negotiis justitiæ procedunt, at in negotiis gratiæ, & Gubernii, in Cathalonia si Dominus Prorex præsideat, Cancellarius primò suffragium dat, postea Regens, mox antiquiores usque ad moderniorem Senatus, id ipsum servatur in Regno Sardiniæ, Regia pragmatica apud Vico *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 10. in Regno Valentiæ incipit antiquior usque ad moderniorem, & ultimo loco Regens, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 2. §. 2. *sect.* 3. *num.* 189.

34 In his nota, quòd si causa quæ ducitur in Senatu est Fiscalis, in Cathalonia, & Sardinia Fisci Advocatus habet secundum votum post relatorem causæ, Calicius *in Margar. Fisci dub.* 1. *num.* 4. & 5. Michael. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 7. Xammar. *de off. jud. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 30. Ripoll. *de regal. c.* 51. *num.* 69. in Regno Valentiæ post omnes Senatores, ante tamen Regentem Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 1. *c.* 2. §. 2. *sect.* 3. *num.* 189.

35 Quæro 10. An Consultores Cancellarii habeant vota, & suffragia decisiva in causis contentionum, an verò consultiva? Respondeo, quòd cùm solus Cancellarius fit Judex in causis contentionum, *ut infrà num.* 45. & voluntariè illos adhibeat, & non ex necessitate, ut dixi *nu.* 10. quòd illorum vota non sunt decisivâ, sed tantùm consultiva, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 14. *num.* 54. Regens Leon *decis.* 20. *in fine, lib.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 128. pariter Consultores Sancti Officii ex quo Inquisitores hæreticæ pravitatis il-

36 los adhibent voluntariè in causis fidei & non ex necessitate, ut tradidi *num.* 11. non habent vota, & suffragia decisiva, sed tantùm consultiva, Peña *in director. part.* 3. *com.* 127. Bariola *verbo vota Consultorum*, Trivisan. *decis.* 35. *num.* 2. *lib.* 2. Barbosa *in cap. ut commissi, nu.* 8. *de hæret. in* 6. alios plures laudant Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 38. *& in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, num.* 21. *fol.* 6. Carena *de off. Sanct. Inquisit. part.* 1. *tit.* 8. §. 6. *nu.* 52. qui *nu.* 53. *testatur ita observari in inquisitione Hispaniæ, & Italiæ.*

37 Similiter Assessores Judicum à jure nullam habent jurisdictionem, ac per consequens nec vota decisiva, sed solùm consultiva, *l.* 1. *gloss. fin. versi. Sed an Judicem ff. de off. Assessor. l.* 2. *C. de Assessor. l. metum*, §. *quod prætor, ff. quod metus causa, authent. ad hæc, C. de judiciis* Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 25. *in fine* Sanchez *in opere morali tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 84. cum aliis pluribus per Giurb. *cons.* 31. *num.* 3. latissimè Morla *in empor. juris part.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 6. *à num.* 18. Martha *de jurisdictione part.* 4. *casu* 174. *à num.* 1. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 22. *à num.* 3. Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 165. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *nu.* 27. *&* 35. Fermosin. *in cap. si qui contra Clericum q.* 11. *num.* 10. *de Foro compet.*

38 Quæro 11. An Cancellarius teneatur præcisè sequi vota Consultorum, an verò possit declarare spretis illorum votis, sicut voluerit? Respondeo quòd si isti Consultores sunt unanimes, & conformes, solet Cancellarius juxta illorum vota pronuntiare, & senten-

39 tiam proferre ut in casibus relatis per Suelves *cons.* 32. *in fine, & cons.* 33. *in fine lib.* 1. & per Fontanell. *decis.* 315. *num.* 9. *& decis.* 317. *num.* 19. *& decis.* 324. *num.* 23. *part.* 2. & per Mattheu *de Regim. Reg. Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *sect.* 4. *num.* 128. & per Didacum Anton. Frances de Urrutigoyti *in pastor. regul. part.* 3. *voto* 1. *in fine, & voto* 2. *nu.* 2. *in fine, & voto* 7. *nu.* 2. *in fine, & voto* 9. *num.* 1. *in fine, & voto* 10. *n.* 4. *in fine.*

40 Si autem Consultores sunt discordes, ut si sint quatuor, & duo vota, seu suffragia dant pro jurisdictione sæculari, Cancellarius adhæret quibus vult, & secundùm vota quibus adhæret, sententiam profert, ut in casibus relatis per Suelves *cons.* 10. *num.* 17. *versic. De lib.* 2. *& cons.* 2. *n.* 10. *lib.* 3. & per Don Didacum Anton. Frances de Urrutigoyti *in pastor. regul. part.* 3. *voto* 8. *num.* 19. in Regno Valentiæ quando datur paritas votorum, Cancellarius alterius Aulæ Senatores vocare solet, ut à majori suffragantium parte semper res definiatur, ut tradunt Domenech *in ordinat.* §. 36. Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 129. *ubi testatur ita observari nostris temporibus vidisse.*

Si autem Cancellarius nominat tres vel quatuor 41
Consultores, & unus suffragium dat pro una jurisdictione, & alii duo, vel tres pro alia, solet sequi votum majoris partis: ut in casu relato per Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 250. & in alio relato per Pegueram *decis.* 23. *tom.* 2. potest tamen sequi votum unius, aliis spretis, ut in casibus relatis per Michaelem Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 87. & per Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 14. *num.* 54. in Regno Valentiæ solet sequi deliberationem majoris partis, Mattheu *loco proximè relato.*

Nostra verò quæstio versatur, si omnes Consulto- 42
res sunt unanimes, & conformes, suffragiaque dant pro una jurisdictione, an Cancellarius teneatur præcisè sequi vota Consultorum, an autem spretis eorum votis, & consiliis possit declarare, sicut voluerit? huic quæstioni respondit Michael. Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 87. & resolvit, quòd non tenetur sequi vota Consultorum, sed potest declarare spreto eorum consilio, sicut voluerit, *& pluribus rationibus id comprobat, contrariaque proponit, & illis respondet, ad quem in puncto recurre.* Idemque est Inquisitoribus
Sancti Officii, qui vota Consultorum necessariò non 43
sequi tenentur, Rojas *de hæret. part.* 1. *nu.* 409. *& part.* 2. *num.* 166. Simancas *de Cat. instit. tit.* 41. *num.* 14. Azevedo *ad Curiam Pisanam lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 116. quos & alios citat Cenedo *collect.* 27. *ad sextum, nu.* 2. quibus addendi sunt Farinac. *de hæresi quæst.* 185. *num.* 192. Carena *de Off. Sanct. Inquisit. part.* 1. *tit.* 8. §. 9. *à num.* 52. Barbosa *in cap. ut commissi nu.* 8. *de hæret. in* 6. quidquid dicat Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 10. quia contra eum, & alios est verior sententia ut per Dian. *resol. moral. part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 38. *& in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdict. num.* 21. *& 22. fol.* 6. & in Judicibus, qui consilium suorum Assessorum, seu Consultorum se- 44
qui non tenentur, Xammar. post alios *de off. Jud. par.* 1. *quæst.* 5. *à nu.* 1. *& q.* 23. *num.* 10. Morla *in empor. juris part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 6. *nu.* 18. Scala *de consil. sapientis lib.* 3. *qu.* 25. Aviles *c.* 1. *prætor. verbo à las partes num.* 21. *in fine* Azinius *in prax. lib.* 1. §. 29. *cap.* 10. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 2. *num.* 169. *in fine*, cum relatis per Giurb. *consil.* 31. *nu. ad medium.*

Probatur primò, quia Cancellarius solus Judex est 45
causarum contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem, ut constat ex Regiis pragmaticis, & Doctoribus citatis *decis.* 7. *num.* 3. *&* 4. expressè Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 87. *versic. Prædictus in fine*, Peguera *in prac. crim. c.* 26. *num.* 7. *versic. Isti sunt Consultores*, & solus est, qui habet votum decisivum, Regens Leon, *decis.* 20. *num.* 1. *in fine, libro* 1. sicut & Inquisitores 46
hæreticæ pravitatis, qui soli sunt Judices in causis fidei qui habent jurisdictionem, & votum decisivum, Cenedo *collect.* 27. *ad sextum*, *num.* 2. & alii suprà *num.* 43. sicut etiam Judices, qui solùm penes se ha- 47
bent judicandi potestatem, Assessores autem nullam jurisdictionem, *l. metum*, §. *sed quod prætor, ff. quod metus causa*, Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 18. & alii per Giurb. *cons.* 31. *num.* 1. *&* 3. Martha *de jurisdic. part.* 4. *casu* 174. *à num.* 1. Xammar. *de off. jud. p.* 1. *qu.* 24. *à num.* 3.

Probatur 2. Quia vota Consultorum non sunt de- 48
cisiva, sed tantùm consultiva, *ut probavi suprà num.* 35. *&* 36.

Probatur tertiò, quia Consultores adhibentur à 49
Cancellario voluntariè, & non ex necessitate, ut dixi *num.* 10.

Probatur quartò, quia consilium ubi quis pe- 50
tere tenetur, minimè tamen adstringitur, illud sequi, *cap. cum olim, versic. Verum de Arbitris, gloss. & Doctores in capit. ne pro defuncti* 41. *verbo Consilio de electione, cap. novit. cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælat. sine consen. capituli, l. cum tale*, §. *si arbitratu*, §. *Mevia de cond. & demonst. l. cum pater,*

pater, §. *mandato*, *ff. de legat. 2. l. 1. §. item si plures*, *ff. de exercit. act.* Menochius *conſ. 69. num. 17. & lib. 6. præſump. 34. num. 16.* Sanchez *de matrimon. lib. 1. diſput. 34. num. 24.* Molina *de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 13. num. 36.* ubi Additionat. *verſic. in ſecundo caſu*, cum aliis quos laudat Cenedo *collect. 58. ad decretal. num. 6. & collect. 27. ad ſextum num. 2. in fine*, & per Barboſ. *in cap. cum in veteri 52. num. 4. de electione*, latè Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 46. per totam*, Larrea *allegat. Fiſcal. 67. n. 4. cum ſeq.* Molinus noſter *de ritu nuptiar. par. 3. cap. 29. à num. 7.* Fontanella *de pac. nup. tom. 2. clauſ. 6. gloſſ. 3. part. 5. num. 83. & 84.* Xammar. *de offic. jud. part. 1. qu. 5. à num. 2.*

51 Probatur quintò, & ultimò, quia Cancellarius judicat, & cauſas contentionum decidit ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam, *ut dicam deciſ. ſequ. num. 9.* & quando aliquid committitur conſcientiæ alicujus, nihil aliud eſt, quàm facultatem ipſi tribuere declarandi, quæ in voluntate ſua ſunt, quæ ab alio quàm à Deo optimo maximo cognoſci non poſſunt, *ut in deciſ. ſequ. num. 17.*

52 Dices, ad quid Cancellarius in cauſis contentionum nominat Conſultores, ſi non tenetur ſequi illorum vota? Reſpondeo ad conſulendum, ut eum inſtruant, ipſique conſilium præſtent, ita Ferret. *part. 3. obſer. cap. 87. verſic. Nec obſtare*, & in terminis Conſultorum Inquiſitorum hæreticæ pravitatis Cenedo *collect. 27. ad ſextum, nu. 1. & 2.* Barboſa *in capit. ut commiſſi, nu. 4. de hæret. in 6.* & in terminis Aſſeſſorum Magiſtratuum, & Judicum ordinariorum, *l. 1. l. conſiliarii, l. fin. ff. de off. Aſſeſſor. l. conſiliarios l. in conſiliarios, l. non minus, l. liceat omnibus, C. de Aſſeſſorib.* Morla *in emp. jur. part. 1. tit. 2. quæſt. 6. num. 3.* Rota Avenionen. *deciſ. 142. num. 2.* cum pluribus aliis quos laudant Giurba *conſ. 31. ſub nu. 2.* Xammar. *de off. jud. part. 1. quæſt. 24. à num. 3.*

53 Siquidem utile eſt Cancellario (dicebar Michael. Ferrer. *loco proximè citato*) habere conſilium ab aliis, ut variis teſtimoniis Sacrarum, & profanarum litterarum, ac reſponſis Romanorum Pontificum, Imperatorum, & Juriſconſultorum; exornant abundè Valenzuela, *de ſtat. ac belli ration. ſervan. part. 2. conſiderat. 20.* Cenedo *collect. 27. ad ſextum nu. 1.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 2.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 6.* Xammar. *de off. jud. part. 1. quæſt. 24. num. 1.* Suelves *conſ. 28. num. 42. lib. 2.* quia poteſt conſilium movere Cancellarium ad aliquid faciendum, quod forſan per ſe nec faceret, nec inveniret, quod enim à pluribus ſapientibus quæritur, facilius invenitur, *gloſſ. fin. in cap. cum olim de arbit.*

54 *can. de quibus 20. diſt. can. extra conſcientiam 64. diſt.* Juſtitia enim, ac veritas cauſarum per plures præſertim doctos, ac prudentes viros perfectiùs revelatur, ac melius adminiſtratur, *cap. prudentiam 21. de officio deleg. cap. licet cauſam de probat. l. fin. in fine, C. de fideicom. l. hac conſultiſſima in fine, C. qui teſta. facere poſſunt*, cum aliis per Matienzo *l. 5. gloſſ. 1. num. 3. tit. 10.*

55 *lib. 5. recop.* Peguera *in pract. crim. cap. 8. num. 9.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. num. 10.* nam expedit Reipublicæ plures eſſe Judices, qui juſtitiam adminiſtrent, ut ſi alter negligens fuerit, alius ejus negligentiam ſuppleat, Covar. *lib. 1. var. cap. 10. num. 6.* cum relatis per Salgado *de reg. protec. part. 3. c. 13. num. 67. & latius part. 2. c. 17. per totum, præciphè à num. 32.* cum mille aliis per Bobad. *in polit. lib. 2. c. 17. num. 94.* Larrea *alleg. Fiſcal. 70. n. 13.*

56 Unde minùs benè aſſerebatur Regiæ Majeſtati in Comitiis anni 1564. *cap. 5. relato in cap. Curiæ fin. de conten. juriſdic.* quòd Doctores Regii Concilii allegabant Cancellarium teneri declarare ſecundum vota eorum, vel majoris partis illorum, ut expreſsè notavit Michael. Ferrer. *p. 3. obſer. c. 87. in fine principii.*

57 Advertat tamen Cancellarius, ne erret, quòd licèt vota Conſultorum neceſſariò ſequi minimè teneatur, attamen non debet, nec poteſt ſine ratione ab eis diſcrepare, niſi ſint valdè irrationabilia, ut de votis Conſultorum Sanctæ Inquiſitionis tradunt Peña *in director. part. 3. com. 127. verſ. Quamquam*, Caſtro Palao *in opere morali part. 1. tit. 4. diſp. 8. punct. 11. nu. 4.* Carena *de Off.*

58 *Sanct. Inquiſ. part. 1. tit. 8. §. 9. num. 54.* Etenim quamvis Cancellarius poſſit judicare ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam, non tamen habet liberum arbitrium, ſed tenetur juri, & rationi adhærere judicando ſecundùm jus, ut latè probant Michael. Ferrer. *part. 3. obſer. c. 87. verſic. Pro dubio & verſic. Primum*, Menochius *de arbit. jud. quæſt. 24. num. 3.* Oſaſcus *deciſ. 1. num. 54.* & alii quos laudant Bardaxi *Foro 1. num. 16.* ubi Portoles *cum 41. in prin. de compet. juriſdic.* Maſcard. *de probat. concl. 414. à num. 20.* & alii *deciſ. ſeq. num. 10.* & in hujus rei confirmationem in ornatum vide Suelves *conſ. 3. lib. 2.* Novar. *grava. 128. tom. 2.* Ripoll. *var. c. 13. à nu. 445.* Noguerol. *alleg. 9. à num. 82.* Menoch. *de arb. jud. quæſt. 7. cum ſequ.* Martham *clau. 13. n. 1.* Merlin. *lib. 1. controv. c. 54. num. 5.* Velam, *diſſert. 15. n. 85. lib. 1.*

Quæro 12. & ultimò, an Cancellarius adhibendo 59
Conſultores ſit immunis à revolutione proceſſus, librorum, & ſtudio cauſæ? Reſpondeo quòd non; cum enim ipſe ſit ſolus Judex contentionum, munus ei incumbit examinandi in facto, & in jure merita pro- 60
ceſſus, ut de Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, qui adhibent Conſultores in cauſis fidei, tradit Carena *de Off. Sanctæ Inquiſit. p. 1. tit. 8. §. 9. num. 56.*

Ideo mala Conſultorum conſilia non excuſant Can- 61
cellarium à culpa, ut de conſiliis Conſultorum Sanctæ Inquiſitionis tradunt Roias *de hæret. p. 1. qu. 424. & ſeq.* Farin. *de hæreſi q. 185. n. 194.* Carena *de Off. Sanc. Inquiſit. p. 1. titul. 8. §. 9. num. 57.*

Et ſic verius exiſtimo, quòd Cancellarius ſequendo vota Conſultorum, quamvis malè judicet non peccet: Conſultores autem ſic cum obligatione reſtituendi, ut de conſilio Aſſeſſoris tradit poſt alios No- 62
var. *in manuali c. 25. ſub nu. 15. ſequitur* Xammar. *de off. jud. p. 1. qu. 5. num. 42.* addo Portoles, & Farinacium, & ab eis relatos, illum §. *Aſſeſſor num. 5.* iſtum *in praxi p. 3. qu. 121. n. 459. & 463.*

Et generaliter de materia, an Judex ſi aliquid injuſtè fecerit de conſilio ſui Aſſeſſoris, excuſetur in ſindicatu, tractant Belluga *in ſpec. Prin. rub. 35. §. poſt militares, num. 32. & 33.* Morla *in emp. juris, p. 1. tit. 2. q. 6. num. 41.* Portoles ad Molin. §. *Aſſeſſor. à num. 2. ad 9.* Farinac. *in prax. part. 3. qu. 111. à n. 467.* Bobad. *in polit. lib. 1. c. 12. num. 43.* latiſſimè Giurba *conſ. 31. per totum*, Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom. 1. c. 6. §. 5. à num. 68.* & 63
ex noſtris Michael. Ferrer. *p. 3. obſer. c. 53.* Xammar. *de off. jud. part. 1. quæſt. 5. num. 30. 31. & 41.* Fontanella *de* 64
pac. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 10. part. 1. num. 164. & 165. Cancer. *p. 2. var. c. 2. à num. 162.* 65

Conſultores quo loco congregandi ſunt, *dicam deciſ. 63. ſeq. n. 2.*

Cancellarius an debeat prætedere Conſultoribus, *dicam deciſ. ſeq. n. 3.*

Praxis nominandi Conſultores talis eſt in Regno Sardiniæ devoluta contentione ad Cancellarium, ipſe viſo proceſſu mittit Notarium, ſeu Scribam cauſæ ad Regios Conſiliarios, quos vult ſibi in conſultores aſſumere, ut tali die, & hora accedant ad domum Cancellarii pro cauſa contentionis decidenda, & ſecundùm temporis opportunitatem definit proceſſum in poſſe modernioris Conſiliarii, & poſtea ſi per tempus liquet aliis Conſiliariis ad effectum examinandi merita illius, & die præfixa congregantur in domo Cancellarii, ubi modernus facit relationem proceſſus. Eadem forma practicatur in Cathalonia, excepto quòd Notarius, & Scriba cauſæ non tradit proceſſum Regiis Conſiliariis, ſed cuidam relatori, quem ipſe Cancellarius nominat, ad Ripoll. *var. c. 1. ſub num. 112. & in prac. Vicar. Barcin. rub. 11. num. 18. in fine*, cui ſolvitur à partibus pro labore ſalarium. In Regno Valentiæ Cancellarius mittit epiſtolam Regenti Cancellariam hora celebrationis Concilii, ne ſi Senatores ſint impediti, tempus deficiat ad prorogationem faciendam, ut Senatores ad domum Cancellarii hora aſſignata ſe conferant, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 4. num. 127.*

AR-

ARGUMENTUM.

De sententia in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios.

SUMMARIUM.

1 *Cancellarius in Cathalonia, & Regnis Valentiæ Sardiniæ, & Majoricarum intra triginta dies, & in Regno Aragonum intra triginta quinque contentionem declarare tenetur, aliàs contentio pro declarata habetur in favorem Ecclesiæ.*

2 *Cancellarius causas contentionum tractare, & declarare debet in ejus domo.*

3 *Cancellarius omnibus Consiliariis Regiæ Audientiæ, quos in Consultores nominat, in ejus domo præcedit.*

4 *Cancellarius declarare debet causas contentionum secundùm Deum, & suam conscientiam, & num. 9.*

5 *Judices judicare debent secundùm allegata, & probata, etiamsi sint Supremi Senatus, nu. 6. tàm in civilibus, quàm in criminalibus, nu. 7. sive majoribus, sive minoribus, num. 8.*

10 *Verba secundùm Deum, & suam conscientiam non important liberum arbitrium, sed boni viri legibus conforme.*

11 *Verba secundùm Deum, & suam conscientiam operantur, ut Cancellarius possit judicare ad instar Dei sola facti veritate inspecta.*

12 *Operantur, quòd Cancellarius non debet curare de libello inepto.*

13 *Operantur, quòd Cancellarius non debet disputare de apicibus juris.*

14 *Operantur, quòd Cancellarius non debet observare solemnitatem judiciorum.*

15 *Operantur, quòd Cancellarius potest judicare ex his, quæ vidit, & audivit.*

16 *Operantur, quòd Cancellarius potest judicare per probationes leviores.*

17 *Operantur, quòd Cancellarius potest declarare, quæ in voluntate sua sunt, quæ ab alio quàm à Deo optimo maximo cognosci non possunt.*

18 *Operantur, quòd à sententia Cancellarii appellari nequit.*

19 *Judex in casibus quibus potest judicare secundùm Deum, & suam conscientiam, sententia non valet sine juramento parte petente, fallit in viro notabili, & magnæ excellentiæ.*

20 *Cancellarius an sit adstrictus observare rem judicatam in alia causa, affirmativa. Ibidem, sed negativa est verior. nu. 21.*

22 *Sententiæ Senatus vim legis habent, fallit in Cathalonia, & aliis Regnis, n. 24.*

23 *Sententiæ Cancellarii in causis contentionum vim legis habent, fallit in Cathalonia, n. 24.*

25 *Sententiæ Senatus super uno, & eodem facto contrariæ plures reperiuntur.*

26 *Sententiæ definitivæ Principis vim legis habent, fallit in Cathalonia, n. 27.*

28 *Exempla rerum judicatarum aliquantulum movent judices, & multum prosunt ad interpretationem juris dubii, num. 29. ita judicatum reperitur re per dies maturata cum revolutione librorum, numer. 30. & quando casus similes sunt, & in facto concordant, nu. 13.*

32 *Sententiæ Senatus si tot sint, ut consuetudinem inducant, consuetudini standum est, etiam si communis opinio extet in contrarium, & nu. 33.*

34 *Consuetudo judicandi per quos actus censeatur inducta.*

35 *Cancellarius si causa contentionis inter Judices Ecclesiasticum, & sæcularem est dubia, pro Ecclesia declarare tenetur.*

36 *Ecclesiæ opinio favorabilis in dubio est amplectenda.*

37 *Dinus dicitur existere in inferno, quia in casu dubio contra Ecclesiam judicavit.*

38 *Cancellarius in dubio, an reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, declarare tenetur in favorem immunitatis Ecclesiæ.*

39 *Opinio, quæ favet Ecclesiæ, in dubio est amplectenda, an aliquod statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam.*

40 *Judex laicus si est dubius de sua jurisdictione, & ab Episcopo excommunicetur, est verè excommunicatus.*

41 *Opinio illa est sequenda, quæ, usu, consuetudine, & stylo est in Tribunalibus recepta, quamvis communis opinio sit in contrarium, n. 42. etiam in materia immunitatis Ecclesiasticæ, n. 43.*

44 *Cancellarius solet in Cathalonia, si causa contentionis est difficilis, illam non declarare, ne trahatur in consequentiam.*

45 *Cancellarius an teneatur ponere motiva in sententiis causarum contentionum, resolvitur in Cathalonia negativè, & quid in aliis Regnis Coronæ Aragonum, num. 52.*

46 *Judex non tenetur de jure communi causam in sententia exprimere.*

47 *Judex in Cathalonia tenetur in sententia ponere motiva, & in Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, intellige in definitivis; secus in interlocutoriis, n. 49. intellige etiam in definitivis primæ instantiæ; secus in definitivis priorum confirmatoriis, num. 50. intellige tamdem in civilibus; secus in criminalibus, numer. 51.*

48 *Motiva sunt pars sententiæ.*

53 *Cancellarius potest proferre sententiam in causis contentionum diebus feriatis in honorem Dei & nu. 54. 55. & 63.*

56 *Sententia proferri debet die juridica, aliàs est nulla, fallit, nu. 59.*

57 *Actus judiciales facti in die feriata in honorem Dei sunt nulli, etiam partibus consentientibus, n. 58. fallit in casibus necessitatis, & pietatis, nu. 59. casus necessitatis quis dicatur, n. 60.*

61 *Sententia ferri potest diebus feriatis in honorem Dei, quando sumus in re, vel instantia tempore peritura.*

62 *Causæ sindicatus diebus feriatis fieri possunt.*

64 *Tempus continuum dies feriatos includit, fallit quando major pars dierum est feriata, numer. 65. sed hæc fallentia causis contentionum non applicatur, ibidem.*

66 *Causæ pauperum, & miserabilium personarum diebus feriatis tractari, & decidi possunt.*

67 *Carcerati præsertim pauperes dicuntur miserabiles personæ.*

68 *Statutum, & consuetudo validos facit actus judiciales in die festivo in honorem Dei.*

69 *Cancellarius an possit tempore noctis proferre sententiam in causis contentionum, resolvitur affirmativè, n. 72. & 73.*

70 *Sententia tempore noctis proferri non potest, etiam si esset prima hora noctis, num. 71. fallit, quando jurisdictio Judicis expirat, nu. 72. fallit etiam, quando proceditur juris ordine non servato, num. 73. fallit rursus de generali consuetudine, num. 74. de solemnitate trium luminum, ibidem.*

75 *Cancellarius in causis contentionum est solùm Judex qualitatis ad effectum declarandi, cujus sit jurisdictio, non verò meritorium causæ, & idem est de jure communi, numer. 76. amplia, ut si Cancellarius declaraverit merita causæ, sententia quoad merita causæ nulla est, numer. 77. limita, si merita causæ tenderent ad destruendam qualitatem tribuentem jurisdictionem, potest Cancellarius de his cognoscere ad effectum declarandi causam competentiæ, nu. 78.*

79 *Sententia Cancellarii super competentia jurisdictionis merè interlocutoria est, sed contrarium est verius, quod habeat vim definitivæ, numero 80.*

81 *Cancellarius in sententiis causarum contentionum an possit statuere modum procedendi, & apponere contentiones Judici in cujus favorem declarat,*

opinio affirmativa, ibidem, exempla, & decisiones num.82. 84. & 85. opinio negativa, num.86. amplia num.87. respondetur exemplaribus, num. 95. prima opinio observatur in Cathalonia, secunda in Regno Aragonum, num.66.

83 *Judex Ecclesiasticus non potest procedere per censuras contra Officiales Regios nisi via ordinaria ipsis citatis, & auditis.*

88 *Recursuum in causis ad Regium Concilium non possunt in declarationibus conditiones apponi ordinariis.*

89 *Princeps non potest mandare Baronibus, & eorum officialibus, ut non judicent in aliqua causa nisi cum consilio talis personæ.*

99 *Princeps potest excitando jurisdictionem Baronis ei mandare, ut intra certum tempus causam aliquam decidat, at si Baro causam subditi non expedierit intra tempus præfixum, clauso termino, potest fieri evocatio ad superiorem, & num.91.*

92 *Judex sæcularis remittens causam Judici Ecclesiastico non potest statuere, & præfigere terminum, intra quem de illa cognoscat, limita nisi remissus fuisset morosus in probanda exceptione, num.93.*

94 *Judex sæcularis opponenti exceptionem remittendam Judici Ecclesiastico non potest terminum statuere ad producendum coram eo, ea quæ vult producere in Curia Ecclesiastica.*

97 *Cancellarius in eadem sententia pronuntiare potest quod ad certum articulum competentiam Judicis Ecclesiastici locum habere, & quo ad alium articulum competentiam Judicis sæcularis de jure procedere.*

98 *Cancellarius, si partes generaliter competentiam firmant, generaliter super omnibus causis pronuntiare potest.*

99 *Sententia qualiter sit proferenda in causa immunitatis Ecclesiæ, quid quando reus non gaudet illius immunitate, & numer. 100. & 101. & quid quando reus gaudet, sed extractus est ab Ecclesia cum sono emisso, num. 103. 104. & 105. Et quid quando extractus est sine sono emisso, & reus gaudeat immunitate Ecclesiastica, num. 106. & 107.*

102 *Immunitatem Ecclesiæ qui semel amittit, perpetuo ea privatus manet pro aliis delictis, quæ postea committit.*

Immunitatem Ecclesiæ qui amittit, puniri potest per Judicem sæcularem pœna corporali etiam mortis, n.102. versic. an autem.

Immunitatem Ecclesiæ qui amittit pro uno delicto, potest puniri de aliis delictis pro quibus aliàs gauderet, n.102. versic. Sed utrum.

108 *Immunitate Ecclesiæ qui gaudet, debet de jure communi relaxari, nec potest amplius capi, sed contrarium est verius, quòd solum est restituendus Ecclesiæ taliter ut si extra eam reperiatur capi, & puniri possit. num. 109. Et practicatur in Regnis Sardiniæ, & Valentiæ.*

110 *Immunitate Ecclesiæ qui gaudet, evadit immunis in Cathalonia, & absolutus remanet ab omnibus delictis ante extractionem commissis, adeò ut si postea capiatur, non possit de illis puniri, amplia sive delinquens extrahatur ab Ecclesiæ cum sono emisso, sive absque sono emisso, num.111. Idque favore Ecclesiæ n.112. Limita primò. Si satellites, vel homines privati absque judicis mandato reum violenter ab Ecclesia extrahunt, num. 113. Limita secundò. Quando reus egreditur ab Ecclesia blandis verbis, vel dolosis persuasionibus, nu. 114. Sublimita has duas limitationes, & si Curiæ sæcularis capturam approbat, num.115. de veritate sublimitationis numer. 116. Limita tertiò, si non præcedat declaratio Arbitrorum, vel Cancellarii, sed reus restituatur Ecclesiæ ante declarationem, n.177.*

113 *Reus extractus ab Ecclesia per satellites, vel homines privatos absque Judicis mandato gaudet illius immunitate.*

114 *Reus extractus ab Ecclesia blandis verbis, vel dolosis persuasionibus gaudet illius immunitate.*

118 *Restitutio rei facienda Ecclesiæ, cuinam debet fieri, referuntur quinque opiniones, prima, quòd fieri debet eidem Ecclesiæ, à qua reus fuit extractus, n.119. Intellige si commodè fieri potest, num.120. Secunda, quod potest fieri cuicumque Ecclesiæ, æquè tamen tutæ, & æquè commodæ ipsi reo, num. 122. Tertia, quod potest fieri Episcopo, vel ejus Vicario, num.124. Quarta, quòd si reus petat restitui eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, est illi restituendus, si verò non petat, restitui potest alteri Ecclesiæ, vel Episcopo aut ejus Vicario loco Ecclesiæ, n.125. Quinta, quòd sufficiat pro restitutione, ut reus simpliciter à carceribus liberetur, n.126.*

121 *Judex sæcularis potest mutare reum de una Ecclesia ad aliam, ut securior sit ejus custodia.*

123 *Immunitate Ecclesiæ non gaudet in illa delinquens, etiam si ad aliam confugiat.*

127 *Restitutio rei, quæ fit ad Ecclesiam, debet esse libera, & reus suæ pristinæ libertati reponendus.*

128 *Restitutio rei sic liberè debet fieri pro immunitate Ecclesiæ, ut non possit iterum facile capi, sed difficilis sit ejus persecutio.*

129 *Restitutio rei ad Ecclesiam debet fieri sine pacto, vel illicita conditione, sed gratis absque aliqua pecuniæ quantitate pro compositione soluta.*

130 *Restituto reo Ecclesiæ ob immunitatem, restituenda sunt arma, & quæcumque ei ablata, intellige dicta de restitutione armorum, nisi arma sint prohibita, & numer.131. & 132. Intellige etiam dicta de restitutione pecuniæ, & quorumcumque bonorum ablatorum, si bona ablata sint sua, & justè possessa: Secus si sint aliorum, puta furtiva, vel aliis obligata, n.136.*

132 *Judex sæcularis potest auferre à reo in Ecclesia arma prohibita.*

133 *Judex sæcularis potest auferre à Clericis tàm in minoribus, quàm in Sacris constitutis arma prohibita absque metu censurarum, nec tenetur illa Judici Ecclesiastico restituere nu.134. Imò potest ea in loco publico affigere, n.135.*

137 *Restitutus Ecclesiæ ob immunitatem cum compositione, vel non restitutis armis, si iterum capiatur, potest eamdem immunitatem allegare, & quomodo hoc casu sit facienda declaratio per Cancellarium.*

138 *Restitutio rei ad Ecclesiam est facienda expensis Curiæ sæcularis.*

139 *Remissio Clerici ad Judicem Ecclesiasticum, cujus expensis est facienda.*

140 *Remissio Familiaris Sancti Officii ad Inquisitores, cujus expensis est facienda.*

141 *Remissio delinquentis de uno Judice ad alium, cujus expensis est facienda.*

142 *Restitutio rei ad Ecclesiam, non debet fieri ignominiosè.*

143 *Remissio Clerici ad Judicem Ecclesiasticum debet fieri honestè, & non ignominiose, & n. 146*

144 *Idem in remissione Familiaris Sancti Officii, & n. 146. Quid de remissione delinquentis de uno Judice ad alium, n.145.*

147 *Restitutio rei ad Ecclesiam est facienda cum publico instrumento, & quomodo ipse reus sit interrogandus.*

148 *Immunitate Ecclesiæ gaudens potest declarari per Cancellariam, quòd retineatur pro damnis, & expensis partis instantis, & num.149. Quod est conforme juri communi, n. 150. & 151. Intellige vel de pœna pecuniaria, numer.152. Vel de damnis, & interesse, numer.153. Non autem de pœna mortis, mutilationis membri, sanguinis effusionis, vel alterius pœnæ corporalis, nu.154. Nec pœna exilii, numer. 155. Nec de pœna carceris perpetui, vel temporalis, nu. 156. Nec de pœna verberum, numer. 157. Nec de pœna triremium, numer. 158. Nec de pœna servitutis, num.159.*

160 *Immunitate Ecclesiæ gaudens potest declarari per Cancellarium, quod retineatur pro damnis, & expensis parte damnificata petente, aliàs secus, sed petitio est facienda per partem durantibus temporibus, & terminis probatoriis, & num.* 161.

162 *Immunitate Ecclesiæ gaudens potest declarari per Cancellarium, quòd retineatur pro damnis, & expensis, si extractio fuerit facta cum sono emisso, secus sine sono emisso, sed de veritate. Ibidem.*

163 *Reus extractus ab Ecclesia debet ante omnia illi restitui, ut nec pro aliis delictis possit detineri, num.* 164. *etiam præstita cautione de non puniendo illum aliqua pœna corporali, n.* 165. *& 166.*

167 *Immunitate Ecclesiæ gaudens ab ea extractus sine sono emisso, & illi restitutus potest citari personaliter per Judicem sæcularem pro pœna pecuniaria, damnis & injuria, ac pro debito Fiscali.*

168 *Sententia in causis contentionum fieri potest sine citatione, à nobis dicta, assignatione ad sententiam.*

169 *Citatio ad sententiam necessaria est, & illius omissio inducit nullitatem ipso jure, etiam si sententia publicetur in favorem non citati, num.* 170. *Quamvis procedatur simpliciter, & de plano, numer.* 171. *Vel esset sententia Principis, numer.* 172. *Fallit primò, quando sententia ferenda est secundùm Deum, & suam conscientiam, num.* 173. *Limita secundò, quando causa esset modici præjudicii, num.* 174.

175 *Denuntiatio processus de jure vice fungitur citationis, seu assignationis ad sententiam, fallit in Cathalonia, num.* 176.

177 *Sententia de jure de necessitate, proferri debet die, qua fuit ad eam assignatum, fallit in Cathalonia, ubi sufficit una assignatio ad sententiam cum sequentium continuatione, numer.* 178.

179 *Sententia in causis sindicatus an possit fieri sine citatione, seu assignatione ad sententiam.*

180 *Cancellarius in decisione causæ contentionum servare debet jus canonicum, & non civile, num.* 181.

182 *Judicandum quomodo erat antiquitus in Cathalonia deficientibus usaticis, & juribus patriæ, quid postea, num.* 183. *&* 184.

185 *Judicandum est hodie in Cathalonia deficientibus juribus patriæ secundùm jus canonicum, & in defectum, secundùm jus civile, & doctrinas Doctorum.*

186 *Judicandum in Aragonia deficiente Foro secundùm sensum naturalem, & æquitatem, num.* 186. *Id est secundùm jus commune, numer.* 187. *potius canonicum, quàm civile, num.* 188.

190 *Judicandum est in Valentia deficiente Foro secundùm jus commune, numer.* 189. *ut rationem naturalem scriptam, numer.* 190. *Et prius per jus canonicum, quàm civile, numero* 191.

192 *Judicandum quomodo est in Regno Sardiniæ deficientibus juribus Regni, quid in Regno Castellæ, num.* 193. *Quid in Regno Luzitaniæ, nu.* 194. *Quid in Regno Neapolis, nu.* 195. *Et quid in Civitate Romana, num.* 196.

197 *Sententia in causis contentionum proferri potest absque partis requisitione, seu instantia.*

198 *Judex officio, & absque partis instantia non potest proferre, nec publicare sententiam, aliàs est ipso jure nulla. Limita quando instantia est breviter peritura, num.* 199. *Limita etiam in causis Fiscalibus, & Reipublicæ, nu.* 200.

201 *Sententia in causis sindicatus an possit proferri sine partis instantia.*

202 *Sententia Cancellariæ in causis contentionum publicanda est in præsentia Notarii, & testium.*

203 *Sententia Cancellarii in causis contentionum intimari debet eodem die, quo publicatur.*

204 *Sententia Cancellarii in causis contentionum, quibus personis est intimanda, & qua forma.*

205 *Sententia Arbitrorum in causis contentionum, quibus personis est intimanda.*

206 *Forma sententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur Clericum in minoribus gaudere privilegio fori.*

207 *Forma sententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur Clericum in minoribus non gaudere privilegio fori.*

208 *Forma sententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur reum non gaudere immunitate Ecclesiæ.*

209 *Forma sententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur reum ab Ecclesia extractum in vim soni emissi gaudere illius immunitate.*

210 *Forma sententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur reum ab Ecclesia extractum sine sono gaudere illius immunitate.*

211 *Forma sententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur contentionem non procedere.*

212 *Forma sententiæ Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur contentionem non esse.*

213 *Forma sententiarum Cancellarii Cathaloniæ, quibus declaratur in causis dubii contentionem esse, vel non esse firmandam.*

DECISIO XXIV.

CAncellarius in Principatu Cathaloniæ, & Regnis Valentiæ, Sardiniæ, ac Majoricarum intra triginta dies, & Regno Aragonum intra trigintaquinque, vel intra tempus prorogatum, si causa contentionis est prorogata, tenetur eam declarare, sententiamque proferre, aliàs contentio habetur ipso jure pro declarata in favorem Ecclesiæ, *ut dixi dec.* 17. *à num.* 30. *& dec.* 21. *num.* 1. 1

Quæro 1. Quo in loco Cancellarius, & suo casu Tertius debet causas contentionum tractare, & illas declarare? Resp. Quòd in ejus domo: de jure Cathaloniæ *const.* 5. *de jurisd.* Ferrer. *part.* 3. *obs. c.* 85. *& cap.* 172. *in fine versic. Et adde*, de Regno Sardiniæ Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 41. de Regno Valentiæ Mattheu, *tom.* 2. *de Regim. Reg. Val. cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 127. & ita etiam practicatur in Regno Majoricarum. 2

Quæro 2. Quis debet præcedere in Domo Cancellarii, quando tractantur causæ contentionum, Cancellarius, an Regii Conciliarii Consultores nominati? Resp. Quòd Cancellarius omnibus Consiliariis Regiæ Audientiæ in suo Tribunali præcedit, Suelves *cons.* 41. *num.* 12. *lib.* 2. qui in discursu plura refert, quæ hic adaptantur, ex cujus dictis facilè potest responderi rationibus, quæ in contrarium adduci possent; quod nedum practicatur in Cathalonia, ubi Cancellarius est Præses unius Aulæ civilis Regiæ Audientiæ, sed etiam in Regnis Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, & idem practicatur in Tertio contentionum. 3

Quæro 3. Quomodo Cancellarius debet declarare, & judicare causas contentionum? Resp. Quòd licèt regulariter judices judicare debeant secundùm allegata, & probata, *can. judicet* 3. *quæst.* 7. *glos. in leg. illicitas*, §. *veritas*, *ff. de off. præsid.* Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 1. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 1. Guttier. *lib.* 1. *canonic. quæst.* 29. Borrell. *in sum. decis. par.* 2. *tit.* 30. *à numer.* 133. Fragoso *de Regim. reipub. par.* 1. *lib.* 4. *disp.* 10. *à num.* 162. Riccius, *de pub. jud. quæst.* 1. *à num.* 2. Sanchez *cons. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 17. 18. *&* 19. Diana *resol. mor. par.* 5. *tract.* 4. *resol.* 22. Larrea *alleg.* 48. *nu.* 2. Tuschus *pract. concl. littera I. concl.* 398. Ibañes de Farià in addit. ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 1. Scaccia *de re jud. glo.* 14. *quæst.* 8. Borell. *in sum. dec. par.* 1. *tit.* 42. *num.* 66. Castillo *decis.* 94. *lib.* 1. Farin. *in prax. par. quæst.* 21. *à* 4 5

numer.

numer. 262. Maſcard. *de probat. concl.* 949. Seraphin. *de privileg. jurament. privil.* 2. Carraſco *ad leg. recop. in exordio* §. *unico*, *num.* 17. Sperell. *deciſ.* 95. *à num.* 14. Barboſa *in cap.* 1. *num.* 9. *de offic. ordin. & in addit. nu.* 16. *& in cap.* 1. *nu.* 2. *de ſentent. & re jud. in* 6. *& clauſula* 24. *num.* 6. Riccius, *collect.* 717. 1129. *&* 1948. Portoles, §. *ſententia num.* 10. Suelves *conſ.* 10. *num.* 16. *lib.* 2. cum relatis per Novar. *gravamine* 127. *lib.* 2. Laynez in addit. ad Gomez, *tom.* 3. *var. reſol. cap.* 12. *numer.* 29. Fermoſinus *in cap. dilecti quæſt.* 11. *de judiciis*, mille alios Cenedo, *collectan. ad decretal.* 101.

6 *numer.* 21. Peguera *in pract. crim. cap.* 10. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæſt.* 18. etiamſi fuerunt Judices Supremi Senatus, Covar. *num.* 7. *verſic. Tertium*, Guttier. *num.* 21. Maſcard. *num.* 7. *&* 8. Morla *num.* 30. Xammar. *num.* 7. Oſaſcus, *deciſ.* 1. *à num.* 43. latè Lara, *de univerſar. lib.* 1. *cap.* 10. *à num.* 37. Fontanella,

7 *deciſ.* 319. *num.* 12. *in fine*, *part.* 2. tàm in civilibus, quàm in criminalibus, Covar. *num.* 7. *verſic. Secundum*, Morla *num.* 25. Maſcard. *numer.* 11. Caſtillo,

8 *num.* 24. Novar. *num.* 5. Xammar. *num.* 6. ſive majoribus, ſive minoribus, Covar. *num.* 9. *verſic. Sexta in Principali*, Morla *num.* 32. Xammar. *num.* 9. aliàs partes gravant, Novar. *gravamine* 127. *num.* 2. 3. *&* 4. *lib.* 2.

9 Tamen Cancellarius debet judicare, & cauſas contentionum declarare ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam, de jure Cathaloniæ *pragmat. primerament. de content. juriſdict.* Michael. Ferrerr. *part.* 3. *obſerv. cap.* 87. *verſic. Moti fuimus*, *& verſic. Prædictis*, Fontanella *deciſ.* 319. *num.* 12. *par.* 2. de Regno Aragonum *forus* 1. ubi Bardaxi *num.* 16. Portoles *num.* 14. *de compet. juriſdict.* Suelves *conſ.* 10. *num.* 11. *&* 17. *lib.* 2. *& conſ.* 19. *num.* 9. *lib.* 3. Urrutigoyti *in paſtor. regul. par.* 3. *voto* 4. *num.* 6. *& voto* 7. *num.* 13. *& voto* 8. *num.* 17. de Regno Sardiniæ Regia pragmatica de qua Vico, *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 27. *&* 28. & idem in Regno Majoricarum. Sed in Regno Valentiæ tam Cancellarius, quàm Arbitri tenentur in cauſis contentionum declarare ſecundùm juſtitiam, *forus* 2. 2. *Regis Philippi* 1564. *fol.* 1.

10 Advertat Cancellarius, quòd per hæc verba ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam, non conceditur ipſi liberum arbitrium, ſed arbitrium boni viri legibus conforme, ita ut teneatur adhærere juri, & rationi, ac judicare ſecundùm jus, ut ex Ferrer, Bardaxi, Portoles, & aliis pluribus tradidi *deciſ.* 23. *numer.* 58. quibus addendi ſunt Jaſon *in leg. nec quidquam num.* 42. *&* 43. *ff. de officio Proconſulis* Menochius, *de arb. jud. quæſt.* 8. *à num.* 40. Barboſa *clauſ.* 24. *numer.* 1. 5. *&* 10. Lancellot. *de attentat. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 10. *numer.* 15. Carroccius, *except.* 44. *à numer.* 163. *ubi alios laudat.*

11 Operantur tamen hæc verba ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam. Primò, quòd Cancellarius ad inſtar Dei ſola facti veritate attenta procedere, & judicare poteſt, Decius *conſ.* 463. *num.* 25. *&* 26. Portoles *foro* 1. *num.* 41. *verſic. Operantur etiam de compet. juriſdid.* Suelves *conſ.* 10. *num.* 11. *& lib.* 2. Urrutigoyti *in paſtor. regul. par.* 3. *voto* 8. *num.* 17.

12 Operantur ſecundò, quòd Cancellarius non debet curare de libello inepto, Guido Papa, *deciſ.* 263. Riccius *collect.* 699. Martha, *de clauſul. par.* 1. *clauſ.* 368. *num.* 5. *&* 6. Oſaſcus *deciſ.* 1. *num.* 20. *&* 21. Menochius *de arb. jud. quæſt.* 18. Surd. *deciſ.* 284. *num.* 14. Miſing. *cent.* 2. *obſerv.* 44. *num.* 6. Gigarel. *deciſ.* 68. *num.* 10. *&* 11. Maſcard. *de probat. concluſ.* 949. *numer.* 12. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 100. *num.* 2. Barboſa *clauſ.* 173. *num.* 11. latè aliis relatis Merlinus *lib.* 1. *controv. cap.* 34. & punctim Farinac. *conſ.* 168. *num.* 63. *tom.* 1. Suelves, *conſ.* 10. *num.* 11. *lib.* 2.

13 Operantur tertiò, quòd Cancellarius non debet diſputare de apicibus juris, Seraphin. *deciſ.* 488. *num.* 1. Barboſa *clauſ.* 24. *num.* 3. ſed ſolùm inſpicere veritatem juris gentium, Bald. *in lib.* 2. *prin. Cod. de fideicom.* Oſaſcus *deciſ.* 1. *num.* 15. Riccius *collect.* 999. *effect.* 1. Barboſa *clauſ.* 173. *num.* 9. Lara *de annivarſ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 46. 50. *&* 51. & in terminis Suelves, *conſ.* 10. *ſub num.* 17. *lib.* 2.

Operantur quartò, quòd Cancellarius non debet obſervare ſolemnitatem judiciorum, cum illorum ſolemnitas in ejus Tribunali relaxata cenſeatur, Maranta *de ord. jud. par.* 4. *diſtinct.* 9. *à nu.* 32. Menochius *de arbit. jud. quæſt.* 24. *num.* 5. *in princ.* cum aliis relatis per Suelves, *conſ.* 9. *numer.* 9. *lib.* 1. & punctim idem Suelves, *conſ.* 10. *num.* 17. *lib.* 2. 14

Operantur quintò, quòd Cancellarius ex his, quæ vidit, vel audivit, judicare poteſt, puta ſi partem viva voce confitentem audivit, licèt ejus confeſſio in proceſſu ſcripta non ſit. Nam hoc caſu ſecundùm eam confeſſionem à parte auditam, licèt in proceſſu non ſcriptam, per hæc verba ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam judicare poteſt, Menochius *de arb. jud. quæſt.* 24. *num.* 5. *in fine*, Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 8. *num.* 4. Barboſa, *voto* 4. *num.* 36. *lib.* 1. Portoles, *foro* 1. *num.* 41. *verſic. Operantur tamen de compet. juriſdict.* Urrutigoyti *in paſt. regul. par.* 3. *voto* 8. *nu.* 17. ſi conſtet Cancellario ut Cancellario, non ut privatæ perſonæ, de quo Oſaſcus *deciſ.* 1. *nu.* 45. *&* 46. Maſcard. *de probat. concluſ.* 849. *num.* 4. *&* 5. Morla *in empor. juriſd. par.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 19. 27. *&* 33. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *num.* 9. Xammar. *de offic. jud. par.* 2. *quæſt.* 18. *à n.* 12. *ad* 27. Sperell. *deciſ.* 92. *num.* 19. 15

Operantur ſextò, quòd Cancellarius poteſt judicare per probationes leviores, Portol. *foro* 1. *num.* 41. *in fine de compet. juriſdict.* Suelves *conſ.* 10. *num.* 17. *lib.* 2. Gratian. *deciſ.* 68. *num.* 3. Barboſa, *clauſ.* 173. *num.* 11. & aliis ſuprà *deciſ.* 21. *num.* 96. *in fine*. 16

Operantur ſeptimò, quòd Cancellarius poteſt declarare, quæ in voluntate ſua ſunt, quæ ab alio quàm à Deo optimo cognoſci non poſſunt, *can. ſi quid inveniſti* 14. *quæſt.* 5. *can. erubeſcant.* 33. *cap. ſtatutum* §. *Affectorem gloſſ. verbo reliquatur*, ubi Barboſa, *num.* 88. *de reſcrip. in* 6. *gloſſ. in lib.* 2. *ff. de interrog. action.* Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 8. *num.* 4. *in fine*, Barboſa *voto* 4. *num.* 56. *lib.* 1. Menochius *de arbit. jud. qu.* 70. *num.* 8. *&* 9. Ramon *conſ.* 64. *num.* 7. *in fine*, Bardaxi *foro* 1. *num.* 16. *de compet. juriſdict.* 17

Operantur octavò, & ultimò, quòd à ſententia Cancellarii appellari nequit, Bardaxi *foro* 1. *num.* 16. *Verſic. Itaque*, Portoles *num.* 41. *verſic. Item operantur de compet. juriſdict.* Suelves *conſ.* 19. *numer.* 9. *lib.* 3. Ramon noſter, *conſ.* 64. *ſub num.* 7. & alii infrà *deciſ.* 25. plures Barboſa *in cap. ſtatutum* §. *Aſſeſſorem nu.* 88. *de reſcript. in* 6. 18

Ex his notandum eſt, quòd licèt Judex in caſibus quibus poteſt judicare ſecundùm propriam conſcientiam, ſententia, ſeu declaratio non valeat ſine juramento parte petente, Borell. *in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 33. *numer.* 534. Maſcard. *de probat. concluſ.* 414. *ſub num. cum ſeq.* hoc non procedit in viro nobili, & magnæ excellentiæ, Seraphin. *de privileg. juramenti privileg.* 2. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæſt.* 9. *nu.* 186. *in fine* & cum Cancellarius debeat judicare ſecundùm propriam conſcientiam, ut dixi, *num.* 9. & ipſe ſit perſona notabilis, & magnæ excellentiæ, *ut probavi dec.* 17. *num.* 6. ejus ſententia valet ſine juramento, & ita practicatur in noſtra Corona Aragonum. 19

Quæro 4. An Cancellarius ſit adſtrictus obſervare rem judicatam in alia cauſa? videbatur quòd ſic, per ea quæ tradunt Fontanella, *deciſ.* 319. *num.* 5. Regens Leon, *deciſ.* 208. *à num.* 25. *juncto num.* 29. *lib.* 2. 20

Sed contrarium eſt verius, ut tenet, & probat Fontanella, *deciſ.* 319. *à num.* 12. *part.* 2. maximè quando videt defectum notum & patentem circa juſtitiam, Idem Font. *deciſ.* 319. *nu.* 14. *part.* 2. 21

Siquidem licèt de jure communi deciſiones, ſeu ſententiæ Regii Senatus faciant jus quo ad omnes ſimiles cauſas, & vim legis habeant, Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 2. *&* 3. Portoles §. *forus*, *numer.* 7. Novarius *gravam.* 132. *num.* 7. *tom.* 2. cum relatis per Caſtillo, *lib.* 5. *controv. cap.* 89. *nom.* 97. Barboſa *in cap. in cauſis num.* 3. *de ſentent. & re jud. in leg. fin. num.* 8. *Cod. de legib.* Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 74. *in fine*, & ſententiæ Cancellarii in cauſis contentionum vim legis habeant, illiuſque exempla, & declarationes pro neceſſariis deciſionibus reputentur, 22 23

Ripoll.

Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 2. *& de regal. cap.* 11. *num.* 10.
24 *in fine*. Tamen in Cathalonia, & aliis Regnis Coronæ Aragonum decisiones Regii Senatus non habent vim legis, ex quo non habet Senatus potestatem legis condendæ ut ex Alvaro Valasco, *consult.* 148. *num.* 27. tradit Ramon noster *cons.* 3. *num.* 96. sequuntur Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 15. *num.* 25. Ripol. ad Peguera, *in pract. civil. rub.* 24. *nu.* 26. Ilerdensis Ferrer. *in constit. hac nostra evident.* 2. *num.* 40. *& temp.* 1. *decl.* 11. *num.* 53. Cabedo, *decis.* 212. *num.* 4. *part.* 1. The-
25 saur. *in præfat. decis. num.* 32. Ideòque quotidie experimur super uno eodemque facto plures contrarias Senatus decisiones reperiri, ut notant Ramon noster, *cons.* 3. *num.* 96. *in fine*, Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *sub num.* 74. Fontanella, *decis.* 597. *num.* 2. *lib.* 1. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 27. *& de magist. log. mar. cap.* 17. *num.* 19. Leon, *decis.* 56. *num.* 19. *lib.* 1. & in terminis sententiarum Cancellarii exemplaria refert Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 121. quem sequitur Vico, *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. *num.* 30.

26 Sed quod magis est, licèt de jure sententiæ definitivæ Principis contra præsentes latæ cum causæ cognitione vim legis habeant, & in similibus causis inter omnes jus faciant, earumque exemplis judicandum sit, *leg. fin. & ibi glos. & commun. Doctores* præcipuè Barbosa, *num.* 5. *C. de legib. cap. in causis* 19. ubi Barbosa, *nu.* 3. *de sent. & re jud.* Ramon noster *cons.* 14. *nu.* 97. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 73. *&* 74. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *numer.* 74. Ferrer. *in constit. hac nostra evident.* 3. *num.* 63. Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 365. cum aliis per Ripol. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 14. & de regno Valentiæ Regens Leon, *decis.* 71. *num.* 12. *lib.* 1. *decis.* 10. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 3. de Regno Neapolis Afflict. *decis. n.* 4. *& decis.* 69. *num.* 11. Franchis, *decis.* 81. *num.* 2. videndus Cabedo, *dec.*
27 212. *par.* 1. Tamen in Cathalonia sententiæ definitivæ Principis jus generale non constituunt, nec vim legis habent, Mieres, *in Curia Gerundæ Domini Regis Jacobi* 2. *par.* 1. *col.* 4. *cap.* 10. *num.* 8. Marquill. *in usat. judicium in Curia datum fol.* 229. *col.* 8. *versic. Quæro* 3. Xammar. *de offic. jud. par.* 15. *numer.* 75. Ripoll. ad Peguera *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 27.

28 Verum tamen est, quòd aliquoties exempla rerum judicatarum aliquantulum movent Judices, *leg. cum de in rem vero, ff. de usuris, leg. nonnumquam, ff. ad Trebel. lib.* 1. §. *cohæredis, ff. ad leg. Falcid.* Ramirez, *de lege Regia*, §. 20. *num.* 34. Novarius, *gravam.* 132.
29 *num.* 1. *lib.* 2. cum relatis per Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 90. & ad interpretationem juris dubii multum prosunt, maximè si sint Regii Senatus, ac Tribunalium Superiorum, *leg. filius* 14. *in princ. ff. ad leg. Cornel. de falsis, leg.* 3. *Cod. de ædif. privat. lib.* 1. §. *hæc autem Senatus consultum, ff. ad Sillanian.* plures in ornatum laudant Ramirez, *de lege Regia*, §. 20. *nu.* 31. *littera D.* Novarrius *gravam.* 132. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. Suelves, *cons.* 83. *num.* 12. *lib.* 1. Castillo controver. *lib.* 5. *cap.* 89. *nu.* 97. *&* 98. *& de tertiis tom.* 7. *cap.* 12. *numer.* 36. Menochius *de arb. jud. casu* 68. *à numer.* 29. Rovit. *cons.* 18. *&* 68. Osascus, *decis.* 22. *numer.* 6. Thesaur. *in præm. decis. num.* 33. quando ita judicatum
30 reperitur non translatitiè, ut inquit Consultus, *in lib.* 1. *ff. de jure patronat.* sed re per dies maturata cum librorum revolutione, ac matura confideratione & studio, Ramirez, *de lege Regia*, §. 20. *num.* 32. Novar. *grav.* 132. *num.* 9. & quando casus similes sunt, & in facto
31 concordant, Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *num.* 33. Novar. *gravam.* 132. *num.* 10. *lib.* 2. Castillo, *controv. lib.* 5. *cap.* 89. *n.* 98.

32 Sanè, & si in Cathalonia, & aliis Regnis decisiones Senatus non habeant vim legis, ut dixi *num.* 24. si tamen tot sunt, ut consuetudinem inducant, consuetudini standum est, *leg. si de interpretatione, leg. mi-* nimè, *ff. de legibus* plures Garcia, *de benef. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 239. *&* *cap.* 4. *num.* 78. Peguera, *decis.* 26. *num.* 13. *&* 14. *tom.* 2. Dexart. *decis.* 100. *num.* 12. Ripoll. ad Peguera, *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 28. *& de magist. log. mar. cap.* 17. *num.* 19. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 76. Novarius *gravamina.* 132. *num.* 9. *&* 12. *lib.* 2. Ramirez, *de lege Regia*, §. 20. *numer.* 32. Gratian. *discep. foren. cap.* 460. *numer.* 12. *& cap.* 544. *à num.* 33. Castillo, *controv. lib.* 5. *cap.* 89. *num.* 97. *in fine*, Belluga, *in specul. Princip. rub.* 41. §. *leges Regni, num.* 43. *&* 44. & alii quos laudavi *decis.* 3. *numer.* 33. & 33
infrà *num.* 41. etiamsi communis opinio Doctorum esset in contrarium, vel adesset statutum disponens, quòd non attendatur consuetudo; adhuc enim consuetudo Judicem adstringeret, & observantia subsecuta esset admittenda, Gratian. *discep. forens. cap.* 158. *num.* 15. *&* 16. Novarrius *gravam.* 131. *num.* 12. *tom.* 2. Xammar. *de offi. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *numer.* 7. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 24. *numer.* 28. *in fine*, Fontanella, *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 1. *num.* 44. *&* 48. Consuetudo autem judicandi per quos actus censeatur inducta, tradidi suprà *decis.* 3. *à num.* 34.

34
Quæro 5. Quando est contentio super jurisdictione 35
vel immunitate Ecclesiæ inter Curias Ecclesiasticam & sæcularem, & causa contentionis est dubia, pro qua Curia est declarandum? Respondeo, quòd Cancellarius pro Ecclesia declarare tenetur, & ita observari in hoc Principatu testantur Peguera, *in Pract. crim. cap.* 2. *num.* 24. *versic. Tertia est exceptio*, Fontanella, *decis.* 409. *nu.* 19. *num. part.* ut in casu relato per Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 87. *versic. Hoc unum, circa princip.* de Regno Aragonum, Portoles *foro* 1. *num.* 57. *&* 58. *de compet. jurisd.* adde quòd in Regno Valentiæ sic fuit decisum per Cancellarium Roda 26. Novembris 1596. in causa immunitatis Ecclesiæ Gaspari Perez, Militis civis Alicantis.

Ratio est, quia in dubio amplectenda est opinio, 36
quæ favet Ecclesiæ, utpote favorabilis, *cap. fin. de sentent. personæ, ff. de re relig. & sump. funer.* docent Jason *in leg. filius familias*, §. *divi, lect.* 1. *num.* 82. *& lect.* 2. *num.* 100. *ff. de legat.* 1. Riccius *in prax. part.* 2. *resol.* 42. *num.* 2. Giurba *cons.* 10. *num.* 15. *in fine*, Sanchez *in opusculo tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 15. *num.* 31. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 155. *versic. Et consecutive*, Martha *de jurisdict. par.* 4. *casu* 164. Sperellus, *decis.* 64. *num.* 13. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 39. Maranta *respons.* 36. *numer.* 11. *& respons.* 51. *num.* 12. *part.* 2. Diana, *resol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 23. *versic. Igitur, & tract. resol.* 65. *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 30. *versic. Tamdem, & par.* 7. *tract.* 10. *resol.* 5. *& in sum. par.* 2. *verbo opinio numer.* 11. *fol.* 218. Jul. Chartar. *dec.* 1. *num.* 267. Thomas del Bene, *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 39. *numer.* 8. *fol.* 177. *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 7. *dubitat.* 7. *sect.* 4. *num.* 6. *& par.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 4. *nu.* 15. *& seq. & dub.* 17. *num.* 13. *& cap.* 16. *dubit.* 37. *num.* 27. Fontanella, *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 12. *numer.* 86. *tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *par.* 2. *num.* 9. *& decis.* 304. *num.* 11. *& decis.* 409. *num.* 19. *par.* 2. Urrutigoyti *in pastor. regul. par.* 3. *voto* 8. *num.* 80. Et in his terminis memini even- 37
tum Jurisconsulti Dini, qui condemnatus fuit, extitic- que in inferno, propterea quòd in dubio sententiam contra Ecclesiam dederit, sicque fuisse per eum cuidam Eremitæ revelatum, referunt Angelus, Barbatia, Benedictus, Vivius, & Molfes. relati per Suelves, *cons.* 2. *num.* 10. *in fine*, *lib.* 3. Rusticis, & alii quos citat Fontanella, *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *par.* 2. *num.* 10. ubi addit, *ipsum parum fidei hujusmodi revelationibus adhibere solere, dum Sancta Mater Ecclesia ad credendum non obligat.*

Unde in dubio, an delictum sit exceptum, vel non, 38
seu an reus gaudeat immunitate, vel non, tenetur Cancellarius declarare in favorem immunitatis Ecclesiæ, docent Diana *resol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 30. *versic.* Et tamdem Barbosa, *de jure Eccles. univ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 168. *in fine* Farinac. *de immun. Eccles. num.* 122. *in fine*, Maranta *resp.* 36. *num.* 11. *& respon.* 51. *num.* 12. *par.* 2. Giurba *cons.* 10. *sub.* 25. Sperellus *decis.* 60. *num.* 13. Urrutigoyti, *in pastor. regul. part.* 3. *voto* 8. *numer.* 80. *in fine*, Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 46. *num.* 1. qui *num.* 2. ex Guazzino inquit, quòd Episcopus in omni casu dubio debet consulere Pontificem.

Similiter quando sumus in dubio, an aliquod statu- 39
tum sit contra Ecclesiasticam libertatem, amplectenda

est

est opinio, quæ favet Ecclesiæ, Diana post alios quos citat *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 65. sed Granado, *in canon. memoriam* 19. *dist.* 1. inquit, quòd si est dubium, an statutum sit, vel non sit contra Ecclesiasticam libertatem, consulatur Romanus Pontifex, sequitur. Idem Diana, *resol. moral. par.* 5. *tract.* 1. *resol.* 23. *versic. Igitur, & part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 5. *& in summa par.* 2. *verbo opinio num.* 11. *in fine fol.* 210. vel saltem potest Episcopus sic statuentem cogere, quòd declaret se in statuto Ecclesias, & Clericos non comprehendere, sicuti docent communiter Doctores, *in cap. fin.* Anchar. *num.* 1. Franc. *num.* 2. Geminian. *num.* 4. *de immun. Eccles. in* 6. Surd. *cons.* 305. *num.* 45. *lib.* 3. & alii per Thomam del Bene, *de Parlament. dubit.* 30. *sect.* 24. *num.* 6. *& 9. & de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 23. *num.* 11. *& 13. & cap.* 8. *dubit.* 11. *sect.* 1. *num.* 7. *ubi refert ita determinasse Sacram Congregationem immunitatis die* 7. *Decembris* 1632. vide Cutel. *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 66.

40 Tamdem si Judex Laicus est in dubio de sua jurisdictione, & ab Episcopo excommunicatur, vel in excommunicationem à jure latam incidisse declaratur, est verè excommunicatus, secundùm Doctores quos refert, & sequitur Diana, *resol. moral.* par. 1. *tract.* 1. *resol.* 23. *& in sum. par. verb. excommunicatio, num.* 46. *in fine, fol.* 444. *& par.* 2. *verbo Judex laicus, num.* 99. *fol.* 110. quod est verum, si est in dubio negativo, secus si in dubio propositivo, ut tradit, & explicat Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 7. *dubit.* 7. *sect.* 4. sed idem Thomas del Bene, *loco relato num.* 7. *& tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 4. *numer.* 17. putat tali casu saltem consulendum Romanum Pontificem.

41 Ceterum limitantur hæc, quando in una, & eadem quæstione adsunt Doctores diversas opiniones tenentes, & aliqua ex eis opinionibus fuerit usu, & stylo approbata, ac consuetudine confirmata, & recepta in Tribunalibus, illa enim observanda est, non obstante juris communis dispositione, *ut pluribus probavi suprà decis.* 3. *num.* 33. *& hac decis. numero* 32. quibus addendi sunt Gratian. *discep. forens. cap.* 154. *nu.* 14. *& decis.* 45. *num.* 19. Cevallos, *com. cont. com. quæst.* 762. *à nu.* 5. *ad* 16. *& à num.* 32. Barzius *decis.* 93. *num.* 12. Sesse, *decis.* 113. *num.* 118. *lib.* 2. Portoles, *post foros de comp. jurisd. quæst.* 9. *num.* 11. Peguera, *decis.* 23. *nu.* 4. *tom.* 2. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 3. *nu.* 15. *& defin.* 27. *par.* 1. Fontanella *decis.* 303. *num.* 18. *par.* 2. quam-

42 vis communis, & verior opinio esset in contrarium, plures Menochius *lib.* 1. *præsumpt.* 21. *num.* 22. *& lib.* 5. *præsumpt.* 34. *num.* 10. Cevallos, *com. cont. com. in præfatione num.* 6. cum relatis per Jul. Chartar. *decis.* 1. *nu.* 15. *& decis.* 47. *num.* 15. *& decis.* 84. *num.* 10. Portoles *post foros competentiarum quæst.* 9. *num.* 13. Solorzano, *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 61. Gratian. *discept. foren. cap.* 158. *num.* 15. Sesse *decis.* 113. *num.*

43 20. Mastril. *decis.* 137. *num.* 25. *lib.* 2. Xammar. de Fontanella, *locis proximè relatis*, etiam in materia immunitatis Ecclesiasticæ, ut ex Rocho de Curte, Silva nuptiali, Abbate, & Humada tradit Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 281. Sesse *decis.* 113. *numer.* 119. *&* 183. *& inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 143. Paz *in prax. par.* 5. *tom.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 25. Villadiego, *in politica cap.* 3. *num.* 211. *versic. Tambien in fine*, Portoles *post foros competentiarum quæst.* 9. *à num.* 10. quem transcripsit Sanfelicius, *decis.* 137. *num.* 3. *versic. cæterum*, Barb. plures alios laudans *de jure Eccles. univer. libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 82. latè Glorit. *cons.* 13. *à num.* 11. latissimè Fontanella, *decis.* 301. *à num.* 20. *& decis.* 303. *num.* 3. *& à num.* 15. *ad* 20. *& decis.* 304. *à nu.* 3. *usque ad finem par.* 2. qui duo ultimi plures referunt casus in hujus rei confirmationem, apud quos videri possunt.

44 Solet tamen Cancellarius in Cathalonia, si causa contentionis est difficilis eam intra tempus non declarare, ne trahatur in consequentiam, sed permittitur illam desertam effici, & tunc in favorem Ecclesiæ censetur declaratum, ita testatur Fontanella, *de pac. nup. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 2. *par.* 10. *num.* 59.

45 Quæro 6. An Cancellarius teneatur ponere motiva in sententiis causarum contentionum. Resp. Quòd licèt de jure communi Judex non teneatur in sententia causam exprimere, communiter Doctores, *in cap. sicut* 46 *per illum tex. de sentent. & de re jud.* Alex. & alii, *in leg. properandum*, §. *illo, C. de jud.* Tiraquel. *de pœn. temp. in præfat. num.* 54. Spinus, *in specul. test. glos. rub.* 11. *num.* 8. Farinac. *in praxi par.* 1. *quæst.* 17. *num.* 62. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 718. Cavalcanus, *de brachio regio par.* 4. *numer.* 102. Tuschus *pract. concl. littera S. concl.* 143. Guazzin. *defens.* 35. *cap.* 5. *nu.* 1. Valenzuela *cons.* 169. *num.* 55. Azevedo *lib.* 7. *num.* 1. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop.* Buccaron. *de differ. inter jud. civil. & crim. diff.* 188. Barbosa *in cap. sicut, num.* 2. *de sentent. & re judicata*, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 407. latè Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *à numer.* 1. Tamen in 47 Cathalonia, tàm Regius Senatus quàm alii Judices inferiores tenentur exprimere rationes & ponere motiva in sententiis, quibus ad declarandum moventur, ita ut clarè liqueat, in quo partium justitia constat *constit.* 2. *de sententies*, Peguera *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 5. ubi Ripol. *num.* 17. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 17. *numer.* 40. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 8. Fontanella, *decis.* 187. *num.* 19. *par.* 1. *& decis.* 596. *numer.* 48 6. *par.* 2. Ripoll. *de magist. logiæ maris, cap.* 17. *num.* 12. Idem in Regno Aragonum, *forus ut Judices Conciliarii anni* 1547. *fol.* 133. Sesse *decis.* 290. *num.* 6. *& dec.* 334. *num.* 1. *par.* 3. & in Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum. Ideoque motiva sunt pars sententiæ, & ab eis interpretationem recipiunt, illamque declarant, ut talis sit sententia, qualia sunt motiva, Tuschus, *pract. concl. littera M. concl.* 403. Gonzales, *ad Reg.* 8. *Cancel. glos.* 3. *num.* 41. Mastrill. *decis.* 237. *num.* 14. *lib.* 3. Sesse *dec.* 290. *nu.* 2. 6. *& 7. & decis.* 310. *nu.* 79. *& decis.* 334. Suelves *cons.* 33. *num.* 15. *& 22. lib.* 3. Fontanella *decis.* 287. *num.* 18. *par.* 1. *& dec.* 342. *num.* 3. *&* 378. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 24. *sub num.* 8. Ripoll. ad Peguera, *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 18. *& de magist. log. mar. cap.* 17. *num.* 12. *&* 13. Item intellige de definitivis priorum confirmatoriis, 50 licèt ex noviter deductis confirmentur, ne detur occasio iterum supplicandi, tamquam à novis capitibus, & ne in una, & eadem causa plures supplicationes super meritis definitivæ contingant, Ramon *cons.* 72. *num.* 5. ut in causa admodum Illustris Ducis Cardonæ, cujus formam tradit Ramon *cons.* 100. *in fine*, aliam tradit Fontanella *decis.* 377. *numer.* 3. *par.* 2. sed verius credunt Xammar. & Ripoll. esse in judicis arbitrio nova apponere motiva, & ita praxim observare testantur, ille, *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 9. iste *in addit.* ad Peguera *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 19. & tamdem 51 intellige in causis civilibus; secus in criminalibus, in quibus non solent apponi motiva in sententiis, vel provisionibus in Regno Concilio Cathaloniæ, nec in aliis Curiis inferioribus, notavit Fontanella, *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 2. *num.* 68. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 10. de jure vide Guazzinum, *defens.* 35. *cap.* 1. *numer.* 2. Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. differ.* 188. *num.* 4. Barbosa, *in cap. sicut num.* 2. *de sentent. & re judicata.*

In sententiis verò causarum contentionum non so- 52 lent in Cathalonia per Cancellarium poni motiva, sed solùm ponitur narratio facti quæ servit pro motivo, Fontanella *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *num.* 16. *in fine, & decis.* 310. *num.* 7. *& decis.* 315. *nu.* 18. *& decis.* 583. *num.* 12. *par.* 2. ut in exemplaribus relatis, *decis.* 13. *num.* 29. *&* 30. *& decis.* 18. *num.* 96. *& in fine hujus decisionis referendis*, in Regno Aragonum ponuntur motiva, ut constat ex decisione Cancellarii relata per Sesse, *decis.* 425. *num.* 3. *par.* 4. & idem in Regno Majoricarum, *ut vidi in aliquibus sententiis*, & signanter in causa contentionis super gabella quinti vini, quæ fuit facta per Procancellarium patrem Hieronymum Vincentium Maymò, Consultoribus Mir, Armella, Guells, Descals, & Salzedo, 6. Martii 1657. In Regno Valentiæ aliquando ponuntur motiva,

ut

ut constat ex decisionibus relatis per Regentem Leon, *decis.* 154. *num.* 11. 12. *&* 13. *lib.* 2. & per Mattheu, *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 9. §. 1. *num.* 150. *&* §. 2. *num.* 70. & aliquando non ponuntur, ut in decisione relata per Leon, *decis.* 208. *num.* 25. *lib.* 2. & in relatis per Mattheu, *de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *sub num.* 53. *&* §. 2. *num.* 66. 67. *&* 68. In Regno Sardiniæ ipse interfui ut Consultor in aliquibus contentionibus civilibus, & Cancellarius, & alii Domini de Senatu Consultores assumpti dixerunt de stylo poni motiva in sententiis Cancellarii; at illa esse debere brevibus concepta, & ponenda post declarationem contentionis, *ut in exemplari relati decis.* 16. *num.* 19.

53 Quæro 7. An Cancellarius in causis contentionum possit proferre sententiam diebus feriatis in honorem Dei? veritas est quòd sic, ut latè probat, & duo exemplaria Cancellarii Cathaloniæ refert Michael Ferrer. *par.* 2. *observ. cap.* 88. Peguera, *in pract. crim. cap.* 26. *vers. posset etiam dubitari*, ubi exemplare Cancellarii Cathaloniæ laudat, *&* *in vers. Adhuc etiam* ubi *in vers. prædictis in fine*, testatur ita pluries observatum, & hoc jure uti.

Circa quæstionem an Cancellarius diebus feriatis in honorem Dei possit proferre sententiam in causis contentionum, ubi affirmativè resolvi & fuit ita decisum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Tercà & Sala 15. Aprilis 1570. contra Nobilem Joannem de Erill. Adde quòd nedum sententiæ proferri possunt in causis contentionum diebus feriatis in honorem Dei, sed etiam litteræ contentionis à Curiis provideri, expedirique, ac præsentari, & notificari respectivè possunt etiam diebus feriatis in honorem Dei, ut legi observatum in sententia lata per Erill Tertium 3. Septembris 1631. Consultoribus Besturs, & Llorens, in illa causa Civitatis Dertuzæ, de qua latè scripsit Fontanella, *decis.* 313. *cum seq. par.* 2. & illam tradidi *decis.* 22. *num.* 53. *par.* 1. in qua primæ litteræ contentionis Curiæ sæcularis fuerunt præsentatæ Curiæ Ecclesiasticæ die 1. Maji, quæ est feriata in honorem Sanctorum Apostolorum Philippi & Jacobi.

54 Et signanter ita fuit observatum per Cancellarium Carmona 28. Augusti 1617. dies Divi Augustini, *in facto contentionis immunitatis Ecclesiæ allegatæ per Josephum Salines Civitatis Dertuzæ*. Et per eumdem Cancellarium Carmona, Consultoribus Senjust, Bonet, Ferruz, Gamiz, Roca, & Morell. 19. Martii 1619. Dies Sancti Josephi *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ per Thomam Ramon Villæ de Guimera*. Et per dictum Cancellarium Carmona 29. Junii 1619. Dies Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, *in causa contentionis inter Capitulum Sedis Gerundæ ex una, & Michaelem Raymundum Xammar, & alios ex altera*. Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Roca, & Aguilo 12. Martii 1625. Dies Sancti Gregorii, *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Jacobi Boxa*. Et per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ramon, & Vinnola 1. Maii 1627. Dies Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Jacobi Cannador Civitatis Valentiæ*. Et per dictum Cancellarium Puigmari, Consultoribus Besturs, Mir, & Llorens 29. Septembris 1630. dies Divi Michaelis Archangeli, & per Cancellarium Erill. 21. Decembris 1632. Dies Divi Thomæ Apostoli, *inter Curiam Ecclesiasticam Vincent. & Hieronymum Hort Presbyterum ex una, & Curiam sæcularem Subvicarii Vicen. & Hiacyntum Domenech ex alia*. Et per dictum Cancellarium Erill, Consultoribus Pons, & Turrell, & Anglesell, 11. Junii 1636. Dies Divi Barnabæ Apostoli, *inter Curiam Ecclesiasticam Elnen. & communitatem Presbyterorum oppidi insula, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Cosmam Maurans Civem Honoratum Barcinonæ*. Et per eumdem Cancellarium Erill, Consultoribus Berart, Massò, & Anglesell 29. Junii 1638. Dies Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Vasquez de Ynastrosa, & in aliis mille exemplaribus*, & vide quæ tradidi
55 *decis.* 10. *de Arbitris à num.* 90. Idemque est in Regno Aragonum, *forus* 5. ubi Bardaxi *num.* 1. Portoles, *num.* 9. *de compet. jurisdict.* Molinos, *in pract. jud. Reg. Aragon. titul. processo de competentia de jurisdict. vers.* *Adviertese*, Suelves *cons.* 79. *num.* 6. *lib.* 1.

Probatur primò, quia licèt sententia proferri debeat 56
die juridica, aliàs si fuerit lata die feriata, sit nulla, nec executionem mereatur, *lib.* 2. *leg. omnes judices*, *leg. dies festos*, *Cod. de feriis* Bartol. & com. Doctores *in l.* 2. *ff. si quis in jus vocat.* Maranta *de ordin. part.* 6. *titulo de sententia*, *num.* 88. Borell. *in sum. decis. par.* 2. *tit.* 30. *num.* 114. Mele in addit. ad Gizarel. *decis.* 58. *nume.* 17. Novarius *gravam.* 187. *à numer.* 16. *tom.* 2. Barbosa *in cap. fin. num.* 31. *de feriis*, Carroc. *excep.* 5. 6. *num.* 19. Giurba *cons.* 18. *à num.* 13. Gratianus *decis.* 114. *à num.* 1. Faber *in suo Cod. lib.* 3. *de feriis tit.* 11. *defin.* 1. *&* 5. Gall. *lib.* 1. *obser.* 53. *num.* 8. *&* 9. Fontanella, *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 1. *num.* 26. Ripoll. ad Peguera, *in pract. civil. rub.* 24. *num.* 24. cum regulariter actus judiciales contentiosæ jurisdictionis facti in 57
die feriata in honorem Dei sint nulli, *leg. fin. Cod. de feriis*, *cap. conquestus*, ubi Barbosa *num.* 31. *de feriis*, Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 16. *à num.* 81. Spinus, *in specul. test. glos.* 16. *à numer.* 110. Cenedo *collect. ad decretal.* 142. *num.* 1. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 17. Burgius *de modo proced. ex abrup. quæst.* 25. *num.* 1. Rubeus *pract. resol. cap.* 3. *à numer.* 223. Gratian. *decis.* 144. *à num.* Girazel. *decis.* 61. *num.* 3. Carroc. *excep.* 7. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. final. par.* 5. §. 4. Peguera, *dec.* 53. *num.* 2. Carrasco *ad leg. recop. cap.* 2. §. 2. Fontanella, *de pac. nup. tom.* 1. *claus.* 1. *num.* 26. Barbosa, *in cap. conquestus num.* 31. *de ferris*, Suelves mille alios laudat, *cons.* 29. *numer.* 4. *lib.* 1. Ripoll. ad Peguera, *in pract. civil. rub.* 14. *num.* 114. *in fine*, etiam 58
partibus consentientibus, nam feriis in honorem Dei per partes renuntiari non potest, Thesaurus, *decis.* 39. *&* *decis.* 95. *num.* 3. *vers. Amplia*, Peguera *decis.* 53. *numer.* 7. *&* *prac. crim. cap.* 26. *vers. Adhuc* Grat. *decis.* 144. *nu.* 2. Borell. *in sum. dec. tom.* 2. *tit.* 30. 115. *&* 117. Ferrer. *par.* 3. *observan. cap.* 88. *vers. Nonnumquam*. Giurba *cons.* 18. *num.* 15. *in fine*, Cenedo post alios *collect. ad decretal.* 142. *num.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 14. *numer.* 5. *&* 6. plures alios citat Barbosa *in cap. fin. nu.* 30. *de feriis*, & si versetur in arbitrariis, latè Menochius, *de arb. jud. quæst.* 30.

Tamen in casibus necessitatis, vel pietatis senten- 59
tia ferri, & judiciales actus exerceri possunt diebus feriatis etiam in honorem Dei, *cap. fin.* ubi Barbosa, *nu.* 1. *de feriis* Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 88. *vers. Nonnumquam*, *ibi attamen dicta regula*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *vers. Prædictis*, Gtatian. *dec.* 144. *num.* 16. Giurba *cons.* 18. *num.* 16. *in fine*, Spinus, *in specul. resta. glos.* 16. *sub num.* 113. cum aliis quos citat Vela, *dissert.* 39. *num.* 44. *tom.* 2.

Casus autem necessitatis dicitur, quando actio, vel 60
res tempore peritura, *glos. in cap. fin. verbo quibus in fine*, *&* *verbo necessitas* ubi Panormit. *nu.* 14. *de feriis*, Ferrer & Peguera, *locis proximè relatis*, Ideoque sen- 61
tentia ferri, & judiciales actus exerceri possunt diebus feriatis in honorem Dei; quando jurisdictio modico tempore duratura est, vel periculum est in mora, ut quia sumus in re, vel instantia tempore peritura, *glos. fin. in cap. de feriis*, ubi Panormit. *nu.* 23. Felinus *vers. Item prædicta lib.* 1. §. *excipiuntur*, *de feriis*, plures laudat Gratian. *decis.* 5. *addit. num.* 3. Gail. *lib.* 1. *obser.* 53. *num.* 13. Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 16. *num.* 92. Azevedo *lib.* 2. *numer.* 4. *tit.* 4. *lib.* 4. *recopil.* Portoles *foro* 1. *numer.* 11. *in fine de compet. jurisdict.* Ripoll. ad Peguer. *loco relato*, *num.* 59. Et ita findica- 62
tus, & residentiæ judicum diebus feriatis fieri possunt, Aviles *de sindicat. cap.* 3. *num.* 14. Bobad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 35. Belluga *in specul. Princip. rub.* 35. §. *post militares num.* 8. *vers. forma autem*, Borell. *in summ. decis. par.* 2. *tit.* 58. *num.* 127. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 13. *numer.* 3. quos & alios citat, Suelves, *cons.* 79. *numer.* 7. *lib.* 7. Portoles *foro* 5. *numer.* 11. *de comept. jurisdict.* Berart *in specul. visit. cap.* 3. *numer.* 58. quidquid dicat Giurba, *cons.* 78. *numer.* 16. *vers. Non obstat*.

Ex quibus sequitur, quòd cùm jurisdictio, quam ha- 63
bet Cancellarius in causis contentionum, spiret spatio

triginta

triginta dierum, ut *decis.* 17. *à num.* 30. Ideo Cancellarius in causis contentionum potest diebus feriatis etiam in honorem Dei sententias suas proferre, & actus judiciales exercere, ita probant Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 88. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *versic. prædictis*, quidquid idem Peguera, *decis.* 53. *n.* 6. *tom.* 1. dicat.

64 Probatur secundò, quia tempus triginta dierum concessum Cancellario ad declarandas causas contentionum est continuum, *ut probavi decis.* 21. *num.* 36. & quando tempus est continuum, dies feriatos includit, *glos. in clement. unica* & ibi Imola, & Zabarel. *de rest. in integ. gloss.* 1. *in leg. fin.* & ibi Bart. C. *de temp. in integrum*, Portoles *foro* 5. *num.* 7. *de compet. jurisdict.* Berart *in specul. visit. cap.* 3. *numer.* 59. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 11. Oddo *de restit. in integ. par.* 1. *quæst.* 19. *num.* 14. Fontanella, *decis.* 410. *num.* 3. *part.* 2. Postius *de manuten. obser.* 84. *num.* 36. Et li-

65 cèt hoc dictum communiter limitetur, quando major pars dilationis est feriata, *leg. sive pars*, *Cod. de dilat.* Maranta *de ord. jud. par.* 6. *de dilat. numer.* 18. Rota, *diver. decis.* 25. *par.* 4. Riccius *collect.* 1488. *in fine*, cum relatis per Postium, *de manutent. obser.* 84. *num.* 36. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 299. Parlardor. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 5. §. 10. *num.* 12. Gail. *lib.* 1. *observ.* 140. *num.* 4. Ripol. *var. cap.* 5. *numer.* 9. *& in addit. ad Peguera rub.* 14. *num.* 47. *& rub.* 16. *num.* 16. Fontanella, *decis.* 410. *nu.* 5. *&* 17. *par.* 2. Xammar. *defin.* 137. *num.* 1. *par.* 2. casui nostro contentionum non applicatur, ut probat Fontanella, *decis.* 409. *à numer.* 17. *par.* 2.

66 Probatur tertiò, quia causæ pauperum, & miserabilium personarum etiam in diebus feriatis tractari, & decidi possunt, Novar. *gravam.* 187. *num.* 6. *tom.* 2. Portoles post alios, *foro* 5. *num.* 10. *de comp. jurisd.* &

67 cùm contentio non firmetur, nisi reis existentibus captis in Regiis carceribus, *ut dixi dec.* 6. *à num.* 15. carcerati præsertim pauperes miserabiles personæ dici possunt, *leg. si quis ad declinandam*, §. *quis enim Cod. de Episc. & Cler.* Cardan. *de la visita de la carcel*, *cap.* 5. *num.* 2. Portol. *foro* 5. *num.* 6. *de comp. jur.* Berart. *in specul. visit. cap.* 18. *num.* 16.

68 Probatur quartò, & ultimò, quia in Regno Aragonum adest forus, & in Principatu Cathaloniæ consuetudo declarandi causas contentionum per Cancellarium, etiam diebus feriatis in honorem Dei, *ut dixi à num.* 53. Et licèt aliqui existiment ferias in honorem Dei introductas statuto, vel consuetudine tolli non posse, post alios. Tiraquel. *de privil. piæ causæ privil.* 156. Peguera, *dec.* 33. *num.* 5. Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. §. *num.* 5. procedit ubi statutum, vel consuetudo generaliter ferias in honorem Dei introductas tolleret, nam id non posset; secus tamen si in aliquo casu particulari eas ex causa restringeret, & limitaret; nam tunc valet, *ut dixi dec.* 7. *num.* 59. & in terminis statuti resolvunt Bardaxi, *for.* 7. *numer.* 1. *versic. An tamen*, *& versic. tamen his*, Portol. *num.* 11. *de com. jur.* Idem Bardaxi, *de offic. Guber. in crim. cap.* 19. *numer.* 6. Ramirez *de leg. Reg.* §. 31. *numer.* 8. Decian. *tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 15. & in terminis consuetudinis Gratian. *decis.* 21. *à numer.* 5. *& decis.* 144. *num.* 11. 11. Xammar. *post alios de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 18. *num.* 103. *&* 104. Fontanella, *de pac. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *num.* 1. *numer.* 120. Ripoll. ad Peguera, *in pract. civil. rub.* 14. *num.* 146. Carroc. *excep.* 7. *numer.* 9. Baron. *de citat. par.* 1. *quæst.* 42. *à num.* 18. Rubeus *pract. resol.* 3. *à num.* 140. & in terminis statuti, & consuetudinis latè probat, & contrariis respondet Maranta, *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 16. *à num.* 87. Tuschus, *pract. concluf. littera F. concluf.* 96. Burgius *de modo proced. ex abrupt. quæst.* 25. *à num.* 4. Suelves *cons.* 79. *num.* 5. *lib.* 1.

69 Quæro 8. an Cancellarius possit tempore noctis proferre sententiam in causis contentionum? Videbatur

70 dicendum quòd non, quia sententia tempore noctis proferri non potest, §. *sedebant in authent. de judicib. glos. magna in fine in* §. 2. *de verb. obligat. lib.* 2. *& quia magistrat. ff. de orig. juris*, *cap. consuluit* ubi Barbosa, *nu.* 12. *de offic. deleg.* Vantius *de nullit. ex defect. jurisd. num.* 132. Bartol. *in leg. non minorem*, *numer.* 2. Jason, *num.* 3. Alex. *num.* 4. Alciat. *num.* 4. Padilla, *num.* 8. & 9. *Cod. de transac.* Azevedo *lib.* 10. *num.* 84. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop.* Maranta *de ord. jud. par.* 6. *de sententia*, *num.* 92. Portoles §. *sentent. nu.* 7. *&* 8. Burgius *de modo proc. ex abrup. qu.* 25. *numer.* 23. Ripa *de noctur. temp. quæst.* 134. *à num.* 18. cum aliis per Suelves, *cons.* 79. *nu.* 17. *lib.* 1. *& cons.* 22. *num.* 38. *lib.* 3. latè Cabal. *resol. crim. casu* 218. Guazzin *defens.* 35. *cap.* 9. *nu.* 7. Bajo *in prax. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 35. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *qu.* 15. *nu.* 31. Borell. *in summ. dec. tom.* 2. *tit.* 10. *num.* 98. etiamsi si essemus in prima hora noctis, Carroc. post 71 alios, *excep.* 37. *num.* 1. Menochius *de arbit. jud. q.* 62. Matth. *de reg. Reg. Val. tom.* 2. *cap.* 8. §. 9. *nu.* 46.

Sed contrarium est verius, quia quando jurisdictio 72 judicis expirat ab eo potest ferri sententia tempore noctis, ut declarant Bartol. *in leg. non minorem*, *num.* 3. Jason. *num.* 3. Alciat. *num.* 4. Padil. *num.* 10. *C. de transat.* Felin. *in cap. consuluit*, *num.* 18. *versic. Fallit ubi res de offic. deleg.* Azeved. *l. numer.* 4. *&* 5. *tit.* 4. *lib.* 4. *recop.* Menoch. *de arb. jud. casu* 525. *numer.* 7. Carroc. *excep.* 37. *sub num.* 3. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *qu.* 15. *sub num.* 31. rursus quando juris ordo non servatur, 73 potest sententia ferri, vel judicium agitari tempore noctis, Cavalcan. *de brachio Reg. par.* 2. *numer.* 77. *in fine*, *& par.* 4. *num.* 293. Menochius *de arb. jud. quæst.* 62. Burgius *de modo proced. ex abrup. quæst.* 15. *num.* 24. *&* 35. quos refert Suelves *cons.* 79. *num.* 118. *lib.* 1. Unde cum jurisdictio Cancellarii in causis contentionum spatio triginta dierum expiret, *ut dixi decis.* 17. *à num.* 3. & in hujusmodi causis procedatur juris ordine non servato, *ut tradidi suprà à num.* 9. concludendum venit, quòd Cancellarius potest noctis tempore suas sententias proferre, ut fuit observatum in Regno Sardiniæ per Cancellarium Carcassona, in sententia lata 1. Novembris 1651. *quam infra referam num.* 78. quæ erat ultima dies termini, & fuit in ea septima hora noctis capta resolutio, & eadem hora extitit publicata, & intimata.

Addatur quia ex communi stylo, & de generali con- 74 suetudine, sententia de nocte fieri potest, præsertim in Curia Romana, & in Curiis Regum, Vantius, *de nullitat. ex defect. jurisd. numer.* 132. Socin. *regul.* 359. *fallen.* 2. Menochius *de arb. jud. quæst.* 62. *nu.* 1. Cabal. *resol. crim. casu* 218. *num.* 26. Ripa *de nocturno tempore cap.* 134. *à nu.* 34. Guazzin. *defen.* 35. *cap.* 9. *numer.* 7. *versic. Quæ tamen*, Borell. *in sum. decis. tom.* 3. *tit.* 30. *num.* 99. Carroc. *excep.* 37. *numer.* 6. Xammar. *de offic. jrd. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 33. Barbosa *in cap. consuluit num.* 12. *de offic. deleg.* & ubi talis stylus, nec consuetudo vigeret, licèt aliqui teneant sententiam nocte prolatam esse nullam, Jason. *in leg. non minorem num.* 3. Padila, *num.* 8. *&* 9. *Cod. de transact.* contrarium verius est, ut tenent Sylvester, *in summa verbo judex num.* 2. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 35. nam quòd noctis tempore non pronuntietur sententia, potius ex honestate, quàm ex necessitate introductum fuit, Decius *in cap. consuluit*, *num.* 12. *de offic. de leg.* Menochius *de arbit. jud. quæst.* 62. *nu.* 2. Xammar. *loco proximè relato*, requiritur tamen solemnitas trium luminum, Marcus, *decis.* 301. *par.* 2. Carroccius *excep.* 37. *num.* 6. *in fine*, Ripa *de noctur. temp.* 134. *à num.* 58. & passim docere Doctore refert Mattheu, *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 8. §. 9. *num.* 46. sed vide Cabal. *resol. crim. casu* 218. *à num.* 38. & Guazzin. *defens.* 35. *cap.* 9. *num.* 7. *versic. Quæ tamen*.

Quæro 9. An Cancellarius sit Judex qualitatis, 75 vel meritorum causæ? Resp. Quòd solùm est Judex qualitatis ad effectum dumtaxat declarandi, cujus sit jurisdictio, seu ad quem Judicem cognitio illius causæ spectat, cujus ratione est firmata contentio, non verò meritorum causæ, vel quæstionis principalis, de qua inter ipsos Judices controversia non vertitur, scilicet quæ ex partibus justitiam foveat, pro ut apparet de jure nostro Cathaloniæ ex nostra concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *cap.* 4. *de quibus in pragm.* 1. *de content. jur.* ita Fontanella, *decis.* 318. *num.* 4. *&* 11. *decis.* 338. *num.* 12. *&* 13. *par.* 2. par de Regno Aragonum colligitur *ex foro* 1. *de comp. jurisd.* ubi Portoles, *num.* 34. *&* 35. *ubi refert decisionem*

nem Cancellarii extraordinarii. De Regno Valentiæ Mattheu, *de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 3. num.* 132. & idem est in Regno Sardiniæ, & Majoricarum, & de Regno Castellæ Pareja, *de instrum. edit.*
76 *tom. 1. tit. 2. resol. 6. num. 4. in princ. & num.* 81. quod est juri communi conforme, *leg. non distinguemus, §. de off. de recep. arbit.* Gratianus *decis.* 64. *n.* 6. plures Portoles, *foro 1. num.* 34. *& 39. de competent. jurisd.* Barbosa *in cap. dilectus, numer.* 3. *de arbit.* Borell. *in sum. decis. tit.* 63. *num.* 236. cum relatis per Ripoll, ad Pegueram, *in pract. civil. rub.* 11. *num.* 20.

77 Adeò, quòd si Cancellarius cognoscat non solum de causa competentiæ jurisdictionis, sed etiam judicet meritis causæ, & toto negotio principali, hujusmodi sententia quoad negotium principale lata non valet, Portoles, *foro 1. numer.* 20. *& 35. de compet. jur. ubi plures refert, vide decis.* 16. *civil. rub.* 11. *num.* 20.

78 Limita, si merita causæ tenderent ad probandam, vel destruendam qualitatem tribuentem jurisdictionem: ut si allegaretur aliqua possessio, consuetudo, vel præscriptio, quo casu Cancellarius in competentiis de his omnibus cognoscit, & si solùm possit declarare de causa competentiæ, Fontanella, *decis.* 338. *num.* 16. qui *num.* 28. *refert decisionem Cancellarii Cathaloniæ par.* 2. & fuit observatum per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust Puigmiya, Ferruz, & Rubicoll. 7. Septembris 1609. *in favorem Priorum Confratriæ Sancti Nicolai Communitatis Presbyterorum Ecclesiæ Cervariæ*. Et vidi observatum in Regno Sardiniæ per Cancellarium Don Gregorium Carcassona, Consultoribus Bonfant, Cartro, Gomez, & me Fisci Advocato in criminalibus 15. Novembris 1651. in causa Fisci Procuratoris Patrimonialis, & nobilis Mariæ Manca, & Satta ex una, & Promotorem Fiscalem Turritanum, & Nobilem Antonium, & Leonardum Manca Jacumino fratres Civitatis Sassaris ex altera, Scriba Manca Notario.

79 Ex prædictis resolvit Matth. *de Regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num.* 132. sententiam latam per Cancellarium super competentia jurisdictionis merè interlocutoriam esse, cum in ipsius promulgatione, neque Sacra Evangelia proponantur, neque cæteræ solemnitates definitivæ observentur, sed eam manu ipsius Cancellarii exaratam, & à Consultoribus subscriptam, statim publicari, & intimari, id ipsum in terminis juris communis notant, & sentiunt Bartol. *in quod jussit, num.* 9. Alexand. *num.* 12. *&* 27. Ripa, *num.* 16. *ff. de re jud.* Ramon *cons.* 358. *numer.* 4. Tusch. *pract. concl. littera S. concl.* 111. *numer.* 31. *&* 32. cum relatis per Velam *disert.* 4. *num.* 5. *tom.* 2.

80 Sed contrarium verius existimo; sententiam latam per Cancellarium super competentia jurisdictionis non esse merè interlocutoriam, sed habere vim definitivæ, cum per eam officium Cancellarii finiatur ita Bartol. *in leg. quod jussit, num.* 9. *vers. Quædam in secundo, & num.* 20. Castren. *num.* 5. *vers. Pone* Alexand. *num.* 27. *&* 28. Jason *num.* 10. *limit.* 3. *& num.* 25. Ripa *num.* 16. *& 19. ff. de re judic.* Maranta *de ord. jud. par.* 6. *de sententia, numer.* 43. Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 47. *membro primo, numer.* 174. *& quæstio.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *numer.* 51. *&* 57. Salgado, *de regim. protect. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 30. 31. *&* 33. *& par.* 3. *cap.* 18. *num.* 40. Valascus *consult.* 47. *num.* 5. Rota Avenion. *decis.* 40. *num.* 6. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 17. *à num.* 148. *ad* 153. latissimè videndus Vela, *dissert.* 41. *à numer.* 38. *lib.* 2. vide infrà *decis.* 38. *num.* 110.

81 Quæro 10. An Cancellarius in sententiis causarum contentionum possit statuere modum procedendi, & apponere conditiones Judici in cujus favorem declarat; quidam tenent quòd sic, & ita practicari in Cathalonia tradunt Practici signanter Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 224. *&* 235. Oliba *de Jure Fisci cap.* 12. *nu.* 24. Fontanella *dec.* 318. *nu.* 10. *par.* 2.

82 Exemplum ordinarium est, quòd Cancellarius licèt declaret pro jurisdictione Judicis Ecclesiastici, aliquando hoc providet cum aliquo moderamine, per hæc verba: *hoc intellecto, & declarato, quod via ordinaria teneatur procedere Officiali citato, & audito; non via rigorosa Sacrarum constitutionum Tarraconæ*, ut habes decisionem, practicam apud Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 224. *&* 235. Oliba *de jure Fisci* 12. *num.* 24. Et fuit ita observatum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Consultoribus Ferrer, Ros, Xammar, Cordelles, & Tamarit. 20. Aprilis 1577. *in causa contentionis Sebastiani Bret Rectoris Capellæ Don Marcus Civitatis Barcinonæ, contra Majorales Confratriæ cursorum ejusdem Civitatis*. Et per Cancellarium Copons, Consultoribus Peguera, & Suñer 10. Junii 1593. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Ilerden. & Sindicum Capituli dictæ Ecclesiæ, contra Curiam secularem Regiæ Audientiæ, & Syndicum Universitatis oppidi de Belloc.* Et per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Astor, Roig, & Torner. 7. Octobris 1599. *inter Curiam Ecclesiasticam Vicen. & ejus Procuratorem Fiscalem, ac Gabrielem Gali Rectorem de Rivoprimo ex una, & Curiam secularem Vicen. Petrum Osona, & alios ex altera*. Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Senjust, Magarola, & Ferruz 2. Decembris 1606. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Decani, & Capituli Ilerden. contra Curiam secularem Vicarii Ilerdæ, & Universitatem Villæ de Puigras*. Et per Cancellarium Puigmari 27. Junii 1626. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Dertuzæ, & Capituli sedis dictæ Civitatis, contra Curiam secularem Locumtenentis Bajuli Regii Dertuzæ, & Jacobum Chies Subvicarium, & Procuratores dictæ Civitatis*. Et per Cancellarium Erill, Consultoribus Garau, & Berat. 3. Junii 1635. *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ, & Procuratorem jurisdictionalem mensæ Episcopalis Gerundæ, contra Curiam Regiam dictæ Civitatis, & Joannem Barcelo Bajulum Regium Loci Sancti Saturnini, & in aliis pluribus exemplaribus*.

Fundamentum hujus practicæ Cathaloniæ est, quia 83
Judex Ecclesiasticus non potest procedere per censuras contra officiales Regios, nisi via ordinaria ipsis citatis, auditis; non autem via rigorosa in vim constitutionum Tarraconæ, Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 235. Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *num.* 24. Fontanella *decis.* 318. *num.* 8. *par.* 2.

Aliud habes exemplum in Cathalonia in sententia 84
lata per Cancellarium Loris, Consultoribus Quintana, & Ferrero 9. Octobris 1577. in causa contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam secularem Regii Concilii criminalis ex altera, in qua fuit declaratum his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat locum non fuisse, nec esse contentioni factæ instante Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ in præjudicium, & derogationem procedimentorum, & dictæ declarationis factæ per dictum Reverendum Vicarium generalem Reverendissimi Episcopi Elnen. in & cum qua fuit declaratum, locum non esse extractioni personæ dicti Angeli Angelini Bromatarii prædicti à Monasterio Fratrum Prædicatorum ad fines tradendi illum Curiæ Sæculari pro securitate creditorum, ita tamen quòd per Curiam secularem non possit procedi contra illum ad impositionem alicujus pœnæ corporis afflictivæ, & casu quo procederetur per dictam Curiam secularem ad impositionem alicujus pœnæ corporalis, remaneat immunitas Ecclesiæ illæsa, & ea ratione providet, per Curiam secularem cautionem præstari, salva tamen dicta impunitate corporali in dicta provisione provisa*.

Aliud habes exemplum in Cathalonia in sententia 85
lata per Cancellarium Loris, Consultoribus Quintana, & Puig. 8. Januarii 1578. inter Curiam Ecclesiasticam Ilerdæ sede vacante ex una, & Curiam secularem Cicari, & Patiariorum dictæ Civitatis ex altera, fuit declaratum his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat dictæ firmæ juris in prædicta Curia Ecclesiastica factæ per dictum Joannem Roan ad scindendas carnes in dicto macello conductum locum non fuisse, nec esse, sed hujusmodi causæ cognitionem in occurrenti causa ad Curiam secularem pertinere, & spectare, ita tamen quòd non licet dictæ Curiæ seculari in fraudem, sive in æmulationem libertatis Ecclesiasticæ, & juris ex sententia Regie super tenendo macello personis Ecclesia-*

cleſiaſticis Ilerden. & eorum familiæ acquiſiti, quidquam directè, vel indirectè facere, & attentare. Aliud exemplum poteris addere ex deciſionibus infrà relatis, *deciſ. 26. num. 30.*

86 Alii autem exiſtimant, quòd Cancellarius non poteſt in ſua ſententia apponere conditionem circa modum procedendi, Judici in cujus favorem declaratur competentia, & ita practicari in Regno Aragonum tradunt Practici, præcipuè Portoles, *foro 1. num. 35.*

87 *Verſic. Et hæc ſententia de compet. juriſd.* ſequitur Fontanella, 318. *num. 21. par. 2.* Adeò quòd ſi Cancellarius in ſententia apponat conditionem Judici, qui obtinet in competentia, non valet; & nihilominus Judex eam conditionem poteſt non acceptare, Portoles *foro 1. num. 35. verſic. Et ideo, de compet. juriſd.* Fontanella *deciſ. 318. num. 11. par. 2.* ea ratione, quia Cancellarius ſolùm declarare poteſt circa qualitatem, cujus ſit juriſdictio, *ut dixi à numer. 7.* meritò igitur ſi Judici, qui obtinet conditionem apponere non poteſt, ita Portoles, & Fontanella, *locis proximè relatis.*

88 Juvatur, quia in Cathalonia in cauſis rurſus ad Senatum ſi declaratur recurſui locum non eſſe, non poteſt Regium Concilium in reſtitutione cauſæ recurſus apponere conditionem ordinariis judicibus, quòd declarent, & decidant illam cauſam quo ad merita cum voto, & conſilio Doctorum Regii Concilii; ſed tenetur Senatus ſuper recurſu ſimpliciter providere, benè, vel malè recurſum interpoſitum, *conſtit. 57. anni 1599.* Peguera *in pract. crim. cap. 22. num. 13.* Ripoll. *de regal. cap. 6. num. 55.* Cancer. *par. 3. var. cap. 13. num. 309.* Xammar. *de offic. jud. par. 1. quæſt. 24. num. 21. in fine*, Fontanella, *deciſ. 318. nu.*

89 *13. par. 2.* & de jure Princeps non poteſt mandare Baronibus, & eorum Officialibus, ut non judicent in aliqua cauſa, niſi cum conſilio talis perſonæ, quia eſſet illis turbare juriſdictionem, Natta *conſ. 408. nu. 1. & 2.* Surdus *conſ. 410. num. 3.* Roſental. *de feudis cap. 5. concl. 5. num. 4.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. cap. 2. num. 51. & late lib. 4. cap. 16. à num. 49. ad 61.* Cancer. *par. 2. var. cap. 2. numer. 35. & par. 3. cap. 13. à numer.*

90 407. Xammar. *de offic. jud. par. 1. quæſt. 24. numer. 21.* poteſt tamen Princeps excitando juriſdictionem Baronis ei mandare, ut intra certum tempus cauſam aliquam decidat, *capit. paſtoralis de offic. ord.* Roland. *conſ. 48. num. 22. lib. 2.* Cancer. *par. 3. variar. cap. 13. num. 310.* Ripoll. *de regal. cap. 6. num. 56.* Xammar. *de offic. jud. par. 1. quæſt. 24. nu. 22.* cum pluribus aliis re-

91 latis per Regentem Vico, *ad pragm. Reg. Sard. lib. 1. tit. 8. cap. 8.* & ſi Baro intra terminum præfixum cauſam ſubditi non expedierit; ob illius negligentiam elapſo termino poteſt evocatio cauſæ fieri ad ſuperiorem Grammat. *voto 28.* & alii plures quos laudat Vico, *ad pragm. Sard. lib. 1. tit. 18. cap. 5. nu. 11. & 24.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 4. cap. 16. num. 226. & latè deciſ. 148. à num. 20. lib. 2.*

92 Præterea, quia de jure quando judex ſæcularis remittit aliquam cauſam Judici Eccleſiaſtico, non poteſt ſtatuere, & præfigere terminum intra quem de illa cognoſcat, nam hoc non ſpectat ad ſuam juriſdictionem, Bartol. *in lib. 2.* ubi Jaſon *à numer. 12. ff. de re judicat.* Idem Bartol. *in leg. præſes poſt num. 4. Cod. de appellat.* Ripa *in leg. qui pro Tribunali num. 7. de judiciis*, Clar. *§. fin. quæſt. 37. num. 2. verſic. Quinimo*, Maſcad. *de probat. concl. 689. num. 1.* Guttier. *de jura. confir. par. 1. cap. num. 16.* Farinac. *in prax. Archiep. cap. 77. num. 2.* Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 28. verſic. Nec poterit*, Fermoſinus *in cap. at ſi clerici, quæſt. 12. num. 2. de judiciis*, cum aliis per Franchis, *deciſ. 551. num. 3.* qui *numer. 4.* ſecus dicit quando cauſa eſt incidens cujus contrarium tenet Barboſa, *in cap. 5. num. 4. & 5. qui filii ſint legit.* Diana *reſol. moral. par. 3. tract. 1. reſol. 18. Notandum eſt, & in ſum. par. 2.*

93 *verbo Judex Eccleſiaſticus num. 6. fol. 96.* Niſi remiſſus ad Judicem Eccleſiaſticum fuiſſet moroſus in probanda exceptione coram Judice Eccleſiaſtico, nam eo negligente & moroſo poteſt Judex ſæcularis procedere ad ulteriora, ita Bald. *in leg. de die, §. jubetur in lectura antiqua, ff. qui ſatisdare cogant.* quem ſequuntur Alex. *in leg. Titia in fine, ff. ſolut. matrim.* Jaſon; *in lib. 2. num. 15. ff. de re jud.* Maſcard. *de probat. concluſ. 689. num. 2. & 3.* cujus contrarium docent Franchis, *deciſ. 551. à numer. 5. ad 53.* Genuen. *in prax. Archiepiſcop. cap. 77. num. 3.* Quinimò Judex 94
ſæcularis coram quo opponitur exceptio remittenda ad Judicem Eccleſiaſticum, non poteſt opponenti terminum ſtatuere ad producendum coram eo, ea quæ vult producere in Curia Eccleſiaſtica, ut videat, utrùm ſint concludentia, & releverit, quia iſto modo ſe intromitteret de juriſdictione ad eum non pertinente, ut contra Alexand. *in leg. Titia, num. 9.* & alios quos citat Barboſa, *ibidem num. 29. verſic. Quinimo, ff. ſolut. matrim.* & Guttier. *de jur. confirm. par. 3. cap. 2. num. 16. & 17.* Fermoſinus, *in cap. & ſi clerici, quæſt. 12. num. 3. de judiciis*, & ſic reſolvunt Jaſon *in lib. 2. num. 16. & 17. ff. de de re jud.* Maſcard. *de probat. concluſ. 689. à num. 4.* latè Franchis *deciſ. 551. à num. 13.*

Tamdem, quia illud exemplare, quòd poſſit Can- 95
cellarius Judici Eccleſiaſtico, qui obtinet in competentia apponere modum in procedendo via ſcilicet ordinaria, & non rigoroſa per conſtitutiones Tarraconæ, non benè juſtificatur, ut latè probat Fontanella, *deciſ. 318. à nu. 14. ad 20. par. 2.* ubi reſpondet Calicio, Mieres, Ferrer, Olibæ, & Cancerio contrarium tenentibus.

Quid igitur dicendum in hac quæſtione? mihi in 96
puncto juris placet ſecunda opinio relata *à num. 86.* quæ & in Aragonia ſervatur, *ut ibi dixi.* Sed non audeo in Cathalonia recedere à prima opinione relata *à num. 81.* propter praxim ita receptam auctoritate rerum judicatarum, per ea quæ notat Fontanella, *dec. 318. num. 20. in fine par. 2.* & tradit Oliba, *de jure fiſci cap. 12. num. 24. in fine.*

Verum tamen eſt quòd Cancellarius in eadem ſenten- 97
tia pronuntiare poteſt, quoad certum articulum competentiam judicis Eccleſiaſtici locum habere, & quoad alium articulum competentiam Judicis ſæcularis de jure procedere, exemplare Cancellarii Regni Aragonum refert Portoles, *foro 1. num. 35. in fine de comp. juriſd.* & fuit obſervatum per Cancellarium Regni Sardiniæ inter partes de quibus, *ſupra deciſ. 17. num. 50.* exemplare Cancellarii Cathaloniæ, *tradidi deciſ. 8. numer. 75.* Adde factum per Cancellarium Loris die 28. Novembris 1577. Conſultoribus, Sala, Tamarit, & Amell. *in cauſa contentionis Benedicti Ravella, & aliorum litis conſortium*, ita etiam obſervatum fuit per Cancellarium Erill 18. Februarii 1632. in cauſa Jacobi Prats laici de familia laicali Epiſcopi Urgellen.

Ex his dubitat Portoles, *foro 1. num. 36. de compet.* 98
juriſdict. ſi prætextu alicujus cauſæ civilis competentia generaliter per partes firmetur ſuper omnibus cauſis civilibus, an Cancellarius generaliter pronuntiare poſſit de omnibus cauſis, reſolvit affirmativè, & quòd non excedit metas ſuæ juriſdictionis, *& pluribus id probat à num. 36. ad 41.*

Quæro 11. Qualiter ſit proferenda ſententia in cau- 99
ſa immunitatis Eccleſiæ? Reſp. Diſtinguendo duos caſus principales.

Primus eſt, quando reus non gaudet immunitate Eccleſiæ.

Secundus eſt, quando reus gaudet immunitate Eccleſiæ.

In primo caſu, quando reus non gaudet immunita- 100
te Eccleſiæ eo tunc ſi immunitas Eccleſiæ ſolùm fuerit allegata per ipſum reum, profertur ſententia per hæc verba: *ſententiat, pronuntiat & declarat N. immunitate Eccleſiaſtica per eum allegata non gaudere*, tradunt Peguera *in pract. crim. cap. 26. verſic. Admodum Illuſtris*, Ripa *de regal. cap. 12. num. 34. in fine.* Ita fuit obſervatum in Cathalonia per Cancellarium Carmona, Conſultoribus Bonet, Soler, Ferruz, & Gamiz 20. Septembris 1617. *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Benedictæ viduæ Villæ de Sities.* Et per Cancellarium Puigmari 27. Januarii 1623. *in facto contentionis immunitatis Eccleſiæ Camonii Cruelis loci de Pezilla.* Et per Cancellarium Erill, Conſulto-

sultoribus Garau, & Viñes 14. Novembris 1633. *in causa immunitatis Ecclesiæ Petri Favara Cursoris Civitatis Barcinonæ, & in pluribus aliis causis.*

101 Si autem immunitas Ecclesiæ allegetur simul per reum, & per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ, & reus non gaudet immunitate profertur sententia per Cancellarium his verbis: *pronuntiat, sententiat, & declarat N. immunitate Ecclesiastica per eum, & per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ allegata non gaudere.* Ita fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 31. Octobris 1622. *in causa immunitatis Ecclesiæ Petri Domino.* Et per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Besturs, Carreres, & Mir 9. Maji 1628. *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Joannis Strada Villæ de Caldes de Monbut.* Et per Cancellarium Erill, Consultoribus Carreres, Mir, Viñes, & Magarola 1. Martii 1633. *in causa contentionis immunitatis Ecclesiæ Hieronymi Oliva Agricolæ.* Civitatis Ilerdæ, & per dictum Cancellarium Erill Consultoribus Berart, Angleseell & Gori 6. Julii 1637. *In facto contentionis immunitatis Ecclesiæ Joannis Alzina Villæ de Valls, & in aliis multis causis.*

102 Hic erat proprius locus disputandi, an delinquens qui semel pro aliquo delicto immunitatem Ecclesiæ amisit, perpetuò ea privatus maneat pro aliis delictis, quæ postea committit? in quo affirmativam tenet, & decisum refert Michael Ferrer. *part. 3. observ. cap. 255. & 266.* quod intrepidè observari apud nos testatur Fontanella *dec. 139. num. 29. & 40. part. 2.* sed huic resolutioni non assentit, nisi cum declarationibus quas latè adducit. Idem Fontanella *dec. 582. per totam, part. 2.* & videndi Gamma, & ejus Additionator Florez Diaz de Mena *dec. 52.* Boer. *decis. 100. num. 10. & 11.* Clar. *§. fin. qu. 30. vers. Sed quod si aliquis*, Decian. *tract. crim. l. 6. cap. 29. num. 10.* Ambrosin. *de immun. Eccles. c. 5. num. 10.* Covar. *l. var. c. 20. num. 15. vers. 24.* Peregrin. *de immun. Eccles. cap. 6. n. 20.* Guttierez *pract. libr. 3. qu. 1. n. 18.* Farinac. *in prax. part. 1. q. 28. n. 60. & de immun. Eccles. à num. 220.* Azevedo *l. 3. num. 23. tit. 2. l. l. recop.* Sanchez *in select. disp. 44. num. 52.* Bobad. *in polit. libr. 2. c. 14. num. 48.* Gambacurta *de immun. Eccles. l. 5. c. 27. à n. 7.* Molinus *de sacra homicid. immun. amittenda à n. 190.* Barbosa *de jure Eccles. univ. l. 2. c. 3. num. 134.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 39. & part. 6. tract. 1. resol. 26. vers. Quæro decimo quarto*, Castro Palao *tom. 2. tract. 11. disp. un. punct. 10. num. 12.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. c. 16. dubit. 19. sect. 1. n. 29. & dub. 24. sect. 22.* Guazzin. *defens. 1. cap. 38. num. 15. & 16.*

An autem delinquens qui immunitatem Ecclesiæ amisit puniri possit pœna capitali per Judicem sæcularem? de jure communi est certum, quòd non solùm puniri non potest pœna capitali, sed nec corporali, sed tantummodo pœna pecuniaria, Mexia de Cabrera *in formul. immun. Eccles. l. 1. c. 10. num. 3. 4.* Paz *in praxi tom. 1. part. 5. c. 3. §. 3. n. 20. & 21.* Sanchez *cons. mor. tom. 2. l. 6. c. 1. dub. 8. n. 31. in fine.* Abba *c. inter alia, n. 8. de immun. Eccles.* Oldrad. *cons. 154. in fine*, Bossius *tit. de captura sub n. 24.* & alii per Boer. *dec. 109. n. 8.* cum relatis per Thomam del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. c. 16. dub. 31. num. 13.* & per Dian. *resol. moral. part. 6. tract. 1. resol. 33.* sed attenta Constitutione Gregoriana in illis partibus ubi servatur, & etiam attenta generali consuetudine ubique recepta: corporali, & condigna pœna delicti etiam mortis plecti, & puniri potest, ac si numquam ad Ecclesiam confugisset, & numquam ab ea fuisset extractus, ita de stylo Franciæ, Boerius *dec. 109. num. 8. in fine*, de Ducatu Mediolani Clar. *§. fin. qu. 30. num. 1. in fine, & num. 22.* & de generali consuetudine Farinac. *in prax. part. 1. qu. 28. n. 77. & de immun. Eccles. num. 343.* Decian. *tract. crim. libr. 6. cap. 29. n. 6.* Ambrosin. *de immun. Eccles. c. 11. n. 5. vers. Sed constito, & num. 6.* Correa *in cap. inter alia relect. 3. n. 41. de immun. Eccl.* Diana *resol. moral. part. 6. tract. 1. resol. 33. & in sum. part. 1. verbo immunitas Ecclesiarum num. 37.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. c. 16. dub. 3. à num. 10. ad 15. & dub. 39. num. 17. & 18. & dubit. 40. n. 1. 2. & 3.* Thoro *in compend. dec. part. 3. sect. 1. verbo Judex secularis, fol. 619.* & in Cathalonia, & Sardinia vidi, & legi sic semper observatum, addo Guazzin. *defens. 1. c. 33.* Fontanell. *dec. 581. n. 8. part. 2.*

Sed utrùm delinquens inquisitus de pluribus delictis confugiens ad Ecclesiam, si pro uno declaratum fuerit non gaudere immunitate Ecclesiæ an de omnibus pro quibus gaudere poterat immunitate Ecclesiæ, puniri possit per Judicem sæcularem? affirmativam tenet, & decisum testatur Thoro *in compend. dec. part. 3. sect. 1. verbo Judex secularis, fol. 615.* addo Decian. Ambrosin. Farinac. Peregrin. Castro Palao Dian. Fontanell. & alios, quos retuli *hic num. 102. in princ.* qui hæc latius controvertunt.

In secundo casu principali, quando reus gaudet im- 103
munitate Ecclesiæ, distinguendi sunt alii duo casus.

Primus est, quando reus extrahitur ab Ecclesia in Cathalonia cum sono emisso, & in aliis Regnis servata forma juris communis, vel Bullæ Gregorianæ.

Secundus est, quando reus extrahitur ab Ecclesia in Cathalonia sine sono emisso, & in aliis Regnis non servata forma juris communis, vel Bullæ Gregorianæ.

In primo casu, quando reus extrahitur ab Ecclesia in 104
Cathalonia cum sono emisso, vel in aliis Regnis servata forma juris communis, vel Bullæ Gregorianæ, & reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, eo tunc si immunitas Ecclesiæ solùm fuit allegata per ipsum reum, declaratur ipsum gaudere immunitate Ecclesiæ, & non fit restitutio ad locum Sacrum, sed profertur sententia per Cancellarium his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat N. immunitate Ecclesiastica per eum allegata gaudere.* Ferrer. *part. 3. c. 243. col. 4. in fine*, Peguera *in pract. crim. c. 26. vers. Admodum Illustris, in fine* Ripoll. *de regal. c. 27. n. 34. in fine*, Cancer. *part. 3. var. cap. 5. n. 104.* Fontanella *decis. 583. n. 4. part. 2.* Ita fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium in Carmona 28. Septembris 1617. *in causa immunitatis Ecclesiæ Francisci Miralles Parochiæ Sancti Stephani.* Et per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, & Aguilò 10. Novembris 1623. *in facto immunitatis Ecclesiæ Francisci Barrera, & aliorum Villæ de Copliure.* Et per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ramon, & Viñola 1. Maji 1617. *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Joannis Canador Civitatis Valentiæ, & in aliis infinitis casibus.*

Si autem retento eodem casu, immunitas Ecclesiæ 105
per ipsum reum, & Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ fuerit allegata, & reus gaudet immunitate Ecclesiæ, non fit restitutio ad locum Sacrum, sed pariter profertur sententia per Cancellarium his verbis: *sententiat, pronuntiat, & declarat N. immunitate Ecclesiastica per eum, & per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ allegata gaudere.* Ita fuit observatum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 28. Junii 1624. *in causa immunitatis Ecclesiæ Sigismundi Cors alias lo barbisso Loci de Villadrau.* Et per dictum Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ramon, Gujamet, & Llorens 8. Maji 1630. *in facto immunitatis Ecclesiæ Bernardini Blanc de Unarre Vallis de Aneo.* Et per Cancellarium Erill. 26. Septembris 1632. *In causa immunitatis Ecclesiæ Joannis Pons Furnerii Civitatis Barcinonæ.* Et per eumdem Cancellarium Erill, Consultoribus Angleseell, & Ramon 13. Januarii 1638. *occasione immunitatis Ecclesiæ Catharinæ Domingo uxoris Jacob Domingo Villæ de Angleseola, & in aliis pluribus causis.*

Pro executione hujus declarationis factæ per Cancellarium offert reus supplicationem in Regio Concilio, ac exhibet dictam sententiam Cancellarii, qua visa fit in eo conclusio, quòd talis reus relaxetur à carceribus, ita fuit observatum in Cathalonia 9. Octobris 1621. *in favorem Pauli Font.* & 10. Novembris 1623. *in favorem Montserrati, & Joannis Struch*, & 13. Junii 1631. *in favorem Raymundi Segni*, & die 7. Julii 1631. *in favorem Petri Mas, & Lambi*, & die 13. Junii 1638. *in favorem Antonii Troixo, & mille aliis in libris conclusionum criminalium.*

In secundo verò casu, quando reus extrahitur ab 106
Ecclesia in Cathalonia sine sono emisso, & in aliis Regnis

gnis non ſervata forma juris communis, vel Bullæ Gregorianæ, & reus gaudet immunitate Eccleſiæ, eo tunc ſi immunitas Eccleſiæ ſolum fuerit allegata per ipſum reum, declaratur ipſum gaudere immunitate Eccleſiæ, & debet fieri reſtitutio ad locum Sacrum, & profertur ſententia per Cancellarium his verbis: *pronuntiat, ſententiat & declarat N. immunitate Eccleſiæ per eum allegata gaudere, & ad locum Sacrum à quo violenter extractus fuit reſtituendum fore, & eſſe*, ut tradunt Peguera *in pract. crim. cap. 26. verſic. Debes autem ſcire, ubi dicit hic probari ex deciſionibus Cancellarii Sorribes ibidem relatis*, Michaelis Ferrer. *part. 3. obſerv. cap.* 243. & 253. Ripoll. *de regal. cap. 12. num.* 35. Cancer. *part. 3. var. cap. 5. num.* 105. Fontanella *dec.* 584. *num.* 4. & 11. *part. 2.* Ita fuit obſervatum in Cathalonia per Magarolla Tertium, Conſultoribus Bonet, & Magarolla 6. Junii 1620. *in cauſa contentionis immunitatis Eccleſiæ Salvatoris Fogaro Parochiæ de Abrera* & per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Ramon, & Roca 19. Julii 1621. *in facto immunitatis Eccleſiæ Onofrii Tanja*, & per eumdem Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Aſtor, & Rollan 21. Novembris 1621. *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Claudii Arnau Chirurgi*.

107 Si verò immunitas Eccleſiæ fuerit allegata per ipſum reum, & fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ, & reus qui extractus eſt ab Eccleſia ſine ſono emiſſo, ſeu non ſervata forma juris communis vel Bullæ Gregorianæ gaudet illius immunitate, fit pariter reſtitutio ad locum Sacrum, & profertur ſententia per Cancellarium his verbis *pronuntiat, ſententiat, & declarat, N. immunitate Eccleſiaſtica per eum & per fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ allegata gaudere, & ad locum Sacrum à quo violenter extractus fuit reſtituendum fore, & eſſe*. Ita fuit obſervatum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Rollan, & Roca 26. Januarii 1623. *in facto immunitatis Eccleſiæ Joannis Badia Juvenis Hortolani*. Et per eumdem Cancellarium Puigmari 15. Junii 1631. *in cauſa immunitatis Eccleſiæ Montſerrati Dalmau Loci de Vilamala*. Et per Cancellarium Erill. 16. Januarii 1633. *in facto contentionis immunitatis Eccleſiæ Michaelis Puigm. aliàs lo vert Villæ de Camaraſſa*. Et per eumdem Cancellarium Erill, Conſultoribus Magarolla, Joſa, & Maſsò 27. Aprilis 1638. *occaſione immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Raphaelis Gail. Negotiatoris Barcinonæ*. Et per dictum Cancellarium Erill, Conſultoribus Angleſell, & Berart 17. Aprilis 1637. *in facto contentionis immunitatis Eccleſiæ Franciſci Jover Scriptoris Barcinonæ*.

Pro executione hujus declarationis factæ per Cancellarium, offertur per reum ſupplicatio in Regio Concilio & exhibetur dicta ſententia Cancellarii qua viſa fit in eo concluſio, quòd talis reus relaxetur à carceribus, & reſtituatur ad locum, ſeu Eccleſiam, à qua fuit extractus, ita fuit obſervatum in Cathalonia die 13. Aprilis 1623. *in favorem Domini Bori*, & die 8. Maji 1634. *in favorem Jacobi Galcen, & aliis pluribus caſibus in libris concluſionum criminalium*.

Adverte, quòd quando declaratur reum reſtituendum eſſe ad Eccleſiam, à qua fuit extractus, ſi reus eſt captus per Regiam Curiam in caſu regaliæ, & tempore declarationis proceditur Viceregia, additur in ſententia Cancellarii, quòd reus reſtituatur ad locum Sacrum, unde fuit extractus, quamprimùm advenerit Excellentiſſimus futurus Locumtenens generalis Regiæ Majeſtatis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſellionis, & Ceritaniæ. Ita fuit declaratum per Cancellarium Copons 19. Januarii 1596. Conſultoribus Planes, Ubach, & Ferrer *ſuper immunitate Eccleſiæ allegatæ per Joannem Vila de Cans & Franciſcum Puig.* & per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Carreres, & Roca 4. Februarii 1623. *ſuper immunitate Eccleſiæ allegatæ per Dominicum Bori*.

108 Circa hæc notabis, quòd licèt de jure communi quidam exiſtiment, quòd delinquens, qui gaudet immunitate Eccleſiæ, debet à Judice ſæculari relaxari, nec poteſt amplius capi, ut poſt Bartol. & alios tradit Decianus *tract. crim. libr. 6. cap. 29. numer. 7.* Italia *de immunitate Eccleſiæ libr. 1. capit. 6. §. 2. numer. 28.* Farinacius *de immun. Eccleſ. num. 52.* Guazzinus *defenſ. 1. cap. 39. num. 49.* Verius tamen eſt, quòd delinquens in 109
cujus favorem declaratur immunitas Eccleſiæ, non remanet abſolutus ab omnibus delictis antea commiſſis, ſed dumtaxat declarata immunitate ſolùm reſtituatur Eccleſiæ; taliter ut ſi extra eam reperiatur, capi & puniri poſſit Bobadilla *in polit. libr. 2. cap. 14. n. 98.* Farinac. *conſ. 168. num. 49. libr. 2.* Fontanella *dec. 339. num. 20. & 21. part. 2.* Maſtrill. *deciſ. 169. n. 11. & 12.* Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 596. num. 11.* Guazzinus *defenſ. 1. cap. 29. à num. 1. & cap. 30. numer. ſeptimo* cum mille aliis quos laudant idem Farinac. *de immun. Eccleſ. à numer. 48.* Giurba *conſ. 100. numer. 22.* Diana *reſol. moral. part. 6. tract. 1. reſol. 32.* Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dubit. 35. à numer. primo* quod ultimum practicari in aliquibus partibus reſtatur Fontanella *deciſ. 200. num. 4. part. 1.* & pluries vidi in Regno Sardiniæ & notat Dexart. *in rubr. de ſacroſanct. Eccleſ. num. 4. folio* 322. & ſimiliter practicatur in Regno Valentiæ.

Sed ex obſervantia Principatus Cathaloniæ, quo- 110
tieſcumque declaratur, quòd extractus ab Eccleſia gaudet illius immunitate, evadit immunis, & abſolutus ab omnibus delictis ante extractionem commiſſis; adeò quòd ſi poſtea capiatur, non poteſt pro illis puniri, nec de illis poteſt inquiri, nec ratio haberi, Ferrer. *part. 3. obſerv. cap. 243. col. 6. circa medium, & cap. 254. ubi teſtatur ita inconcuſsè obſervari & cap. 267. ubi deciſionem refert*, Oliba *de jure fiſci cap. 14. num. 49.* Peguera *dec. 6. in princ. & dec. 79. in princ. & in praxi crim. cap. 26. verſ. Quæro etiam*, Fontanella *dec. 200. num. 4. part. 2. & dec. 339. num. 27. 28. & 31. part. 2.* & fuit deciſum per Cancellarium Puigmari 8. Februarii 1628. *in facto immunitatis Eccleſiæ allegatæ in perſona Joannis Pons Villa de Argeles* ſive delinquens extrahatur 111
ab Eccleſia cum ſono emiſſo, ſive abſque ſono emiſſo, Ferrer. *part. 3. obſerv. cap. 243. & 254.* Cancer. *part. 3. var. c. 5. num. 206.* Ripoll. *de regal. cap. 12. n. 37.* ut in exemplaribus relatis *num. 105. verſ. Pro executione*, & *n. 107. verſ. Pro executione*. Idque introductum eſt fa- 112
vore Eccleſiæ, ut Miniſtri ſæculares magis decorem eis ſervent, nec faciles ſint contra eam venire frangendo, & lædendo ejus immunitatem, Fontanella *deciſ. 339. num. 28. part. 2.*

Limita 1. hanc noſtram practicam Cathaloniæ, quan- 113
do ſatellites, vel alii homines privati abſque Judicis mandato reum violenter ab Eccleſia extrahunt, quo caſu, & ſi reus gaudeat immunitate, ſolùm in Cathalonia eſt reſtituendus Eccleſiæ, non verò remanet immunis à pœna delictorum per eum ante extractionem commiſſorum, nec à juriſdictione Regiæ Curiæ, nec alterius Judicis ſæcularis, ſi extra Eccleſiam poſtea capiatur *ut cum noſtris practicis, & deciſionibus Cancellarii dicam parte ſecunda deciſionum*.

Limita 2. quando reus egreditur ab Eccleſia blandis 114
verbis, vel doloſis perſuaſionibus; nam tunc licèt gaudeat immunitate Eccleſiæ, ſolùm in Cathalonia reſtituitur Eccleſiæ, non verò remanet abſolutus à pœna delicti, ſi extra Eccleſiam capiatur, *ut ſimiliter cum noſtris practicis, & deciſionibus Cancellarii dicam parte ſecunda deciſionum*.

Sublimita prædictas duas limitationes, ut procedant, 115
quando Curia ſæcularis extractionem, & capturam ſic factam poſtea non approbat: ſecus verò ſi illam approbat, nam tunc reus plena immunitate, & ejus effectibus in Cathalonia gaudere debet, adeò ut non ſufficiat reſtitutio ad locum ſacrum, ſed eſt declarandus immunis à pœna delicti, notant Ferrer. *part. 3. obſerv. cap. 264.* ſequitur Fontan. *dec. 339. n. 33. 34. & 37. part. 2.* conducit Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dubit. 35. ſect. 2. num. 3. & 5.* & fuit obſervatum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Rollan, & Roca 26. Januarii 1623. *in facto immunitatis Eccleſiæ Pauli Badia juvenis Hortolani*. Verùm etſi hæc ſubli- 116
mitatio veriſſima ſit, dubito quòd hodie in practica rei ita obtinere poſſint, quia in deciſionibus *in dicta part. 2. referendis*. Curia ſæcularis capturam & extractionem illorum reorum approbavit, qua approbatione non obſtante, ſolùm fuerunt reſtituti Eccleſiæ, ſed non

fuerunt

fuerunt declarati immunes à pœnis delictorum suorum, ut in causa immunitatis Ecclesiæ Philippi Costeny advertit Font. *dec.* 339. *à n.* 32. *part.* 2.

Limita 3. ut procedat quando præcedit declaratio Arbitrorum, seu Cancellarii extractum gaudere immunitate Ecclesiæ, quò casu reus absolutus remanet ab omnibus delictis: secus autem quando Curia sæcularis ante declarationem Arbitrorum, seu Cancellarii voluntariè reum Ecclesiæ restituit, nam tunc non est immunis à pœna delicti, & facta restitutione, si postea reus extra Ecclesiam capiatur, puniri potest, ad Fontanell. *dec.* 339. *à n.* 26. *part.* 2.

118 Sed petes; quando reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, & restitutio est facienda sacro loco, cuinam est restituendus?

119 Prima est opinio, quòd restitutio fieri debet eidem Ecclesiæ, à qua reus fuit extractus, nec sufficit fieri alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, aut ejus Vicario loco Ecclesiæ, *can. miror.* 17. *qu.* 4. *& ibid. gloss.* & Archidiac. *n.* 2. Bellam *post n.* 1. Turrecrem. *col.* 1. *versic. In secunda*, Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 17. *n.* 8. Clar. §. *fin. qu.* 30. *num.* 1. Bajard. *num.* 26. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 1. Sanfelicius *dec.* 219. *num.* 9. *& dec.* 242. *num.* 4. Portol. §. *infantio num.* 22. Covar. *l.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 2. Mastrill. *decis.* 169. *n.* 11. *&* 12. Gambacurta *de immun. Eccl. l.* 4. *cap.* 22. *num.* 6. *&* 27. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 1. *num.* 5. Tuschus *pract. conclus. littera E. concl.* 10. *n.* 20. Italia *de immun. Eccles. l.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 22. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 24. *num.* 98. Farinacius *in prax. part.* 1. *qu.* 28. *nu.* 1, *& de immun. Eccles. num.* 48. *& cons.* 76. *n.* 16. *lib.* 1. Azor. *instit. mor. part.* 2. *l.* 9. *cap. quæst.* 25, Guazzinus *defens. cap.* 29. *num.* 1. *& defens.* 30. *num.* 7. Jul. Chartar. *decis.* 46. *n.* 22. *& decis.* 74. *n.* 5. Giurba *cons.* 50. *num.* 13. *& cons.* 100. *num.* 22. latè Diana contrariis respondens *resol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 27, *& in sum. verbo immunitas Ecclesiarum*, *num.* 39. Barbosa *de jure Eccles. univ. part.* 2. *c.* 3. *n.* 54. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 33. *à n.* 1. Intellige si commodè fieri potest restitutio eidem Ecclesiæ, ut notat Bobadilla *in polit. l.* 2. *c.* 14. *sub n.* 98. secus si adest aliqua justa causa; nam tunc potest reus alteri Ecclesiæ restitui, etiam sitæ in diversa Diœcesi, Sanfelicius *dec.* 219. *n.* 9. *in fine*, Mattheu *de Regim. Regn. Val. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 155. 156. *&* 157. *ubi binas decisiones Cancellarii Regni Valentiæ refert*. Et comprobatur hæc intelligentia, nam Judex sæcularis extante causa potest reum ad Ecclesiam confugientem mutare de una Ecclesia ad aliam, idque aliquoties fit, ut securior sit rei custodia, vel quando scandalum timetur in illa permanendo, Font. *dec.* 201. *nu.* 10. *part.* 1. ubi refert ita vidisse practicari in Cathalonia scientibus, videntibus, & tolerantibus Ecclesiasticis, Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *à* 152. qui *n.* 153. ait quòd in Regno Valentiæ etiam causa cessante ponuntur rei pro utraque jurisdictione in Æde eleemosynæ ad eum effectum constructa.

122 Secunda est opinio, (quæ tenet absque aliqua distinctione, an adsit causa, vel non,) quòd restitutio non oportet, quòd fiat eidem Ecclesiæ, sed satis est, quòd fiat cuicumque Ecclesiæ, æquè tamen tutè, & æquè commodè ipsi reo, quia Ecclesia una est universalis per totum orbem, *can. loquitur*, 24. *qu.* 1. & hoc privilegium unicum est omnibus Ecclesiis, & sicut per extractionem ab una, omnis violatur, sic per restitutionem factam uni, omnibus satisfit, ita Bobad. *in polit. l.* 2. *c.* 14. *sub n.* 98. Farinac. *cons.* 168. *n.* 49. *in fin. l.* 2. Sanfelic. *dec.* 219. *n.* 9. Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. unica*, *punct.* 11. *n.* 13. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 33. *num.* 11. Fontan. *dec.* 339. *n.* 36. *part.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom.* 2. *c.* 7.
123 §. 1. *sect.* 4. *num.* 153. *&* 154. Pro qua facit, nam delinquens in Ecclesia non solùm privatur immunitate illius Ecclesiæ, in qua deliquit, sed etiam aliarum quarumcumque Ecclesiarum totius orbis, quia cùm una sit per totum orbem universalis Ecclesia, qui uni particulari injuriam irrogat, omnes offendisse videtur, & ideo omnium immunitate carere debet, ut *latè comprobabo in* 2. *part. decisionum*.

Tertia est opinio, quòd restitutio potest fieri Episcopo, vel Vicario, quia repræsentat Ecclesiam, ut probat Genuen. *in prax. Archiep. c.* 17. *n.* 8. à quo de verbo ad verbum transcripsit, eo non relato, Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 16. *dub.* 33. *à n.* 12. *ad* 19. Farinac. *cons.* 168. *n.* 49. *in fine*, *l.* 1. *& de immun. Eccles. n.* 48. *in fine*, Guazzin. *defens.* 1. 30. *n.* 7. Giurba *cons.* 100. *n.* 22. *in fine*, & alii per Sanfelic. *dec.* 219. *n.* 9. *versic. Ego verò*. Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. unica*, *punct.* 11. *num.* 13. 124

Quarta est opinio, quæ distinguit, & conciliat præcedentes, ut si reus petat restitui eidem Ecclesiæ, unde fuit extractus, restituendus illi est, & ita sic procedit prima opinio: si verò reus non petat, restitui potest alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, aut ejus Vicario loco Ecclesiæ, & ita procedit secunda, & tertia opinio, Farinac. *cons.* 168. *n.* 49. *l.* 1. Fontan. *dec.* 339. *num.* 36. *part.* 2. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *c.* 16. *dub.* 33. *numer.* 20. Diana *in sum. part.* 1. *verbo immun. Ecclesiar. num.* 39. 125

Quinta, & ultima est opinio, quòd sufficit pro restitutione, & ut reus simpliciter à carceribus liberetur, eo quod potest, si vult, ad Ecclesiam redire, Novar. *cons.* 1. *vers. Tertio de immun.* Fontan. *dec.* 256. *num.* 3. *part.* 1. *& dec.* 583. *n.* 5. *part.* 2. Sanfelicius *dec.* 242. & alii plures quos laudavi cum pluribus decisionibus Cancellarii Cathaloniæ *dec.* 9. *n.* 87. adde factam per Cancellarium Puigmari 14. Maji 1622. *in facto immunitatis Ecclesiæ Hieronymi Amat*. Et per eumdem Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Besturs, Carreres, & Lorens 24. Octobris 1628. *in facto immunitatis Ecclesiæ Raymundi Llenes*, *& Joannis Castello*, quidquid dicat Giurba *cons.* 100. *n.* 32. 126

Sed scias in hac pulchra, & quotidiana materia quòd restitutio, quæ fit pro immunitate Ecclesiæ, debet esse libera, & reus suæ pristinæ libertati reponendus, *can. miror.* 17, *qu.* 4. Remig. *de immun. Eccl. q.* 10. *&* 11. Bart. *in l. præsenti n.* 5. *C. de his qui ad Eccl. confug.* Gom. *tom.* 3. *var. c.* 9. *n.* 4. Azevedo *l.* 3. *n.* 6. *tit.* 2. *l.* 1. *recop.* Fontanella *dec.* 583. *à num.* 12. *part.* 2. Julii Clar. *dec.* 44. *n.* 22. *& dec.* 72. *num.* 5. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 33. notant Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 33. Sanfelicius *dec.* 242. *n.* 5. *versic. Vel in ea*. 127

Ex quo noto primò, quòd restitutio rei sic liberè debet fieri, pro immunitate Ecclesiæ, ut tutus sit, & tutus restituatur, & in locum tutum reducatur, ut non possit post relaxationem iterum facilè capi, sed difficilis sit ejus persecutio, Bartol. *in l.* 2. *vers. Pone fuit*, *ff. de acquir. rer. domin.* Remigius *de immun. Eccles. quæst.* 11. *in fine*, Azevedo *l.* 3. *n.* 6. *tit.* 2. *libr.* 1. *recop.* Decian. *tract. crim. libr.* 6. *cap.* 29. *numer.* 7. Italia *de immun. Eccles. l.* 1. *cap.* 6. §. 2. *numer.* 27. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 14. *num.* 98. *in fine*, Farinac. *de immun. Eccles. num.* 53. Bajard. ad Clar. §. *homicidium num.* 216. Giurba *cons.* 57. *num.* 4. Sanfelicius *decis.* 245. *numer.* 5. *versic. Vel in ea*, Fontanella *decis.* 583. *num.* 15. *&* 16. *part.* 2. 128

Noto secundò, quòd restitutio fiat sine pacto, vel illicita conditione, sed gratis absque aliqua pecuniæ quantitate pro compositione soluta, istud enim importat verbum liberè, Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 53. *n.* 10. *&* 12. & in terminis Fontanella *decis.* 583. *n.* 17. *&* 18. *part.* 2. exemplare Cancellarii Cathaloniæ in causa Gabrielis Maurso loci Miravet *retuli supra dec.* 9. *n.* 83. & fuit declaratum per Cancellarium Agullana 25. Julii 1615. *in causa immunitatis Ecclesiæ Philippi Fornes*, & per eumdem Cancellarium Agullana, Consultoribus Bonet, & Ferruz 19. Novembris 1615. *in causa immunitatis Ecclesiæ Joannis Comelles*. 129

Noto tertiò, quòd reo restituto Ecclesiæ ob immunitatem, restituantur arma, pecuniæ, & quæcumque ei ablata, nedum tempore extractionis Ecclesiæ, sed etiam ei facta in carceribus per satellites, Commentariensem, vel alios, Fontanella *dec.* 583. *n.* 19. *part.* 2. ita fuit declaratum per Cancellarium Erill, Consultoribus Anglesell, & Goni 17. Aprilis 1637. *in facto immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Francisci Jover Scriptoris Barcinonæ*. 130

131 Intellige tertium notabile quo ad dicta de restitutione armorum, nisi arma essent prohibita apta ad nocendum, *ut in decisione n.* 130, *relata*, quo casu, non sunt
132 restituenda, eo quia potest reus à Judice sæculari illis spoliari etiam in Ecclesia, non per modum jurisdictionis exercendæ, sed per modum facti, & juris defensionis naturalis, cùm per hoc non inferatur reo nocumentum, sed peccandi occasio auferatur, *ut latè dicam p.r.*
133 2. *decisionum*. Sicut communiter dicitur de Clericis tàm in minoribus, quàm in sacris constitutis, qui armis prohibitis per potestatem sæcularem spoliari possunt
134 absque metu censurarum. Nec teneri illa restituere Ju-
135 dici Ecclesiastico. Imò potest Judex sæcularis arma prohibita, quæ Clericis aufert, rumpere, ac in loco publico affigere sine ignominia Clericorum, *ut latè dicam part.* 4. *decisionum*.

136 Intellige etiam quæ dicta sunt *n.* 130. de restitutione pecuniæ, & quorumcumque bonorum reo ablatorum, si bona ablata sint sua, & justè possessa, *can. diffinitiva.* 17. *quæst.* 4. Covar. *libr.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 15. *vers.* 28. Farinac. *de immun. Eccles. n.* 300. cum aliis per Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 30. *n.* 1. Secus si bona sint aliorum, ut putà furtiva, vel aliis obligata, nam tunc potest reus à Judice sæculari ipsis in Ecclesia spoliari, cum hoc non sit ei nocumentum inferre, sed prohibere, ne ipse aliis nocumentum inferat, *ut dicam part.* 2. *decisionum*.

137 Ex quibus clarè infertur, quòd reus restitutus Ecclesiæ, vel dimissus pro illius immunitate cum compositione, vel aliàs non restitutis ei armis, & quibuscumque ablatis, tamquam non liberè dimissus, & restitutus, si iterum capiatur, potest eamdem immunitatem allegare, ut latè tradit Font. *dec.* 583. qui *n.* 11. refert formam, quomodo in hoc casu Cancellarius debet proferre sententiam declarando reum gaudere debere immunitate Ecclesiastica pro delictis ante extractionem commissis, & ad Ecclesiam fore, & esse restituendum, (casu quo extractio facta fuerit sine sono emisso) & quòd in delictis per eum post dictam extractionem commissis sit salvum jus Fisco Curiæ sæcularis, & ad id duo exemplaria cumulat, adde factum per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Peguera, Ferrer, Salba de Vallseca, Bonet, & Mijavila Franquesa 27. Octobr. 1605. *super immunitate Ecclesiæ allegatæ in persona Francisci Vines*. Et per Carmona 20. Martii 1619. *in facto immunitatis Ecclesiæ Nicolai Marti*. Et die 12. Martii 1619. *in facto immunitatis Ecclesiæ Petri Cladelles*. Et per Cancellarium Puigmari 4. Septembr. 1628. *occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Antici Llorèda Civitatis Minoriss.*, latè de his videndus Thoro *in compend. dec. part.* 3. *sect.* 3. *verbo reponi*, *fol.* 174.

138 Scias insuper, quòd ista restitutio rei ad Ecclesiam est facienda expensis Curiæ sæculatis, quæ dictam extra-
139 ctionem fecit, Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 243. *col.* 4. *ante finem*. Quod secus est de remissione Clerici ad Judicem Ecclesiasticum, qui remittendus est cum custodibus, copia processus, & similibus, expensis ipsius Clerici, & si Clericus bona non habeat, remitti debet expensis ipsius Judicis Ecclesiastici, qui remissionem petit, vel expensis litigatoris, aut Judicis laici capientis, si non remisit, quamprimum scivit esse Clericum, Aufrer. ad Cap. Tholosan. *dec.* 273. Boer. *dec.* 203. *n.* 1. 11. & 12. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 36. *n.* 21. Covar. *pract. cap.* 33. *n.* 5. Menochius *de arb. jud. casu* 228. *num.* 8. Azin. *in praxi* §. 32. *ampliat.* 61. Sesse *de inhibit. c.* 9. §. *n.* 67. Fermosinus *in cap. cum non ab homine quæst.* 9. *n.* 10. *de judiciis*, Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 6. *n.* 6. Paz *in prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 11. Carrocc. *excepti.* 22. *qu.* 3. *n.* 12. & 13. Sperell. *decis.* 18. *a num.* 1. Riccius *de pub. jud. q.* 35. *n.* 5. Farinac. *in prax. part.* 1. *q.* 7. *n.* 39. *vers. Quod si remissio*, Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *n.* 329. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.*... Molinus noster *de brac. sæcul. cap.* 47. *n.* 20. Borrell. *in sum. dec. tom.* 2. *tit.* 39. *n.* 384. remissivè Azevedo *l.* 3. *num.* 7. *tit.* 16.
140 *lib.* 8. *recop.* & idem in familiari Sancti Officii à Judice sæculari Inquisitoribus remittendo, resolvunt post relatos Narbona *l.* 20. *gloss.* 23. *n.* 24. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Regens Vico *ad pragm. Regn. Sard. libr.* 1. *tit.* 7. *c.* 16. *n.* 4. *vers. Ex his forte*, Mattheu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *n.* 32. vide Bobad. qui in his prudenter Judices ordinarios monet *in polit. libr.* 2. *cap.* 21. *n.* 254. Carleval *de jud. libr.* 1. *disp.* 2. *n.* 523. & quid in 141
aliis remissionibus delinquentium de uno ad alium Judicem, tradunt post alios Covar. *pract. cap.* 11. *n.* 11. Farinac. *in pract. part.* 1. *q.* 7. *n.* 39. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 19. Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 38. *n.* 39. Guazzinus *defens.* 1. *cap.* 17. *à n.* 80. Regens Vico *ad pragm. Regn. Sard. libr.* 1. *tit.* 18. *cap.* 26. *nu.* 30. Azevedo *leg.* 3. *num.* 6. *tit.* 16. *lib.* 8. *recop.* latè Molinus noster *de brachio sæcular. cap.* 47. *per totum*, Riccius *in praxi*, *resol.* 76. cum relatis per Carleval *de judic. disp.* 2. *num.* 865. Fermosin. *in cap. postulasti q.* 6. *à n.* 6. *de foro compet.*

Et quando reus restituitur Ecclesiæ, non debet igno- 142
miniosè restitui, Azevedo *l.* 3. *sub nu.* 21. *tit.* 2. *libr.* 1. *recop.* ubi idem dicit in Clerico qui, quando remittitur 143
per Judicem sæcularem suo Judici Ecclesiastico, est remittendus honestè, & sine dedecore, non autem ignominiosè cum mitra vel cornu, aut tubis sonantibus, aut catena in collo; aliàs Judex sæcularis esset puniendus, & diceretur committi vim publicam, *l. lex Julia*, ubi Bart. & Alexand. *ff. ad leg. Jul. de vi pub.* & esset excommunicatus, ut dixit Geminian. *in cap. si Judex laicus*, §. *fin. de sentent. excomm. in* 6. ita rectè prosequuntur Belluga *in spec. Princ. rubr.* 11. §. *videamus*, *n.* 9. Boer. *dec.* 303. *n.* 13. Clar. §. *fin. qu.* 36. *n.* 40. *vers. Quæro quomodo*, Paz. *in prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 10. *in fine*, Azeved. *l.* 1. *n.* 55. *tit.* 16. *lib.* 8. *recop.* Sperell. *decis.* 17. *à n.* 28. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 2. *vers. Sed adverte*, & *in sum. p.* 2. *verbo Judex laicus*, *n.* 20. *in fine fol.* 105. Genuen. *in prax. Archiep. c.* 6. *n.* 7. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *c.* 4. *dubit.* 28. *n.* 6. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *n.* 328. Sesse *de inhibit. c.* 9. §. 1. *n.* 66. ita fuit declaratum per Cancellarium Puigmari 21. Octobris 1627. Et in familiaribus Sancti Officii 144
idem resolvit Narbona *l.* 20. *gloss.* 23. *n.* 25. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & idem in aliis remissionibus delinquentium de 145
uno Judice ad alium, Boer. *dec.* 303. *sub n.* 13. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 29. *in fine*, Guazzin. *defens.* 1. *c.* 17. *num.* 82. Nisi catena causa custodiæ Clerico ap- 146
posita fuerit, potius quàm causa ignominiæ, nam tunc illi apponi potest, ut resolvunt præcitati Doctores *num.* 143. Clar. *n.* 48. *in fine*, Boer. *decis.* 303. *in fine*, Sesse *n.* 66. Bobad. post alios *n.* 328. *in fine*. Si casus id requireret, Caravita *tit.* 235. sed Genuen. *in prax. Archiepisc. cap.* 9. *n.* 7. ait, quod rarò verificari potest, nam potuerunt ligari manus aut pedes de quovis atroci delicto agatur, & refert Neapoli servari, quòd Clericus remittendus consignatur Procuratori Fiscali Curiæ Archiepiscopalis unà cum copia actorum, qui habet curam illum conducendi ad Curiam Archiepiscopalem, omni qua decet decentia.

Denique scias circa hanc undecimam quæstionem, 147
quòd restitutio rei ad Ecclesiam, seu illius liberatio à carceribus per Curiam sæcularem est facienda cum instrumento publico per Notarium, seu Scribam causæ recipiendo, ut tradit Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 14. *sub num.* 98. & est ipse reus interrogandus eodem publico instrumento, si quod ei fuit ablatum in extractione Ecclesiæ vel in carceribus, & ita practicatur in Cathalonia, & Sardinia.

Quæro 12. An Cancellarius declarando homicidam, 148
vel alium delinquentem ab Ecclesia extractum illius immunitate gaudere, possit eadem sententia declarare, ut ille qui obtinuit, retineatur per Curiam sæcularem pro damnis, injuria, & expensis partis instantis? Resp. Quòd sic, Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 243. 253. & 267. *ubi decisiones Cancellarii refert*. Oliba *de jure fisci*, *c.* 14. *num.* 50. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *nu.* 7. *vers. Quæro etiam*, & *decis.* 6. *in princ.* Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 34. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 5. *num.* 104. Fontanella *decis.* 315. *n.* 17. *part.* 2. Ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Consultore Planes 26. Junii 1577. *in facto immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personis Petri Costa*, & *Sebastiani Salavardena violenter ab Ecclesia Villæ Oloti extractorum per Vicarium Campirotundini*. Et per d. Cancellarium Loris Consulto-

sultoribus Quintana, & Puigm. 23. Decembris 1577. *in facto immunitatis Ecclesiæ Francisci Capellades*. Et per eumdem Cancellarium Loris, Consultoribus Puig, & Osset 7. Maji 1578. *in causa immunitatis Ecclesiæ Joannis Llinas, & Simeonis Savia*. Et per dictum Cancellarium Loris, Consultoribus Puig, & Osset 17. Maji 1578. *in facto immunitatis Ecclesiæ Antonii Friujas*. Et per eumdem Cancellarium Loris, Consultoribus Quintana, Osset, & Sans 31. Julii 1581. *in facto immunitatis Ecclesiæ Baldirii Colom.* Et per dictum Cancellarium Loris, Consultoribus Quintana, Sans, & Sabater 7. Julii 1582. *in facto immunitatis Ecclesiæ Petri Stephani, & Michaelis Joannis Puig. aliàs Guineus Villæ Granullariorum*, de qua meminit Peguera *dec. 6. in princ. & in pract. crimin. cap. 26. num. 7. vers. Quæro etiam*. Et per Cancellarium Manegat, Consultoribus Sescases, Quintana, & Font. 8. Augusti 1585. *in facto contentionis immunitatis Ecclesiæ Francisci Moner*.

150 Hæc resolutio est juri communi conformis, etenim delinquens ad Ecclesiam confugiens, & illius gaudens immunitate, pro eo tamen quod iniquè facit, venit aliàs legitimè puniendus, *cap. inter alia, de immun. Eccles.* Mexia de Cabrera *in formul. immunit. Eccles. l. 1. 10. à num. 16.* Peguera *dec. 6. in princ. & in prax. crim. c. 26. n. 7. vers. Quæro etiam*, Farinac. *de immun. Eccles. num. 329.* Diana *resol. moral. part. 6. tract. 1. resol. 33. vers. Sed hic obiter, & in sum. part. 2. verbo immunitas Ecclesiarum, num. 41.* Rubeus *pract. resol. cap. 3. num. 262.* Sperell. *dec. 39. num. 9. in fine, & alii statim*
151 *allegandi*. Adeò ut Judex Ecclesiasticus, & in his Regnis Cancellarius non solùm possit, sed etiam teneatur id facere, ita ut si non faciat, peccet contra justitiam, & graviter delinquat, ut notarunt communiter Doctores *in cap. inter alia, de immun. Eccles.* quos refert, & sequitur Farinac. *de immun. Eccles. num. 329.* sequuntur Sperell. *dec. 59. num. 10.* Castro Palao *tom. 2. tract. 11. disp. unica, punct. 11. n. 9.* Gambacurta *de immun. Eccles. libr. 4. c. 9. cum seq.* Diana *resol. mor. part. 6. tract. 1. resol. 33. vers. Sed hic obiter, & in sum. part. 2. verbo immunitas Ecclesiarum num. 45.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 16. dubit. 31. n. 8.* Barbosa *in cap. inter alia, n. 35. de immun. Eccles.*

152 Quod dumtaxat procedit vel de pœna pecuniaria, *ad text. in can. reum 17. quæst. 4.* ibi *Tamen legitimè componat, quod inique fecit*, quod verbum *componat* ad pœnam pecuniariam referri videtur, ut adnotavit *ibidem gloss. verbo reum, & verbo vel ad mortem, in fine*, alius text. *in can. si quis contumax 17. qu. 4.* ubi imponitur pœna nonagintorum solidorum, & ibi Archidiac. *num. 5.* ubi de pœna triginta librarum, Turre cremata *in summario 1. gloss. in c. inter alia, verbo puniendus, alia gloss. in can. raptoribus verbo vel pœnarum 36. quæst. 1.* plures citat Farinac. *de immun. Eccles. num. 330.* Ferrer. *part. 3. observ. c. 267. vers. Et ex prædictis*, Peguera *dec. 6. in princ. & in pract. crim. c. 26. vers. Quæro*, Daniel de Nobilibus *controver. in addit. ad disput. 23. num. 19.* Barbosa *in c. inter alia, n. 35. de immun. Eccles.* Gambac. *de immun. Eccles. l. 4. c. 29. n. 1.* Diana *res. mor. part. 6. tract. 1. resol. 33. vers. Sed hoc obiter, & in sum. par. 1. verbo immunitas Ecclesiarum, n. 41. fol. 555.* Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom. 2. cap. 16. dubit. 31. n. 2.* Rubeus *pract. resol. c. 3. n. 262.* vel de damnis, & interesse passis per eum in quem reus deliquit, secundùm Archidiac. *in can. reum 17. qu. 4.*
153 *num. 1. in fine, & num. 3. per illum textum*, ponderando verbum *componat*, in eo positum, quod aliud non significat, quàm pro damno dato, offensa, vel injuria recepta pecunialiter satisfacere, & probare videtur textus *in can. id constituimus 17. quæst. 4.* ibi: *Vel ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conveniat*, Italia *de immun. Eccles. libro primo, cap. 6. §. 3. in discursu*, Farinac. *de immun. Eccles. nu. 331.* Barbosa *in cap. inter alia, num. 35. de immun. Eccles.* Villagut. *de exten. leg. cap. fin. à num. 8. ad 14. fol. 349.* Diana *resol. moral. part. 6. tract. 1. resol. 33. vers. Sed hic obiter, & in summa part. 1. verbo immunitas Ecclesiarum num. 41. fol. 555.*

154 Non verò de pœna mortis, mutilationis membri, sanguinis effusionis, vel alterius pœnæ corporalis, *cap. inter alia gloss. verbo puniendus de immun. Eccles. can. reum 17. q. 4. can. de raptoribus gloss. verbo pœnarum 36. quæst. 1.* Tusch. *pract. concl. littera E. concl. 10. num. 1.* Suar. *de stat. relig. l. 3. cap. 12. num. 5. & 6.* Italia *de immun. Eccles. l. 1. cap. 6. §. 3. per totum*, quos & alios laudat Farinac. *de immun. Eccl. n. 335. & in praxi part. 1. quæst. 28. n. 77.* Barbosa *in c. inter alia, n. 36. de immun. Eccl.* Sperell. *dec. 59. n. 10.* cum multis aliis quos citat Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. c. 16. dub. 31. n. 1.* Diana *locis proximè citatis*. Mexia de Cabrera *in formul. immunit. Eccles. l. 1. cap. 10. n. 7.* Nec 155
de pœna exilii, quia gravis inter corporales computatur, ut docent Doctores proximè relati, Suar. *num. 5. & 6.* Italia *à num. 1.* Farinac. *num. 333.* quidquid dicant Gambacurta *de immun. Eccles. l. 4. cap. 33. & 35.* Cutell. *de immun. Eccles. l. 1. qu. 12.* quia contra eos, & alios est verior sententia, ut per Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 12.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 16. dub. 31. num. 2.* Barbosa *in cap. inter alia, num. 36. de immun. Eccles.* Nec de pœna car- 156
ceris, nedum perpetui, ut loquuntur Archidiac. *in Clement. 1. num. 8. in fine*, Zabarel. *num. 3. de pœnit. & remis.* Barbosa *in c. inter alia, n. 36. in fine de immun. Eccles.* Sed nec temporalis, quia est valdè gravis & inter corporales numeratur, Suar. *num. 5. & 6.* Farinac. *num. 336.* quidquid dicant Gambacurta, & Cutellus *num. præcedenti relati*, quia contra eos & alios est verior sententia, ut per Dian. *resol. mor. part. 1. tract. 1. resol. 12.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. c. 16. dub. 31. n. 3.* Nec de pœna verberum, Suar. *de stat.* 157
relig. l. 3. c. 12. n. 6. Diana *resol. moral. part. 6. tract. 1. resol. 33. & in sum. part. 1. verbo immunitas Ecclesiarum, n. 37. fol. 554.* Nec de pœna triremium, etiam si 158
ibi reus verberandus non esset, ut contra Gambacurt. *de immun. Eccles. l. 4. cap. 34. n. 9.* & Cutell. *de immun. Eccles. l. 1. quæst. 12. n. 19.* resolvunt Suar. *de stat. relig. l. 3. cap. 12. n. 6.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 12. & in summa, part. 1. verbo immunitas Ecclesiarum, n. 37. fol. 544.* Thomas del Bene *de immunit. Eccles. tom. 2. c. 16. dubit. 31. n. 3. & 4.* Nec de pœna ser- 159
vitutis, ut reus serviat illi cui injuriam intulit, ut Gambac. *de immun. Eccles. l. 4. c. 32. n. 2.* & Cutell. *de immun. Eccles. l. 1. q. 14. n. 20.* resolvunt Doctores proximè citati, Suar. *n. 20.* Diana *utrobique*, Thomas del Bene *num. 5. & 6.*

Intellige primò tradita *numer. 148.* ut procedant par- 160
te damnificata petente, aliàs secus, ut advertit Peguera *decis. 6. in princ. & in pract. crim. cap. 26. vers. Quæro etiam*. Thoro *in comp. decis. part. 1. verbo Æstimatio hominis fol. 23.* Guazzin. *def. 34. cap. 4. nu. 13.* qui *n. 3.* tradit, qualiter sit facienda æstimatio damnorum, & expensarum.

Petitio verò facienda est per partem durantibus tem- 161
poribus, & terminis probatoriis, nam illis elapsis, & si contentio fuerit prorogata, non potest pars læsa petere, quòd reus detineatur pro damnis, & interesse, & si tale petierit, illa, nec alia nova petitio est admittenda Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rubr. 11. num. 18. in fine*, & refert ita practicatum 18. Maji 1629. ubi fuit repulsa pars, quæ post lapsos triginta dies petebat reum detineri in causa fratrum Ardeñons: quæ fuit facta per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Ramon, & Viñula in causa fratrum Joannis, & Gabrielis Ardeñons, *& ibi etiam testatur practicam quotidianam ita observari*, vide tradita *decis. 21. à numer. 33. ad 38.*

Intellige secundò ut procedant, quando reus esset 162
extractus ab Ecclesia cum sono emisso, seu in terminis juris communis servata forma Bullæ Gregorianæ, quo casu si gaudet immunitate Ecclesiæ, potest retineri pro damnis, & injuria, secus si esset extractus sine sono emisso, vel in terminis juris communis non servata forma Bullæ Gregorianæ, ut docent Ferrer. *part. 3. observ. c. 243. 252. & 253.* Oliba *de jure Fisci c. 14. n. 50.* Cancer. *part. 3. var. cap. 5. num. 104. & 105.* Ripoll. *de regal. cap. 12. n. 34. & 35.* & fuit observatum per Cancellarium Loris 7. Maji & 17. Maji 1578. & per Cancellarium Manegat 8. Augusti 1585. decisionibus suprà relatis *n. 149.* & quamvis in aliis decisionibus ibidem

memoratis factis per Cancellarium Loris 26. Junii, 23. Decembr. 1576. 31. Julii 1581. & 7. Julii 1582. rei essent extracti ab Ecclesia sine sono emisso quidquid respectu factæ 7. Julii 1582. fratrum Puigm. aliàs Guineus dicat Peguera *decis. 6. in princ. & prax. crim. cap. 26. versic. Quæro etiam.* Nihilominus fuit declaratum, ipsos retinendos esse per Curiam sæcularem pro damnis, & injuria partis læsæ; verùm etsi ab hac practica non videatur recedendum, tamen in puncto juris probabilius est, ut talis condemnatio damnorum, & expensarum solùm fieri possit, quando reus est extractus ab Ecclesia cum sono emisso: secus autem si esset extractus sine sono emisso. Ratio est quia quando extractio fit cum sono emisso, Ecclesia non remanet spoliata: at quando extractio fit sine sono emisso, Ecclesia remanet spoliata, sicque ante omnia est restituenda, ut docent Ferrer, Oliba, Cancer, & Ripoll. *locis citatis.*

163 Quod quidem est conforme juri communi, siquidem reus extractus ab Ecclesia non servata forma juris communis vel Bullæ Gregorianæ, cum Ecclesia remaneat spoliata, debet ante omnia Ecclesiæ restitui, *juxta aispositionem textus in cap. conquerente, cap. item cum quis de restit. spoliat.* & probant jura *in can. sicut antiquitus*, & ibi glos. Archidiac. *numer.* 2. Bellamera *post num. primo*, Turrecremat. *col. 1. can. frater 17. quæst. 4. cap. inter alia*, ubi Ancharan. *num. 5. notat. 5.* Abbas *num. 35. versic. Nunc quæro de immunitate Ecclesiæ, l. præsenti*, ubi Bartol. *numer. 5. C. de his qui ad Eccles. confug.* Clar. *§. fin. quæst. 30. num. 1.* ubi Bajard. *numer. 26.* Azevedo *l. 3. num. 9. tit. 2. libr. 1. recop.* Covar. *libro 2. var. cap. 20. num. 2.* Paz. *in prax. tom. 1. part. 1. cap. 3. §. 3. num. 19.* Genuen. *in prax. Archiep. cap. 17. num. 5. in fine, vers. Item fuit resolutum*, Gratian. *discept. forens. cap. 596. num. 11.* Mastrill. *dec. 169. num. 11. & 12.* Tuschus *pract. conclus. littera, E. concl. 10. num. 20.* Ambrosinus *de immunitate Ecclesiæ, cap. numer. 5.* Decian. *tract. crimin. libr. 6. cap. 25. num. 1.* Italia *de immunitate Ecclesiæ, libr. 1. cap. 6. §. 2. num. 2.* Guazzinus *defens. 1. cap. 29. num. 1. & cap. 30. num. 7.* Farinacius *de immunitate Ecclesiæ, nu. 48. & in prax. part. 1. quæst. 28. num. 3. & cons. 76. n. 16. lib. 1.* Giurba *cons. 20. num. 23. & cons. 50. n. 13. & cons. 100. num. 22. & 30.* Gambacurta *de immunitate Ecclesiæ, libr. 4. cap. 22. num. 6. & 17.* Bobadilla *in polit. libr. 2. cap. 14. num. 98.* Portoles *§. infantio, num. 12.* Jul. Chartar. *decis. 46. num. 2. & decis. 74. num. 5.* Sanfelicius *dec. 219. numer. 6. & decis. 242. numer. 2.* Barbosa *de jure Eccles. univ. part. 2. cap. 3. num. 50.* Diana *resol. moral. part. 6. tract. 1. resol. 27. & in sum. part. 1. verbo immunitas Ecclesiarum, num. 39. folio 555.* Thomas del Bene *de immunitate Ecclesiæ, tom. 2. cap. 16. dubit. 33. à num. 1.* Matthæu *de regimine Regni Valentiæ, tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 5. num. 153. & 198.* Adeò ut Judex sæcularis

164 reum sic extractum interim, nec pro aliis delictis noviter commissis possit illum detinere, ut docent præcitati Doctores, Genuen. *sub num. 5.* Italia *num. 41.* Farinacius *de immunitate Ecclesiæ, num. 49.* Giurba *cons. 100. sub num. 23.* Thomas del Bene *à n. 2.* Diana *part. 6. tract. 1. resol. 32.* Sanfelicius *decis. 286. num. 3. ubi decisum refert*, Thoro *in compend. dec. part. 3. sect. 1. verbo captus seu carceratus, folio 124. & in supplement. decis. verbo extractus, ab Ecclesia si novum, fol. 217.*

165 Peguera *decis. 135.* Nec excusatur ab hac restitutione facienda, & si præstet juramentum, vel cautionem de non puniendo illum aliqua pœna corporali, quia adhuc in primis, & ante omnia reus est Ecclesiæ restituendus, Farinacius *n. 50.* Diana *resol. 32.* Thomas del Bene *n. 4.* Covar. *libr. 2. var. cap. 20. n. 6.* Decian.

166 *n. 1.* Villalob. *in sum. tom. 2. tract. 59. dif. 8. n. 4.* Imò & si petierit terminum ad probandum quòd reus in casu excepto deliquerit, quia esto, & si id probaverit per confessionem extracti, nihilominus facienda est restitutio Ecclesiæ, ut docent Remigius, Paz, Genuen. Bobad. Curia Philippica, Mastrill. Gratian. Guazzin. Italia, Villadiego, Farinac. Giurba, & Thomas del Bene, *relati decis. 22. n. 107.*

167 Verùm redeundo ad nostrum propositum, iste extractus ab Ecclesia sine sono emisso, qui immunitate Ecclesiæ gavisus fuit, & deinde ad Ecclesiam restitutus potest citari personaliter per Judicem sæcularem (non autem per captionem pignorum, vel personæ) pro pœna pecuniaria, damnis, & injuria, & pro debito Fiscali, Ferrer. *part. 3. observ. cap. 243. in fine, & cap. 253. & 267.* Cancer. *part. 3. variar. cap. 5. num. 107.* conducunt tradita per Clar. *§. fin. quæst. 30. sub n. 1.* Farinacius *in prax. part. 1. quæst. 28. n. 77.* Sanfelicius *dec. 17. & 141.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 16. dubit. 31. n. 11.*

Quæro 13. An sententia in causis contentionum, & 168
competentiarum fieri possit sine citatione, sic dicta à jure communi, apud nos vocata assignatione ad sententiam? Respondeo quòd sic, & ita communis praxis observat.

Ratio est, quia licèt regulariter citatio ad sententiam 169
necessaria sit, & illius omissio inducat ipso jure nullitatem sententiæ, *Clement. sæpe, §. sententia verò de verb. signif. l. 1. §. cum edicto, ff. quæ sentent. sine appell. rescind. cap. consuluit, de off. deleg.* Duran. *dec. 8. num. 1. & dec. 163. n. 1. & dec. 163. n. 1.* Ludovisius *dec. 209. num. 4.* ubi Beltraminus *num. 7.* Coccinus *dec. 414. numer. 1.* Seraphinus *dec. 432. num. 6. & 7. & decis. 857. num. 11.* Sccacia *de re jud. gloss. 9. num. 36.* Salgado *de reg. protect. part. 3. cap. 9. numer. 254.* Suelves *cons. 71. n. 16. libr. 1.* Riccius, *collect. 109. & 1470.* Barbosa *in Clement. sæpe, nu. 12. de verborum significatione*, Postius *de manutent. observ. 12. num. 58. & decis. 182. n. 9. & 10.* decisum in nostro Senatu refert Fontanella *dec. 370. num. 12. part. 2.* cum pluribus aliis relatis per Jul. Chartar. *decis. 61. num. 19.* Valenzuela *cons. 48. num. 41.* Azevedo *l. 10. à num. 39. tit. 12. libr. 4. recopil.* Muscatel. *in prax. part. 7. verbo sententiam per totum*, latè Borrell. *in sum. decis. tom. 2. titul. 28. per totum, & titul. 30. à numer. 172. ad 182.* latissimè Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. tit. de nullitatibus à numer. 117.* Vermig. *cons. 107. à num. 1.* Carroccius *except. 125. à num. 18.* Thoro *in compend. decis. part. 3. sect. 1. verbo citatio, folio 159.* Etiam si sententia fuerit pu- 170
blicata in favorem non citati, *gloss. in l. furioso*, ubi Bart. *numer. 2.* Jason. *num. 3. & communiter Doctores, ff. de re jud.* antiquos refert Gabriel. *com. concl. libr. 2. de citation. conclus. 1. num. 66.* Guttier. *canonicar. lib. 2. qu. 16. num. 10.* Sesse *decis. 59. sub num. 18.* Jul. Chartar. *dec. 61. nu. 21.* Gonzalez *de reg. 8. Cancell. gloss. 9. tit. de nullitatibus, num. 132.* Quamvis procederetur 171
simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, Azevedo *l. 10. num. 44. tit. 17. libr. 4. recop.* Gonzalez *ubi proximè n. 152.* Vel sententia esset Principis, Azevedo *l. 10. num. 49. tit. 17. libr. 4. recop.* plures Gabriel. *com. conclus. libr. 2. de citation. conclus. 1. num. 9.* cum aliis per Jul. Chartar. *dec. 61. num. 20.* Riccius *collect. 1753. part. 5.* Barbosa *in Clement. Pastoralis, num. 11. de sentent. & re jud.*

Tamen quando sententia ferenda est secundùm Deum 173
& suam conscientiam, ferri potest absque partis citatione, ut tradit Baldus *in l. utrum, C. unde legit.* alios plures laudat Gabriel. *com. concl. lib. 2. de citation. conclus. 1. n. 378.* Azevedo *l. 10. num. 49. & 50. tit. 7. libr. 4. recop.* & cùm in his Regnis Cancellarius judicare debeat causas contentionum secundùm Deum, & suam conscientiam, *ut dixi hac decisione num. 9.* potest sententiam proferre absque ulla partis citatione. Et licèt hæc limitatio ab aliquibus impugnetur, ut à Jason. *in l. nec quidam à num. 41. ff. de off. proconsul.* & ab aliis relatis per Gabriel. *dicta conclus. 1. numer. 339.* at practica horum Regnorum potuit approbare opinionem sibi magis utilem, ut sententia in causis contentionum pronuntiari possit sine citatione, *ut infra decis. 25. num. 33.*

Præterea quia in causis modici præjudicii citatio ad 174
sententiam non est necessaria, Jason. *in l. nec quidquam, n. 23. ff. de off. proconsul.* Gabriel. *dicta conclus. 1. quam 391. vers. Et ideo, & n. 392.* Azevedo, *l. 10. n. 45. tit. 17. libr. 4. recop.* & judicium competentiarum levissimi præjudicii est, *ut dicam dec. 25. n. 32.*

Sciat verò in praxi Advocatus Cathaloniæ; quòd 175
licèt pluribus in partibus conclusio in causa à nobis dicta denuntiatio processus vice fungatur citationis ad

senten-

sententiam, *ut ex cap. audistis, & ibi gloss.* & Abbas *num.* 4. *de procurat.* & aliis docet Rota apud Farinac. *decis.* 486. *num.* 5. *part.* 2. copiosè Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 28. *à num.* 6. & generaliter de Regnis Hispaniarum, Ludovis. *dec.* 240. *n.* 2. ubi Beltraminus *n.* 11. Postius *dec.* 290. *n.* 1. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. *de nullitatibus, num.* 154. Suelves *cons.* 61. *num.* 16. *libr.* 1. in Cathalonia autem conclusio in causa vice citationis non fungitur, imò requiritur, ut post denuntiationem processus fiat assignatio ad sententiam, Fontanella *dec.* 370. *n.* 12. *part.* 2.

177 Sciat etiam in his Advocatus Cathaloniæ, quòd licèt in aliis Tribunalibus, & signanter in Rota Romana, & Regno Sardiniæ sententia de necessitate proferri debeat die ad quam fuit facta assignatio, nec sufficiat in alia die, quamvis dictum esset cum sequentium continuatione; aliàs sententia sit nulla, Ludovis. *dec.* 81. *num.* 3. *&* 6. *& decis.* 190. *num.* 4. cum relatis per Borrell. *in sum. decis. tom.* 1. *titul.* 64. *num.* 143. *& tom.* 2.
178 *tit.* 28. *à numer.* 23. apud nos tamen sufficit semel assignare ad sententiam cum sequentium continuatione, deinde illam suo tempore proferre, & ita inconcusè practicari, *ex constitut. fin. de sententies*, Peguera *in prax. civil. rubr.* 24. *nu.* 1. ubi Ripoll. *n.* 13. Fontanella *dec.* 370. *n.* 12. *vers. In hac part.* 2. idem Ripoll. *de magistr. logiæ maris, cap.* 17. *num.* 11. & tradit Carroccius *except.* 125. *num.* 71.

179 Et quid in causis sindicatus, an sententia proferri possit sine citatione, seu ut nos dicimus, absque assignatione ad sententiam, quid in Cathalonia Mieres *in Curia Montissoni Regis Petri III. tom.* 2. *col.* 6. *cap.* 9. *à num.* 125. *in novis, fol.* 63. Berart. *in spec. visit. cap.* 26. *n.* 19. *&* 20.

180 Quæro 14. Quod jus servare debet Cancellarius in decisionibus causarum contentionum? R. Quòd sive agatur de privilegio fori, sive de immunitate Ecclesiæ, servare debet jus canonicum, & non civile, & hoc jure uti in Cathalonia testatur Peguera *in pract. crim. c.* 26. *n.* 6. ubi addit ita pluries fuisse per Regios Cancellarios interventu plurimorum Doctorum Regii Concilii declaratum in multis decisionibus in libris Regiorum Cancellariorum scriptis, refert Farinac. *de immun. Eccles. n.* 28. & idem in aliis Regnis Coronæ Aragonum.

181 Quod est juri communi conforme, ut privilegio fori probat text. *in cap. quod Clerici* ubi Fermosinus *quæst.* 1. *à num.* 1. *de foro compet.* Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 50. *num.* 1. Jul. Chartar. *decis.* 99. *num.* 5. & de immunitate Ecclesiæ, *gloss. inter alia de immun. Eccles. & in can. sicut antiquitus* 17. *qu.* 4. plures citat Ambrosinus *de immun. Eccles. cap.* 1. *num.* 4. cum aliis per Covarruviam *libr.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 3. Boer. *decis.* 109. *numer.* 3. Tuschus *pract. concl. littera E. conclus.* 10. *n.* 19. Belluga *in specul. Princ. rubr.* 11. §. *sed quia, num.* 12. Farinacius *in prax. part.* 1. *quæst.* 28. *num.* 6. *& de immunitate Ecclesiæ, num.* 27. Decianus *tract. crimin. libro* 6. *cap.* 25. *numer.* 7. Guazzinus *defens.* 1. *capit.* 29. *num.* 8. Sanfelicius *decis.* 219. *numer.* 6. Oliba *de jure Fisci cap.* 14. *num.* 48. noster Senator Vilosa *de fugitivis, cap.* 19. §. 6. *numer.* 14. *& alii statim allegandi.* Non solùm in terris Ecclesiæ, sed etiam in terris Imperii, & cujusvis Regni, Barbosa *in prag. exig. pension. quæst.* 8. *num.* 50. *in fine*, Suarez *de stat. relig. libr.* 3. *cap.* 8. *num.* 11. Cuttellus *de immun. Eccles. libr.* 1. *quæst.* 32. *num.* 27. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 5. vide quæ dicam *dec.* 67. *num.* 2. *part.* 2.

182 Præsertim, quia in Cathalonia licèt antiquitùs deficientibus usaticis, & juribus patriæ recurrendum esset ad arbitrium Principis, & Curiæ, *usat. judicia Curiæ de celebrar Corts*, Mieres *Curia Perpiniani Regis Petri III. part.* 1. *columna* 6. *in princ. num.* 3. *folio* 291. *& in Curia Barcinonæ Regis Martini part.* 2. *column.* 8. *cap.* 2. *num.* 18. *folio* 161. *& in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi part.* 2. *collat.* 9. *cap.* 10. *numer.* 15. *in fine, folio* 216. *in novis*, Oliba *de jure Fisci capit.* 1. *num.* 7. *& de actionibus part.* 1. *libr.* 3. *capit.* 2. *num.* 21. Xammar. *de officio judicis prima, quæst.* 16. *sub numer.* 37.
183 Postea nova lege edita, non recurrebatur ad Principis arbitrium, sed ad leges Romanas tamquam æquas & justas, & ad jus canonicum, *constit.* 2. *de off. de Canceller*, Jacob. de monte Judaico *in usat. judicia Curiæ*, Mieres *in Curia Perpiniani Regis Petri III. part.* 1. *col.* 6. *in princ. numer.* 3. *folio* 291. *& in rub. de jure dotium numer.* 211. *folio* 364. *& in Curia Dertuzæ Reginæ Eleonoræ part.* 1. *col.* 7. *cap.* 1. *num.* 36. *folio* 134. *& in Curia Barcinonæ Regis Martini part.* 1. *col.* 8. *capit.* 2. *numer.* 18. *&* 19. *folio* 161. *& in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi part.* 2. *col.* 9. *cap.* 10. *num.* 16. *folio* 216. *in novis*, Oliba *de jure Fisci cap.* 1. *num.* 7. *& de actionibus part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 21. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 16. *num.* 36. Et casu quo jus canonicum cum civili pugnaret, id est si jus canonicum disponeret unum, & aliud jus civile, erat sancitum antiquis legibus Cathaloniæ, ut omisso jure civili jus canonicum sequeretur, *constit. unica, tit. de lleiis usaties, y consuetues, constit. unica, tit. de advocatis, in* 2. *volum. constit.* Ferrer. *part.* 1. *observ. in proœm. & part.* 3. *c.* 20. Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Martini part.* 2. *col.* 8. *part.* 2. *n.* 56. *&* 57. *fol.* 463. Fontanella *dec.* 12. *n.* 2. *part.* 1. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *q.* 16. *n.* 38. *& def.* 19. *num.* 29. *part.* 1. *& defin.* 124. *n.* 3. *part.* 2. Hodie verò attenta novissima constitutione *anni* 1599. *cap.* 40. cautum est, ut deficientibus legibus patriæ judicandum sit secundùm jus canonicum, & in defectum secundùm jus civile, & doctrinas Doctorum, Oliba *de actionibus, part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 22. *&* 23. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 3. *&* 25. *& part.* 3. *c.* 22. *n.* 106. Ramon. *cons.* 3. *n.* 121. Ripoll. *de regaliis, cap.* 39. *n.* 70. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 16. *n.* 39. *& def.* 1. *num.* 7. *& defin.* 19. *num.* 29. *part.* 1. *& defin.* 124. *n.* 2. *part.* 2. Peguera *decis.* 69. *num.* 6. *& in pract. civil. rubr.* 24. *n.* 4. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 14. *n.* 56. Berrat. *in specul. visit. cap.* 26. *nu.* 21. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 11. *n.* 3. *& claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 11. *n.* 65. *& dec.* 12. *n.* 2. *& decis.* 152. *n.* 2. *part.* 1. *& dec.* 431. *num.* 9. *part.* 2. & punctim idem Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *sub n.* 6.

In Regno Aragonum deficiente foro recurrendum 186
est ad sensum naturalem, & æquitatem, ut probatur in *proœm. fororum Regis Jacobi ad finem*, Bardaxi *for.* 5. *n.* 5. *de advoc.* Monter. *decis.* 11. *n.* 4. Id est ad jus commune scriptum, Bardaxi *loco relato*, Portol. §. *forus n.* 1. Et potius ad jus canonicum (quasi magis æquum, & 187
juri divino cohærens *cap. dilecti de judic.*) quàm ad jus civile, Sesse *decis.* 92. *n.* 9. Portol. §. *for. n.* 2. Monter. *dec.* 11. *n.* 4. Cuenca in addit. ad Niño *ad Albaranum*, 188
litt. E. n. 11. Cened. *coll.* 70. *ad decr. n.* 4.

In Regno Valentiæ deficiente foro recurrendum est 189
ad jus commune, ut probat Belluga *in specul. Princip. rub.* 11. §. *his igitur n.* 3. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 1. §. 2. *n.* 11. Non ut legem, sed ut rationem 190
naturalem scriptam, *foro* 1. *in proœm. ad finem*, innuit Belluga *loco citato*, Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. *n.* 13. Regens Leon *dec.* 4. *n.* 2. *in fine, & dec.* 12. *n.* 13. *& dec.* 107. *n.* 20. *lib.* 1. Matth. *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *c.* 1. §. 2. *n.* 11. Et prius recurrendum est ad 191
jus canonicum, quàm ad civile, Belluga, & Morla *locis relatis*, Regens Leon *dec.* 4. *n.* 1. *& decis.* 55. *n.* 16. *tom.* 1. *& dec.* 136. *n.* 18. *tom.* 2. Matth. *ubi suprà n.* 12.

Quid in Regno Sardiniæ Dexart. *in cap.* 3. *à num.* 4. 192
de capitul. cartæ local. In Regno Castellæ Paz *in prax.* 193
tomo primo, annot. 5. *numer.* 36. Azevedo *lege quinta, n.* 6. *tit.* 1. *libr.* 2. *recop.* Curia Philippica *part.* 1. §. 8. *n.* 14. Parlador. *rer. quotid. tom.* 3. *differ.* 5. §. 2. Barbosa *in proœm. ad emendat. C. n.* 7. *& in cap.* 1. *n.* 2. *&* 3. *de novi oper. nuntiat.* Guttier. *de jure confirm. part.* 3. *cap.* 17. *n.* 8. Pareja *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 1. 150. In Regno Lusitaniæ Barbosa *in proœm.* 194
in emendat. C. num. 7. In Regno Neapolis Caravit. *ritu* 195
265. *num.* 6. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *n.* 64. Et in Ci- 196
vitate Romana Gratian. *discept. forens. cap.* 611. *n.* 23. *& cap.* 708. *num.* 22.

Quæro 15. An sententia in causis contentionum, & 197
competentiarum pronuntiari, proferri, & publicari possit absque ulla partis instantia, seu requisitione? Respondeo quòd sic, Portoles §. *requisitio num.* 7. *ubi ait ita securè in Regno Aragonum teneri posse*, & ita quotidie practicatur.

198 Etenim licèt regulariter Judex ex officio, absque partis requisitione, seu instantia non possit proferre nec publicare sententiam, aliàs esset ipso jure nulla, *l.* 4. §. *hoc autem judicium*, ubi Ripa *n.* 36. *&* 37. *ff. de damno infecto*, *gloss. in l. properandum*, §. *& siquidem verbo triennii vers. Item nota*, ubi Jason *à num.* 4. *C. de judiciis*, Maranta *de ord. jud. part.* 6. *de sententia*, *nu.* 96. Gratian. *discept. forens. cap.* 40. *num.* 23. *& cap.* 156. *n.* 25. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. *de nullitatibus*, *n.* 174. *& gloss.* 55. *num.* 109. Monter. *dec.* 12. *num.* 45. Trivisanus *dec.* 2. *n.* 9. *libr.* 1. Azin. *in prax.* §. 3. *cap.* 1. latè aliis relatis Giurba *dec.* 21. *à n.* 9. Peregrin. *de jure Fisci libr.* 7. *tit.* 3. *num.* 47. latissimè Vantius *de nullit. ex defect. proces. à num.* 94. Tusch. *pract. conclus. littera S. conclus.* 137. *à num.* 1. Guazzin. *defens.* 35. *cap.* 7. *n.* 1. Portoles §. *requisitio*, *num.* 5. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 9. *sub num.* 264. *& q.* 15. *n.* 73. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 24. *num.* 32. *& de magistr. log. mar. cap.* 17. *n.* 20. *&* 21.

199 Tamen quando Judex videt instantiam breviter perituram, potest ex officio absque ulla partis instantia seu requisitione proferre, seu publicare sententiam, Bart. *in l. Sejus*, *& Aurelius*, *ff. ad leg. Falcid.* Ripa *in l.* 4. §. *hoc autem judicium numer.* 61. *ff. de damno infect.* cum aliis per Portoles §. *requisitio*, *n.* 6. Gratian. *discept. forens. c.* 40. *n.* 21. Tuschus *pract. conclus. littera S. conclus.* 137. *n.* 12. Azevedo *l.* 1. *num.* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop.* Xammar. *de offic. jud. part.* 2. *qu.* 9. *num.* 264. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 24. *nu.* 33. *& de magistr. log. mar. c.* 17. *num.* 20. Unde cùm Cancellarius competentiarum videat instantiam breviter duraturam, ex quo non durat in Regno Aragonum ultra triginta quinque dies, & in Cathalonia, Valentia, Sardinia, & Regno Majoricarum ultra triginta dies, ut dixi *dec.* 17. *à n.* 30. meritò si ex officio, & absque ulla partis requisitione sententiam publicare, & proferre potest, ita Portoles §. *requisitio num.* 7.

200 Rursus quia in causis Fiscalibus, vel Reipublicæ potest Judex ex officio, & sine ulla partis instantia sententiam proferre, Jason *in l. properandum*, §. *& si quidem*, *num.* 6. *vers. Primo*, *C. de jud. per text. in l.* 2. §. *senatus*, & ibi Bart. *ff. de jure Fisci*, Gratian. *discept. forens. c.* 156. *n.* 28. Peregrin. *de jure Fisci*, *libr.* 7. *tit.* 3. *n.* 47. 48. Guazzin. *defens.* 35. *c.* 7. *n.* 3. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 9. *num.* 44. quocirca cum contentiones, & competentiæ firmari soleant per fisci Procuratores unius, vel ambarum Curiarum, meritò sententia in illorum causis proferri, & publicari potest per Cancellarium ex officio, & absque ulla partis instantia.

201 Sed quid in causis syndicatus, an sententia proferri possit sine partis instantia, & quid in Cathalonia, vide Mieres *in Curia Montissoni Regis Petri III. tom.* 2. *col.* 6. *c.* 9. *à num.* 120. *in novis fol.* 63. Berart. *in speculo visit. cap.* 26. *num.* 19. *&* 20. Portoles §. *requisitio*, *numero octavo*.

202 Quæro 16. Sententia Cancellarii in causis contentionum coram quibus personis sit legenda, & publicanda? Respondeo quòd publicari, & legi debet in præsentia Notarii, & testium de jure Cathaloniæ *constit.* 4. *de content. jurisd.* Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 85. *& c.* 172. *in fine*, *vel vers. Adde*. De Regno Sardiniæ Regia pragmatica de qua Regens Vico *libr.* 2. *tit.* 51. *numer.* 40. & idem est in Regno Majoricarum, aliàs est nulla, Menoch. *de arbitr. jud. qu.* 33. *n.* 7. *&* 8. Portoles §. *publicatio n.* 10. *&* 11. Sesse *dec.* 434. *n.* 61. *tom.* 4. Scaccia *de re jud. gloss.* 16. *n.* 2. *&* 7. Duran. *dec.* 63. *num.* 2. *&* 3. Borrell. *in sum. dec. tom.* 2. *tit.* 30. *n.* 62.

203 Quæro 17. Sententia Cancellarii quo die sit intimanda; Respondeo quòd eodem die quo publicatur, intimari, & notificari debet, de jure Cathaloniæ *pragm.* 9. *de content. jurisdict.* Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 172. *in fine*, *vers. Adde in fine*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *vers. Ulterius in fine*. De Regno Sardiniæ Regia pragmatica de qua Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 31. de Regno Valentiæ Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 2. *sect.* 4. *n.* 133. & idem est in Regno Majoricarum. At si non fuerit intimata, jus non facit, neque parti nocet, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 17. *n.* 424. cum relatis per Guazzin. *defens.* 35. *cap.* 10. *num.* 1.

Quæro 18. & ultimò, quibus personis est intimanda, & notificanda sententia Cancellarii? Respondeo quòd intimari, & notificari debet Officiali Ecclesiastico vel Officiali sæculari Curiæ respectivè, quæ succubuit, vel Arbitro pro illius parte nominato, & in intima debet Notarius, seu Scriba nominari, & copia dari, de jure Cathaloniæ *pragm.* 9. *de content. jurisdict.* Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 85. *&* 172. *in fine vers. Adde in fine*, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rubr.* 11. *n.* 31. De Regno Sardiniæ Regia pragmatica apud Regentem Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 31. & idem est in Regno Majoricarum. Ac etiam notificari, & intimari debet Fisci Procuratori Curiæ quæ succubuit, ad Ferrer, *part.* 3. *observ. cap.* 271. *incipient. cum anno*, *in fine principii*, ac etiam parti privatæ, si adsit. 204

Notanter dixi sententia Cancellarii, secus si sententia sit arbitrorum à duabus Curiis respectivè electorum, quo casu non est notificanda Curiæ, quæ succubuit, Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *n.* 31. & assignat rationem, quia quando Arbitri declarant, utraque Curia certiorata remanet ob suum Arbitrum, & ita frustra de notificatione per intimam quæritur, cum ipsa solùm fiat, ut habeatur notitia provisionis, idem Ripoll. *var. c.* 3. *n.* 17. *& in pract. Vicar. Barcin. rubr.* 11. *n.* 28. 205

Sequitur sententia Cancellarii Cathaloniæ super repetitione personæ Clerici in minoribus, qua declaratur gaudere Privilegio fori. 206

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum Illustris, admodumque Reverendus Dominus Don Petrus à Puigmari, & Funez J. U. D. Abbas Sancti Michaelis de Cuixano Ordinis Claustralis Divi Benedicti nullius Diœcesis, Regius Consiliarius, & Cancellarius, in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Barcinonen. in vim litterarum subsidiariarum à Curia Ecclesiastica Reverendissimi Episcopi Celsonen. emanatarum ex una, & Curiam secularem Regii Concilii criminalis ex altera parte, super repetitione personæ Jacobi de Salavert Clerici, & Ostiariatus ordine insigniti, obtinentisque simplex Ecclesiasticum beneficium sub invocatione S. Stephani in Ecclesia Parochiali Castri Folliti de Rivo lertoso fundatum 5. & institutum, capti per T. Miralles Regium Commissarium, & carceribus Regiis ad præsens detinetur mancipati, de aliquibus delictis impetiti. Visis litteris tàm subsidiariarum, quàm in forma contentionis, & Arbitrorum electione ab utraque Curia respectivè emanatis, earum omnium debitis præsentationibus. Visis articulis pro parte dicti Salavert coram sua dominatione die 12. *Decembris proximè lapsi oblatis, actisque, & instrumentis primæ tonsuræ, Ostiariatus, & collationis de dicto beneficio sibi factæ die* 14. *Aprilis* 1617. *Necnon visis depositionibus testium super dictis articulis ministratorum. Visis aliis articulis secundo loco coram sua dominatione die* 14. *supra dicti mensis Decembris pro parte dicti de Salavert oblatis, & depositionibus testium super eis ministratorum. Visa supplicatione die* 24. *dicti mensis Decembris pro ipsiusmet parte oblata, processuque, & procedimentis Curiæ Ecclesiasticæ cum ea exhibitis, necnon, & quodam instrumento visitationis de dicto beneficio factæ per Abbatem Monasterii Sanctæ Mariæ Montisserrati, & Sancti Benedicti Bagiarum, cum quo dictum Salavert dictum beneficium obtinere constat. Visis prorogationibus termini ad declarandam præsentem contentionis causam factis, usque ad diem primam Aprilis proximè venturi. Visis inquisitionibus contra dictum Salavert in Curiis sæcularibus factis, & pro parte Fisci Regii Procuratoris oblatis. Viso toto processu. Visis denique videndis, attentisque attendendis sententiat, pronuntiat, & declarat repetitioni personæ dicti Salavert per dictam Curiam Ecclesiasticam Celsonen. instatæ Locum fuisse, & esse.*

Don Petrus à Puigmari Cancellarius.

V. Ramon. *V. Gujamet.*

Lata, & promulgata fuit hujusmodi sententia, pronuntiatio, seu declaratio per dictum Admodum Illustrem, & Admodum Reverendum Dominum, & dilectum Consiliarium, ac Cancellarium Regium Don Petrum à Puigma-

Puigmari in quadam aula domorum suæ propriæ habitationis, quam fovet in præsenti Civitate Barcinonæ in Vico dicto lo carret ample, & de ejus mandato electa, & publicata per me Paulum Marques Presbyterum auctoritatibus Apposto lica, atque Regia Notarium publicum, & causarum contentionis Scribam Barcinonæ commorantem die 14. mensis Martii anno à Nativitate Domini 1625. præsentibus pro testibus T. & T. ad hæc vocatis specialiter, & assumptis pro ut superius continetur.

207 Sequitur alia sententia Cancellarii Cathaloniæ super repetitione personæ Clerici in minoribus, qua declaratur non gaudere privilegio fori.

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum Illustris, admodum Reverendus Dominus Don Petrus à Puigmari, & Funez J. U. D. Abbas Sancti Michaelis de Cuxano Ordinis Claustralis Divi Benedicti nullius que Diœcesis, Regius Consiliarius, & Cancellarius. In facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Gerunden. ex una & Curiam sæcularem Subvicarii Regii Bisulduni ex altera parte, super repetitione personæ Michaelis Subira Clerici in quatuorminoribus ordinibus constituti, obtinentisque Beneficium Ecclesiasticum in Capella constructa in Parochia Castri de Empuriis sub invocatione Sancti Eusebii, cujus possessionem adeptus fuit die 15. Januarii 1622. & post commissa per eum aliqua delicta, de quibus tempore adeptionis dicti beneficii jam impetitus existebat, & de captura provisus in Curia sæculari Regii Concilii criminalis præsentis Principatus, & in Curia Vicarii, & Bajuli Castellionis, & Comitatus Empuriarum, & sic in fraudem jurisdictionum dictarum respective Curiarum, & ut se ab eisdem eximeret captus ex post facto per Gubernatorem dicti Comitatus Empuriarum, cum habitu sæculari, & in carceribus dictæ Villæ Castellionis detentus Visis litteris tàm monitoriis, quàm in forma contentionis ab utraque Curia cum arbitrorum electione respectivè emanatis. Visis articulis pro parte Procuratoris Admodum Illustris Ducis Cardonæ, & Comitis Empuriarum, nec non Regii Fisci Procuratoris, & Hiacynti Ferrer de Busquets, & Vidal partis instantis, coram sua domination e die 22. Aprilis proximè lapsi oblatis, cum actis, processu, in & cum eis exhibitis, nec non testium depositionibus super dictis articulis, tàm intra urbem, quam extra in vim litterarum compulsoriarum receptis. Visa supplicatione pro parte dictorum Regii Fisci Procuratoris, & aliorum supradictorum coram sua dominatione die 26. Aprilis oblata, processu & inquisitione in & cum ea exhibito, & exhabita. Visa supplicatione pro parte Procuratoris Catharinæ Subiraniæ, & Gratia matris dicti Michaelis Subira coram sua dominatione die 28. dicti præcalendati mensis oblata processuque Curiæ Ecclesiasticæ cum ea exhibito. Visoque processu coram arbitris actitato. Visis denique prorogationibus termini ad declarandam præsentem causam contentionis factis, usque ad diem primam mensis Augusti proximè venturi. Visis videndis, attentisque attendendis, sententiat, pronuntiat, & declarat repetitioni personæ dicti Michaelis Subira per dictam Curiam Ecclesiasticam Gerunden. instatæ locum non fuisse, nec esse.

Don Petrus à Puigmari Cancellarius.

V. Magarola. *V. Roca.*
V. Carreres. *V. Auguilo.*

Lata, & Promulgata ut suprà die 30. Julii 1623.

Circa hanc decisionem vide Doctores citatos *suprà dec. 11. num. 27.*

208 Sequitur sententia Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur reum non gaudere immunitate Ecclesiæ, quando per eum, & per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ fuit ipsa allegata.

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum Illustris Dominus Don Franciscus de Erill Abbas Sancti Cucufati Vallen. Ordinis Divi Benedicti Barcinonen. Diœcesis, Regius Consiliarius, & Cancellarius. In facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Urgel. seu ejus Vicarii, & Officialis foranei Villæ Podil Ceritaniæ ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Regii ejusdem Villæ ex altera, occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in persona Josephi Guilleumas Serrallerii Civitatis Urgelii, extracti, ut per ipsum prætenditur, ab angulo exteriori Ecclesiæ Sancti Felicis loci de Alpiterræ Ceritaniæ, quem manibus apprehendit, dum captus ducebatur per Bajulum dicti loci, & alios de sua comitiva, & carceribus ejusdem loci mancipatus, & ad Regios carceres ubi ad præsens detinetur adductus. Visis litteris in forma contentionis, & cum Arbitrorum electione, ab utraque Curia respectivè emanatis, cum earum debitis præsentationibus. Visa supplicatione pro parte Procuratoris dicti Guilleumas die 4. Decembris proximè lapsi oblata una cum processu, & procedimentis dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, in & cum ea exhibitis. Visis prorogationibus termini ad declarandum præsentem contentionis causam factis, usque ad diem decimam Februarii proximè venturi. Viso toto processu. Visis denique videndis attentisque attendendis, sententiat, pronuntiat, & declarat dictum Josephum Guilleumas immunitate Ecclesiastica per eum, & per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ allegata non gaudere.

Don Franciscus de Erill Cancellarius.

Lata, & promulgata fuit ut suprà, 20. Januarii 1632.

Sequitur sententia Cancellarii Cathaloniæ, qua de- 209
claratur reum ab Ecclesia extractum in vim soni emissi gaudere illius immunitate.

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum Illustris, & Reverendus Dominus Don Franciscus de Erill Abbas Sancti Cucufati Vall. Ordinis Claustralis Divi Benedicti, Barcinonen. Diœcesis, Regius Consiliarius & Cancellarius. In facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Barcinonen. ex una, & Curiam sæcularem Regii Concilii criminalis ex altera, occasione immunitatis Ecclesiasticæ allegatæ in persona Joannis Pons furnerii præsentis Civitatis, & pauperis eleemosynæ, extracti ab Hospitali Sanctæ Crucis ejusdem Civitatis, per Don Bernardum de Cabrera Regium Algutzirium ordinarium in vim soni emissi in dicto Regio Concilio declarati die 9. Martii proximè lapsi, & carceribus Regiis ubi ad præsens detinetur mancipati, impetitique de ictu tormenti manualis in persona Hiacynti Cabell. figuli dictæ, & præsentis Civitatis ex quo fuit crudeliter vulneratus. Visis litteris in forma contentionis, & cum Arbitrorum electione ab utraque Curia respectivè emanatis, cum earum debitis præsentationibus. Visis articulis pro parte dicti Pons die 30. Augusti proximè lapsi oblatis, nec non, & depositione unius testis super ipsis ministrati. Visa supplicatione pro parte dicti Pons die 10. Septembris currentis oblata, una cum processibus, & inquisitionibus tam offensionalibus quàm in defensam fulminatis, & factis in & cum dicta supplicatione exhibitis. Visa prorogatione termini ad declarandum præsentem contentionis causam, facta usque ad diem 28. Octobris proximè venturi. Viso toto processu. Visis denique videndis, attentisque attendendis sententiat, pronuntiat, & declarat, dictum Joannem Pons immunitate Ecclesiastica per eum, & per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiastico allegata gaudere.

Don Franciscus de Erill Cancellarius.

Lata, & promulgata fuit ut suprà die 26. Septembris 1632.

Sequitur alia sententia Cancellarii Cathaloniæ, qua 210
declaratur reum ab Ecclesia extractum sine sono emisso gaudere illius immunitate.

Jesu Christi, ejusque purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum Illustris, Reverendissimusque Dominus Don Franciscus de Erill J. U. D. Abbas Sancti Cucuphati Vallen. Ordinis Claustralis Divi Benedicti

Barci-

Barcinon. Diœcesis, Regius Consiliarius, & Cancellarius. In facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendi Officialis Ecclesiastici Officialatus Balagari pro Reverendissimo Episcopo Urgellen. ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Regii Ilerdæ ex altera parte occasione immunitatis Ecclesiasticæ allegatæ in persona Michaelis Puig. aliàs lovert textoris lini Villæ Camarasiæ Urgellen. Diœcesis, extracti per Don Hieronymum de Luna Procuratorem generalem Marchionatus Camarasiæ, & per Joannem Seall. Bajulum Villæ de Camarasa, sine sono emisso die 1. Octobris 1632. ab Ecclesia Beatæ Mariæ del Pla ejusdem Villæ loco sacro, & immunitate Ecclesiastica gaudente, & carceribus Castri dictæ Villæ mancipati de aliquibus delictis impetiti. Visis in forma contentionis, & cum arbitrorum electione ab utraque Curia respectivè emanatis, cum earum debitis præsentationibus. Visa supplicatione pro parte dicti Procuratoris generalis dicti Marchionatus 12. Novembris proximè lapsi unà cum processibus, & inquisitionibus dictæ Curiæ sæcularis ablata. Visa alia supplicatione pro parte Fisci Procuratoris dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, & pro parte etiam dicti Michaelis Puig. dicta die 22. ejusdem mensis unà cum processu & præcedimentis tàm dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, quàm coram Arbitris factis, in & cum dicta supplicatione oblatis. Visis prorogationibus termini ad declarandum præsentem contentionis causam factis usque ad diem 14. mensis Februarii proximè venturi. Viso toto processu. Visis denique videndis, sententiat, pronuntiat, & declarat dictum Michaelem Puig. aliàs lovert immunitate Ecclesiastica per eum, & per fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ allegata gaudere, & loco sacro à quo extractus fuit, restituendum fore, & esse.

Don Franciscus de Erill Cancellarius.

Lata, & promulgata fuit ut suprà, die 16. Januarii 1623.

211 Sequitur sententia Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur contentionem non procedere.

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum Illustris, Reverendissimusque Dominus Don Franciscus de Erill J. U. D. Abbas Sancti Cucuphati Vallen. ordinis Claustralis Divi Benedicti Barcinon. Diœcesis Regius Consiliarius, & Cancellarius. In facta contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Decanatus, & Reverendi Decani Minorissæ pro Reverendissimo Episcopo Vicen. ex una, & Curiam sæcularem nobilis Regentis Vicariam Barcinonæ ex altera parte, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ pro parte Mariæ Annæ Bolet, & d. Mombuy viduæ Ioachimi Lazari Bolet quondam domicelli Barcinonæ populati, Dominæ quæ dicitur Parochiæ, & termini Sancti Michaelis de Castellgali Vicen. Diœcesis procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica dicti Decanatus factis contra Joannem Ambros aliàs Serena, Franciscum Casajoana, dictæ Parochiæ de Castellgali, & Joannem Cases Parochiæ sancti Vincentii de Castellet ejusdem Diœcesis, ratione decima carnium quam prætendit Balthazar Segura Presbyter S. T. D. & Rector Parochialis Ecclesiæ de Castellgali, & quam prætendit esse in possessione, seu quasi recipiendi dicta Marianna Bolet. Visis litteris in forma contentionis, & cum Arbitrorum electione ab utraque Curia respectivè emanatis, à Curia videlicet Regentis Vicariam Barcinonæ fuit electus Joannes Raymundus Ribes J. U. D. & Barcinonæ commorans, à Curia verò Ecclesiastica Decanatus Minorissæ fuit electus Mauricius Villatorada Presbyter J. U. D. Minorissæ habitator, & sic sunt dicti arbitri in diversis Vicariis commorantes. Visis processibus, procedimentis ambarum Curiarum per partes respectivè oblatis, nec non & procedimentis coram sua dominatione factis. Visis prorogationibus termini ad declarandum præsentem contentionis causam factis, usque ad diem 4. Novembris proximè venturi. Viso toto processu. Visis denique videndis, attentisque attendendis, sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem non procedere.

Don Franciscus de Erill Cancellarius.

212 Sequitur sententia Cancellarii Cathaloniæ, qua declaratur contentionem non esse.

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ILlustris, & admodum Reverendus Dominus Josephus de Jalpi, & Julia J. U. D. Prior Prioratus Beatæ Mariæ de Meya Ordinis Divi Benedicti nullius Diœcesis, sed sanctæ Sedi Apostolic. immediatè subjectus, electus Abbas Monasterii sancti Michaelis de Cuixano ejusdem Ordinis Tertius electus, & nominatus per Excellentissimum Dominum Locumtenentem, & Capitaneum Generalem præsentis Principatus Cathaloniæ & Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ ob defectum Regii Cancellarii ad decidendum, & declarandum causas contentionum. In facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Illerden. Sede Episcopali vacante ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Curiæ ex alia, occasione firmæ juris factæ per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curiæ procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica Illerden. factis contra Don Paulum Monso Regentem Vicariam Illerdæ prætextu ruptionis, & affictionis ad portas seu parietes Domus Patiariæ dictæ Civitatis de quodam tormento manuali parvæ mensuræ vulgò pistolas apprehenso ut dicitur, à Josepho Closa Subdiacono eum de nocte deferente. Visis litteris emanatis à Regia Curia in forma contentionis, & cum nominatione arbitri expeditis die 28. Septembris anni currentis cum earum debitæ præsentatione. Visis aliis litteris à Regia Curia emanatis die 15. mensis Octobris anni currentis. Visis litteris responsivis sub nomine Vicarii Generalis illius Diœcesis Sede Vacante expeditis 7. dicti mensis Octobris cum electione arbitri de persona Pauli Benedicti Mas J. U. D. Civis præsentis Civitatis, nulla tamen prævia supplicatione Procuratoris Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ, nec cum firma juris illius præsentatis per Augustinum Clausadæ Regium portarium 30. ejusdem mensis, & non per aliquem Nuntium Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, nec per litteras subsidiarias illius ut requirebatur. Visis aliis litteris à Vicario generali Capituli Sede Vacante, Barcinonæ expeditis, præsentatis 3. Novembris proximè præteriti per Nuntium suæ Curiæ cum insertione earumdem supra dictarum litterarum per Vicarium Generalem Illerden. provisarum dicta die 7. Octobris anni currentis. Visa supplicatione oblata per Josephum Cunill. Procuratorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ Illerden. die 12. Novembris 1655. & procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica factis cum ea exhibitis. Visa supplicatione oblata per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curiæ die 24. Novembris præteriti, & instrumentis cum ea exhibitis. Visa alia supplicatione oblata per dictum Cunill dicto nomine die 3. currentis, & instrumentis cum illa exhibitis. Visa prorogatione termini ad declarandum præsentem contentionis causam usque ad diem primam Januarii 1656. Viso toto processu. Visis denique videndis, & attentis attendendis, sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem non esse.

Prior Jalpi, & Julia Tertius.

Lata, & promulgata fuit ut suprà 23. Decembris 1655.

Sententiæ Cancellariæ Cathaloniæ quibus declaratur in causis dubiis contentionem esse, vel non esse firmandam traditæ sunt *dec. 15. nu. 29. & 30.* 213

ARGUMENTUM.

An à sententia Cancellarii, seu Tertii, vel Arbitrorum in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios ordinarios, sit licita appellatio, supplicatio, aut recursus.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio datur de jure communi à sententia lata super Clericatu per Judicem Ecclesiasticum, intellige quoad effectum devolutivum; secus quo ad suspensivum, n. 2. & fit remissio Clerici cum protestatione, num. 3.*

4 *Appellare potest actor, seu Fiscus Curiæ sæcularis à sententia lata per Episcopum, quando judicat*

reum

reum gaudere immunitate Ecclesiæ, ad quam confugerat, sed contrarium, nu. 5.

6 *Appellare non potest reus à sententia lata per Episcopum, declarando contra ipsum non gaudere immunitate Ecclesiæ, nisi reus actor, vel Fiscus habeat rationabile fundamentum appellandi num. 7. ut puta si sententia lata fuerit per Judicem Ecclesiasticum contra reum actorem, vel Fiscum inauditum, nu. 8.*

9 *Appellatio à sententia Episcopi in causa immunitatis Ecclesiæ, quando habetur rationabile fundamentum appellandi, non est necesse, quod interponatur ad Sedem Apostolicam, sed potest interponi ad Archiepiscopum vel Legatum Apostolicum, teneturque superior illam admittere & gravamendare, num. 10.*

11 *Episcopus si in judicando erraverit delictum esse exceptum, & reum Curiæ sæculari tradiderit, si postea noverit oppositum, tenetur illum repetere, & Judex sæcularis tenetur illum restituere.*

12 *Episcopus tradens indebitè reum Curiæ sæculari si antequam illum repetat, reus ad mortem damnetur, præter peccatum mortale sacrilegii, ac injustitiæ, irregularitatem incurrit.*

13 *Episcopus si in judicando erraverit in præjudicium Curiæ sæcularis declarando reum gaudere immunitate Ecclesiæ, postea noverit oppositum, debet reum tradere Curiæ sæculari.*

14 *Appellatio, supplicatio, aut recursus an detur à sententia Arbitrorum concordium in causis contentionum, pro affirmativa à nu. 15. pro negativa, à num. 27. & hæc est verior, referuntur privilegia Regia numero 28. Bullæ Apostolicæ; num. 29. & Doctores id tenentes, nu. 38.*

15 *Appellatio est omni casu permissa, & in dubio semper admittenda, intellige nisi expressè reperiatur prohibita, nu. 39.*

16 *Statutum prohibens appellationem non valet, sed contrarium est verius, à nu. 40.*

17 *Appellatio prohibita, non censetur prohibitus recursus ad superiorem, limita ubi appellatio removeretur ad evitandas lites nu. 45. & 46.*

18 *A sententia Arbitrorum datur reductio ad arbitrium boni viri, quæ est species appellationis, intellige ut in 45. & 46.*

19 *Judex observans statutum appellationum, & recursum removens contra libertatem Ecclesiasticam peccat, limita si ipse sincero corde credat ejus observantiam reipublicæ necessariam fore, num. 47.*

20 *Appellatio non datur de jure civili à sententia arbitrorum de communi partium consensu electorum, fallit de jure canonico nu. 21.*

22 *Appellatio datur à sententia Arbitrorum ex necessitate juris electorum, sed contra, nu. 34.*

23 *Arbitri ad competentiam jurisdictionis declarandam electi, non tam Arbitri, quàm Judices dici debent, & sic ab eis appellari potest, numero 24. contra, nu. 34. & 49.*

25 *Appellatio facienda est coram Ecclesiastico, quando causa decisa est ab utroque Judice Ecclesiastico, & laico, sed vide, n. 37. & 50.*

29 *Fori competentiarum Regni Aragonum fuerunt confirmati cum clausula dummodo recursus ad Sedem Apostolicam minimè impediatur, vide num. 51.*

30 *Appellari potest à sententia qua Judex pronuntiat se esse, vel non esse Judicem competentem, amplia nu. 31. limita quando tertius pronuntiat cujus sit jurisdictio, nu. 32. & 33.*

34 *Judicium competentiarum est levissimi præjudicii.*

35 *Sententia Arbitrorum conformium in causis contentionum æquiparatur sententiæ Cancellarii, & e contra, nu. 74.*

36 *Sententia Arbitrorum conformium facit in totum contentionem finire, ut super ea non possit firmari nova contentio.*

41 *Appellatio in aliquibus casibus à jure interdicitur, & à pluribus statutis, nu. 42. & qui sint isti casus, num. 43.*

44 *Princeps non recognoscens superiorem potest suis legibus appellationem prohibere.*

52 *Arbitri competentiarum si malè judicaverint an accusari, & puniri possint.*

53 *Appellatio supplicatio, aut recursus an detur à sententiis Cancellarii, resolvitur negativè referuntur verba nostræ concordiæ, num. 54. Privilegia Regia, nu. 55. Bullæ Apostolicæ, nu. 56. Doctores ita tenentes, numer. 75. Exemplaria Regni Aragonum, n. 77. & exemplaria Cathaloniæ, n. 77. & exemplaria Regni Sardiniæ, n. 78.*

57 *Fides adhibenda est dicto ejus, cujus conscientiæ aliquid committitur.*

58 *Quæstio non potest moveri, utrùm benè, vel malè fecerit, quando conscientiæ alicujus aliquid commissum fuit.*

59 *Probatio contraria non admittitur in his, quæ conscientiæ alicujus committuntur, contra num. 65. Intellige, nu. 66.*

60 *Appellatio, nec reductio ad arbitrium boni viri datur, quando quid committitur conscientiæ alicujus, intellige in rebus modici præjudicii, nu. 66.*

61 *Superior non potest conscientiam inferioris immutare.*

62 *Recursus datur ad superiorem à judicio conscientiæ, saltim per viam supplicationis, & misericordiæ, nu. 63. Et quod ad effectum devolutivum; secus quoad suspensivum ibidem, maximè quando non absolutæ conscientiæ alicujus quid committitur sed apponitur, simul aliquod verbum respiciens justitiam, n. 64. Intellige in rebus maximi præjudicii; secus in rebus modici præjudicii, n. 66.*

67 *Appellatio non datur quando quid committitur arbitrio alicujus, & n. 68. contra nu. 69. & 70. Intellige in rebus modici præjudicii; secus in rebus magni præjudicii, nu. 71.*

72 *Appellatio non datur, quando Judex procedit sola facti veritate inspecta.*

73 *Sententia Cancellarii facit contentionem in totum finire, ut super ea nova contentio firmari non possit.*

79 *Appellatio, supplicatio, aut recursus non datur à sententiis Tertii contentionum.*

80 *Curia sæcularis quomodo procedat contra illos, qui à sententia Cancellarii, vel Arbitrorum concordium appellant.*

81 *Curia sæcularis procedit contra reum condemnatum, qui appellavit à sententia Cancellarii, si causa est criminalis ad sententiæ executionem, sin minus procedit ad ulteriora in causa ad prolationem sententiæ, & illius executionem.*

82 *Curia sæcularis, si causa est civilis, compellit partem, quæ appellavit à sententia Cancellarii potestate œconomica, & politica, ut ab appellatione desistat, etiam si partes sint Clerici, n. 83. adeò, quod si ad Ecclesiam confugiant, illius immunitate non gaudent, & nu. 84. & nu. 85.*

86 *Curia sæcularis procedit contra Curiam Ecclesiasticam si appellaverit à sententia Cancellarii per citationem ad banchum Regium, per occupationem temporalitatum, & per alia juris remedia.*

87 *Curia Ecclesiastica procedit contra Curiam sæcularem & partem privatam si appellaverit à sententia Cancellarii, per censuras, & per alia remedia spiritualia.*

DECISIO XXV.

DE jure communi à sententia lata per Judicem Ecclesiasticum super Clericatu datur appellatio, Bob. *in polit. l. 2. c. 29. n. 36.* Pareja *de instru. edit. to. 1. tit. 2. resol. 6. specie 2. n. 259. & 260.* & alii citati *dec. 2. n. 52. & 53.* intellige quo ad effectum devolutivum, secus quoad suspensivum: nam quoad istum non datur appellatio, Alexand. *cons. 146. n. 5. vers. Tamen probatione l. 6.* Guazzin. *defen. 1. c. 3. sub n. 7. & def. 1. c. 31. n. 11. vers. sed postquam,* Ciarl. *contr. foren. cap. 163. n. 39. par. 2.* Sperel. *dec. 17. n. 31.* Sanfelicius *dec. 321. n. 7.* Sed fit remissio clerici 1 2

cum

cum protestatione salvo jure vindicandi, si constiterit,
3 quòd non intret privilegium clericatus, Franchis *dec.* 189. *n.* 1. *&* 12. Aufrer. ad Cappellam Tholos. *decis.* 116. *in fine*, Trentacinquius *cons.* 12. *nu.* 4. *lib.* 2. quos citat Guazzinus *defen.* 1. *cap.* 3. *sub nu.* 7. Sanfelicius *in addit. ad decis.* 135. *num.* 7. ubi refert fuisse judicatum in Collaterali Concilio, non esse deferendum restitutioni in integrum adversùs sententiam remissionis rei ad Judicem Ecclesiasticum.

4 A sententia autem lata per Episcopum, seu ejus Vicarium, quando judicat reum gaudere immunitate Ecclesiæ, ad quam confugerat, potest actor, vel Fiscus Curiæ sæcularis ab ea appellare, docent Farinac. *de immu. Eccles. num.* 372. Bonacin. *de legib. disp.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 7. *nu.* 11. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 43. Azevedo *lib.* 3. *num.* 20. *tit.* 2. *lib.* 1. *recap.* Paz. *in praxi tom.* 1. *par.* 5. *c.* 3. §. 3. *num.* 182. *&* 183. probat Gambacurta *de immu. Eccles. lib.* 6. *cap.* 12. *numer.* 3. Trulench. *in decal. libr.* 1. *par.* 1. *cap.* 11. *dub.* 6. *num.* 9.

5 Sed contrarium docent Peregrin. *de immu. Eccl. cap.* 16. *nu.* 33. latè Sperel. *decis.* 65. *à nu.* 2. Diana *res. moral. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 38. *vers. Notandum est*, *par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 38. *vers. Notandum est*, *&* *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 97. *vers. An verò in fine*, *in sum. par.* 1. *verbo appellatio*, *num.* 2. *&* *verbo immunitas Ecclesiarum*, *nu.* 20. *in prin.* Fermosinus *in cap. cum non ab homine*, *quæst.* 15. *nu.* 5. *de judiciis*. Adeò ut recursus Fisco, vel actori denegetur, Sperellus *dec.* 65. *nu.* 7. Mexia de Cabrera *in formul. immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 6. *à nu.* 28. Ciarlin. *contro. cap.* 10. *à n.* 154. *&* *c.* 116. *à n.* 63. *par.* 1. *&* *cap.* 163. *à nu.* 39. *part.* 2. Sperel. *dec.* 65. Diana *res. moral. par.* 6. *tract.* 1. *res.* 30. *vers. quæro quinto*, Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 169.

6 Verùm à sententia lata per Episcopum vel ejus Vicarium contra reum, declarando non gaudere immunitate Ecclesiæ, ad quam confugerat, non potest reus ab ea appellare, quod si fecerit, remota appellatione consignandus est Curiæ sæculari, ita expressis verbis statuit Constitutio Gregorii XIV. §. 8. & tradunt Gambacurta *de immunitate Ecclesiæ*, *lib.* 6. *cap.* 17. *nu.* 2. Farinac. *de immunitate Ecclesiæ num.* 372. *&* *cons.* 168. *numer.* 67. *lib.* 2. Bonacina *de legib. dis.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 7. *num.* 21. Capiblanc. *de Baronibus pragmat.* 8. *nu.* 261. Mexia de Cabrera *in formul. immunitatis Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 27. Italia *de immunitate Ecclesiæ*, *lib.* 1. *cap.* 6. §. 1. *nu.* 33. Ciarlin. *cont. for. cap.* 10. *nu.* 154. *part.* 1. Barbosa *de jur. Eccles. uni. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 169. Peregrin. *de immu. Eccles. cap.* 16. *nu.* 33. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 31. *nu.* 11. *vers. Sed postquam*, Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 97. *vers. An verò*, *&* *in sum. par.* 1. *verbo appellatio*, *nu.* 2. *&* *verbo immunitas Ecclesiarum*, *num.* 20. *in prin.* Riccius *in prax. var. resol.* 450. *nu.* 4.

7 Intellige prædicta nisi reus, actor seu Fiscus habeat satis sufficiens, & rationabile fundamentum appellandi; quo casu potest Fiscus, actor, vel reus respectivè à sententia Judicis Ecclesiastici, quòd reus gaudeat vel non gaudeat immunitate Ecclesiæ, appellare, ut latè probat, & contrariis respondet Gambacurta *de immu. Eccles. lib.* 6. *cap.* 20. *per totum*, Ciarlin. *contro. foren. cap.* 116. *nu.* 68. Diana *resol. moral. par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 30. *vers. unde licet:* Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 42. *sect.* 2. *nu.* 7. *&* *sect.* 3. *per to-*
8 *tam*, ut puta si sententia per Judicem Ecclesiasticum lata fuerit contra reum, vel actorem, seu Fiscum inauditum, Thomas del Bene *de immu. Eccles. to.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 42. *sect.* 3. *in fine*, Diana, & si non videatur sequi *in sum. par.* 1. *verbo immunitas Ecclesiarum num.* 20. *in prin. fol.* 542. & in aliis casibus relatis per Gambacurtam *de immunitate Ecclesiæ lib.* 6. *cap.* 22. & tunc non est necesse, quòd appellatio interponatur ad Sedem Apostolicam, sed potest interponi ad Superiorem Ordi-
9 narium Episcopi, scilicet ad Archiepiscopum, vel ad Legatum Apostolicum, Gambacurta *de immunitate Ecclesiæ lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 5. *cum seq.* Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 2. *sub nu.* 259. Tenetur-
10 que Superior appellationem rationabilem admittere, & gravamen emendare, Gambacurta *de immunitate Ecclesiæ lib.* 6. *cap.* 23.

Unde sciat Episcopus, & ejus Vicarius quòd si in ju- 11
dicando erraverit delictum esse exceptum, reumque Curiæ sæculari tradiderit, si postea noverit oppositum, id est reum non commisisse crimen exceptum, tenetur illum repetere, & Judex sæcularis tenetur illum restituere, quia constat illi esse debitam immunitatem, quæ adhuc servari potest, & non debet error unius alteri præjudicare, ut tradunt Regens Constantius *in supplicat. ad Paulum V. pro moderanda Bulla Gregorii XIV. nu.* 70. Donat. Anton. de Marinis *resol. quotid. cap.* 175. *à nu.* 4. Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 34. *vers. Notandum*, *&* *resol.* 97. *in prin.* *&* *in sum. part.* 2. *verbo Judex laicus*, *nu.* 31. *in fine*, Thomas del Bene *de immunitate Ecclesiæ*, *tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 42. *sect.* 2. *nu.* 4. *&* 5. At si Episcopus tradens indebitè reum Curiæ 12
sæculari, antequam illum repetat, reus ad mortem damnetur, præter peccatum mortale sacrilegii, ac injustitiæ, & sic damnorum obligationem & irregularitatem incurret, Novar. *in sum. Bullarii titulo de immunitate Ecclesiæ*, *nu.* 31. Diana *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 30. *in fine*, *&* *in sum. par.* 1. *verbo immunitas Ecclesiarum num.* 20. *ante finem*, Thomas del Bene *de immunitate Ecclesiæ*, *tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 46. *nu.* 3. Urrutigoyti *in pastor. regul. par.* 3. *voto* 8. *nu.* 82.

Similiter propter eamdem rationem dicendum est, 13
quòd si Episcopus in judicando erraverit in præjudicium Curiæ sæcularis, declarando reum gaudere immunitate Ecclesiæ, si postea noverit oppositum, debet reum tradere Curiæ sæculari, Thomas del Bene *de immunitate Ecclesiæ tom.* 1. *cap.* 16. *dubit.* 42. *sect.* 2. *nu.* 6. decisum refert Castillo *decis.* 155. *nu.* 11. *vers. Et præterea lib.* 2. Sanfelicius *decis.* 16. *in fine*.

Sed hæc procedunt de jure communi. Ad institutum tamen meum deveniens, hoc caput duas continet quæstiones, una circa sententiam Arbitrorum, altera circa sententiam Cancellarii.

Ad primam, videtur prima facie dicendum, à sen- 14
tentia Arbitrorum in causis contentionum licitam esse appellationem, supplicationem, aut recursum.

Primò, & generaliter, quia appellatio regulariter 15
in omni casu est permissa, cum sit defensio adversùs injustitiam, levamen oppressorum, & præsidium innocentiæ, & in dubio semper admittenda, ut exornant pluribus juribus, & Doctoribus citatis Carroccius *exception.* 44. Giurba *decis.* 49. *&* *decis.* 101. *nu.* 9. Mexia de Cabrera *in forma immunitatis Ecclesiæ*, *lib.* 1. *cap.* 5. *à nu.* 15. Castillo *tom.* 8. *de alimen. cap.* 8. *nu.* 8. *&* *cap.* 27. *nu.* 1. *&* 2. Regens Leon *decis.* 28. *num.* 1. Valascus *de privil. paup. par.* 1. *c.* 50. *à nu.* 1. Barbosa *in c. ut debitus*, *num.* 12. *&* 13. *de appellat.* 14. Torreblanca *de magia l.* 3. *cap.* 35. Valenzuela *cons.* 195. Salgado *de reg. protect. par.* 1. *c.* 1. *prælud.* 3. *à num.* 81. Salzedo *de lege pol. lib.* 1. *cap.* 9. *&* *lib.* 68. *à num.* 14. *tit.* 1. *lib.* 3. *recop. fol.* 150. Scaccia *de appellat. art.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 3. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 47. *sect.* 2. *nu.* 20. Fontanella *decis.* 403. *nu.* 16. *par.* 2. Berart. *in specu. visit. cap.* 27. *à numer.* 1. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 14. *à numer.* 142. Suelves *cons.* 3. *numero* 5. *lib.* 2.

Secundò, quia statutum prohibens appellationem 16
non valet, *c. venientes*, *de jure juran.* Bart. *in l. omnes populi nu.* 27. *ff. de just. &* *jure*, Gratian. *discep. foren. c.* 119. *nu.* 13. cum relatis per Portoles *foro* 1. *num.* 42. *de compet. jurisd.* Esse *dec.* 91. *à nu.* 31. *&* *dec.* 426. Suelves *cons.* 13. *n.* 5. *lib.* 1. Diana *res. mor. par.* 7. *tract.* 10. *res.* 5. *vers. Nec suprædictis in fine*.

Tertiò, quia dato quòd appellatio esset prohibita, 17
non tamen censetur prohibitus recursus ad superiorem, Franchis *decis.* 148. Menochius *de arb. jud. quæst.* 70. *à nu.* 21. Gratian. *dec.* 86. *nu.* 12. Farinac. *in praxi par.* 1. *quæst.* 17. *nu.* 32. *&* 33. *&* *par.* 3. *quæst.* 101. *num.* 105. *&* 106. latè Giurba *cons.* 66. latissimè Valenzuela *cons.* 195. *à nu.* 37. Scaccia *de appell. qu.* 19. *remed.* 3. *nu.* 1. Barbosa *voto* 4. *num.* 79. *l.* 1. *&* *in cap. ex litteris nu.* 5. *de rest. in integ.* Ferrer. *par.* 3. *obs. c.* 20. Cancer. *par.* 3. *c.* 18. *à num.* 13. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *qu.* 9. *nu.* 179. Fontanella *dec.* 286. *par.* 1. cum pluribus aliis relatis per Velam *differ.* 36. *n.* 28. *l.* 2. & per Thomam del Bene *de immun. Eccl. to.* 1. *c.* 8. *dub.* 47. *sect.* 7. *nu.* 6. *&* *to.* 2. *c.* 16. *dub.* 42.

dub. 42. *sect.* 3. *in fine principii*, Vico *ad prag. Reg. Sard. l.* 1. *tit.* 11. *c.* 2. *nu.* 6.

18 Quartò, quia à sententia Arbitrorum datur reductio ad arbitrium boni viri, Grivell. *dec.* 1. Mastrill. *dec.* 90. Riccius *collect.* 372. & 373. & 2379. Suelves *cons.* 3. *sub num.* 5. *lib.* 2. Quæ reductio ad arbitrium boni viri est quædam species appellationis, Bart. *in l.* 1. *nu.* 2. *C. de recep. arbit.* Maranta *de ordin. jud. part.* 6. *de appellat. nu.* 270. Grivel. *decis.* 1. *nu.* 7. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 21. *nu.* 6. & 7. Valenzuela post alios *cons.* 195. *nu.* 43.

19 Quintò, & specialiter, quia Judex observans statutum, appellationem, & recursum denegans contra libertatem Ecclesiasticam, peccat, Batdaxi *foro* 1. *nu.* 6. & latè ibi probat Portoles *à num.* 44. *de compet. jurisdic.* Sesse *decis.* 113. *nu.* 63.

20 Sextò, quia licèt de jure civili à sententia Arbitrorum de communi partium consensu electorum non liceat appellare, *l. diem proferre*, §. *stari*, *ff. de recep. arb. l.* 1. *C. eod.* Maranta *de ord. judic. par.* 6. *de appell. num.* 261. Oddo *de rest. in integ. quæst.* 36. *nu.* 16. Sesse *de inhib. cap.* 9. §. 2. *nu.* 26. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 326. & 327. Cancer. *par.* 1. *var. c.* 21. *à nu.* 5. Grivel. *decis.* 1. *nu.* 1. Quod secus est de jure canonico *glo.* 1. *in can. à judicibus* 2. *qu.* 6. latè Scaccia *de jud. l.* 2. *cap.* 2. *à num.*

21 337. Cancer. *par.* 1. *var. c.* 21. *nu.* 9. Tamen à sententia Arbitrorum ex necessitate juris electorum, qui secun-

22 dùm formam juris cognoscunt, appellari potest, *capit. de arbitris* 11. *de off. deleg. in* 6. cujus textus auctoritate ita tenent Panormit. *in c. Pastoralis nu.* 1. *versi. nota* 1. & *nu.* 5. *in fine*, Imola *num.* 2. & 9. Bellamera *num.* 5. *in fine*, Felin. *num.* 10. Decius *num.* 4. & 25. *de rescriptis*, quos & alios citat Portoles *foro* 1. *num.* 25. *de compet. jurisd.* Sesse *decis.* 113. *à nu.* 50. *ad* 63. *lib.* 2. & *de inhibit. c.* 9. §. 2. *nu.* 28. Regens Leon *dec.* 2. *nu.* 1. & 2. *lib.* 3. Mattheu *de Regi. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *nu.* 23. Diana *res. moral.* 7. *part. tract.* 10. *res. versic. restat*, *in fine*.

23 Septimò, quia Arbitri ad competentiam jurisdictionis declarandam electi, non tàm Arbitri, quàm Judices dici debent, Borrell. *in sum. decis. par.* 1. *tract.* 63. *num.* 40. Tondutus *de conten. jurisd. par.* 2. *c.* 4. *nu.* 12. Cancer. *part.* 1. *var. c.* 21. *nu.* 3. cum aliis per Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 4. *num.* 119. quapropter ab eis tamquam Judicibus appellari potest, Portoles *foro* 1. *nu.* 25. *in fine de compet. jurisd.* Sesse *decis.* 113. *nu.* 52. & 53. *lib.* 2.

24 Octavò, quia ab Arbitris ex necessitate statuti eligendis, quia potiùs Judices quàm Arbitri reputantur, appellari potest, *l. cum specialis*, ubi Bart. Bald. *not.* 3. Salicet. & Jason. *num.* 6. *C. de judi.* idem Jason. *in* §. *omnium nu.* 20. & 21. *de actionib.* Felin. *in c. fin. nu.* 11. & 12. *de senten. & re jud.* & alii plures quos refert Portoles 1. *nu.* 26. *de compet. jurisd.* Maranta *de ord. jud. par.* 6. *de appellat. num.* 272. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 259. Sesse *dec.* 113. *num.* 54. 55. 56. 57. 58. 61. & 63. & *decis.* 127. *num.* 8. *lib.* 2. Regens Leon *decis.* 2. *sub num.* 2. *libr.* 3.

25 Nonò, quia quamvis isti duo Arbitri competentiarum non sint subjecti uno superiori in temporalibus, sed unus Papæ, alter Regi, non videtur non esse interponendam appellationem propter incertitudinem ad quem appellandum sit; nam quando in aliquo causa deciditur per duos Judices unum Ecclesiasticum, & alterum laicum, appellatio facienda est ad Ecclesiasticum, tamquam digniorem, Felin. *in cap.* 1. *nu.* 6. *de præscrip.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 11. *nu.* 18. & 20. & *par.* 6. *de appel. num.* 392. & 393. cum aliis per Ambrosin. *de immu. Eccl. c.* 20. *n.* 6. Bardaxi *foro* 1. *nu.* 6. ubi Portoles *nu.* 25. *de compet. jurisd.* Narbona *l.* 20. *glo.* 22. *num.* 75. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Mattha *de jurisd. par.* 4. *casu* 118. *n.* 6. Trentacinquius *var. resol. lib.* 2. *de jud. resol.* 15. *nu.* 8. & 9. Scaccia *de appellat. quæst.* 8. *nu.* 101. Bobad. *in polit. l.* 2. *c.* 17. *num.* 93. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. c.* 21. *num.* 200. Bonacin. *in Bull. Cœn. disp.* 1. *qu.* 16. *punct.* 5. *num.* 20. Diana *resol. mor. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 54. & *par.* 7. *tract.* 10. *res.* 5. & *in sum. par.* 1. *verbo appellatio nu.* 11. & *par.* 2. *verbo Judex Ecclesiasticus num.* 16. Thomas del Bene *de immu. Eccl. tom.* 2. *cap.* 11. *dub.* 17. *num.* 11. & *de Parlament. dub.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 39. *subcorolo.* 15. *nu.* 6. *fol.* 176. Sesse *dec.* 113. *à nu.* 50. *l.* 1. per text. *in c. ab arbitris de off. deleg. in* 6.

Decimò, & ultimò, quia fori competentiarum Regni Aragonum post illorum editionem fuerunt observati sub spe confirmationis Romani Pontificis, & fuerunt confirmati cum clausula, dummodo recursus ad Sedem Apostolicam minimè impediatur, Bardaxi *foro* 1. *nu.* 8. *de comp. jurisd.* Sesse *de inhib. c.* 9. §. 1. *sub nu.* 32. & *latè dec.* 113. *à n.* 86. *versi. Tertio*, *ad nu.* 91. *l.* 2. 26

Sed his non obstantibus, contraria sententia est ve- 27
rior, à sententia Arbitrorum concordium in causis contentionum appellationem, supplicationem, seu recursum interponi non posse.

Primò, quia in Cathalonia sic disponit Regium pri- 28
vilegium Domini Regis Ferdinandi Secundi concessum statuto Ecclesiastico, dato in Villa de Almança 25. Aprilis 1496. *c.* 1. quod refertur *in pragm. primerament. 6. de conten. jurisd.* ibi: *Aldit dels quals arbitres en cas sien concordes se haja de star, è de aquells nos puga haver recurs algu.* Idem in Regno Sardiniæ disponit eadem Regia pragmatica de qua Regens Vico *l.* 2. *tit.* 51. *num.* 27. & 28. in Regno Aragonum sic disponit *forus* 1. *de comp. jurisdict.* ibi: *Y ala determinacion, y declaracion de los dichos arbitros, siendo concordes se aya de estar, no se pueda aver recurso alguno.* Sicque hoc casu non licet appellare ab eorum arbitrio, sed illi standum est, Bald. *cons.* 217. *nu.* 2. *ad medium*, *lib.* 4. Tuschus *pract. conclu. littera A. concl.* 475. *nu.* 3. Regens Leon *decis.* 2. *nu.* 5. *lib.* 3.

Secundò ex narrativa Bullæ Pii V. *relatæ ad litteram* 29
supra decis. num. 95. ibi: *Et ipsorum arbitrorum in simul concordantium determinationi omnino absque aliquo recursu deberet stari*, & ex narrativa Bullæ Gregorii XIII. *ad litteram relatæ dicta decis.* 7. *num.* 97. ibi: *Eorumdemque arbitrorum sic electorum si in simul convenirent ordinationi, omninò absque alio recursu omnes parerent;* quas quidem narrativas, plenè probare dixi *decis.* 3. *à num.* 39.

Tertiò, quia licèt à sententia qua Judex pronuntiat 30
se esse, vel non esse Judicem competentem appellari possit, *gloss. ulti. ad finem versi. Item quod si judex in authen. habita*, *C. ne filius pro patre*, ubi Bald. *nu.* 38. *l.* 2. *gloss. verbo sciatur. versi. Aut est dubium*, *ff. si quis in jus vocat. non jerit* Guido Papa *decis.* 10. *nu.* 1. Amat. *decis.* 15. Menochius *de adipiscen. posse. remed.* 4. *num.* 822. & 823. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *de nullitatibus*, *num.* 196. Gratianus *discep. foren. capit.* 74. *num.* 15. & *cap.* 76. *à num.* 1. Barbosa *in l.* 1. *art.* 3. *num.* 19. & 20. & *in l. si quis ex aliena.* 7. *num.* 89. *ff. de jud.* Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 49. *nu.* 21. & *quæst.* 156. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 97. *nu.* 58. & *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membro* 7. *à num.* 47. Salgado *de reg. protect. par.* 2. *cap.* 6. *à num.* 53. Cabal. *resol. crimin. casu* 208. *à num.* 8. Guazzinus *defen.* 36. *cap.* 4. *nu.* 22. sentit Cancer *par.* 3. *var. cap.* 17. *à num.* 148. Fermosinus *in cap. proposuisti*, *quæst.* 26. *num.* 23. *de foro competenti*, Tondutus *de præven. jud. part.* 2. *cap.* 38. *num.* 2. Sesse *de inhib. cap.* 5. §. 6. *num.* 87. Mattheu *de regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *nu.* 24. Suelves *cons.* 19. *num.* 6. *lib.* 3. Sanfelicius *decis.* 5. *à numer.* 1. & *decis.* 321. Merlinus *tom.* 2. *controv. juris cap.* 15. mille alios laudant Borell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 33. *à numer.* 313. *ad* 319. Vela *dissert.* 41. *numer.* 10. *tom.* 2. Quod procedit non tantùm eo casu, quo Judex 31
expressè se competentem, vel incompetentem pronuntiat, sed etiam quando tacitè per progressum ad ulteriora, ut docent præcitati Doctores, Guido Papa *numero* 5. Cevallos *utrobique*, Gonzalez *numer.* 195. Gratianus *cap.* 79. *nu.* 2. & 19. latè Tala *à num.* 12. *cum seq.* Scaccia *de appellat. à numer.* 51. Salgado *de reg. protect. par.* 2. *cap.* 1. *à nu.* 38. Cancer. *par.* 1. *cap.* 18. *num.* 41. Tondutus *de præven. jud. par.* 2. *cap.* 38. *à num.* 4. dummodò Judex aliquam funditùs habeat jurisdictionem; aliàs si omnimoda jurisdictione careat, quamvis expressè vel tacitè se Judicem competentem vel incompetentem pronuntiet, non est necessaria appellatio: Sed ejus Processus est ipso jure nullus, ut post alios docent Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membro* 7. *nu.* 52.

Salga-

Salgado *de reg. poteſt. par.* 2. *cap.* 18. *nu.* 21. Tondutus *de præven. jud. part.* 2. *cap.* 38. *num.* 1. Vela *diſſert.* 41. *num.* 21. *tom.* 1. Tamen quando Judex tertius pronun-
32 ciat, cujus ſit juriſdictio, appellari non poteſt. Quia præſumendum, & vero ſimile eſt, quòd unus Judex ita benè, ſicut alius judicabit, & parti modicum intereſt, cui eorum Judicum juriſdictio adjudicetur, & ideo conveniens eſt à tali declaratione appellationem non admitti, ita affirmavit omnium primus Innocentius *in cap. Paſtoralis nu.* 3. *&* 8. *de reſcriptis*, quem ſequuntur, & laudant Angel. *in l.* 2. *nu.* 2. Fulgoſius *nu.* 12. Jaſon. *num.* 38. Curtius Junior *nu.* 24. *ff. ſi quis in jus vocat. non ierit*, Bald. *in cap. Paſtoralis*, *num.* 10. *de reſcrip.* quos & alios citat Portoles *foro* 1. *nu.* 27. *de compet. juriſdict.* Seſſe *deciſ.* 113. *nu.* 26. *à nu.* 126. *lib.* 2. *& de inhibit. cap.* 9. §. 2. *num.* 27. Suelves *conſ.* 19. *num.* 7. *lib.* 3. Regens Leon *deciſ.* 2. *num.* 3. *libro* 3. Sanfelicius *deciſ.* 5. *nu.* 6. Tondutus *de præven. jud. par.* 2. *cap.* 38. *nu.* 8. *&* 9. Et licèt hæc ratio ab aliquibus impugnetur,
33 de quibus meminit Bardaxi *foro* 1. *num.* 5. *verſi. Præterea de compet. juriſd.* prætextu relato per Seſſe *dec.* 113. *num.* 127. *lib.* 2. Tamen certum eſt poſſe Regias pragmaticas, foros & practicam horum Regnorum ſecurè approbare opinionem ſibi magis utilem, & magis occurentem litigiis, & per quam iſta regna in majori quiete conſervantur, ut ſcilicet ab hujuſmodi Arbitris concordibus non poſſit appellari, ita Portoles *foro* 1. *num.* 27. *in fine de compet. juriſd.* Seſſe *deciſ.* 113. *num.* 128. *lib.* 2. Suelves *conſ.* 16. *num.* 7. *lib.* 3. Regens Leon *deciſ.* 2. *nu.* 4. *lib.* 3.

34 Quartò, quia ſecundùm veriorem ſententiam, ab Arbitris ex neceſſitate juris eligendis appellari non poteſt, Bart. *in l.* 1. *per illum tex. ff. de recop. arbi. & in l.* 2. *in fine ff. eod.* & alii plures quos citat Portoles *foro* 1. *nu.* 28. *de compet. juriſd.* Suelves *conſ.* 19. *num.* 8. *lib.* 3. Seſſe *dec.* 113. *à nu.* 126. Ramirez *de lege Regia*, §. *nu. ſub nu.* 5. Regens Leon *deciſ. nu.* 4. *lib.* 3.

35 Quintò, quia Arbitri contentionum eamdem juriſdictionem habent ad declarandam contentionem intra quinque dies, quam habet Cancellarius (ſi Arbitri diſcordent, ſeu non declarent) intra triginta dies: & eamdem vim habet ſententia Arbitrorum intra tempus præfixum, quam habet ſententia Cancellarii, *ut probant pragm. primerament. de conten. juriſd. forus* 1. *de compet. juriſd.* & ponderat Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 14. ſed à ſententia Cancellarii non appellatur, ſupplicatur, nec recurritur, *ut infrà à nu.* 53. ergo nec à ſententia Arbitrorum conformium.

36 Sextò, quia contentio in totum eſt finita per declarationem Arbitrorum conformium, taliter quòd ſuper ea non poteſt firmari nova contentio, *ut dixi dec.* 12. *nu.* 49. ergo nec ab ea appellari poteſt, ita Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *nu.* 13.

37 Septimò, quia iſti duo Arbitri non ſunt ſubjecti uno ſuperiori in temporalibus, ſed unus Papæ, alter Regi, quo caſu non procedit *c. ab Arbitris de off. deleg. in* 6. & cum ſub incerto eſſet appellandum, cum reſpectu Arbitri ſæcularis non poſſit appellari ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ſed ad Regem, *l. fin. C. de judic.* reſpectu autem Arbitri Eccleſiaſtici nequaquam poſſit appellari ad Regem, ſed ad Papam, *c. ab Arbitris ff. de off. deleg. in* 6. meritò propter hanc incertitudinem, videtur appellationem non interponi, & quia per appellationem rediret res ad unum ex Judicibus intereſſatis, ad quod evitandum fuit à pragmatica, foro & conſtitutione introductum, ut non ipſi Judices intereſſati, ſed Arbitri ab eis electi cognoſcerent, ut ingeniosè advertit Ludovicus Caſſanate *in diſcurſu eleganti in hac materia pro Regno Aragonum facto*, Seſſe *deciſ.* 113. *nu.* 129. *lib.* 2.

38 Octavò, & ultimò, in noſtris propriis terminis, quòd à ſententia Arbitrorum conformium in cauſis contentionum non detur appellatio, ſupplicatio, aut recurſus, tenent ex Cathalanis Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 13. *par.* 3. *nu.* 7. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinen. rub.* 11. *nu.* 13. 14. *&* 2. 5. Ramon. *conſ.* 64. *nu.* 8. *verſi. Sic videmus*, Oliba *de jure Fiſci*, *cap.* 11. *ſub nu.* 20. Peguera *in pract. crimin. cap.* 26. *n.* 7. *verſic. Et primo probatur* Ex Aragonenſibus Portoles *foro* 1. *à nu.* 25. *ad* 30. *de compet. juriſd.* Seſſe *deciſ.* 113. *à num.* 126. *ad* 130. *lib.* 2. *& de inhibit. cap.* 9. §. 2. *a numer.* 25. Molinos *in pract. jud. Reg. Arag. titu. proceſſo de competentia de juriſd. fol.* 334. *col.* 1. *verſi. Demanera*, Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *nu.* 5. *in fine*. Ex Sardis Regens Vico *ad pragm. Regim. Sardin. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 28. *ubi glo. in prin. fol.* 586.

Ad primum argumentum reſpondetur, quòd appel- 39 47
latio in omni caſu eſt permiſſa; niſi expreſsè reperiatur prohibita, Surd. *deciſ.* 36. *nu.* 2. Riccius *deciſ.* 107. *nu.* 1. *par.* 1. Fontanella *deciſ.* 403. *nu.* 17. *par.* 2. Farinacius poſt alios *in prax. par.* 3. *quæſt.* 101. *num.* 1. cum relatis per Valenzuel. *conſ.* 195. *num.* 1. *to.* 2. Mattheu *de regimine Regni Valentiæ*, *tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *nu.* 22. Caſtillo *de alimentis*, *to.* 8. *cap.* 8. *nu.* 8. Barboſa *in cap. ut debitus*, *nu.* 13. *de appellat.*

Ad ſecundum reſpon detur, verius eſſe ſtatuta prohi- 40
bentia appellationem ob communem utilitatem, & bonum publicum, ut litium & judiciorum ſtrepitus ceſſent, valida eſſe, Barzius *deciſ.* 44. *nu.* 13. *&* 14. Seſſe 48
deciſ. 91. Monter. *deciſ.* 8. *nu.* 22. Portoles *foro* 8. *num.* 43. *de compet. juriſd.* Ramon noſter *conſ.* 64. *nu.* 8. *verſic. Hinc eſt*, Ramirez *de lege Regia*, §. 29. *num.* 26. 49
Suelves *conſ.* 13. *num.* 5. *lib.* 1. *& alios laudat*, *conſ.* 22. 50
num. 15. *lib.* 3. Covar. *practicar. cap.* 23. *num.* Farinacius *in praxi par.* 3. *quæſt.* 101. *num.* 95. *& conſ.* 85. *littera*, *B.* Xammar. *de off. judic. par.* 1. *quæſt.* 9. *nu.* 183. 51
& alii per Borell. *in ſumma deciſionum*, *tom.* 2. *tit.* 33. *n.* 1221. Buccaron. *differ.* 198. *nu.* 20. Et ſic legimus plura 52
jura tam Canonica, quàm civilia, quæ in aliquibus 41
caſibus appellationem interdicunt, quæ referunt Covar. *pract. cap.* 23. *numer.* 6. Valenzuela *conſ.* 195. *num.* 24. Ramirez *de lege Regia*, §. 29. *num.* 26. *littera*, *E.* Et plura ſtatuta in Orbe, quæ appellationem prohibent, 42
& valida eſſe dixerunt Clar. §. *fin. quæſt.* 94. *num.* 3. *verſic. Cæterum*, ubi Bajard. *à num.* 30. *&* *à nu.* 43. Boſſius *tit. de appellat. num.* 7. Covarr. *pract. cap.* 23. *numer.* 6. 53
Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 62. Farinac. *par.* 1. *quæſt.* 101. *à nu.* 95. *& conſ.* 85. *littera*, *B.* Regens Leon *deciſ.* 197. *lib.* 2. Monter. *deciſ.* 8. *num.* 23. Cabal. *reſol. crimin. caſu* 110. *nu.* 19. Seſſe *deciſ.* 91. *nu.* 39. *&* 40. *de-* 54
ciſ. 416. *à nu.* 13. Ramirez *de lege Regia*, §. 29. *nu.* 26. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 17. *nu.* 155. Fontanella *deciſ.* 120. *par.* 1. Barboſa *voto* 4. *à num.* 67. *lib.* 1. Et plures caſus in quibus eſt prohibita appellatio, laudant Peguera *in pract. civil. rub.* 27. *à num.* 26. Portoles 43
§. *appellatio à nu.* 3. Farinac. *in prax. par.* 3. *quæſt.* 101. *à num.* 44. Guazzin. *defen.* 36. *cap.* 4. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 27. *num.* 155. Carroccius *excep.* 44. *per totam*, Borell. *in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 33. remiſſivè 55
Fontanella *deciſ.* 120. *num.* 18. *part.* 1. Fachineus *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 74. *cum ſeq.* Tuſchus *pract. conclu. littera A concl.* 432. Jul. Chartar. *deciſ.* 70. *à numero* 19. Bobad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 3. *à numer.* 82. Barboſa *voto* 4. *à numer.* 50. *lib.* 1. Pichard. *in manuduc. ad prax. part.* 4. *præcept.* 1. *num.* 7. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 31. ubi Ayllon. Laynez *num.* 32. Barboſa *in cap. ut debitus*, *num.* 14. *de appellat.* Siquidem Princeps non recogno- 44
ſcens ſuperiorem poteſt ſuis legibus prohibere appellationem, & aliquando convenire Reipublicæ appellationem, ſuis legibus tollere propter negotiorum qualitatem, quæ non patitur juxta Reipublicæ benè inſtitutæ utilitatem executionem ſententiæ appellatione poſtpoſita impedire, Covar. *pract. cap.* 23. *num.* 6. Portoles *foro* 1. *num.* 43. *de compet. juriſdic.* Valenzuela *conſ.* 195. *numero* 23. *tomo ſecundo*, Ramon noſter *conſ.* 64. *numero* 8. *verſic. Hinc eſt*, Pareja *de inſtrum. edit. tomo* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpecie* 4. *numero* 314. Barboſa *voto* 4. *à num.* 80. *lib.* 1. Borell. *in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 33. *à numero* 1212.

Ad tertium, & quartum reſpondetur, quòd cum 45
pragmaticæ fori & conſtitutiones ſint conditæ ut litium, & judiciorum ſtrepitus ceſſent, meritò ſi à noſtris Arbitris contentionum concordibus appellatio, ſupplicatio, reclamatio, recurſus; ſeu reductio non admittatur, Oddo *de reſt. in integ. par.* 1. *quæſt.* 32. *nu.* 23. Portoles *foro* 1. *à nu.* 25. *ad* 42. *de comp. juriſd.* Seſſe *deciſ.* 113. *à numer.* 25. *ad* 42. *lib.* 2. Nam ubi appellatio 46
removetur ab ſtatuto ad evitandas lites, cenſetur etiam remota ſupplicatio, *gloſſ. in l. fin. C. ut lite pendente*, Jaſon.

Jason. *in authent. quæ supplicat. nu. 6. C. de præcib. Imp. offeren.* Decius *in l. fin. num. 50. C. eodem*, Surd. *decis. 36. num. 22.* & quodlibet aliud remedium, Fontanella *decis. 120. nu. 20. & 21. par. 1.* Ramon noster *cons. 64. nu. 9.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 27. nu. 159.* Suelves *cons. 22. nu. 14. lib. 3.*

47 Ad quintum respondetur, quòd quamvis in eo deducta verissima sint, tamen Judices talia statuta observantes non peccant, si ipsi sincero corde credunt eorum observantiam Reipublicæ necessariam, & salutarem fore, ita Navar. *in manuali cap. 27. nu. 119. versic. Si vero*, sequitur Portoles *foro 1. nu. 47. de compet. jurisd.* ubi refert aliquos Doctos simul & pios viros ita censisse, Fontanella *decis. 201. num. 15. par. 1. & de pactis nup. to. 1. clau. 4. glo. 13. par. 3. nu. 7.* præmaximè quia constitutiones, & pragmaticæ competentiarum fuerunt à Sede Apostolica approbatæ, & confirmatæ, ut dixi *decis. 7. per totam.*

48 Ad 6. respondetur ex his, quæ dixi *numero 30. 31. 32. & 33.*

49 Ad septimum, & octavum respondetur ex his, quæ dixi *numero 34.*

50 Ad nonum respondetur ex his, quæ dixi *nu. 37.*

51 Ad decimum benè respondet Sesse *decis. 113. à num. 193. ad 197. lib. 2.*

52 Unum in his non omittas, quòd licèt de jure Arbitri ad contentionem, seu competentiam electi si malè judicaverint, possint accusari, & puniri, ex quo pars succumbens absque ullo remedio permanet, cum ab eis concordibus recursus denegetur, Rebuf. *tom. 3. tit. de arbitris, art. 1. glo. 7. nu. 2. fol. 201. & 202.* Vix tamen crederem, quòd in his Regnis accusans obtineret, ut notat Portoles *foro 1. nu. 29. de comp. jud.*

53 Ad secundam deveniens, an à sententiis, & declarationibus Cancellarii detur appellatio, supplicatio, aut recursus ad suam Sanctitatem, seu ad suam Regiam Majestatem? jam vidisti in superioribus fundamenta utriusque opinionis; quæ huic applicantur. Sed pro negativa, quæ certissima & verissima est, & nullum ex nostris inveni contradictorem, quòd ab illis non liceat supplicari, appellari, vel recurri, sed præcisè sit eis standum, probatur ex sequentibus fundamentis.

54 Primò, quia sic expressè disponit Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, *cap. 4. relata suprà decis. 4. nu. 15.* ibi: *Et ejus decisioni pareatur sub pœna quingentorum morabatinorum*, quæ quidem fuit facta auctoritate Sedis Apostolicæ, dixi *decis. 4. à nu. 7.* & pluribus Bullis Pontificiis confirmata, tradidi *decis. 9. à nu. 83.*

55 Secundò, quia in Cathalonia sic cavetur in Regio privilegio Domini Regis Ferdinandi Secundi concesso stamento Ecclesiastico, dato in Villa de Almanca 25. Aprilis 1596. *cap. relato in pragmat. primerament. 6. de content. jurisd.* ibi: *Y en tal caso se haje de star, al que, al dit Canceller serà vist*, & in Regno Aragonum sic cavetur *in foro 1. de compet. jurisd.* ibi: *Y no puedan tener recurso alguno de la declaration por el dicho Canceller hecha.* De Regno Valentiæ probat Regia Epistola scripta Marchioni Carassenæ Regni Proregi 7. Februarii 1612. de qua Regens Leon *decis. 208. num. 25. in fine lib. 2.* & in Regno Sardiniæ sic cavetur in Regiis pragmaticis relatis per Regentem Vico *lib. 1. tit. 11. cap. 12. in fine, & lib. 2. tit. 51. num. 27. & 28.* & in Regia Epistola scripta Archiepiscopo Calaritano, data en el Pardo 1. Decembris 1610. *quæ est in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ, fol. inferiori* 304. & in alia Regia Epistola scripta Archiepiscopo Calaritano, data en San Lorenco el Real 23. Julii 1611. *de qua pariter in eodem libro Gubernii folio inferiori* 308. & in alia Regia Epistola scripta Episcopo Ussellen. Data Matriti 10. Aprilis 1650. *de qua in libro Regiarum Epistolarum Regiæ Audientiæ Sardiniæ, fol. 289.*

56 Tertiò ex narrativa Bullæ Pii V. *relatæ supra decis. 7. numero 95.* ibi: *Cujus declarationi, & determinationi tam per Judices contendentes, quàm per partes stari debeat, & non possent aliquem recursum habere à declaratione dicti Cancellarii*, & ex narrativa Bullæ Gregorii XIII. *relata suprà decis. 7. numero 97.* ibi: *Cujus Cancellarii sententia, & decreto Judices inter se contendentes, & collitigantes præcisè stare deberent, ita ut non possent à sententia, & declaratione Cancellarii prædicti ad aliquem alium recursus habere*, quas quidem narrativas plenè probare tradidi *decis. 3. numero 39.*

Quartò, quia Cancellarius judicat causas contentionum secundùm Deum, & suam conscientiam, ut probavi *decis. 24. nu. 9.* & quando conscientiæ alicujus aliquid committitur, ejus dicto fides adhibenda est, ut tradit post alios Mascard. *de probat. conclu. 414. num. 1.* 57

Barbosa *voto 4. numer. 36. lib. 1.* Et non potest moveri quæstio, utrùm benè, vel malè fecerit, *gloss. verbo relinquatur in cap. statutum*, §. *Assessorem de rescript. in 6.* Bald. *in l. 2. num. 11. C. de senten. ex brevil. recitand.* cum relatis per Mascard. *de probat. conclus. 414. num. 2.* Roman. *cons. 27. sub num. 3. in fine*, Sanchez *de matrimon. libr. 3. disputat. 10. numero 13.* Barbosa *voto 4. num. 36. lib. 1.* Ita ut probatio contraria non admittatur, *cap. statutum*, §. *Assessorem*, *glos. verbo relinquatur*, *de rescrip. in 6.* Menochius *de arbitr. jud. quæst. 70. nu. 8.* Portoles §. *evocatio*, *nu. 37.* Nec datur appellatio, neque reductio ad arbitrium boni viri, *glo. verbo relinquatur in dicto cap. statutum*, §. *Assessorem de rescrip. in 6.* quam dicit singularem Castren. *in l. de pupillo*, §. *qui opus*, *numero 2. ff. de novi oper. nuntiat.* Jason. post alios *in l. quod quis nu. 4. C. de Procurat.* Roman. *cons. 27. sub num. 3. in fine*, Rota *decis. 18. num. 3. de concess. præben.* Cephal. *cons. 89. numero 14. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. *4. glo. 1. numer. 11.* Maranta *de ordin. jud. p.r. 6. de appel. num. 363.* Tuschus *pract. conclus. littera A. concl. 402. num. 32.* Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 47. num. 27.* Covar. *lib. 2. var. cap. 12. num. 5.* Menochius *de arbit. jud. quæst. 70. numer. 8.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 97. num. 62. in fine*, Mascard. *de probat. conclus. 414.* Lancellot. *de attentatis par. 2. cap. 12. limit. 10.* Carroc. *excep. 44. numer. 162.* Barbosa *voto 4. num. 55. lib. 1.* Gambacurta *de immun. Eccles. lib. 6. cap. 20. num. 2.* Borell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 33. num. 528.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 16. dubit. 43. sect. 2 nu. 6.* Bardaxi, *foro 1. num. 16. versic. Itaque*, Portoles *num. 41. versic. Item operantur de competen. jurisdic.* Thoro *in compend. decis. par. 3. sect. 1. verbo appellari an possit, col. 3. versi. Cumque, fol. 45.* Suelves *cons. 19. numer. 9. lib. 3.* Ramon noster *cons. 64. sub numero 7.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 10. num. 13.* Siquidem quando aliquid committitur conscientiæ alicujus, nihil aliud est quàm facultatem ipsi tribuere declarandi, quæ in voluntate sua sunt, quæ ab alio quam à Deo optimo maximo cognosci non possunt, ut dixi *decis. 24. numer. 17.* Ac proindè non datur appellatio, quia superior non potest conscientiam inferioris immutare, Bald. *in l. 2. numero 2. versic. Scias tamen, C. de senten. ex brevil. recit.* Covar. *var. lib. 2. cap. 12. numero 3. versi. Et ab eo*, Scaccia *de appellat. quæst. 17. limit. 15. num. 4.* Barbosa *voto 4. nu. 60. lib. 1. & de jure Ecclesiast. univer. lib. 1. cap. 33. nu. 77.* Monter. *decis. 7. nu. 3.* 58 59 60 61

Nec obstat, quòd à judicio conscientiæ, & si appellari non possit, detur recursus ad superiorem, *gloss. in Clement. 1. verbo oneramus de jure patron.* quam sequuntur multi, quos refert Romanus *cons. 27. num. 3. littera D.* Lancellot. *de attentat. par. 2. cap. 12. limitat. 10. num. 16.* Carroc. *excep. 44. numer. 170.* Sanchez *de matrimon. libro tertio, disput. 10. numero 13. versic. Posterior.* Saltim per viam supplicationis, & misericordiæ, Bellamera *decis. 18.* cum relatis per Carroc. *excep. 44. numer. 170. in fine*, alios plures laudat Sanchez *de matrim. libro tertio, disput. 10. num. 15.* Barbosa *in Clement. 1. numer. 11. de jure patron. & voto 4. num. 5. in fine, libro primo*, Lancellot. *de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 10. num. 9. & 10.* quo ad effectum devolutivum; secus quoad effectum suspensivum, Bellamera *decis. 18* plures Sanchez *de matrimon. libro 3. disput. 10. num. 16.* cum aliis per Carroc. *excep. 44. numero 162.* Lancellot. *de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 10. num. 5. 9. & 10.* Maximè quando non absolutè conscientiæ alicujus quid committitur, sed apponitur simul aliquod verbum respiciens justitiam, veluti si dicat conscientiæ tuæ, nam datur appellatio, Franch. *in cap.* 62 63 64

statu-

ſtatutum, §. *Aſſeſſorem nu.* 6. *in fine*, *de reſcript. in* 6. Lancellotus *de attentat. par.* 2. *cap.* 10. *limit.* 10. *nu.* 11. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 10. *nu.* 18. Carroc. *excep.* 44. *nu.* 167. Salgado *de reg. protect. par.* 3. *cap.* 13. *nu.* 4.

65 & 47. Barboſa *voto* 4. *ſub n.* 47. *lib.* 3. Et admittitur probatio in contrarium, quia licèt præcipiatur conſcientiæ alicujus ſtandum eſſe, nihilominus contrarium probari poteſt, ut tradit poſt alios Portoles, §. *evocatio*, *numero* 45.

66 Quia argumentum procedit in rebus maximi præjudicii; ſecus in rebus modici præjudicii, ita quòd opinio negans appellationem procedat in rebus modici præjudicii, & opinio admittens appellationem intelligatur in rebus magni præjudicii, Bald. *in l.* 1. *nu.* 3. *C. de reb. cred.* plures citat Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 4. *glo.* 1. *ſub nu.* 11. cum relatis per Maſcard. *de probat. concl.* 414. *nu.* 7. 8. & 9. Carroc. *excep.* 44. *nu.* 170. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 10. *num.* 17. Lancellotus *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 10. *num.* 6. & 13. Monter *deciſ.* 8. *num.* 40. (& declaravit noſter Senatus, etſi non expreſſo motivo, quia non ſolet ponere in declarationibus altercatorum, in cauſa inhabilitationis Honofrii Stalella ad officium Chirurgi ſuper exceptione in dilatoriæ oppoſita per Syndicum Collegii Chirurgorum Civitatis Barcinonæ, proviſione facto verbo facta 11. Julii 1659. per litteratiſſimum Raphaelem Viloſa, actuario Cortes, in qua fuit cauſa admiſſa, ex quo viſa fuit magni præjudicii, & exceptio rejecta,) quidquid aliter explicet Gambacurta *de immun. Eccleſ. libro ſextò*, *capite* 20. *numero* 5. hoc tamen judicium competentiarum leviſſimi præjudicii eſſe tradidi *hac deciſ. numero* 32.

67 Quintò, quia Cancellarius judicat cauſas contentionum ſicut vult ſecundùm ſuum arbitrium, ut dixi *deciſ.* 24. *num.* 17. Et quando aliquid committitur arbitrio alicujus, appellatio non datur, *gloſſ. in l.* 3. §. 2. *verſi. Bonum*, *ff. de recep. arbit.* Bart. *in l.* 1. *nu.* 18. *ff. de legat.* 2. Boer. *deciſ.* 284. *num.* 17. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *num.* 3. *ad medium*, Menochius, *de arbi. jud. quæſt.* 70. *à nu.* 7. *ad* 12. Granut. *theorem.* 3. Magon. *deciſ. Lucen.* 42. *nu.* 21. & *deciſ.* 43. *nu.* 30. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 27. Giurba *deciſ.* 21. *num.* 4. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 170. *num.* 6. Borell. *in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 33. *à num.* 116. Scaccia *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 15. *à prin.* Guazzin. *defen.* 36. *cap.* 7. *nu.* 1. Fontanella *deciſ.* 133. *num.* 17. *part.* 1. Ramon noſter *conſ.* 64. *num. ſeptimo*, *verſic. Quod autem*, cum aliis pluribus per Carroccium *excep.* 64. *numer.* 117. & 118. Barboſa *voto* 4. *à num.* 55. *lib.* 1. *de jure Eccleſ. univer. par.*

68 1. *cap.* 33. *num.* 77. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 1. *verbo appelliari an poſſit*, *col.* 4. *in fine*, *verſic. Ex quibus*, *fol.* 45. Nec poteſt redargui, nec reprehendi de eo quod fecit, Ludoviſ. *deciſ.* 106. *nu.* 2. Magon. *deciſ. Lucen.* 43. *n.* 30. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 10. *nu.* 142. latè Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *à num.* 71. Fontanella *deciſ.* 65. *num.* 9. & 10. *part.* 1. Menochius *de arb. jud. quæſt.* 70. Monter. *deciſ.* 7. *num.* 3. Berart. *in ſpecu. viſit. c.* 25. *nu.* 24.

69 Et quamvis non deſint contradictores, ut appellatio in arbitrariis admittatur, quos referunt Menochius *de arb. jud. quæſt.* 70. *à n.* 1. *ad* 6. Farinac. *in prax. par.* 1. *qu.* 17. *n.* 26. Maranta *de ord. jud. par.* 6. *de appellationibus*, *nu.* 364. Guazzin. *defen.* 36. *cap.* 7. *nu.* 2. Borrell. *in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 33. *à nu.* 518. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 1. *nu.* 63. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 10. *num.* 12. & 19.

70 Vel ſaltem recurſus ad ſuperiorem, Boer. *deciſ.* 284. *numer.* 20. Menochius *de arbitr. jud. quæſt.* 70. *à num.* 20. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæſt.* 17. *nu.* 32. & 33. Barboſa *voto* 5. *nu.* 79. *lib.* 1.

71 Procedit contradictio in rebus magni præjudicii, ſecus in rebus parvi præjudicii; nam in iſtis, nec appellatio, nec recurſus datur in arbitrariis, Bald. *in l.* 1. *nu.* 3. *verſi. Sed pone*, *C. de reb. cred.* Boer. *deciſ.* 289. *n.* 28. cum aliis pluribus per Farinac. *in prax. par.* 1. *qu.* 17. *n.* 31. Granut. *theoremat.* 3. *in fine*, Carroc. *excep.* 44. *n.* 119. Barboſa *voto* 2. *n.* 58. *in fine*, & *n.* 95. *lib.* 1. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 77. Guazzin. *defen.* 36. *cap.* 7. *nu.* 4. & hoc judicium competentiarum leviſſimi eſſe præjudicii dixi *numero* 32.

Sextò, quia Cancellarius procedit ſola facti veritate 72
inſpecta ſine ſtrepitu, & figura judicii, non diſputat de apicibus juris, neque obſervat ſolemnitates judiciorum, ut tradidi *dec.* 24. *n.* 11. 12. 13. & 14. in quibus caſibus non conceditur appellatio, imò reputatur inutilis, frivola, & ſpernenda, Jaſon. *conſ.* 162. *lib.* 4. Maranta *de ord. jud. par.* 6. *de appellat. nu.* 330. Lancellot. *de attentatis*, *par.* 3. *cap.* 28. *num.* 56. 65. & 69. Scaccia *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 26. *nu.* 8. Cornazan. *deciſ. Lucen.* 193. *nu.* 5. Barboſa *voto* 4. *nu.* 65. *lib.* 1. Carroc. *excep.* 44. *nu.* 133. Sanchez *in præcep. decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 106. Ramon noſter *conſ.* 64. *nu.* 8. & 10.

Septimò, quia per declarationem, & ſententiam 73
Cancellarii contentio eſt in totum finita, adeò ut ſuper ea nova contentio firmari non poſſit, ut dixi *deciſ.* 12 *n.* 50. ergo nec ab ea appellari poteſt, ita à contrario argumentatur Ripoll. *loco ſuprà citato*, *nu.* 36.

Octavò, quia ſententia Cancellarii æquiparatur ſen- 74
tentiæ Arbitrorum, ut colligitur *ex pragmat.* 6. *de conten. juriſd.* Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *n.* 14. Sed à ſententia Arbitrorum conformium non appellatur, nec recurritur, ut latè probatum remanet *à nu.* 27. ergo nec a ſententia Cancellarii.

Nonò, quia in noſtris propriis terminis, quòd à ſen- 75
tentiis Cancellarii in cauſis contentionum non ſit licitum appellari, ſupplicari, aut recurri, docent ex Cathalanis Oliba *de jure Fiſci. cap.* 11. *ſub nu.* 20. Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *verſi. Primò*, Ramon. *conſ.* 64. *nu.* 8. *verſi. & ſic videmus*, Berart. *in ſpecu. viſit. cap.* 10. *nu.* 16. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 17. *in fine*, Ripoll. *de regal. cap.* 11. *nu.* 9. & *in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 27. *nu.* 135. & *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 11. *num.* 14. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 13. *par.* 3. *nu.* 7. & *deciſ.* 314. *nu.* 1. & *deciſ.* 319. *nu.* 11. *par.* 2. Ex Aragonenſibus Bardaxi *foro* 1. *ſub nu.* 8. & *num.* 16. *verſi. Dicitur*, ubi Portoles *à num.* 42. *de compet. juriſd.* idem Portoles *poſt foros competentiarum*, *quæſt.* 13. *per totam* Eſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à nu.* 23. *ad* 30. & *latius deciſ.* 113. *à nu.* 126. *lib.* 2. Suelves *conſ.* 19. *à nu.* 6. *lib.* 3. Molinos *in pract. judi. Regni Aragon. titu. proceſſo de compet. juriſdicion. fol.* 334. *col.* 2. *in fine*, *verſic. Y de la ſententia*, Ramirez *de lege Regia.* §. 2. *nu.* 10. eruditè Caſſanate *in reſponſo contra Joannem Baptiſtam Spinola*, Urrutigoyti *in Paſtor. regul. par.* 1. *clau.* 10. *nu.* 3. Ex Valentinis Regens Leon. *deciſ.* 208. *à nu.* 20. *tom.* 2. Mattheu *de regim. Reg. Valen. to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4. *nu.* 134. Ex Sardis Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 11. *cap.* 12. & *lib.* 2. *tit.* 51. *nu.* 12. *verſi. Y aunque*, & ibi *glo. marginaria*, & *nu.* 28. ubi *glo. marginaria*. Illuſtriſſimus Dominus Vice cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valduara *obſerv.* 63. *nu.* 34. *par.* 2.

Decimò & ultimò, quia ſic obſervatum, & practi- 76
catum fuit in Regno Aragonum in cauſa Sebaſtiani de Arvas, ut teſtatur Bardaxi *foro* 1. *nu.* 8. *verſi. inſuper vidi*, *de compet. juriſdict.* & *in foro unico*, *nu.* 20. *de his qui ad Eccleſ. confug.* Portoles *foro* 1. *nu.* 8. *de compet. juriſdict.* & *quæſt.* 13. Eſſe *deciſ.* 113. *nu.* 86. *tom.* 2. Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *num.* 10. *de qua latius infrà nu.* 85. Similiter in proceſſu contra perſonam Baroniſſæ de la Luguna referunt Portoles *foro* 1. *num.* 48. *de compet. juriſdict.* Eſſe *deciſ.* 113. *num.* 187. *tom.* 2. pariter in cauſa ſuper juris firma Hieronymi de Muel, quæ fuit ipſi denegata in Curia Juſtitiæ Aragonum 6. Julii 1568. docent Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *nu.* 10. Eſſe *deciſ.* 113. *num.* 187. *tom.* 2. & licèt poſtea anno 1569. ob illam denegationem fuiſſet denuntiatus eruditiſſimus Didacus Morlanes qui illius juris firmæ relator erat, nihilominus per decem & ſeptem judicantes abſolutus extitit, ut refert Portoles *foro* 1. *numero* 54. *de compet. juriſdict.* per rationes per eumdem Portoles ibidem adductas *à numero* 50. Rurſus ſic fuit obſervatum in cauſa Franciſci Romeu Clerici in minoribus, filii cujuſdam mercatoris Cæſarauguſtæ, cum à ſententia Cancellarii appellaſſet, & iſta fuiſſet commiſſa Epiſcopis Oſcæ, & Segurbii: Joannes Baptiſta Caſtaneus Epiſcopus Roſſanenſis Nuntius Apoſtolicus, qui poſtea ad ſummum Pontificatum electus fuit nominatus Urbanus, quia illi conſtitit de foris,

& Re-

& Regni consuetudine, hujusmodi commissiones revocavit, ut testantur Sesse *decis.* 113. *num.* 7. Suelves *consil.* 19. *num.* 10. *lib.* 3. Portoles *foro* 1. *num.* 55. ubi Bardaxi *num.* 8. *vers. Et ita vidi super de compet. jurisd.* cujus revocationis tenor est insertus suprà *decis.* 7. *num.* 83. similem revocationem fecit Pius Papa V. suo Brevi Apostolico Dat. Romæ sub annulo piscatoris 12. Maii 1571. ut referunt Sesse *dec.* 113. *num.* 8. *& sub num.* 187. *tom.* 2. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 10. *in fine*, Regens Leon *dec.* 208. *num.* 28. *tom.* 2. & refertur *suprà dec.* 7. *num.* 95. & quamvis Joannes Baptista Spinosa à sententia Cancellarii ad Nuntium appellasset, ejusque appellatio ab ipso Nuntio fuisset admissa, & deinde prosecuta coram Nicolao Benigno ipsius Nuntii in ea causa delegato, ut tradit Sesse *dec.* 113. *nu.* 96. *in fine tom.* 2. tamen contra illum eruditè scripsit Ludovicus Cassanate *in suo responso*, facilemque habet solutionem juxta vetus proverbium, unam arundinem non facere ver, ut meminit Erasmus *Chiliad.* 1. *cent.* 8. *adag.* 94. quod ad Divi Epiphanii factum respondit Divus Damascenus agens adversùs Iconomachos, refert Gabriel Vasquez. *in* 3. *part. Divi Thomæ tom.* 1. *disp.* 105. *capite* 3. *num.* 18. & ad exemplum Hieronymi Cortes Novitii Ordinis Militaris Alcantarensis de quo Bobad. *in Polit. lib.* 2. *capite* 19. *num.* 17. sic respondit Carleval. *de judic. lib.* 2. *disp.* 2. *num.* 443. & contra illud exemplar, prævalent plura exemplaria à nobis proximè adducta, ut ait Carleval. *ibidem*, fundata in jure & Bullis Apostolicis, præsertim quia ibi fuit protestatum de nullitate processus, & cum esset materia, quæ pendebat à potestate protestantis, valuit protestatio, & actus fuit vitiosus, ita Sesse *dec.* 113. *num.* 197. *versic. Nec obstat illud, tom.* 2.

77 De practica, & observantia principatus Cathaloniæ testatur Fontanella *de pact. nup. tomo* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *num.* 7. *in fine*, ubi refert vidisse de anno 1609. quoddam rescriptum Apostolicum, quo licèt causa appellationis cujusdam gravissimi viri hujus Provinciæ interpositæ à quadam sententia contra eum per Regium Cancellarium lata super immunitate Ecclesiæ committebatur cognoscenda & examinanda quibusdam probis viris in dignitate constitutis : tamen non fuisse præsentatum, nec executioni demandatum. Quia apparuit consulentibus hujus Egregii Viri, prædictum rescriptum non caruisse vitio surreptionis, vel obreptionis commisso culpa Procuratoris in Romana Curia, qui illud impetraverat, & aliàs quia non oportere quòd tale quid ipsum tentasse unquam appareret, seu apparere posset, de quo casu etiam meminit idem Fontanella *decis.* 582. *num.* 3. *part.* 2. ubi addit, quòd iste vir fugiens à carcere, postea meruit gratiam & indultum à sua Regia Majestate obtinere.

78 De Regno Sardiniæ cum Promotor Fiscalis Calaritanus appellasset de anno 1610. ad Sedem Apostolicam à declaratione Cancellarii facta super dubio in causa Michaelis Suarez, Archiepiscopus Calaritanus omnes scripturas ad hæc spectantes de medio sustulit, ut constat ex Regia Epistola, Data Matriti 23. Julii 1611. *de quà in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ, fol. inferiori* 308.

79 Et quæ dicta sunt de Cancellario, procedunt in Tertio, contentionum, seu Procancellario, vel Cancellario extraordinario, ut ab ejus sententiis & declarationibus non detur appellatio, supplicatio, aut recursus, de jure Cathaloniæ, *probat prag. Primerament* 6. *in fine*, *de content. jurisdict.* Oliba *de jure Fisci capit.* 11. *sub numer. vigesimo* Ferrer. *part.* 3. *observationum, capite* 172. *versic. Postea verò in Curia Dertuzæ ad medium*, conducunt tradita *suprà decis.* 12. *numer.* 51. De Regno Aragonum *forus primus de compet. jurisdict.* De Regno Sardiniæ Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib.* 2. *titul.* 51. *numer.* 28. *in fine*.

80 Sed antequam ab his discedamus, videndum est, quomodo procedat Curia sæcularis contra illos, qui à sententia Cancellarii, vel Arbitrorum concordium appellant, seu recursum interponunt, distingue duos casus.

Primus est, quando causa est criminalis, quo casu 81
si reus est condemnatus, non obstante appellatione seu recursu, proceditur ad executionem sententiæ ; & si non est condemnatus, proceditur ad ulteriora in causa ad prolationem sententiæ, & illius executionem, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *sub num.* 7. ubi addit audivisse antiquitùs contigisse in Cathalonia, quòd reus appellavit à sententia Cancellarii, sed nulla fuit appellationis habita ratio, imò sententia executa, ac si non esset appellatum : Sed quomodo, quo tempore & in quos hæc successissent ? inquit non reperiisse, qui ipsi verbum referret. Idem contigit in Regno Aragonum, nam cum Francis. Romen condemnatus ad mortem naturalem in Reg. Audien. firmasset competentiam ad eludendam Domini Regis jurisdictionem & in ea succubuisset, appellavit ad Sedem Apostolicam & in vim appellationis commissionem obtinuit à Nuntio Apostolico ad Episcopum Oscen. & Sugurbii, Episcopus verò Oscæ inhibuit Regiam Audientiam, ne pendente appellatione ad executionem sententiæ procederet, & petiit etiam juris firmam à Justitia Aragonum, ne pendente appellatione aliquid innovaretur, quæ fuit sibi Anno 1577. denegata, imò Regia Audientia non obstante appellatione ; & inhibitione Episcopi Oscæ de consilio omnium Consiliariorum causarum civilium, & criminalium habito etiam concordi consilio Doctissimorum virorum fecit sententiam executioni tradi, existente Locumtenente Generali Don Ferdinando ab Aragonia Archiepiscopo Cæsar-Augustæ, & sic intra triduum sententia condemnatoria ad mortem naturalem contra eumdem Romen lata executioni mandata extitit laqueoque suspensus fuit, ut referunt Bardaxi *foro* 1. *num.* 8. *versic. Et ita vidi*, ubi Portoles *num.* 55. *de compet. jurisdict.* Sesse *decis.* 113. *sub num.* 187. *tom.* 2. Idque etiam decreverunt eruditissimi Jurisperiti Joannes Ibandus de Bardaxi Assessor Gubernatoris Aragonum, Joannes Perez de Nueros Fisci Advocatus, & Antonius Lavata Advocatus oculatissimus consulti in eadem facti contingentia per Excellentissimum Dominum Proregem, qui omnes concordes existimarunt supradictam sententiam non obstante appellatione ad Sedem Apostolicam emissa exequi debere, refert idem Portoles *foro* 1. *num.* 55. *in fine de compet. jurisdict.* Et quod plus est, ipse Nuntius Joannes Baptista Castaneus, & Romanus Pontifex Pius Quintus eamdem commissionem factam Episcopo Oscæ revocarunt ut tradidi *n.* 76.

Secundus casus est, quando causa est civilis, eo 82
tunc Judices sæculares potestate œconomica, & politica compellunt partes, quæ à sententia Arbitrorum concordium, vel Cancellarii ad summum Pontificem appellarunt, ne hujusmodi appellationes vel recursus prosequantur, vel prosequutis utantur sed coercent ab illis desistere, Portoles *foro* 1. *numer.* 48. *de compet. jurisdict.* Sesse *de inhibit. capit.* 9. §. 2. *numer.* 29. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clau.* 4. *gloss.* 13. 83
part. 3. *numer.* 7. Etiam si partes sint Clerici, ut latè post alios probat Portoles *post* §. *Clericus quæst.* 13. *& latius* §. *appellitus manifestationis à numer.* 4. *ad* 10. Adèo quòd si ad Ecclesiam confugerint 84
illius immunitate non gaudent, sed ad ea extrahi possunt, Portoles post alios, §. *appellitus manifestationis*, *numer.* 10. *& post* §. *clericus*, *quæst.* 13. *numer.* 2. Bardaxi *foro unico*, *num.* 20. *de his qui ad Eccles. confug.* Sesse *dec.* 113. *num.* 186. *tom.* 2. Iste casus successit in Regno Aragonum in persona Sebastiani de Arvas super 85
litteris monitoriis 10. Maii 1558. & iterùm super appellitu captionario 26. Septembris 1558. nam cum super certis juribus competentiam jurisdictionis firmasset, & illa à Cancellario in favorem Regiæ jurisdictionis declarata extitisset, è qua declaratione ad Sedem Apostolicam appellasset, & inhibitionem Judicis Ecclesiastici obtinuisset, illamque Curiæ justitiæ Aragonum præsentasset, ne pendente appellatione à sententia Cancellarii Curia Justitiæ Aragonum in causa procederet : & cum Procurator Fiscalis Curiæ sæcularis (ex quo prædicta omnia in derogationem, & perturbationem Regiæ jurisdictionis tendebant,) in Curia Justitiæ

Aragonum comparuisset, & fidem de sententia Cancellarii fecisset, & supplicasset sibi concedi litteras monitorias & comminatorias contra dictum Arvas, quatenus ab appellatione à sententia Cancellarii interposita, & à gestis per eum coram Judice Ecclesiastico & à dicta inhibitione se separaret, aliàs quòd id facere recusante, & litteris monitoriis obedire negligente, procederetur ad capiendam ejus personam, à quocumque etiam privilegiato loco Sacro extrahendam: & cum prædictæ litteræ monitoriæ dicto Procuratori Fiscali concessæ extitissent, & dicto Arvas præsentatæ fuissent & eis obedire noluisset, imò perseverasset in præfata inhibitione judicis Ecclesiastici: & deinde dictus Procurator Fiscalis à Locumtenente Justitiæ Aragonum in ipso processu petiisset, ut mandaret procedi ad captionem personæ dicti Sebastiani Arvas à quocumque loco etiam privilegiato, ac etiam ab Ecclesia extrahi. Locumtenens de consilio Collegarum ita 10. Maii 1558. processit, & cum demum idem Procurator Fiscalis coram eodem Locumtenente obtulisset appellitum captionarium contra dictum Arvas per quem supplicavit, ut ex causa supra enarrata mandaret procedi ad captionem ejus personæ, & eam extrahendam à quocumque loco quamtumvis privilegiato, etiam Ecclesia in qua reclusus reperiretur, & locumtenens de consilio Collegarum die 26. Septembris 1558. illum appellitum providisset, tamdem Justitia Aragonum dicto Procuratore Fiscali instante, multa Militum copia sibi associante, accessit ad Ecclesiam Metropolitanam Cæsaraugustæ seu domum cujusdam Canonici intra claustrum, ubi dictus Sebastianus Arvas confugerat, latitabat, & reclusus erat, & ex inde ipsum Sebastianum extraxit, & ad carcerem duxit, & ibidem existens, volensque carcerem evitare, die 2. Octobris 1558. à prædicta inhibitione, & Regiæ jurisdictionis perturbatione ex consilio amicorum se separavit, ut tradunt Bardaxi *foro* 1. *numer.*8. *versic. Insuper vidi*, ubi Portoles *num.* 48. *de competen. jurisd.* Idem Portoles §. *appellitus manifestationis*, *nu.* 4. *in fine*, *& latius post foros competentiarum quæst.*13. *per totam*, Sesse *decis.*113. *numer.*186. *tomo secundo*, & ferè id ipsum postea practicatum fuisse, in eadem Curia Justitiæ Aragonum, contra personam Baronissæ de la Laguna referunt Portoles, *foro primo*, *numero quadragesimooctavo*, *in fine*, *de compet. jurisdict.* Sesse *decisione* 113. *nu.*187. *tomo* 2.

86 Sed quomodo procedat Curia sæcularis contra Curiam Ecclesiasticam si appellaverit à sententia Cancellarii? R. Quòd per citationem ad banchum Regium, occupatione temporalitatum, & per alia juris remedia à foris, constitutionibus, & consuetudinibus Regnorum permissa, ut dixi *dec.*12. *num.*64.65. *& 66.* & infrà *dec.* 26. *num.*10.11. *&* 12. *& decis.* 28. *per totam*.

87 E contra verò, quomodò procedat Curia Ecclesiastica contra Curiam sæcularem, & partem privatam, si appellaverit à sententia Cancellarii? R. Quòd censuris & aliis remediis spiritualibus, ut dixi *dec.*12. *numer.* 63. & infrà *dec.*26. *num.*13. *& dec.* 27. *per totam*.

ARGUMENTUM.

De executione sententiæ Cancellarii latæ in causis contentionum inter Judices Ecclesiasticos & sæculares Regios, Ordinarios, & expensarum taxatione.

SUMMARIUM.

1 *Fides, seu certificatoria expirationis contentionis quomodo in Cathalonia petatur, & numer.* 2. *& quid in Regno Sardiniæ, n.*3.

4 *Sententia per Cancellarium lata in causis contentionum antiquitùs in Cathalonia litteris patentibus cum illius insertione notificabatur Officiali Curiæ succumbentis, & Procuratori Fiscali, ac Notario illius Curiæ, & quid hodie practicetur, n.*10.

5 *Curia quæ succubuit in contentione, facta notificatione sententiæ Cancellarii, tenetur illi obedire, & facere ea quæ per illam declarationem injunguntur, amplia num.*6. *limita ibidem.*

7 *Curia quæ succubuerat in contentione, si libenter non faciebat, ea quæ per declarationem Cancellarii injungebantur, solebat antiquitùs Curia, quæ obtinuerat requirere Officialem alterius Curiæ, quatenus sententiæ Cancellarii obediret, & quomodo hodie practicetur, num.*10.

8 *Curia Ecclesiastica procedebat antiquitus in Cathalonia per censuras, & alia remedia spiritualia contra Curiam sæcularem succumbentem in contentione, si non obediebat sententiæ Cancellarii, & idem practicatur hodie, num.* 10. *limita ut in eodem num.*8.

9 *Curia sæcularis antiquitus in Cathalonia procedebat per occupationem temporalitatum, & alia remedia contra Curiam Ecclesiasticam succumbentem in contentione, si non obediebat sententiæ Cancellarii, & idem practicatur hodie, n.* 10.

11 *Curia sæcularis duobus modis procedere potest per occupationem temporalitatum, & alia remedia contra Curiam Ecclesiasticam non obedientem sententiæ Cancellarii, & num.*12.

13 *Curia Ecclesiastica eisdem modis procedere potest per censuras, & alia remedia spiritualia contra Curiam sæcularem non obedientem sententiæ Cancellarii.*

14 *Cancellarius in Cathalonia quamvis condemnet in expensis, eas nec taxat, nec liquidat; secus in Regnis Aragonum, & Sardiniæ, num.* 16.

15 *Arbitri post expiratum compromissum non possunt expensas taxare.*

17 *Expensarum condemnatio de vento serviret in Cathalonia in causis contentionum, si earum taxatio non detur alicui Judici facienda.*

18 *Expensarum taxatio fit in Cathalonia per Judicem, qui obtinuit in contentione, quando Cancellarius condemnavit in expensis.*

19 *Judex sæcularis, qui obtinuit in contentione, taxat expensas etiam contra Clericum, quando Cancellarius eum in expensis condemnavit, & ita observatur in Cathalonia, & in Regno Aragonum; secus in Regno Valentiæ, nu.* 21. *Quod an sit conforme juri communi, n.*20.

22 *Judex sæcularis coram quo Clericus litigat, potest hujusmodi Clericum retardantem opponere exceptionem fori declinatoriam in expensis condemnare; & illas taxare.*

23 *Judex sæcularis in omnibus casibus, quibus Clericus coram eo litigat, si veniat in expensis condemnandus, potest illum in expensis condemnare, & eas taxare.*

24 *Judex sæcularis an possit facere executionem contra bona Clerici per eum condemnati.*

25 *Opinio affirmativa, & hæc antiquitùs observabatur in Cathalonia, & nu.*27.

26 *Opinio negativa, & hæc practicatur in Regno Aragonum, nu.*28.

29 *Quid hodie in Cathalonia observetur, & nu.*30. *limita, & sublimita, à nu.*46. 47. *cum sequent.*

31 *Bona mobilia semper sequuntur qualitatem, & conditionem personæ cujus sunt, & juxta eam regulantur, & nu.*32.

33 *Bona immobilia sunt alterius naturæ subjecta Dominis temporalibus in quorum territorio sunt.*

34 *Judices Ecclesiastici, & sæculares se invicem juvare tenentur, & mutuum auxilium præstare.*

35 *Judices Ecclesiastici, & sæculares pares sunt in his, quæ pertinent ad præstandum sibi mutuum auxilium.*

36 *Judex sæcularis auxilium Judicis Ecclesiastici implorare potest, & Judex Ecclesiasticus tenetur illud impartiri.*

37 *Judex sæcularis non potest compellere Judicem Ecclesiasticum ad sibi præstandum auxilium.*

38 Ju-

38 *Judex sæcularis potest adire per appellationem Metropolitanum, ut compellat Judicem Ecclesiasticum ad sibi præstandum auxilium.*

39 *Judex sæcularis potest recurrere in Regno Castellæ ad Regia prætoria, si Judex Ecclesiasticus denegans sibi auxilium appellationi non detulerit.*

40 *Judex sæcularis in Cathalonia quoties sibi denegatur auxilium à Judice Ecclesiastico, non adit Metropolitanum, sed procedit Dominus Rex per occupationem temporalitatum, & alia remedia necessaria, fallit si Judex Ecclesiasticus justè negaret auxilium Judici sæculari, numer. 41.*

42 *Judex Ecclesiasticus si urgeatur ad præstandum auxilium per occupationem temporalitatum, potest contentionem firmare juxta nostram concordiam.*

43 *Assistentia quando petitur, an requirat partis citationem, & num. 44. & num. 45.*

46 *Judex sæcularis potest facere executionem sententiæ à se latæ contra bona Clerici condemnati absque invocatione Brachii Ecclesiastici in pluribus casibus.*

47 *Primò in causis feudalibus, in quibus Judex feudi, & si laicus sit, nedum cognoscit adversùs Clericum, sed etiam sententiam executioni mandat absque assistentia, & invocatione Brachii Judicis Ecclesiastici, & num. 48.*

49 *Secundò in causis Regii Patrimonii, in quibus Princeps sæcularis cognoscit adversùs Clericum, & suam sententiam executioni mandat absque invocatione auxilii Judicis Ecclesiastici.*

52 *Tertiò in illis casibus quibus Judex sæcularis cognoscit de causis Clericorum ex permissione juris Canonici, habet executionem in bonis ipsius Clerici absque invocatione auxilii Judicis Ecclesiastici, & num. 53.*

54 *Sublimita primò dictos tres casus dummodo principaliter agatur de lege feudi, seu regalium, aliàs secus.*

55 *Sublimita secundò, dummodò causa feudalis, seu de regalibus vertatur inter fiscum, & privatum, secus inter duos privatos.*

56 *Sublimita tertiò dummodò executio fiat contra bona Clerici condemnati, secus contra personam.*

50 *Clericus qui ex negotiatione tenetur solvere gabellam, potest ad solutionem compelli per Judicem laicum captis pignoribus.*

52 *Animalia Clericorum damnum dantia possunt pro pignore retineri per Judicem laicum, donec damnum resarciatur.*

57 *Judex Ecclesiasticus qui obtinuit in contentione, taxat expensas etiam contra laicum.*

58 *Judex Ecclesiasticus an possit facere executionem contra bona laici condemnati.*

59 *Opinio affirmativa.*

60 *Opinio negativa verior est, limita, & sublimita, à num. 86.*

61 *Judices Ecclesiastici habent in Cathalonia territorium à Comitibus Barcinonæ concessum ad capiendos Clericos, etiam extra Ecclesiam.*

Quid ad capiendos laicos in criminibus mixti fori, affirmativa, numer. 62. negativa, numer. 63. & 64. & respondetur ad Concilium Tridentinum, num. 65.

66 *Judices Ecclesiastici territorium, quod habent à Comitibus Barcinonæ ad distringendos Clericos, procedit pro executionibus in negotiis criminalibus, non in civilibus, nisi consuetudo esset in contrarium, numer. 67. dummodo hujusmodi consuetudo sit legitimè introducta, num. 68.*

69 *Judex Ecclesiasticus auxilium Judicis sæcularis implorare potest, & Judex sæcularis illud impartiri tenetur, nedum Ecclesiastico Ordinario, etiam delegato, num. 70.*

71 *Judex Ecclesiasticus potest censuris, & aliis re-*

mediis spiritualibus compellere Judicem sæcularem ad sibi præstandum auxilium, etiam si Judices sæculares sint Supremi, num. 72. Intellige stante Judicis sæcularis urbane priùs requisiti contumacia, num. 73. intellige etiamsi Judex Ecclesiasticus justè auxilium petat, secus si injustè petat, num. 74.

75 *Judex sæcularis non tenetur auxilium impartiri Judici Ecclesiastico pro exequenda sententia injusta, num. 75. nec si fuerit sententia nulla, num. 76. vel lata juris ordine non servato, num. 77. vel per Judicem incompetentem, numer. 78. vel si ab ea fuerit appellatum, num. 79. intellige, num. 80.*

81 *Judex sæcularis si urgeatur ab Ecclesiastico per censuras ad sibi præstandum auxilium, & ille concedendum non esse videat, potest ab eo ad superiorem appellare, num. 81. sed in Cathalonia, & Regnis Coronæ Aragonum potest firmare contentionem juxta nostram concordiam, numer. 82.*

83 *Carcerandus per invocationem Brachii sæcularis in quibus carceribus est reponendus.*

84 *Judex Ecclesiasticus an possit implorare auxilium Judicis sæcularis quotiescumque opportunum ipsi videbitur, affirmativa, nu. 84. negativa, quod solùm possit in subsidium, & hæc observatur in Cathalonia, nu. 85.*

86 *Invocandi, & concedendi auxilium Brachii Ecclesiastici, & sæcularis praxis traditur.*

87 *Judex Ecclesiasticus potest facere executionem sententiæ à se latæ contra laicum in pluribus casibus.*

88 *Primò in feudalibus, numer. 89. secundò quando cognoscit ex jurisdictione ordinaria ex dispositione juris, numer. 89. subintellige duobus modis, num. 90.*

91 *Expensas factas in contentione non est præfixus certus terminus in Cathalonia, & Sardinia ad illas petendas, secus in Regno Aragonum.*

92 *Damnorum appellatione quæ veniant, arbitrio Judicis relinquitur.*

93 *Reus qui gaudet immunitate Ecclesiæ, si retinetur in carceribus pro damnis, & injuria partis instantis ratione criminis perpetrati, non est admittendus ad cessionem bonorum, etiamsi non sit solvendo, sed parte instante pœna pecuniaria damnorum, & injuriæ potest, & debet converti in corporalem.*

94 *Pœna pecuniaria quando ex delicto imponitur data impotentia solvendi, cessio bonorum non admittitur, sed potiùs fit commutatio in corporalem, numer. 94. quod procedit nedum in favorem Fisci, sed etiam in favorem partis, n. 95.*

96 *Pœna pecuniaria ubi debetur Fisco, seu parti ex contractu, admittitur cessio bonorum.*

97 *Pœna pecuniaria imposita ex delicto commutatur in corporalem, etiam quòd condemnata sit mulier, si non habet, unde solvat.*

98 *Pœna pecuniaria an convertatur in corporalem, quando condemnatus est nobilis, & non est solvendo, & nu. 99.*

100 *Pœna pecuniaria convertitur in corporalem, etiam quòd condemnatus sit clericus, si non habet, unde solvat, dummodo commutatio fiat per Judicem Ecclesiasticum.*

101 *Pœna pecuniaria de jure convertitur in corporalem, etiam quòd condemnatus sit officialis, si non est solvendo, secus de consuetudine.*

102 *Fisci Advocatus dicitur habere dignitatem.*

103 *Fisci Advocatus instituens litem calumniosam si venit in expensis condemnandus, si non habet in are, in corpore luere debet.*

104 *Pœna pecuniaria an convertatur in corporalem, quando condemnatus deficit in solutione minima ipsius summæ condemnatæ, & n. 105.*

106 *Pœna pecuniaria ex delicto descendens non commutatur in corporalem, nisi parte damnificata petente, num. 106. intellige, & declara, numer. 107. & 108.*

109 *Pœna pecuniaria non convertitur in corporalem, si reus est solvendo, etiam si velit potiùs subire pœnam corporalem, quàm solvere pecuniariam, & num.* 110.

111 *Pœna corporalis subroganda in locum pecuniariæ qualis debeat esse, arbitrio Judicis relinquitur, & num.* 112.

113 *Sed qualiter arbitrium sit regulandum, referuntur quatuor opiniones.*

114 *Prima est opinio, quòd Judex debet illud regulare ad pœnam corporalem modicam, & levem, ut puta funis, vel fustigationis.*

115 *Secunda est opinio, quòd pœnæ commutatio debet esse ad triremes.*

116 *Tertia est opinio, quòd arbitrium est regulandum per Judicem juxta causarum merita, & personarum qualitatem, scilicet reum non existentem solvendo, vel fustigari mandare, vel ad triremes transmittere.*

117 *Quarta, ultima est opinio, quæ verior est, commutationem pœnæ debere esse exilii temporalis.*

118 *Reus qui ad Ecclesiam confugit ad damna, & interesse condemnatus, si pœnam pecuniariam solverit, à cætero pro eodem delicto criminaliter accusari, vel puniri non potest.*

119 *Reus ad damna, & interesse condemnatus, si propter inopiam subivit pœnam corporalem, remanet à pœna pecuniaria liberatus, etiam quòd postea perveniat ad prosperam fortunam.*

120 *Fidejussor de repræsentando reum si fuerit condemnatus ob non factam repræsentationem, & non possit solvere pœnam pecuniariam, admittitur ad cessionem bonorum.*

121 *Fidejussorem non idoneum recipiens tenetur de suis propriis bonis.*

122 *Fiscus præfertur privato, ubi ambo concurrunt pro exigenda pœna, num.*122. *fallit, ubi privatus concurreret pro recompensa damni illati, & Fiscus pro pœna, nam tunc privatus præfertur Fisco, num.*123.

124 *Fiscus agens pro pœna pecuniaria, non habet privilegium prioritatis contra alios creditores ex contractu, sive personales, sive hypothecarios, vel chirographarios, num.* 124. *Limita si Fiscus agat pro resarciendo damno sibi illato ex maleficio, nam tunc utitur actione privilegiata, num.* 125. *Quæ limitatio non procedit quando Fiscus agit ad interesse suum pro expensis factis in capiendo malefactore, num.* 126.

127 *Forma ad petendum à Cancellario fidem expirationis contentionis, quando ipse verbo mandat illam petere cum supplicatione.*

128 *Forma fidei expirationis contentionis refertur.*

129 *Forma copiæ authenticæ sententiæ Cancellarii traditur.*

DECISIO XXVI.

1 SI contentio ob lapsum termini Cancellario ad declarandum concessi expiravit, (cum censeatur declarata in favorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ jurisdictionis, ut dixi *decis.* 17. *num.* 37.) solet in Cathalonia Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ, seu pars privata petere scribæ causæ certificatoriam, seu fidem expirationis dictæ contentionis, quæ regulari-
2 ter obtenta licentia à Cancellario libenter conceditur, Fontanella *dec.* 318. *num.*22. *part.*2. Nisi aliqua justa causa adsit, quæ rarò evenit: nam tunc Cancellarius verbo mandat certificatoriam petere cum supplicatione, deindè supplicationem notificari jubet Fisci Procuratori Regiæ Curiæ, forma infrà referenda *nu.* 127. & si nihil opponitur, expeditur fides expirationis contentionis, forma inferiùs referenda *num.* 128. si autem Fisci Procurator Regiæ Curiæ videt contentionem non fuisse debitè, & legitimè firmatam, contradicit illius expeditioni, & formato altercato, declaratur per Cancellarium, an sit locus, vel non expeditioni certificatoriæ per Procuratorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ, seu per partem privatam inteſtatæ; & si declaratur locum illius expeditioni non esse, tunc Fisci Procurator Regiæ Curiæ novam firmat contentionem, & in ea declaratur super meritis causæ principalis, scilicet an reus gaudeat, vel non immunitate Ecclesiæ; ita fuit observatum per Cancellarium Puigmari de- 3
clarationem suprà relata *dec.*11. *num.*75. In Regno Sardiniæ petitur certificatoria, seu fides expirationis contentionis Regio Concilio per Promotorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ, seu per Procuratorem partis privatæ, quam semper vidi libenter concessam.

Si verò lata fuerit per Cancellarium definitiva sen- 4
tentia in causis contentionum; antiquitùs ipse Cancellarius litteris patentibus cum insertione totius sententiæ illam notificabat officiali Curiæ succumbentis, ac Procuratori Fiscali, & Notario illius Curiæ, Michael Ferrer. *part.* 3. *observ.cap.* 271. *in principio*. Et legi ita observatum in contentione declarata per Cancellarium Loris, Consultoribus Quintana, & Sans 23. Decembris 1579. *inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ, & Curiam sæcularem Regii Concilii criminalis.*

Facta ista notificatione, in executionem ipsius sen- 5
tentiæ Cancellarii tenebatur Curia contra quam sententia fuerat prolata illi obedire, & ea facere, quæ per illam declarationem injungebantur: ut puta si Cancellarius declarabat attentasse in procedimentis, & in primis illa fore revocanda, tenebatur Curia, quæ succubuerat gesta revocare, & de revocatione fidem facere: similiter si Cancellarius declarabat in causa dubii contentionem esse firmandam, tenebatur Curia, quæ succubuerat firmare contentionem super negotio principali: pariter si Cancellarius declarabat talem esse absolvendum à censuris, tenebatur Curia Ecclesiastica illum absolvere: denique si Cancellarius declarabat talem privilegio fori gaudere, tenebatur Judex sæcularis talem captum Judici Ecclesiastico remittere, & idem in aliis similibus casibus, Fontanella *decis.* 314. *num.*1. *part.* 2. Portoles *foro* 2. *nu.* 2. *de compet. jurisdic.* Idem Portoles *de liberat. capti per viam violentiæ*, §. 9. *nu.* 1. quod & de jure procedere post Cepol. Bossi. Marant. & Covar. tradit Portoles *dicto foro* 2. *num.*2. *de compet. jurisdic.* Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 3. *n.* 9. *in fine*, adde plures alios quos laudavi *dec.*2. *num.*19.

Quod in casu declarationis competentiæ super pri- 6
vilegio fori adeò verum est, ut etiam si ipse Clericus Judici Ecclesiastico se restitui recuset, nihilominus Judex sæcularis illum, & si invitum Judici Ecclesiastico remittere debet, ut decisum refert Portoles *foro* 2. *num.* 5. *versic. Sed hic quæritur de compet. jurisd.* & dixi *decis.*2. *num.*20. per ea quæ tradidi *dec.*12. *num.*26. Limita ut procedat si ipse Judex Ecclesiasticus, qui competentiam firmavit, tempore remissionis faciendæ competens ad puniendum fuerit; secus si ipse tunc Judex esse desierit, ut exemplificat in casu notabili Portoles *foro* 2. *n.*6. *de compet. jurisd.*

At si Curia quæ succubuerat, libenter non facie- 7
bat ea, quæ per illam declarationem Cancellarii injungebantur, pars in cujus favorem fuerat facta declaratio, requirebat Officialem Curiæ, quæ succubuerat, quatenus juxta dictam Cancellarii sententiam procedimenta revocaret, contentionem firmaret, illum à censuris absolveret, seu talem captum remitteret, & his similia, ita Michael. Ferrer. *part.*3. *observ.c.*271. *versic. Insuper.*

Et si non obstante hac partis requisitione Officialis 8
Curiæ, quæ succubuerat, non faciebat ea, quæ per talem sententiam Cancellarii injungebantur, si Curia sæcularis succubuerat, & non obtemperabat, Curia Ecclesiastica contra eam procedebat per excommunicationem, ac alias censuras, & remedia spiritualia, ut post Ancharanum, & alios plures tradit Portoles *foro* 2. *n.*3. *de compet. jurisdic.* Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *sub n.* 11. Fontanella *dec.*318. *nu.*2. *part.*2. quos retuli *dec.*12. *nu.* 63. Limita si Judex sæcularis curat, quantum in se est, ut captus remissus ad manus Judicis Ecclesiastici perveniat, & non per ipsum Judicem, sed per custodes, vel aliud impedimentum factum fuerit, quo minus ad manus ejusdem Judicis Ecclesiastici perveniret, quo casu talis Judex sæcularis excommunicari non poterit, nec propterea in

aliquam excommunicationem incidit, ut post Dominicum, & Francum, tradit Portoles *foro* 2. *numer.* 4. *de compet. jurisdic.* Si autem Curia Ecclesiastica succubuerat, & non obtemperabat sententiæ Cancellarii, Curia sæcularis contra eam procedebat per citationem ad Banchum Regium, vel per occupationem temporalitatum, & alia remedia à foris, constitutionibus, & consuetudinibus Regnorum permissa, Michael. Ferrer. *part.* 3. *obser. c.* 271. *versic. Tandem*, Peguera *in prac. crim. cap.* 26. *versic. Quare in prædicto casu*, Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *sub numer.* 11. Oliba *de jure Fisci*, *c.* 12. *num.* 8. Fontanella tria exemplaria Cathaloniæ referens *dec.* 314. *num.* 1. *p.* 2. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *in locis communibus num.* 6. quos citavi *decis.* 12. *num.* 64. & dixi Regium Concilium Cathaloniæ in consultatione scripta Sereniſſimo Domino Imperatori Carolo quinto, Data Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis: *Compellitur dicta Curia ad declarationem Cancellarii revocare procedimenta, etiam quando processisset ad publicationem in vim Constitutionum Provincialium Tarraconæ*, & legitur ita observatum in contentione declarata per Cancellarium Loris 23. Decemb. 1579. *relata n.* 4. *in fine*. 9

10 Hodie verò (absque eo quòd Cancellarius patentibus litteris suam sententiam notificet Officiali Curiæ succumbentis, neque pars, quæ obtinuit, requirat Officialem Curiæ, quæ succubuit,) nostra praxis est, quòd lata, & publicata sententia Cancellarii *forma prænarrata decis.* 24. *num.* 206. illaque notificata, & intimata Officiali, & Fisci Procuratori Curiæ, quæ succubuit, ac etiam parti privatæ si adsit, ut dixi *dec.* 24. *num.* 204. per Notarium, & Scribam causarum contentionum traditur, & liberatur copia authentica sententiæ Cancellarii Fisci Procuratori, seu parti privatæ obtinenti in contentione: Deinde pars privata, seu Fisci Procurator illam exhibet cum supplicatione, vel schedula coram Judice in cujus favorem contentio extitit declarata, & Judex illam mandat inseri, seu consui in processu, & supplicationem, seu schedulam intimari, & notificari parti contrariæ, & procedit ad ulteriora in causa: Curia autem, quæ succubuit, tenetur sententiæ Cancellarii obedire, & facere ea, quæ per illam declarationem injunguntur, ut dixi *n.* 5. alioquin Curia Ecclesiastica si obtinuit in competentia, procedit contra Curiam sæcularem per excommunicationem, ac alias censuras & remedia spiritualia; & è contra Curia sæcularis si obtinuit in contentione, procedit contra Curiam Ecclesiasticam per citationem ad Banchum Regium, vel per occupationem temporalitatum, ac alia remedia assueta, ut tradidi *nu.* 8. *& 9. ex Ferrer. Peguera, Portoles, Ramirez, Oliba, Fontanella, & aliis, qui de hodierna nostra praxi testantur*.

11 Sed quomodo Curia sæcularis in prædicto casu debet procedere contra Curiam Ecclesiasticam, R. Quòd aliquando Fisci Procurator Regiæ Curiæ, seu Patrimonialis, ac pars privata proponit casum cum supplicatione in Regio Consilio, seu in Regia Audientia, & exhibendo copiam authenticam sententiæ Cancellarii petit, & supplicat, quòd Curia Ecclesiastica requiratur, & moneatur quatenus uxta dictam sententiam Cancellarii intra certum diem procedimenta revocet, contentionem firmet, vel tamen absolvat, & his similia; aliàs in renitentiam, seu non paritionem procedatur ad occupationem temporalitatum, & ad alia juris remedia: & Regium Consilium, seu Regia Audientia providet ita fieri, & expediuntur litteræ opportunæ juxta stylum, in quibus est facienda fides Curiæ Ecclesiasticæ de sententia Cancellarii. Portoles *foro* 2. *num.* 5. *versic. Sed hic quæritur*, *de compet. jurisd.* At si Curia Ecclesiastica intra diem præfixum non paruerit; eo tunc Fisci Procurator, seu pars privata offert aliam supplicationem, & petit fieri alias litteras citando Officialem Ecclesiasticum, quatenus compareat certo die in Regio Consilio, seu in Regia Audientia ad videndum declarari super dicta occupatione temporalitatum, & expediuntur dictæ litteræ forma solita, ita Ferrer. *part.* 3. *obs. c.* 271. *vers. Et verum*, conducunt tradita *dec.* 12. *n.* 65. *& 66.*

Aliquando autem Fisci Procurator, seu pars privata offert supplicationem cum insertione sententiæ Cancellarii, & petit, quòd scribatur Curiæ Ecclesiasticæ, quatenus intra dies decem pareat sententiæ Cancellarii, & parendo procedimenta revocet, contentionem firmet, talem absolvat, & his similia, juxta seriem, & tenorem dictæ sententiæ, & quòd de paritione prædicta Regium Consilium, seu Regiam Audientiam certiorem reddat; aliàs sequenti proxima die non feriata, compareat in Regia Audientia, seu in Regio Consilio ad videndum declarari super occupatione temporalitatum, & quòd pro his fiant litteræ opportunæ juxta stylum. Et Regia Audientia, seu Regium Consilium providet ita fieri, & expediuntur litteræ per Fisci Procuratorem petitæ, in quibus Curiæ Ecclesiasticæ est facienda fides de sententia Cancellarii, Michael. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 271. *versic. Tandem, ubi testatur ita provisum fuisse per Regiam Audientiam ipso referente* 20. *Augusti* 1575. 12

Eisdem modis mutatis mutandis, Curia Ecclesiastica in prædicto casu poterit procedere contra Curiam sæcularem per excommunicationem, & alias censuras, ac per alia remedia spiritualia; per ea quæ dixi *dec.* 12. *num.* 62. Adde, quòd si Officiales Regii inferiores in illusionem declarationis factæ per Cancellarium in favorem jurisdictionis Ecclesiasticæ aliquid faciant, Regium Consilium condemnat eos ad suspensionem officiorum. Ita fuit observatum in Regio Criminali Cathaloniæ Consilio contra Raphaelem Juallar, Assessorem Gerentis vices Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, Ludovicum Esteve, Judicem primarum appellationum, duos judices Bajuli, & Judicem Vicarii Perpiniani, eo quia in Audientia dicti Gerentis Vices Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ 12. Augusti 1596. voverunt, quòd sequestrum factum de persona Elisabeth Ballarona, domicillæ per dictum Gerentem Vices Gubernatoris dictorum Comitatuum in domo Raphaelis Davi tolleretur, post declaratam contentionem in favorem Curiæ Ecclesiasticæ super indagatione voluntatis ad matrimonium dictæ Ballarona, & quia relaxato sequestro stuprata fuit pupilla in domo Nobilis Cæciliæ de Ortafa: quæ omnia facta fuerunt in præjudicium jurisdictionis Ecclesiasticæ, & illusionem declarationis sententiæ Cancellarii, fuerunt citati per Regium Consilium, quòd intra decem coram Relatore comparerent rationem reddituri de iis, de quibus erant impetiti sub pœna ducentum librarum, qui post comparitionem positi in Regiis carceribus, fuerunt 9. Octobris 1596. condemnati, quòd suspenderentur ab exercitio officiorum, quæ unusquisque obtinebat, per triennium. 13

Circa ea quæ dixi *dec.* 22. *de attentis à numer.* 82. quòd Cancellarius condemnat in expensis, quando ei videtur justum. Quæro, si facta fuerit per Cancellarium expensarum condemnatio, ad quem Judicem spectet illarum taxatio? Respondeo quòd in Cathalonia non spectat ad Cancellarium, qui nec illas taxat, nec liquidat, nec manus iterùm apponit, postquam semel contentionem declaravit, Fontanell. *dec.* 314. *num.* 10. *part.* 2. Quod est juri communi conforme, nam Arbitri post expiratum compromissum non possunt expensas taxare, Alexand. *consil.* 10. *num.* 1. *l.* 7. Blanc. *de compromis. quæst.* 9. *num.* 87. Flamin. Chartar. *decis.* 5. *num.* 20. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 15. *numer.* 72. In Regno autem Aragonum Cancellarius taxat expensas, & prosequitur ad illarum executionem, donec fuerint solutæ, Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. titu. processo de competen. de jurisd. fol.* 237. *versic. Y si los arbitros*, *ubi sic decisum testatur in Curia Justitiæ Aragonum de anno* 1622. In Regno Sardiniæ audivi à Cancellario, & à suis Consultoribus, quòd Cancellarius illas taxat, & executioni mandat. 14 15 16

Quis ergo Judex in Cathalonia faciet istam expensarum taxationem, quam nisi eam alicui Judici demus faciendam de vento serviret condemnatio ut dicit Fontanella *dec.* 314. *num.* 9. *in fine*, *& num.* 10. *part.* 2. Respondeo quòd ista expensarum taxatio fit per Judi- 17

cem, qui in contentione seu competentia obtinuit, & pro cujus jurisdictione fuerit declaratum, Michael. Ferrer. *part.3. observ.c.205.* Oliba *de jure Fisci c.11. numer.20.* & ita apud nos receptum esse testatur Fontanella *dec.314. num.6.7.& 10.part.2.*

16 Ex qua resolutione primò infertur, quòd si Judex sæcularis obtinuerit in competentia, & in illius favorem fuerit declaratum, expensarum taxatio (semper loquor, quando Cancellarius in illis condemnavit,) ad illum pertinent, etiam contra Clericum, ut docent ex nostris Michael. Ferrer. 3. *observ.* 205. Oliba *de jure Fisci c.11. num.20.* Cancer. *part.3. var. capit. 11. num.47.* Fontanella *dec.314. à num.6. part.2.* Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub.9. numer.19.* notat Regens Leon *dec.141. num. 3. in fine l.2.* ex Aragonensibus Bardaxi *foro 2.numer.2. & 3.* ubi Portoles *num.13. de compet. jurisd.*

20 Sed an hæc nostra praxis juri repugnet? quidam affirmant, & alii negant, de quo videndi sunt Decius *consil.241.* Grammaticus *voto 18. à num. 15. & voto 27. in prin.* Roland. *consil.12. à num.38. l.2.* Covar. *pract.c.33. num.2.versic. Clericus verò*, Jul. Clarus §. *fin. quæst.36. num.5.* Farinac. *in prax. part.1.quæst.8. num. 17.* Carocc ius plures laudat *excep.22. quæst.3. numer.11.* Bobad. *in pol. l.2. c.18. num.188. versic. Vel ser competente*, Salzedo ad Bernard. Diaz *in practica crim.c.62. numer.6. & 7.* Azevedo *l.1.num.7.tit.5.l.4.recop.* Ripoll. *var. c.4.num. 17. & 174. in addit. ad Peguer. rub. 9. num.18.& de magist. log. mar.c.10. num.6.* Portoles *foro 2. nu.13. de comp. jurisd. &* §. *expensæ, num.14. & 15.* Gratian. *dicep. foren.c.190.num.19.& 20.* Surd. *consil. 396. num.28.* Ambrosin. *de immun. Eccl. c.17. num.22.* Martha *de jurisdictione part.2. casu 102. num.18.* Guido Papa *dec.450.* Salgado *de Reg. prot. par.1. c.2.numer.232.* Nigris *de excep. c.1.§.21. à num.12.* Ventriglia *in prax. annotat. 22. §. 1. num.24.* Thomas del Bene *de immu. Eccl. tom.1.c.1.dub. 14. sect.4. num.3. & 4.*

21 Et quamvis opinio affirmativa de jure verior sit, in Cathalonia contrarium servatur, ut dicta expensarum taxatio contra Clericum in illis condemnatum fiat per Judicem sæcularem, in cujus favorem declarata extitit contentio, ut testantur ex practicis nostris Ferrer. Oliba, Cancer. Fontanella, & Ripoll. *locis relatis num.19.* & fuit decisum per Cancellarium Puigmarti, Consultoribus Senjust, & Soler 25. Augusti 1621. *contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ & administratores Hospitalis generalis Sanctæ Crucis ejusdem Civitatis.* Et idem servari in Aragonia tradunt Bardaxi, & Portoles *locis citatis numer. 19.* idem Portoles §. *expensæ, num. 14. & probat forus 2. de compt. jurisd. confirmatus per forum unicum titu. de compt. jurisd. anni* 1553. In Regno autem Valentiæ expensarum taxatio contra Clericum facienda est per Judicem Ecclesiasticum, *forus 3. Philippi* 1547. *fol. 11. & forus 6. Philippi* 1564. *fol.2. & forus 32. & 33. de jurisd. omn. jud. fol.67. & 68.*

22 Hæcque nostra praxis Cathaloniæ, & Aragoniæ nedum observatur in casu, quo Clericus condemnatur in expensis per Cancellarium ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ, sed etiam quando Clericus litigat coram Judice sæculari, & retardat opponere fori declinatoriam, potest Judex sæcularis ratione retardatæ exceptionis illum in expensis condemnare, dictasque expensas deindè taxare, Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub.9. numer. 18. & 19. & de magist. log. mar.c.10. num.6. & var. c.4. num.* 17. Ferrer. *part.3. observ.c.205.* Cancer. *part.2. var. c.2. num.154. & part.3. cap. 16. numer. 47.* Et fuit observatum in causa Josephi Spuny domicelli ex una, & Sororem Casildam Cassador, Priorissam, & Conventum Monialium Monasterii Angelorum Civitatis Barcinonæ ex altera, ad relationem Magnifici Francisci Llunes 16. Novembris 1657. quæ fuit in gradu supplicationis confirmata ad relationem Magnifici Raphaelis Vilosa 19. *Decembris ejusdem anni Scriba Baltazare Oriol, & Mercer.* Et

23 generaliter in omnibus casibus in quibus Clericus litigat coram Judice sæculari, si veniat in expensis condemnandus, condemnatio, & taxatio fit per Judicem sæcularem, Cancer. *part.3. var.c.16.num.47.versic. Subdit in fine*, Maranta *de ord. jud.part.4.dist.11.nu.60.* Bobadilla *in polit. lib.2.c.18.num.241.* Cenedo *collect.ad decretum 38.n.15.* Guttier. *pract.l.1.q.10.n.4.* Nigris *de excep.c.1.§.21.nu.15.* Fontanella *dec. 330.nu.5.part.2.*

Sed difficultas est, quis Judex faciet executionem 24
contra Clericum pro quantitate expensarum taxata per Judicem sæcularem; seu magis generaliter, quis Judex faciet executionem sententiæ per Judicem sæcularem latæ contra Clericum in his casibus, quibus 25
Judici laico de jure cognitio permissa est: Prima est opinio, quòd Judex sæcularis debet facere executionem sententiæ à se latæ contra bona Clerici condemnati. Secunda est opinio, quòd Judex sæcularis sen- 26
tentiam per eum latam casibus in quibus cognitio ipsi permissa est, non potest facere executionem in bonis Clerici, sed est facienda executio per Ecclesiasti- 27
cum. Antiquitùs in Cathalonia observabatur prima opinio, nulla facta distinctione inter bona mobilia, & immobilia Clericorum: nam in omnibus casibus in quibus Judex sæcularis cognoscebat de causis Clericorum, & condemnabat eos, ipse solus executionem faciebat pro re judicata in quibuscumque bonis Clericorum absque interventu, & assistentia Judicis Ecclesiastici, ut fuit declaratum de mense Februarii anni 1536. facto verbo in Regio Concilio per Franciscum Romeu Judicem Regiæ Curiæ, ut testatur Fontanella 28
decis. 310. *num.15. part.2.* In Regno Aragonum quo ad executionem observatur secunda opinio, ut per Bardaxi *foro 2. num.3. in fine de compet. jurisdic.* sed contrarium tenet Portoles §. *expensæ n.14.& foro 2.num.13. de compet. jurisd.*

Hodie verò in Cathalonia intrepidè observatur, quòd 29
executio taxationis expensarum, & condemnationis factæ per Judicem sæcularem contra Ecclesiasticos, sit facienda in bonis mobilibus per Judicem Ecclesiasticum ad requisitionem Judicis sæcularis; & in bonis immobilibus per Judicem sæcularem cum assistentia Judicis Ecclesiastici, ut pluries decisum refert Michael Ferrer. *part. 3. observ. cap. 205. 214. 231. 233. 234. 428. & 429.* Et declaratum per Cancellarium Sorribes. 1. Julii 1573. testatur Oliba *de jure Fisci c. 11. numer. 20.* Cancer. *part.2. var.cap.2. num. 154. in fine, & part.3. cap.16. num.47.versic.Subdit, in fine*, Ripoll. *var. c.4.n. 17. & 18. & in pract. civil. rubrica 9. num.19.* notat Regens Leon *decis.141. num.3. in fine lib.2.* latè Fontanella *decis.310. à num.1.qui num.5. tres decisiones Cancellarii referet, & decision. 311. num.23.* ubi aliam decisionem 30
Cancellarii dat, *& decis.314. n.11.& dec.336. num.33. part. 2.* Ita fuit decisum in Cathalonia in aliis pluribus causis, ut referam *p.4.decisionum.*

Ratio distinctionis, est, quia bona mobilia semper 31
sequuntur conditionem, & qualitatem personæ, cujus sunt: & si non habent propriam, & separatam naturam, juxta personam regulantur, *l.unica, C. de imponen. lucrat.descript.lib.10.§.adhuc, in authent. de Eccles. tit.1.captivi,* §. *expulsus, ff.de cap.& postlim.rever. l. per Procuratorem, ff. de acqui.hæred.l.1.§. si ex fundo, ff. de hæred.institut.§.ad hæc in authent.de collator.l.fideicommissum,* §. *tractat. ff. de jud.* Unde cum qualitas, & 32
conditio personæ Ecclesiasticæ sit, ut de ea non se intromittat secularis, neque etiam de eorum bonis, plures laudat Dian. *ref.moral.par.1.tract.2.ref.18.versic.Nec valet, & par.3.tract.1.ref.29.& part.4.tract.1.resol.77.* meritò si executio facienda in bonis mobilibus Clerici remittitur ad Ecclesiasticum, sicut remittitur illius persona, ita Fontanella *dec.310.n.8.part.2.*

Bona autem immobilia sunt alterius conditionis, 33
& naturæ ac habent propriam conditionem distinctam, & separatam à persona Clerici subjectam Dominis temporalibus, ad quos spectat ratione territorii, in quo illa sunt sita, quod est illorum Dominorum temporalium non Episcoporum, §. *si quis autem litigantium, in authent. de sanctiss. Episcop.can.quo jure 8.dist.* & ideo nihil mirum, si Dominus temporalis hæc sibi reservat, ut in illis faciat ipse executionem, non Ecclesiasticus, qui non habet territorium, ita pulchrè pluribus instantiis hanc distinctionem confirmant Oldradus *cons.17.* Celsus Hugo *cons.60. num.51.* & alii, prout latè dicam §.4. *decisionum.*

Sed

34 Sed cùm Judices utriusque fori tàm Ecclesiastici, quàm sæcularis se invicem juvare teneantur, & sibi invicem mutuum auxilium præstare, *cap. dilecto*, ubi Barbosa *num.* 10. *de sentent. excomm. in* 6. *can. præcipimus*, *can. fin.* 90. *distin. cap.* 1. *cum ad verum. can. Imperator* 76.
35 *dist. can. de Liguribus*, 25. *quæst.* 5. *capit.* 1. *gloss. verbo publicum*, *de off. ordin.* nam in his, quæ pertinent ad præstandum auxilium sunt pares Ecclesiasticus, & sæcularis, ut dicam *part.* 3. & 4. *decisionum*.

36 Certum, & indubitatum est, quòd Judex sæcularis pro exequendis sententiis, seu actis ab ipso prolatis implorare potest auxilium Brachii Ecclesiastici, & Judex Ecclesiasticus suum Brachium Judici sæculari impartiri tenetur, *can. verum* 96. *dist. cap. dilecto de sentent. excom. in* 6. *authent. sed hodie, C. ad leg. Jul. de adulter. c.* 1. *gloss. verbo publicum offic. ord.*

37 Sed si Judex Ecclesiasticus nollet favere executionem in bonis mobilibus vel assistentiam in executione immobilium Clerici, & ut uno verbo dicam, deneget brachium seu auxilium judicis sæcularis: cùm Judex sæcularis cogere, & compellere Ecclesiasticum nullo modo possit, *capit. qualiter & quando* 17. *de jud. can. legimus* 93. *dist.* Adeundus est per appellationem
38 Metropolitanus, seu superior ipsius Judicis Ecclesiastici auxilium denegantis, ut eum compellat ad sibi præstandum auxilium ad dictam executionem faciendam, *argumento textus in* §. 1. *authent. ut differentes Judices*,
39 *c.* 2. *de excep. in* 6. Quòd si inferior Ecclesiasticus appellationi deferre recuser, poterit ob hoc in Regno Castellæ ad Regia prætoria per viam violentiæ recurri. Sed in hoc Principatu, quoties Judex Ecclesiasticus auxilium
40 Judici sæculari non præstat, non aditur Metropolitanus ejus superior, ut eum compellat: sed Dominus Rex procedit contra Judicem Ecclesiasticum denegantem auxilium per occupationem temporalitatum, & per alia remedia opportuna, & necessaria, ut ex Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 172. 271. 272. & 273. tradunt Cancer. *part.* 2. *var. c.* 15. *num.* 8. Fontanella *decis.* 310. *numer.* 13. *art.* 2. notat Oliba *de jure Fisci cap.* 15. *sub num.* 75. Nisi
41 Judex Ecclesiasticus justè auxilium suum negaret Judici sæculari. Nam tunc si Judex Ecclesiasticus urgeatur ad
42 præstandum auxilium per occupationem temporalitatum, potest juxta nostram concordiam contentionem firmare, ut latè dicam *part.* 4. *decisionum*, & vide *infra num.* 18.

43 In hac autem assistentia *de qua dixi numer.* 29. & 30. non requiritur partis citatio, & ita observari testatur Fontanell. *dec.* 310. *num.* 24. *part.* 2. Sed in aliis assisten-
44 tia judicialiter petenda est ad modum *constit.* 1. *tit. de invo. brach. sæcu.* tradit idem Fontanell. *ubi supra.* Quod
45 ultimum dictum an verum sit, non est levis difficultatis, & distinguendo judicialia ab extrajudicialibus dicam *part.* 3. & 4. *decisionum*.

46 Quibus sic præhabitis praxis nostra Cathaloniæ proposita *nu.* 29. & regula circa implorandum auxilium Judicis Ecclesiastici in executione sententiæ per Judicem sæcularem latæ contra Clericum tradita *num.* 36. limitatur pluribus modis.

47 Et primò limitatur in causis feudalibus, in quibus Dominus feudi & si laicus sit nedum cognoscit adversùs Clericum, *c. verum*, *c. ex transmissa*, *c. ex parte*, *de foro compet. c. cæterum de judiciis*. Sed etiam
48 tiam in rem judicatam transactam adversùs Clericum latam executioni mandat absque assistentia, & invocatione brachii Judicis Ecclesiastici, ut post alios docent Vela *differt.* 45. *num.* 91. *versic. Tantum*, *enim* Pareja *instru. edit. tom.* 2. *tit.* 5. *resol.* 9. *à num.* 67. *ad* 71. & dicam *in* 4. *parte decisionum*.

49 Limitatur secundò, in causis, & negotiis Regii Patrimonii, in quibus nedum Princeps sæcularis est competens ad cognoscendum, & judicandum inter Clericos, & Ecclesiasticas personas, ut probavi *decis.* 10. *n.* 149. Sed etiam ad exequendum sententias ab ipso prolatas in bonis Regii Patrimonii à Clericis, & Ecclesiasticis personis possessis, ut probat Pareja *de instru. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *res.* 6. *res.* 9. *à n.* 71. *ad* 76.

50 Ex quibus limitationibus inquit Pareja *loco proximè citato num.* 76. remanere comprobatam illorum Doctorum traditionem, quòd Clericus, qui ex negatione tenetur solvere gabellam, (quæ de juribus regalibus est) ad ejus solutionem compelli potest per Judicem sæcularem captis pignoribus, & executivè, & *num.* 77. plures Doctores ita tenentes citat, de quo dicam *part.* 4. *decisionum*.

Et idem Pareja *num.* 78. ait remanere etiam compro- 51
batam opinionem illorum, qui affirmant, quòd animalia Clericorum damnum inferentia in alienis agris possunt capi, & retineri pro pignore per Judicem sæcularem, donec mulcta, & pœna per statutum imposita resarciatur.

Limitatur tertiò, & ultimò, in illis casibus, quibus 52
Judex sæcularis plenam, & omnimodam cognitionem, seu jurisdictionem ex permissione juris Canonici in Clericos habet, tunc enim & sententia adversùs eos lata executionem habet in ipsorum Clericorum bonis temporalibus, ut tradit Vela *differt.* 45. *num.* 91. *versic. Tantum*, *tom.* 2. Dummodo Judex sæcularis illam cogni- 53
tionem, seu jurisdictionem non habeat prorogatam etiam ex accidenti reconventionis, sed illam habeat ordinariam ex propria natura ipsius causæ Pareja *de instr. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 6. *num.* 70. de quo latè Vela *differt.* 45. *nu.* 91. *tom.* 2.

Sublimitantur primò prædictæ tres limitationes, ut 54
procedant, quando principaliter agitur de lege feudi; secùs verò si causa non ex jure feudali descendat, sed agatur de personali, pignoratitia, rei vindicatione, vel alia actione extranea, nam tunc feudi Dominus adeundus non est, non solùm quoad executionem, sed nec etiam quoad cognitionem; imò reus conveniendus est coram suo judice ordinario, Hostien. *in cap. cæterum*, *num.* 6. *de jud.* ubi Panormit. *numer.* 13. Felin. *numer.* 8. Decius *à numer.* 45. Barbosa *num.* 4. *versic. Item etiam*, Fermosin. *qu.* 5. *num.* 7. Alexand. *cons.* 79. *num.* 1. *lib.* 1. Ripoll. *var. c.* 1. *nu.* 211. *in fine*, Carol. de Gras. *de effect. Clericatus*, *effect.* 1. *num.* 729. Surd. *cons.* 193. *numer.* 13. & 14. cum relatis per Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. Sixtin. *de regal. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 56. Rossental. *de feud. c.* 12. *concluss.* 1. *num.* 85. & *concluss.* 2. *num.* 6. Pareja *de instrut. edit. tom.* 2. *titul.* 6. *resol.* 6. *numer.* 82.

Sublimitantur secundò, ut procedant, quando cau- 55
sa feudalis seu de Regio Patrimonio vertitur inter Fiscum, & privatum; secùs autem si inter duos privatos quæstio vertatur, nam tunc coram Judice ordinario rei lis prosequenda est, ut tenent Archidiacon. *in can. contra morem nu.* 2. *dist.* 100. Joan. Andreæ *in c.* 1. *de reg. jur. in* 6. Lucas de Penna *in l. quicumque versic. E contra C. de fund. limitrop. lib.* 11. Afflict. *decis.* 2. *numer.* 4. quos citat Pareja *de instr. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *num.* 83. Barbosa *in cap. cæterum*, *numer.* 4. *de jud.* Carol. de Gras. *effect.* 1. *num.* 740. de quo Fachineus *controv. jur. libr.* 7. *cap.* 101. Fermosin. *in cap. cæterum*, *quæst.* 4. *de jud.*

Sublimitantur tertiò, & ultimò ut procedant quo 56
ad executionem contra bona Clerici condemnati; secus verò quo ad personam Clerici, quæ semper excepta est, *cap. fin. de vita & honest. Clericor.* Guttier. *de gabel. quæst.* 94. *numer.* 7. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 103. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 20. *numer.* 49. *Scaccia de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 102. Borrell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 7. *num.* 83. Pareja *de instr. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *num.* 73. & 77. Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 726. & *effect.* 2. *numer.* 125. Squilante *de privil. Cler. cap.* 7. *num.* 106. Barbosa *in cap. cæterum*, *n.* 4. *vers. Limita etiam de jud.* Vela *diss.* 45. *num.* 91. *vers. Quamquam*, ibi: *In his namque terminis*, *tom.* 2. Fontanell. *dec.* 341. *nu.* 28. *p.* 2.

Secundò ex prædicta resolutione tradita *nu.* 17. & 18. 57
infertur, quòd si Judex Ecclesiasticus obtinuit in contentione, expensarum taxatio etiam contra laicos ad illum pertinet, ut probant Doctores ibidem citati.

Ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Agullana, Consultore Ferruz 7. Martii 1607. in favorem Joannis Molner Bibliopolæ, contra Joannem Burgues Bibliopolam, tam nomine proprio, quàm ut Syndicorum Confratriæ Bibliopolarum Civitatis Barcinonæ.

58 Dubium tamen est, quis Judex faciet executionem contra laicos pro quantitate expensarum taxata per Judicem Ecclesiasticum; vel generaliter, quis Judex faciet executionem sententiæ per Judicem Ecclesiasticum latæ contra laicos illis in casibus quibus potest contra laicos procedere.

59 Prima est opinio, quòd Judex Ecclesiasticus in casibus, quibus potest procedere contra laicos, potest etiam suam sententiam executioni mandare non petito auxilio Brachii sæcularis.

60 Secunda est opinio, quæ verior est, quòd Judex Ecclesiasticus ex defectu territorii non potest exequi suas sententias adversùs laicos & eorum bona in causis civilibus in Judicio competenti latas, nisi implorato auxilio Judicis sæcularis, *cap.* 1. *de officio ordinarii*, ut pluribus probabo cum variis decisionibus *in part.* 3. *decisionum*.

61 Et licèt Episcopi, Judicesque Ecclesiastici habeant in Cathalonia territorium à Comitibus Barcinonæ concessum ad distringendos, capiendos, & puniendos Clericos, & alios subditos Ecclesiasticos, etiam extra Ecclesiam, *usaticus laudaverunt*, *de Episcop. & Clerici Const.* 6. *de hæreticis in* 1. *volumine*, *pragmat.* 6. *de Bisbes*, *y Prelats*, *in* 2. *vol.*

62 Quod privilegium territorii Judicibus Ecclesiasticis concessum, an comprehendat causas laicorum in criminibus mixti fori, affirmant Cancer. *part.* 3. *var. capit.* 19. *num.* 67. *qui à num.* 56. *ad* 82. *latè materiam pertractat*, *Ripoll. var. cap.* 1. *numer.* 36. latissimè Molinus *de brachio sæculari lib.* 1. *cap.* 4. *per totum*, *per textum in usat. laudaverunt*, *de Bibes*, *y Prelats*. Negant verò
63 Mieres *in tertia Curia Barcinonæ Domini Regis Jacobi* 2. *part.* 1. *col.* 4. *cap.* 9. *num.* 49. *&* 50. *fol.* 205. *in novis*, Olib. *de jure Fisci cap.* 11. *num.* 3. *&* 6. *& cap.* 15. *num.* 49. Peguere *decis.* 92. *num.* 25. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 11. *num.* 89. *& claus.* 13. *part.* 2. *num.* 71. *&* 72.
64 *& decis.* 310. *num.* 18. *part.* 2. Et pro hac negativa fuit in
1 Cathalonia declaratum per Paulum Pla Tertium cum voto duodecim Consultorum Doctorum Regiæ Audientiæ 24. Martii 1607. contra Episcopum Gerunden. ut testantur Cancer, & Fontanella, *ille var. part.* 3. *cap.* 19. *num.* 84. *iste de pac. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 11. *num.* 89. quam retuli *supra decis.* 9. *num.* 34. Et ad Concilium Tridentinum
65 *sess.* 25. *de refor. cap.* 3. quod pro Doctoribus affirmantibus ponderatur, benè respondent Ramon *cons.* 98. *num.* 3. *&* 4. Peguera *dec.* 92. *num.* 25. Fontanella *decis.* 310. *num.* 14. *part.* 2. Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 3. *à numer.* 34. & de his latè *part.* 3. *decisionum*.

66 Cæterùm prædicta de concessione territorii Episcopis facta solùm procedunt in executionibus pro negotiis civilibus, Fontanella *decis.* 310. *num.* 20. ubi testa-
67 tur ita sensisse Senatum *part.* 2. Nisi in contrarium esset consuetudo, *cap. cum contingat* 13. *versic. Nisi forte de foro compet.* Dummodo sit legitimè introducta cum
68 scientia, & patientia Principis sæcularis, ut *dicta par.* 3. *decisionum* dicam.

69 Implorato per Judicem Ecclesiasticum brachio sæculari, certum, & indubitatum est, Judicem sæcularem teneri illud Judici Ecclesiastico impartiri, nedum ordinario, *cap.* 2. *de maledicis*. Sed etiam delegato,
70 *cap. ut officium*, §. *compescendi de hæret. in* 6. *can. administratores*, *can. quali.* 23. *quæst.* 5. Adeò quòd si Judex
71 sæcularis recuset suum brachium Judici Ecclesiastico impartiri, potest iste illum compellere censuris, & aliis remediis spiritualibus, *cap.* 1. *gloss. verbo publicum de off. ord. in* 6. *can. administratores* 23. *quæst.* 5. *cap.* 2. *de*
72 *maledicis*. Etiam si tales Judices sæculares sint supremi, vel Regii Consiliarii, cum jura de hac re loquentia indistinctè & generaliter loquantur. Quod ita demùm
73 accipiendum est, stante Judicis sæcularis urbanè prius requisiti contumacia; dubitandum enim non est, quin Judex Ecclesiasticus in primis litteris leniter, reverenter, & honorificis precibus debet implorare auxilium à Judice sæculari, non autem præceptis, & è contra: alioquin si litteræ sint præceptoriæ, & non deprecatoriæ, poterit sæcularis renuere executionem earum, & in Cathalonia, ac Regnis Coronæ Aragonum contentionem firmare, seu procedere ad occupationem temporalitatum, & in Castella, interposita appellatione ad Superiorem Ecclesiasticum poterit invocare auxilium Regium violentiæ, eoque modo causa ad Regiam Curiam, seu Cancellariam trahi, & in ea Ecclesiasticus monetur, ut urbanus sit, & à præceptis desistat, Salicet. *in authen. si vero criminis*, *num.* 3. *circa finem C. ad leg. Jul. de adul.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 40. ubi addit; quòd si post primas litteras Ecclesiastici urbaniter missas, sæcularis eis obsequi distulerit, aut repugnaverit, poterit Ecclesiasticus mittere secundas præceptivas sub pœna excommunicationis, & non poterit censeri inurbanus, & dixi *decis.* 13. *à nu.*
41. Et dummodo Judex Ecclesiasticus justè auxilium pe- 74
tat, quo casu potest Judex sæcularis excommunicari, si autem Judex Ecclesiasticus injustè auxilium petat, & Judex sæcularis justè illud denegat, excommunicari non potest, ut dicam *part.* 3. *decisionum*.

Siquidem Judex sæcularis non tenetur brachium 75
impartiri pro exequenda sententia injusta Judicis Ecclesiastici, *argumento tex. in cap. inter cæteras de re judic. cap.* 1. *de off. ordin.* Et idem si fuerit sententia nul- 76
la Vel lata juris ordine non servato Vel per Judicem 77
incompetentem. Et tamdem si ab ea fuerit appella- 78
tum. Quod verum est, si causa est appellabilis, vel 79
alio modo retractabilis: aliàs secus, ut latissimè *part.* 80
3. *decisionum* dicam.

At si Judex sæcularis urgeatur ab Ecclesiastico per
censuras, ut suum brachium impartiatur, & ille con- 81
cedendum non esse videat, & nihilominus per censuras urgeatur, potest ab eo ad superiorem appellare Azeved. *l.* 15. *numer.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 12. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 182. *ubi de praxi Regni Castellæ*, Fermosin. *in cap. cum non ab homine*, *quæst.* 37. *num.* 5. *de judic.* Sed
in Cathalonia, & Regnis Coronæ Aragonum potest 82
firmare jus, & de jure, sicut quilibet alius privatus oppressus juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Oliba *de jure Fisci cap.* 15. *num.* 75. *in fine*, Cancer. *part.* 3. *var. capit.* 19. *num.* 15.

Sed si contingat reum carcerari per invocationem
brachii sæcularis, reponendum esse in carceribus Ec- 83
clesiasticis, Segura *in direct. jud. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 44. & post alios Fermosinus *in cap. cum non ab homine qu.* 42. *à num.* 1. *de judic.* quidquid esse in electione judicis sæcularis dicat Bobad. *l.* 2. *cap.* 17. *num.* 187. contra quem invehit Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 88. *in fine*, & ita practicari, ne contra carceratum pro aliis delictis fiat empara, Fontanella *decis.* 310. *num.* 27. *part.* 2. Nisi in gravioribus, vel ubi fuga timeri possit, Molinus *de brachio sæcu. libro* 1. *cap.* 4. *nu.* 46.

Sed quando Judex Ecclesiasticus potest implorare 84
auxilium, seu brachium Judicis sæcularis? quidam tenent quòd potest illud implorare, quotiescumque opportunum ipsi videbitur; *ex Concilio Trident. sess.* 25. *de refor. cap.* 3. *versic. in causis*, *cap.* 1. *cap. quoniam de off. ordin.* Sed alii existimant, quòd tantùm in
subsidium ubi adversùs laicum jam usus fuerit censu- 85
ris, nec earum viribus potuerit suam sententiam exequi, tunc pro ejus executione implorare potest auxilium brachii sæcularis ut Judex sæcularis captis rebus & bonis, ac persona ipsius laici condemnati, Judicis Ecclesiastici sententiam exequatur *cap.* 1. *gloss. verbo publicum de off. ordin.* & hanc posteriorem partem observamus in Cathalonia, Oliba *de jure Fisci cap.* 15. *num.* 52. *&* 74. Peguera *decis.* 92. *num.* 25. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 19. *numer.* 1. latissimè respondendo contrariis innumeros alios citans Molinus *de brachio sæculari lib.* 1. *cap.* 3. *per totum*, *& cap.* 15. *numer.* 3. Fontanella *decis.* 310. *num.* 26. *part.* 2. Ripoll. *in pract. Vicar. Barcinonæ rub.* 20. & ad Concilium Tridentinum respondent Doctores citati *supra numer.* 65. & de his latius dicta *part.* 3. *decisionum*.

Praxis invocandi, & concedendi brachium sæcu- 86
lare vel Ecclesiasticum tradunt Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 67. *Oliba de jure Fisci cap.* 11. *num.* 76. Molinus *de brachio sæcul. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 42. Portoles §. *Judex numer.* 93. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 19. Fontanella *decis.* 310. *numer.* 26. *par.* 2. & latè cum formulis

Ripoll.

Ripoll. *in prac. Vicar. Barcinonæ rub.* 20. remissivè Riccius *in praxi post decis.* 330. *in notabilibus post numer.* 6.

87 Quibus etiam sic peractis, praxis nostra Cathaloniæ tradita *numero* 57. & regula circa implorandum auxilium Iudicis sæcularis in executione sententiæ latæ per Iudicem Ecclesiasticum adversùs laicum proposita *à numero* 60. llimitatur pluribus modis.

88 Primò in causis feudalibus in quibus Ecclesiasticus Dominus feudi nedum cognoscit adversùs laicum, Surd. *cons.* 193. *num.* 2. Barbosa *in addit. ad cap. ex transmissa de foro compet. & alii ex citatis numer.* 47. & 48. Fermosin. *in cap. cæterum quæst.* 5. *numer.* 6. *de judi.* sed etiam suam sententiam executioni mandat absque auxilio brachii sæcularis, Pareja *de instr. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *à n.* 67.

89 Secundò limitatur, ut procedat, quando Judex Ecclesiasticus cognoscit de causis laicorum ex prorogata jurisdictione; secus si ex jurisdictione ordinaria ex dispositione juris per ea quæ tradidi *num.* 52. videndus Pareja *de instru. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *num.* 84.

90 Prædictæ duæ limitationes sublimitantur duobus modis, quos à contrario tradidi *supra numero* 54. & 55.

91 Unum scias, quòd in Cathalonia, & Sardinia non est præfixus certus terminus, intra quem expensæ istæ factæ in competentia petendæ sint. Sed in Regno Aragonum intra dies tres à die intimationis sententiæ Cancellarii computandos petendæ sunt, *ut statuit forus unicus, titul. della competen. de jurisdicion. anni* 1553. Portoles *foro* 2. *num.* 14. *in fine de compet. jurisdic.*

92 Circa ea quæ dixi *decis.* 24. *à num.* 148. quòd Cancellarius aliquando declarat deliquentem, qui obtinuit declarationem in sui favorem immunitatis Ecclesiæ, retineatur pro damnis, & injuria, Quæro 1. Quid damnorum appellatione veniat? R. Quòd arbitrio Judicis requiritur, ita Jason. *in l. si quando, num.* 21. *C. unde vi*, Menochius *de arbitra. jud. casu* 122. Faber *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *de fructib. & litium expen. defin.* 45. Thesaurus *decis.* 67. *numero quarto, in fine, & numero quinto*, Fontanella *decis.* 97. *num.* 11. *par.* 1. Sed in nostris terminis videndi sunt Jul. Clar. §. *homicidium, num.* 133. *versi. Tenetur*, ubi Baiard. *nu.* 69. *versic. Et si hæredes*, Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 37. & 38. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 11. *à num.* 73. *ad* 89. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *casu* 1. *à numero* 194. Larrea *allegat Fiscal* 95. *num.* 34. latissimè Farinacius *par.* 4. *de homicidio, quæst.* 119. *à numero* 93.

93 Quæro 2. An si reus, qui gaudet immunitate Ecclesiæ, retineatur pro damnis, & injuria partis instantis ratione criminis perpetrati, & non possit damna, & iujurias emendare, quia non sit solvendo, si faciat cessionem bonorum, sit illi admittenda, an verò parte instante petente, possit fieri commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem? R. Quòd cessio bonorum non est illi admittenda, an verò parte instante petente, possit fieri commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem? R. quòd cessio bonorum non est illi admittenda, imò parte petente pœna pecuniaria damnorum, & injuriæ potest converti in corporalem, quia tunc reus non per se, sed quasi per accidens in corpore punitur, Marius Italia, Suarez, Farinac. & alii quos referunt Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 31. *num.* 7. *versic. Respondetur*, Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. unica, punct.* 11. *n.* 10. Diana *resol. moral. par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 33. *vers. Restat, & in summa, par.* 1. *verbo immunitas Ecclesiarum, num.* 41. & testatur decisum Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *vers. Et prædicta, & decis.* 6. *per totam.*

94 Siquidem ubi pœna pecunaria imponitur ex delicto, si datur impotentia solvendi, non admittitur cessio bonorum, sed potius fit commutatio in pœnam corporalem, ne delictum remaneat impunitum, per regulam qui non habet in ære, luat in corpore, *l.* 2. §. *fin. ff. de pœnis, l. fin. ff. de in jus vocando, l. quicumque, Cod. de servis fugit. l. fin. C. de sepul. violato. l. qui ædes ff. de incend. ruina, naufrag. l. si quis id quod*, §. *in servos, ff. de jurisd. omni. jud. l. illicitas*, §. *fin. ff. de off. Præsid. l. ob fœnus, ff. de admi. tutor glo. in can. primo si res, verbo cruciatus* 14. *quæst.* 6. *glo. in c. finem litibus de dolo, & contu. glo. in cap. peccatum, verbo peccatum de reg. jur. in* 6. *glo. in can. non satis, verbo debitum* 86. *dist.* Faber. *in* §. *fin. num.* 4. Jason. *num.* 13. *de action.* Jason. *in l. si quis id quod. n.* 28. Decius *num.* 18. *ff. de jurisd. omni. jud.* Peregrin. *de jure Fisci, l.* 4. *tit.* 8. *num.* 33. & *l.* 6. *tit.* 7. *n.* 37. Iul. Clar. §. *fin. quæst.* 95. *num.* 2. *vers. Sed quid si reus, & num.* 5. *versic. Sed pœne*, ubi Baiard. *à num.* 8. Menochius *de arb. jud. casu* 447. *nu.* 5. & 6. Brunus *de cessi. bonor. quæst.* 17. *quæst.* 4. *princip. num.* 1. Thesaurus *dec.* 182. *num.* 1. alios congerit Seraphin. *de privil. juramen. privileg.* 91. *num.* 8. quam plurimos alios laudat Carol. de Grass. *de excep.* 17. *num.* 33. & 41. Gomez *var. resol. tom.* 2. *c.* 11. *num.* 51. *Versic. Item adde quod si debitor*, ubi Laynez *qui plures citat. num.* 13. *versic. Qui convenitur*, Guttier. *de jura. confir. par.* 1. *cap.* 17. *nu.* 26. & *pract. lib.* 4. *quæst.* 16. *numer.* 8. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 8. Portoles *foro* 2. *sub n.* 12. *de compet. jurisd. Baeca de inope debitore c.* 11. *num.* 1. Tuschus *pract. conclu. litiera C. conclu.* 219. *num.* 11. & 16. Castillo *dec.* 135. *num.* 4. *l.* 2. Boer. *dec.* 349. *num.* 8. Trentancinquius *vari. resol. l.* 3. *de solut. resol.* 27. *nu.* 26. *vers. Tertius*, Franchis *dec.* 358. *num.* 1. & 2. Faber. *in suo C. l.* 7. *tit.* 31. *defin.* 1. *num.* 4. & *defin.* 4. *num.* 1. & 2. & *defin.* 7. *num.* 1. Thesaurus *quæst. foren.* 7. *l.* 3. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *n.* 3. & 4. Paz *in prax. tom.* 1. *par.* 4. *c.* 5. *à num.* 17. Metienco *l.* 9. *glo.* 2. *num.* 3. & 4. *tit.* 16. *l.* 5. *recop.* Cabal. *resol. crim. casu* 77. *num.* 1. Guazzin. *de confisc. bonor. conclu.* 13. *ampliat.* 68. *à num.* 1. & *conclu.* 31. *à nu.* 1. Pichard. *in* §. *pœnales, num.* 19. *de action.* Regens Vico *ad prag. Sard. l.* 2. *titt.* 15. *cap.* 21. *num.* 20. & *tit.* 47. *cap.* 3. *num.* 7. Diana *in summa par.* 1. *verbo cessio bonorum, num.* 3. Salgado *in labyrint. cred. par.* 1. *l.* 7. *num.* 1. Ripoll. *var. cap. ultimo num.* 111. & 112. Peguera *dec.* 6. *à num.* 6. & *dec.* 68. *n.* 2. *tom.* 1. & *dec.* 2. *à num.* 10. *tom.* 2. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 97. Cancer. *var. par.* 1. *cap.* 16. *n.* 25. ubi dicit se continuisse & consuluisse, & *par.* 2. *cap.* 9. *à num.* 45.

Quod nedum procedit, quando reus condemnatur 95
ad pœnam pecuniariam ratione delicti in favorem Fisci, verùm etiam quando reus condemnatur occasione delicti ad damna, & interesse in favorem partis, quo casu nec etiam est admittendus ad cessionem bonorum, sed debet luere in corpore: etenim licèt ea pœna pecuniaria respectu partis sit interesse damni illati, tamen respectu culpæ ipsius delinquentis verè & propriè pœna censetur, & sic prætextu inopiæ in corporale commutatur, *c. finem litibus de dolo, & contu. glo. in cap. reprehensibilis, verbo propriam de appellat. l. ob fœnus. ff. de adminis. tutor c.* 2. *de maledicis*, & tenent præcitati Doctores Peregrin. *dicto num.* 33. Baiard. *num.* 14. Covar. *num.* 8. Boerius *num.* 11. Cabal. *num.* 6. Guazzin *num.* 4. Vico. *dicto num.* 20. *in fine* Franchis *nu.* 3. & 4. quidquid dicant alii ex Doctoribus citatis Menochius *à num.* 17. Graf. *num.* 33. *in fin.* Thesaur. *à num.* 3. Farinac. *à num.* 33. Laynez *num.* 53. Trentacinq. *num.* 26. *versic. Tertius, in fine*, Faber. *defin.* 4. *num.* 3. Salgado *num.* 2. quia contra eos, & alios est verior sententia, ut per Peguer. *decis.* 6. & *decis.* 68. *tom.* 1. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 9. *à numer.* 41.

Notanter dixi *num.* 94. ubi pœna pecuniaria impo- 96
nitur ex delicto, nam ubi pœna pecuniaria parti, seu Fisco ex contractu, admittitur debitor ad cessionem bonorum, & non habet locum regula, qui non habet in ære, luat in corpore, *glo. in* §. *penultimo, verbo debita de societate, per l. verum* §. 1. *ff. pro socio*, Calicius *in margar. Fisci, dub.* 3. *num.* 26. Cancer. *par.* 2. *var. c.* 9. *num.* 14. Peguera *decis.* 6. *num.* 3. & *nu.* 13. *versic. Non obstat*, Regens Leon. *decis.* 7. *num.* 3. *libro primo* decisum refert Claper. *in centur. caus. Fiscal. causæ* 19. *quæstio. unica*, sequitur Additio. ad Thesaurum *dec.* 182. *in fide* idem. Peguera *dec.* 1. *n.* 14. *tom.* 2. Graf. *de excep.* 17. *num.* 34. & 43. Menochius

chius *de arbi. jud. casu* 447. *num.* 24. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *numer.* 2. & 8. Salgado *in labyrint. cred. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 9. & 10.

97 Quæro 3. Si mulier sit, quæ detinetur pro damnis & injuria, an si non potest solvere pœnam pecuniariam, in qua fuit condemnata, fiat commutatio in corporalem; R. Quòd sic, ita Follerius *in pract. crim. verbo notarios capiat de persona num.* 19. *versic. Sed quid si mulier*, Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 95. *num.* 9. de quo videndi sunt Boer. *dec.* 349. *num.* 11. *vers. Respectu vero mulieris*, Cabal. *resol. crim. casu.* 77. *à numero* 21.

98 Quæro 4. An si nobilis, qui pro damnis, & injuria retinetur, & non sit solvendo, possit Judex pœnam pecuniariam in corporalem commutare. R. Quòd non ita Jason. *in l. si quis id quod num.* 28. *versic. Tertio limita*, Decius *numer.* 24. *versic. Similiter regula restringitur & num.* 25. *ff. de jurisdic. omni. jud.* Socin. *in cap. ad Abolendam*, *num.* 114. *de Judæis*, Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 4. *in fine*, *versic. Quamvis regulariter* Menochius *de arbi. jud. casu* 447. *à num.* 10. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 21. & 22. Peguera *decis.* 6. *num.* 20. *tom.* 1. & *decis.* 2. *num.* 11. *tom.* 2. Franchis' *decis.* 358. *num.* 6. Baiard. ad Clar. §. 5. *quæ.* 95. *num.* 11. Cabal. *resol. crim. casu* 77. *nu.* 17. Paz. *in prax. tom.* 1. *par.* 4. *cap.* 5. *num.* 19. Boer. *decisic.* 349. *num.* 10. *vers. Tertio limitat. regulam*, Guttier. *pract. l.* 4. *quæst.* 16. *num.* 9. & 10. videndus Guazzin. *de confisc. bonor. conclu.* 31. *nu.* 19. 20. & 21.

99 Cæterùm ab hac resolutione dissentit Gomez. *in* §. *item si quis in fraudem num.* 24. *versic. Secundo limita de action.* ad cujus rationes licèt respondeat Menochius *de arbi. jud. casu* 447. *num.* 13. & 14. adhuc cogitandum reliquit & quamvis ipsum reprehendant Farina. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *numer.* 22. Gutier. *pract. l.* 4. *quæst.* 16. *num.* 10. & Peguera *dec.* 6. *nu.* 20. *tom.* 1. tamen non parum de illa resolutione dubitat Cabal. *res. crim. casu* 77. *num.* 1. & 18. ubi cogitat duplici ratione.

100 Prima, quia in Clerico etiam fit commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, si propter ejus inopiam solvere non potest, *cap. finem litibus* ubi Abbas *num.* 15. *de dolo & contu. glo. in can. quia* §. *presbyteri verbo castigari* 5. *quæst.* 6. idem Abbas *in c. Oduardus.* 9. *de solut.* dummodo pœnæ commutatio fiat per judicem Ecclesiasticum, *l. quicumque* §. & *si ad prædictam*, *C. de servis fugit.* Boer. *dec.* 349. *nu.* 11. Menochius, *de arb. jud. casu* 447. *num.* 7. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *nu.* 13. Bajar. ad Clar. §. *fin. quæst.* 95. *num.* 13. Cov. *l.* 2. *var. c.* 1. *num.* 8. Guttier. *de juram. confir. par.* 1. *c.* 17. *à num.* 23. Gabal. *res. crim. casu* 77. *num.* 19. & 20. Genuensis *in prax. Archiep. Neapol. c.* 2. *num.* 7. Portoles *foro.* 2. *sub n.* 12. *de compet. jurisd.* Guazyin. *de confiscat. bonorum. concl.* 31. *num.* 6.

101 Secunda, quia de jure in officialibus condemnatis in sindicatu fit commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, licèt de consuetudine retineantur in carceribus donec solvant, Amadeus *de syndicat. num.* 160. *versic. Item debent puniri*, Puteus *de syndicat. verbo Judex malè judicans*, *cap.* 5. *num.* 1. *versic Judex qui in syndicatu*, Clarus §. *fin. quæst.* 95. *num.* 3. *versic. Et scias*, ubi Bajard. *sub nu.* 11. Menochius *de arbi. jud. casu* 447. *num.* 15. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 18. Guazin. *de confisc. bonor. conclus.* 31. *n.* 18. Peguera *dec.* 6. *num.* 21. *tom.* 1. & *dec.* 2. *numer.* 12. *ubi de observantia* testatur *tom.* 2. & non videtur dici posse, quòd Clerici, & officiales prædicti sint viles personæ, sed potius judicantur nobiles, vel saltem honestæ, & tamen in eis fit commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem.

102 Addo tertiam rationem, quia Fisci Advocatus dicitur habere dignitatem, & inter clarissimos connumeratur, ut pluribus juribus probant Peregrin. *de jur. Fisci l.* 7. *tit.* 2. *num.* 15. Buratt. *in specul. visit. cap.* 12. *num.* 2. Xammar. *de off. jud. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 18. de cujus excellentiis præter Doctores citatos latissimè Larrea *alleg. Fiscal.* 1. & 51. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. Amaja *in l. fin. cap.* 3. *C. de Decurion. lib.* 10. Et quando Fisci Advocatus instituit calumniosam litem, & venit in expensis condemnandus, si non habet in ære, debet luere in corpore, *constit. per* Toler. 7. *de appell.* ubi Mieres *n.* 1. *fol.* 169. *in novis tom.* 2. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 14. Berat. *in specu. visit. cap.* 12. *num.* 16. & *cap.* 27. *n.* 30. Ripoll. ad Pegueram *in prac. rub.* 27. *numer.* 124. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 84. 103

Quæro 5. An si reus, qui retinetur pro damnis, & injuria, deficiat in solutione alicujus partis ipsius summæ damni, fiat commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, Bald. *in l. fin. in fine*, *C. de sepul. violato*, tenet quòd sic, quam sententiam uti communem, quamvis duram in judicando, sequendam esse asserit Gomez §. *pœnales*, *num.* 18. *de action.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 95. *num.* 6. *vers. Quod si iste reus*, cum relatis per Menochium *de arbi. jud. casu* 447. *nu.* 8. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *nu.* 9. Tiraquell. *de retract. conven.* §. 4. *gloss.* 6. *num.* 28. Paz. *in praxi. tom.* 1. *part.* 4. *c.* 1. *num.* 18. *in fine*. 104

Contrarium tamen tenendum est, quòd si reus solvat majorem partem debiti descendentis ex delicto, pro modico quod restat, non debet corporaliter puniri, imò si illud modicum solvere non potest, excarcerandus est præstita cautione de solvendo, si ad pinguiorem fortunam pervenerit, ita Jason. *in l. quis id quod*, *num.* 28. *in prin.* Decius *num.* 19. & 20. *ff. de juris. omni. jud.* idem Jason. *in* §. *pœnales num.* 50. & 51. *de actionibus*, Paris. de Puteo *de syndicat. verbo pœna cap.* 5. *in prin. num.* 1. Boer. *dec.* 349. *nu.* 8. *vers.*, *Quinimo* Cabal. *res. crim. casu* 77. *num.* 4. *versic. Dubitatur*, & *num.* 5. *ubi dicit*, *ab hac opinione numquam ipsum discedere* Peguera *dec.* 6. *num.* 9. *ubi æquiorem dicit tom.* 1. cum relatis per Farin. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. 10. de quo latius Guazzin. *de censis. bonor. conc.* 31. *à num.* 7. *ad* 1. 105

Quæro 6. An commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem possit fieri sine consensu partis damnificatæ? R. Quòd non; etenim regula, qui non habet in ære, luat in corpore, ita demùm procedit, quando pars instans consentit, & petit, quòd fiat commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, *l. fin. ibi. ex querela patroni*, *ff. de in jus vocando*, Jason. *in l. si quis id quod num.* 28. *versicul. Secundo intellige*, *ff. de jurisdict. omni. jud. & in* §. *pœnales num.* 46. & 47. *de actionib.* Socin. *in cap. ad abolendam num.* 114. *versicul. Quinto limitatur de judicis*, cum relatis Peguer. *decis.* 6. *nu.* 12. & *decis.* 68. *num.* 6. *tom.* 3. *dec.* 1. *num.* 29. & *dec.* 2. *numero* 13. *tom.* 2. Boer. *decis.* 349. *sub numer.* 10. *versicul. Secundo si is*, Guttier. *de jura. confir. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 25. Covarruvias *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 8. *versic. Hæc vero commutatio*, Jul. Clar. §. *fin. qu.* 95. *num.* 4. *versic. Sed quæro quod si pars*, ubi Bajard. *num.* 15. *in fine*, Menochius, *de arb. jud. casu* 447. *num.* 18. & 22. Franchis *decis.* 358. *num.* 3. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *numer.* 23. & 34. *versic. Si vero is*, Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 21. *num.* 20. Cabal. *resol. crim. casu* 77. *num.* 2. Guazzin. *de confiscat. bonor. concluss.* 13. *ampliat* 68. *num.* 5. & *concluss.* 31. *ntmero* 25. 106

Intellige primò, quando ipsa pars privata libenter consentit; si autem consentire nolit commutatione pœnæ pecuniariæ in corporalem, & verè ipse reus non sit solvendo, potest Judex arbitrari, ne talis reus qui solvendo non est, moriatur in carceribus vel quòd luat in corpore, vel quòd creditor habeat fidem de pretio, donec perveniat ad meliorem fortunam, ita Castren. *in l. fin. num.* 3. *ff. de in jus vocando* Bald. *in l. quicumque num.* 19. *versic. Sed quid si adversarius*, *Cod. de servis fugit.* Socin. *in cap. ad abolendam num.* 114. *in fine & nu.* 115. *de Judæis*, Peguer. *dec.* 6. *num.* 13. & *decis.* 68. *num.* 6. *versic. Sed potest dubitari tom.* 1. Boer. *decis.* 349. *num.* 10. *versic. Secundo si is*, Farinac. *par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 23. *in fine*, sic fuisse judicatum in Sacro Consilio testatur Franchis *decis.* 358. *nu.* 4. multis comprobat Baeca *de inope debit. cap.* 11. *num.* 6. *versic. Sed objicis*, & *nu.* 9. Menochius *de arb. jud. casu* 447. *numer.* 23. & valdè æquum videri inquit Cabal. *resol. crim. casu.* 77. *num.* 3. Thoro *in compen. decis. to.* 1. *verbo condemnatus in interesse*, 107

resse, *fol.* 107. Capiblanc. *in prag.* 6. *num.* 53. *de Baronib.* Muscatel. *in prax. lib.* 2. *par.* 3. *glo. detinentur*, *nu.* 96. Bajard. ad Clar. §. *fine. quæst.* 95. *num.* 15. Guazzin. *de confisc. bonor. conclus.* 13. *ampliat.* 68. *num.* 6. *& concl.* 31. *num.* 27.

108 Intellige 2. ut procedat, quando pœna pecuniaria parti privatæ in totum, vel in parte applicatur, nam si ea Fisco tota adjudicetur, mutatur in corporalem, etiam ipsa parte privata invita, vel nolente, Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 8. *versic. Hæc vero commutatio*, Peguera *decis.* 6. *num.* 14. *& decis.* 68. *num.* 7. *tom.* 1. Menochius *de arb. jud. casu* 247. *num.* 10. Guttier. *de jura. confir. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 35. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 24. Cabal. *resol. crimin. casu* 77. *num.* 4. Guazzin. *de confiscation. bonor. conclusion.* 31. *numero* 26.

109 Quæro 7. Si reus, qui retinetur pro damnis & injuria, sit solvendo; sed malit subire pœnam corporalem quàm pecuniam solvere, an sit audiendus; R. Quòd non, imò Judex debet eum cogere ut solvat, & bona sua vendat, *l. de pollicitationibus ff. de pollicit.* quia jura non admittunt reum adpœnam corporalem, nisi propter inopiam, *c. ad abolendam de Judæis*, *l. fin. ff. de in jus vocando*, qua non extante, cessat illorum dispositio: non enim hoc casu pœna corporalis venit alternativè, sed successivè in defectum pecuniariæ, ita Socin. *in cap. ad abolendam nu.* 115. *versic. Sextò limitatur de Judæis*, Castren. *in l. fin. num.* 3. *ff. de in jus vocando*, Decius *in l. si. quis id quod à num.* 22. *ff. de jurisd. omni. jud.* Boer. *decis.* 349. *sub nu.* 10. *versic. Ex quo*, Peguera *decis.* 6. *sub num.* 12. *tom.* 1 Menochius *de arb. jud. casu* 447. *num.* 22. *in fine*, Cabal. *resol. crim. casu* 77. *num.* 13. *& casu* 236. *à num.* 84. Guazzin. *defen.* 32. *cap.* 5. *num.* 6. *& de confisca. bonor. concl.* 31. *num.* 28.

110 Ex quo fit, quòd si Judex reum condemnet in pœnam pecuniariam pro aliquo delicto, cum hoc quòd si eam intra mensem non solverit, amputetur sibi pes, vel manus, aut alio modo corporaliter puniatur, si reus est solvendo & nolit solvere, imo volens potius in corpore luere, permittat labi mensem ad solvendum præfixum Judex non debet eum audire, sed ejus bona capere, & vendere pro solvenda dicta pœna, cùm ipse non sit dominus membrorum suorum, Jason. *in* §. *pœnales*, *num.* 28. *de actionib.* Socin. *in cap. ad abolendam*, *num.* 123. *de Judæis*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 95. *num.* 7. *versic. Quæro etiam quod si reus*, Peguera. *decision.* 6. *num.* 12. plures Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 15. Amescua *de potest. in se ipsum lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. *versic. Secundus casus est*, *& num.* 8. qui *num.* 14. post alios resolvit, quòd talis reus non potest huic mensi renuntiare, Guazzin. *defen.* 33. *cap.* 12. *num.* 7.

111 Quæro 8. Qualis debeat esse pœna corporalis subroganda in locum pecuniariæ; R. Id esse Judici arbitrarium, *cap. finem litibus in fine*, *& ibi glo. ultima*, ubi Joann. Andreas, Imola, Butrius *num.* 20. *de dolo*, *& contu.* Jason. *in l. si quis id quod*, *num.* 29. Decius *num.* 19. *versic. Non sic videtur*, *ff. de jurisdict. omni. jud.* Menochius *de arb. jud. casu* 447. *num.* 3. *&* 4. Cabal. *resul. crim. casu* 77. *num.* 16. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 95. *num.* 12. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 17. Guazzinus *de confisc. bonor. concl.* 31. *num.* 16. Atque ita

112 pro optima cautela notat Aretinus, *in* §. *pœnales sub nu.* 14. *de actionib.* quem citat Cepola *cautel.* 3. sequuntur Paris de Puteo *de syndicat. verbo pœna*, *cap.* 1. *sub num.* 1. *versic. Et adde quod quia* Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 24. *in fine*, Cabal. *resol. crim. casu* 77. *sub nu.* 16. Guazzin. *de confis. bonor. conclu.* 31. *numer.* 36. quòd si aliquis tibi amicus non est solvendo, & est in carcere pro debito ex delicto, si Judex est tibi amicus, facias eum aliqualiter torqueri, seu castigari in secreto, & facias fieri instrumentum de hoc. Sed hanc cautelam impugnat, & benè, Socin. *in cap. ad abolendam num.* 124. *de Judæis*.

115 Sed qualiter Judex debeat suum arbitrium regulare; Doctores sunt discordes.

114 Prima est opinio, quòd debet illud regulare ad pœnam corporalem modicam & levem, *l. qui ædes*, *ibi levius castigetur*, *ff. de incend. ruina*, *naufrag.* Bajar. ad Clar. §. *fin. quæst.* 85. *num.* 14. *in fine*, ut puta pœna funis vel fustigationis, ut scribunt Angel. Castren. & Fulgos. *in l. si quis id quod*, *ff. de jurisdict. omni. jud.* Menochius, *de arbit. jud. casu* 447. *num.* 25. & sentit Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 95. *nu.* 2. *versic. Sed quid si reus*, ubi ait, quòd quidam Prætor fuit graviter reprehensus, qui fecit fustigari inconsulto Senatu Antonium Ravarium, qui non habebat modum solvendi pœnam pecuniariam, in quam fuerat per blasphemiam condemnatus; nam ideo fuit reprehensus, quòd inconsulto superiore pœnam pecuniariam commutasset, non autem pro eo, quòd pœna fustigationis non esset conveniens, pro ut intelligere videtur Franchis *decis.* 358. *sub num.* 6. quem in hoc impugnat Cabal. *resolutio. crim. casu* 77. *numero* 35. *in fine*.

Secunda est opinio, quòd commutatio pœnæ debet 115
esse ad triremes, ad finem ut ex pecunia mercedis damnum privatum sarciatur, & ita observari in Regno Castellæ tradunt Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 8. *in fine*, Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 11. *num.* 51. *versic. Item adde circa finem*, Azevedo *l.* 4. *num.* 3. *tit.* 16. *lib.* 5. *recop.* Paz *in prax. tom.* 1. *par.* 4. *cap.* 5. *à n.* 20. quam opinionem in duobus casibus admittit Baeca *de inope. debit. c.* 11. *n.* 6. quem refert Menochius *de arb. casu* 447. *nu.* 25. & in Regno Neapolis esse de hoc constitutionem particularem tradit Franchis *decis.* 358. *n.* 6. *in fine*.

Tertia est opinio, quòd arbitrium est regulandum 116
per Iudicem juxta causarum merita, personarum qualitatem, Cabal. *resol. casu* 77. *n.* 16. scilicet reum non existentem solvendo, vel fustigari mandare vel ad triremes transmittere, Farinac. *in praxi. par.* 1. *quæst.* 26. *num.* 17. ubi testatur ita sæpius servatum vidisse, quando delicta sunt turpia, & gravia vel etiam funis ictibus affligere, *juxta l. si quis id quod*, §. *in servos & ibi glo. verbo torquendum*, *ff. de jurisdict. omni jud.* & addit idem Farinac. pariter multo sæpius modernos Iudices servare, vel alia mitiori pœna eumdem reum afficere, habita semper, & personæ discretione, & delictorum qualitate.

Quarta, & ultima est opinio commutationem pœ- 117
næ debere esse exilii temporalis, Franchis *decis.* 358. *n.* 5. qui *num.* 6. ait, quòd dum in una ex causis remissis magnæ Curię condemnasset reum ad pœnam triremium appellatione interposita ad Sacrum Concilium fuit imposita pœna temporalis exilii, idem Franchis *decis.* 507. *num.* 2. Thesaurus *decis.* 232. *in fine*, ubi refert fuisse per Senatum commutatam pœnam pecuniariam in corporalem banni per decennium, idem antea tradiderat *decis.* 182. *num.* 1. *in fine* Cabal. *resolut. crim. casu* 77. *numer.* 14. *versic. Sexto dubitatur* Guazzin. *de confisca. bonor. conclu.* 31. *à num.* 15. Thoro *in compen. decis. tom.* 1. *verbo Inquisitus condemnatus fol.* 270. Peguera *in prax. crim. capite* 26. *versic. & prædictæ*, *& decis.* 6. *n.* 19. *tom.* 1. Quibus in locis testatur nostrum Regium Concilium criminale Cathaloniæ imposuisse pœnam exilii quinquennalis quibusdam reis retentis in carcere pro damnis, & injuria partis ratione homicidii per eos perpetrati. Et hanc opinionem sequendam judico, essequę valde conformem opinioni Theologorum, qui tenent reum gaudentem immunitate Ecclesiæ posse, & debere condemnari ad pœnam pecuniariam, vel ad damna, & interesse passa ab eo in quem deliquisset, & non habendo pecuniam pœna aliqua corporali non multum corporis afflictiva, ut docent Diana *resol. moral. par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 33. *versic. Restat*, *& in sum. par.* 1. *verbo immunitas Ecclesiarum*, *num.* 41. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dubt.* 31. *num.* 7.

Quæro nonò, An reus qui ad Ecclesiam confugit ad
damna, & interesse condemnatus, si hujusmodi pœ- 118
nam pecuniariam solverit, à cætero pro eodem delicto criminaliter accusari, vel puniri possit? R. Quòd non, alioquin privilegium immunitatis niqil ei prodesset, *glo. iu can. reum verbo vel ad mortem* 17. *qu.* 4 ubi Archidiacon. *numero* 3. *in fine* Bellamera *numero* 1. *in fine*, *& num.* 2. *versic. Sed quid in corpore*, Hostien. *in cap. inter alia*, *num.* 1. Anchar. *num.* 2. Annun. *num.* 3. Zabarella, *num.* 4 Ioan. Andreas, *num.* 8. Butrius *nu.* 13. *de immu. Eccles.* cum aliis per Farinac. *de immu. Eccles. num.* 340. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 6. *in fine*, Diana *resol. moral. par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 33. *vers.*

Sed

Sed hic obiter, & in sum. par. 1. *verbo immunitas Ecclesiarum num.*37. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.*16. *dubit.*31. *nu.*6. *&* 10. *in fine*, Castro Palao *part.* 2. *tract.*11. *disp. unica puncto* 11. *num.*10.

119 Quæro 10. Utrùm reus ad damna, & interesse condemnatus, qui cum non extitisset solvendo subivit pœnam corporalem, remaneat ab eadem pœna pecuniaria liberatus? R. Quòd sic, adeò ut non possit amplius vexari, nec molestari, etiam quòd efficiatur solvendo, ac perveniat ad prosperam fortunam, *l. sed & si unus*, §. *cum servus ff. de injuriis*, *l. quæritur*, §. *minor*, §. *si servus*, *ff. si ex noxali causa agatur*, *glo. in cap. sicut dignum de homicid. & in cap. peccatum de reg. jur. in* 6. *& in can. si res* 14. *quæst.* Jason. *in l. si quis id quod num.*29. Decius *numer.*26. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Socin. *in cap. ad abolendam num.* 120. *de Judæis*, Boerius, *decis.*349. *sub num.*4. Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*26. *num.*24. Cabal. *resol. crim. cas.*77. *à num.* 29. Peguera *decis. num.*22. Additio ad Thesaur. *decis.*182. *circa finem*, Guazzin. *de confiscat. bonor. concl.*13. *ampliat.*68. *num.*11. *& conclu.*31. *num.*35. Laynez in addit. ad Gomez. *tom.*2. *var. cap.*11. *num.*53. *versic. Qui convenitur*.

120 Unum addunt Doctores in hac materia, quòd fidejussor de repræsentando reum si fuerit condemnatus ob non factam repræsentationem, & non possit solvere pœnam pecuniariam, non debet luere in corpore, sed admittitur ad cessionem bonorum, quia non est delinquens, nec condemnatus pro delicto, sed pro contraventione commissa fidejussionis pœnalis, & non est facienda extensio in pœnalibus, ne unus pro alio puniri debet, ut per Franchis *decis.* 507. *à num.* 3. ad quem se refert Additio, ad Thesaurum *dec.*182. *in fine*, Peguera *decis.*2. *sub num.*14. *tom.*2. & hanc esse decisionem notabilem, & non rarò in facto contingibilem testatur Cab. *resol. crim. casu* 77. *num.*7. loquitur, Cancer. *part.* 2. *var. cap.*5. *numer.*44. *versic. idem tenet.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.*95. *numer.* 16. sed addit quòd melius esset pro bono publico, quòd pœna possit com-

121 mutari in corporalem, Cui non assentior, sed videant Officiales quibus spectat, ut fidejussores sint idonei, aliàs tenentur de suis bonis proprtiis de quo cum limitationibus videndi sunt Franchis *decis.*480. Seraphin. *dec.*576. Gratian. *decis.*69. Riccius *decis.*49. *part.*2. Cabal. *res. crim. casu* 73. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 46. *versic. Cæterum*, ubi Bajard. *à num.*42. Farin. *in prax. p.*1. *qu.* 33. *à num.*83. Guazzin. *def.* 6. *cap.*2. Novar. *in pragmat.* 17. *collect.* 14. *à numer.* 2. *de actuariis* Bobadilla *in polit. lib.* 3. *capit.* 14. *numer.* 99. *&* 100. *& lib.* 5. *cap.* 3. *numer.*140.

122 Sed scias, quòd si pars privata concurrat cum Fisco pro exigenda pœna originata ex delicto, seu quasi, ut quia in eadem sententia condemnatus esset reus in pœna centum pro Fisco, & centum pro parte privata, tunc reo non existente solvendo utriusque pœnæ quantitatem, præfertur Fiscus in exigendo suo credito, excluditque partem privatam, ut reprobatis contrariis plures laudant, Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom.* 1. *fol.*212. *part.*2. *num.*7. *&* 8. Carleval. *de judici. lib.*1. *tit.* 2. *disput.*1. *à num.* 32. Salgado *in labyrin-*

123 *tho cred. part.* 1. *capit.* 7. *numer.* 7. Nisi quando ob idem delictum eadem sententia condemnatur reus ad pœnam applicandam Fisco, & ad partis interesse pro emenda damni illati ex eo delicto, quo casu pars privata pro illo interesse præfertur Fisco, ut post alios docent Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom.* 1. *fol.* 212. *num.* 6. Carleval. *de judici. lib.*1. *tit.*2. *disp.*1. *num.*27. *in fine*, Salgado *in labyrintho par.*1. *cap.*7. *num.*8.

124 Dixi *num.*122. pro exigenda pœna originaria à delicto, seu quasi. At si pars privata esset creditor ex contractu præfertur Fisco agenti pro pœna pecuniaria, quia in pœnis exigendis Fiscus non habet aliquod privilegium contra alios creditor ex contractu, imò in omnibus cedit, sive sint personales, sive hypothecarii, vel chirographarii, *l. unica*, *C. de pœnis*, *Fisca. l.* 10. *l. non possunt*, *l. in summa*, *l. res* §. 1. *l. quod placuit. l. Arianus*, *ff. de jure Fisci l. rescriptum*, *ff. de pactis*, ut post alios tradit Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom.*1. *fol.* 212. *num.*5. plures laudat Carleval. *de jud. l.*1. *tit.*2. *disp.* 1. *num.*26. cum relatis per Salgado *in labyrintho, part.* 1. *c.*7. *num.*5. *&* 6. Portoles §. *Fiscus, num.*5. remissivè Matheu *de Regim. Reg. Val. tom.*2. *c.*8. §. 9. *num.* 118. Ex nostris Calicius *in margarita Fisci, dub.*3. *num.* 2. Oliba *in* §. *pœnales relect.*2. *num.* 129. *de actionib.* Ripoll. *var. c. fin. à num.*449. Fontanella *de pact. nup. tom.*2. *claus.*7. *glos.* 2. *part.*9. *à num.*60. *&* 476. *num.*14. *part.*1. Limita si 125 Fiscus agat actione ex maleficio non ad pœnam, sed pro resarciendo damno in re Fiscali per maleficium illato, nam tunc utitur actione personali privilegiata, etiam contra creditores, & eis præfertur, *l. quod placuit, glos. verbo jus commune*, *ff. de jure Fisci*, *& in l. unica*, *C. de pœnis*, *Fisc. l.* 10. plures citat Hermosilla ad Greg. Lopez *tom.*1. *fol.*212. *num.* 4. *&* 6. cum relatis per Carleval. *de jud. l.*1. *tit.*2. *disp.*1. *num.*27. Sed hanc limi- 126 tationem non extendas ad casum, quo Fiscus agit ad interesse suum pro expensis factis in capiendo malefactore, & incorporandis ejus bonis confiscatis; nam Fiscus pro istis expensis non haber privilegium prioritatis inter cæteros creditores, imò si reus non est solvendo, creditores præferuntur Fisco, ut post alios docent Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom.*1. *fol.* 212. *pagina* 2. *à nu.* 9. Carleval. *de jud. lib.*1. *tit.*2. *disp.*1. *à num.*28.

Forma ad petendum à Cancellario fidem, seu cer- 127 tificatoriam expirationis contentionis, quando ipse verbo mandat illam petere cum supplicatione, est tenoris sequentis.

Illustris. & admodum Reverende Domine.

CCoram Dominatione vestra pendebat causa contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ per Petrum A. Notarium publicum ejusdem Civitatis, & Fisci Procuratorem Patrimonialem, procedimentis factis per Joannem B. Mercatorem in dicta Curia Ecclesiastica Barcinonæ: cumque ipsa ob lapsum termini Dominationi vestræ ad declarandum concessi expiraverit, censetur declarata in favorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ jurisdictionis. Ideo, & alias Fisci Procurator Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & dictus Joannes B. supplicant Dominationi vestra ipsis concedi mandari certificatoriam, seu fidem expirationis dictæ contentionis, off. quæ licet.

Altissimus.

N. Fisci Adv. C. E. Barcinonæ.

Cui quidem supplicationi, si aliqua adest causa ad denegandam certificatoriam, fit provisio sequens.

Die 6. *Julii* 1656. *intimetur Fisci.*

Procuratori Patrimoniali.

N: Cancellarius.

Qua intimata facta Fisci Procuratori Patrimoniali, si ipse videt aliquam adesse causam ad denegandam certificatoriam expirationis contentionis, contradicit cum supplicatione, vel schedula illius expeditionis, & formato altercato declaratur per Cancellarium, an sit locus, vel non expeditioni dictæ certificatoriæ, juxta praxim suprà relatam *n.*2.

Quando autem conceditur fides expirationis con- 128 tentionis, expeditur forma sequenti.

Attestor, & fidem facio ego Paulus Marques Presbyter in Ecclesia Parochiali Sancti Jacobi præsentis Civitatis Barcinonæ Beneficiatus, auctoritatibus Apostolica atque Regia Notarius publicus, & causarum contentionum Scriba Barcinonæ commorans infra scriptus. Quod in causa contentionis jurisdictionis vertenti coram admodum Illustri, & admodum Reverendo Domino Regio Cancellario præsentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendissimi Episcopi Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ partibus ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ factæ per Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ, & per Fisci Procuratorem Patrimonialem, procedimentis contra dictum Petrum A. in dicta Curia Ecclesiastica Barcinonæ, instante Joanne B. Mercatore dictæ Civitatis

factis,

factis, quæ contentio inter dictas Curias firmata fuit die 24. Maii 1656. usque ad diem 30. Junii, & horam tertiam post meridiem ejusdem anni, qua die, & hora finiebat, & expirabat tempus statutum per Constitutiones Cathaloniæ, & pragmaticas sanctiones præfinitum ad decidendum, & declarandum causam dictæ contentionis: in dicta causa nulla fuit per dictum Dominum Cancellarium facta sententia, nec de consensu dictarum ambarum Curiarum fuit prorogata, ex quo expiravit, & censetur declarata in favorem dictæ Curiæ Ecclesiasticæ. Ideoque ut suprà dicta cunctis pateant, de mandato dicti Domini Cancellarii ad instantiam Procuratoris Fiscalis dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, seu dicti Joannis B. hanc certificatoriam manu propria dicti Domini Cancellarii firmatam, & ejus proprio sigillo sigillatam expedivi, & liberavi die 10. mensis Julii anno à Nativitate Domini 1656.

N. Cancellarius.

Loco † Sigilli.

Ut igitur præmissis propria manu scriptis in judicio, & extra fides plenaria impendatur, ego idem Paulus Marques Presbyter, Notarius, & Scriba suprà memoratus hic me subscribo, & meum solitum artis Notariæ appono sig†num.

129 Copia authentica sententiæ Cancellarii expeditur forma sequenti.

Jesu Christi, ejusque Purissimæ Matris, & Virginis Mariæ nominibus invocatis.

ADmodum Illustris, admodumque Reverendus Don Petrus à Puigmari, & Funes I. V. D. Abbas Sancti Michaelis de Cuxano, &c.

Lata, & promulgata, &c. continua usque ad finem eo modo, quo habetur in formulis traditis *decis.* 24. *n.* 206.

Deindè dicet Notarius.

Copia hujusmodi sententiæ in præsenti papiri folio propria manu scripta, sumpta, & extracta fuit ab ejus originali posito, & contento in originali processu causæ contentionis inter Curias & partes respectivè supradictas, actitato, & cum eodem juridicè comprobata per me dictum Paulum Marques Presbyterum, Notarium, & Scribam suprà memoratum, hæc etiam propria scribentem manu, & in fidem, & testimonium præmissorum meum solitum artis Notariæ appono Sig†num.

ARGUMENTUM.

De casibus in quibus Curia Ecclesiastica potest procedere per censuras, & alia remedia spiritualia contra Curiam sæcularem.

SUMMARIUM.

1 *Curia Ecclesiastica procedere potest, & procedit per excommunicationem, & alias censuras contra Curiam sæcularem nolentem contentionem firmare.*

2 *Curia Ecclesiastica potest procedere, & procedit per excommunicationem, & alias censuras contra Curiam sæcularem recusantem firmare dubium.*

3 *Curia Ecclesiastica procedit per censuras contra Curiam sæcularem non parentem sententiæ Arbitrorum, vel Cancellarii.*

4 *Curia Ecclesiastica potest compellere censuris, & aliis remediis spiritualibus Curiam sæcularem ad sibi auxilium præstandum.*

5 *Curia Ecclesiastica potest procedere per censuras contra Curiam sæcularem, si utitur verbo* mandamus.

6 *Curia Ecclesiastica potest procedere per censuras contra Curiam sæcularem, si debitum honorem non servat Curiæ Ecclesiasticæ.*

7 *Curia Ecclesiastica si turbetur à Curia sæculari, potest contra istam uti censuris, & aliis remediis spiritualibus.*

8 *Jurisdictionem alienam nefàs est turbare.*

9 *Magistratibus omnibus permissum est jurisdictionem suam pœnali judicio defendere, numer.* 9. *sive ordinariis, sive delegatis, num.* 10. *etiam ex officio, num.* 11. *& in non subditos, & exemptos, ac penitus extraneos, num.* 12.

13 *Jurisdictione concessa censetur omnia concessa, sine quibus jurisdictio exerceri non potest.*

14 *Judex Ecclesiasticus ad conservandam suam jurisdictionem contra illam turbantes potest uti gladio spirituali, & materiali, num.* 24. *spirituali pœna scilicet excommunicationis, num.* 15. 16. 17. *& 18. materiali, pœna pecuniaria, & mulcta, num.* 19. *vel alia pœna extraordinaria, Judicis arbitrio, num.* 20. *etiam bannimenti, & relegationis, num.* 21. *sed ordinarius modus defendendi jurisdictionem Ecclesiasticam est per censuras, præsertim excommunicationis, numero* 22.

23 *Laici coram Judice Ecclesiastico regulariter conveniri nequeunt, num.* 23. *fallit pluribus in casibus remissivè, num.* 24. *& inter alios ille est, quando laici perturbant jurisdictionem Ecclesiasticam num.* 23. *item quando laici veniunt contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, num.* 26.

27 *Curia Ecclesiastica potest procedere per censuras contra Curiam sæcularem in omnibus casibus, quibus Curia sæcularis potest procedere contra Curiam Ecclesiasticam ad occupationem temporalitatum.*

28 *Curia Ecclesiastica prolata sententia excommunicationis contra Curiam sæcularem, si Curia sæcularis noluerit illi parere, potest submittere locum interdicto, ubi Judex sæcularis degit.*

29 *Judex Ecclesiasticus absolvere debet à censuris Judicem sæcularem, postquam integrè satisfecerit.*

30 *Episcopus potest absolvere ab excommunicatione incursa ob turbationem Ecclesiasticæ jurisdictionis, vel violationem immunitatis Ecclesiasticæ.*

31 *Episcopus potest absolvere ab excommunicatione majori lata à jure, si expressè non est Sedi Apostolicæ reservata, num.* 31. *Idem dicendum in Vicario generali Episcopi, numero* 32. *& de Parocho num.* 33.

34 *Episcopi non possunt excommunicare Dominum Regem, si noluerit contentionem firmare, nec obedire sententiæ Arbitrorum, vel Cancellarii.*

35 *Episcopi sunt ordinarii Regum.*

36 *Episcopi de jure possunt excommunicare Reges, si perturbant jurisdictionem Ecclesiasticam, num.* 36. *Fallit de jure novo, nam propter reverentiam Regibus debitam habent privilegium à Summo Pontifice, ne possint ab Episcopis excommunicari, num.* 37.

38 *Episcopi an possint excommunicare Proreges, & Locumtenentes generales Domini Regis, si nolunt firmare contentionem, nec obedire sententiæ Cancellarii, opinio affirmativa, num.* 38. *sed negativa est verior, num.* 39.

40 *Excommunicatio infligenda non est, nisi pro peccato mortali.*

41 *Proreges, & Locumtenentes generales Domini Regis in Cathalonia, & aliis pluribus Regnis in negotiis justitiæ votum non habent, sed resolutionem majoris partis Senatorum de necessitate sequi tenentur, nisi data paritate votorum.*

42 *Episcopi non possunt excommunicare Gerentem Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedentem, si nolit firmare contentionem, nec obedire sententiæ Cancellarii.*

43 *Episcopi an possint excommunicare Regentem Regiam Cancellariam, & alios Regios Consiliarios, si noluerint contentionem firmare, nec obedire sententiæ Cancellarii, opinio negativa, num.* 43. *Sed affirmativa est verior, num.* 44. *& probatur, num.* 46. 47. 48.

45 *Inquisitores hæreticæ pravitatis Regios Consiliarios excommunicare possunt, si ipsorum perturbent jurisdictionem.*

49 *Episco-*

49 *Episcopi non possunt excommunicare omnes Regios Consiliarios, numer. 49. Sed quomodo hoc practicetur, numer. 55.*

50 *Factum à majori parte in rebus Universitatis, & Collegii valet, & tenet, ac prævalere debet.*

51 *Universitas tota excommunicari non potest numero 51. aliàs excommunicatio est ipso iure nulla, n. 52. limita, numer. 53. & 54.*

55 *Monitio an præcedere debeat, ut Episcopi possint excommunicare Regios Officiales, numero. 56. distingue in hac materia contentionis duos casus, numero 63.*

57 *Monitio canonica an exigi debeat ad excommunicationem proferendam, num. 57. quid in excommunicatione à Canone ipso jure lata, num. 58. & quid in excommunicatione proferenda ab homine, num. 59. & 60. & an debeat esse personalis, numero 61. & trina, vel una pro tribus, numero 62.*

64 *Citatio an requiratur, ut Episcopi possint excommunicare Regios Consiliarios, n. 64. & quomodo practicetur in materia contentionis, num. 69.*

65 *Citatio an requiratur ad proferendam excommunicationem, uum. 65. 66. 67. & 68.*

70 *Episcopi non possunt procedere per censuras contra Regios Consiliarios, si ipsi non sint subditi Curiæ Ecclesiasticæ contentionem firmanti, tàm ratione originis, quàm domicilii, sed existant in aliena Diœcesi, & territorio: sed est necessaria licentia proprii Prælati cum expeditione litterarum subsidiariarum.*

71 *Episcopi possunt comminare censuras ratione delicti in alieno territorio, numer. 72. Sed adhuc requiritur, quòd præcedat licentia proprii Episcopi, sine qua comminatio censurarum in alieno territorio est nulla, numer. 73. nedum in censura lata ab homine, sed etiam in censura lata à Canone, numero 74. & 75.*

72 *Episcopus requisitus litteris subsidiariis alterius Episcopi consentire tenetur, & illas debitè executioni demandare.*

75 *Judex non potest citare subditum suum in alieno territorio, nisi cum licentia Judicis illius territorii, ubi citandus habitat dirigendo ad eum litteras subsidiarias.*

76 *Officialis Regius si uti Iudex, & publica persona, ac exercendo suum officium excessus committat contra Ecclesiam, vel contra personas, seu Bona Ecclesiasticorum, puniendus est in Cathalonia, Sardinia, Valentia, & Regno Majoricarum à Domino Rege, & non ab Episcopo.*

77 *Dominus Rex in concordia Reginæ Eleonoræ reservavit sibi punitionem suorum Officialium excessus contra Ecclesiam committentium.*

78 *Dominus Rex in Cathalonia, & suus Primogenitus, ac Gerens Vices generalis Gubernatoris procedens Viceregia sunt tantùm Judices competentes ad cognoscendum, an Officialis Regius cum suo exercitu rectè exercitaverit processum soni emissi, & consequenter ad illum puniendum.*

79 *Idque nedum intelligendum est in excessibus, quos faciunt Officiales Regii contra Ecclesiam, personas, & bona Ecclesiasticorum in prosecutione soni emissi, numer. 79. sed etiam in omnibus aliis excessibus, quos solus Dominus Rex punit, numero 80. & 81.*

82 *Officialis Regius non potest prorogare jurisdictionem Curiæ Ecclesiasticæ.*

83 *Prorogatio in causis Principi reservatis locum habet.*

84 *Episcopus in Cathalonia, Valentia. Sardinia, & Regno Majoricarum non potest procedere censuris, & aliis remediis spiritualibus contra Regium Officialem excessus committentem contra Ecclesiam, vel clericos, seu eorum bona uti Judicem, & publicam personam, numero 84. limita, numero 85. & 100.*

85 *Officialis Regius excessus committens contra Ecclesiam, personas, vel bona Ecclesiasticorum non uti Judex, sed ut privata persona, & extra casum exercitii sui Officii puniri potest à Judice Ecclesiastico.*

86 *Judex Ecclesiasticus procedere potest in vim constitutionum Tarraconæ de invasoribus, & Bullæ in Cœna Domini contra Regium Officialem, qui excessus committit contra Ecclesiam, personas, & bona Ecclesiasticorum non uti Officialem sed ut privatam personam, & extra casum exerciti sui officii, numer. 86. & n. 87.*

88 *Officialis Regius procedens contra personas, & res Ecclesiasticas non ut Officialis, sed ut privata persona est in manifesto dolo.*

89 *Querela pacis, & treugæ locum non habet contra Officialem Regium delinquentem ut Officialem; secus contra delinquentem ut privatam personam.*

90 *Officialis Regius quando procedat ut Officialis, & quando ut privata persona.*

91 *Officialis in dubio præsumitur procedere ut Officialis, & non uti privata persona.*

92 *Officialis pluribus casibus dicitur procedere ut privatus, & uti privata persona.*

93 *Officialis procedit ut privatus, quando se immiscet his, quæ non sunt sui officii, numer. 93. ut puta quando non habet jurisdictionem in illo casu, quem exercet, numero 94.*

95 *Officialis dicitur procedere ut privatus, quando procedit extra formam, modum, & figuram officii, numero 95. ut puta, quando procedit sine consilio sui Assessoris, maximè in re gravi, numero 96. item quando extrajudicialiter alicui facit injuriam, numero 97.*

98 *Officialis procedens absque causæ cognitione videtur procedere ut privatus.*

99 *Officialis quando percutit cum armis, vel insultat sine signo officii, vel nocte intrat domum, & deprædatur, dicitur procedere ut privatus.*

100 *Judex Ecclesiasticus non potest via rigorosa procedere per censuras contra Officialem Regium excessus committentem uti officialem, & publicam personam contra Ecclesias, personas, & bona Clericorum; secus verò via ordinaria citato, & audito, numer. 100. & 101.*

102 *Judex Ecclesiasticus non procedit via rigorosa per censuras, nisi ubi de manifesto dolo argui potest.*

103 *Cancellarius Cathaloniæ solet in sententiis contentionum modum procedendi statuere Judici Ecclesiastico, quòd non procedat contra Officiales Regios via rigorosa, sed via ordinaria ipsis citatis, & auditis.*

104 *Episcopos non posse in Cathalonia procedere per censuras contra Regios Officiales inconsulto Domino Rege, vel Prorege ex Regia pragmatica ut asserunt Antonius de Ballis, & alii, numer. 104. Sed impugnantur, num. 105.*

106 *Reges non possunt prohibere Episcopis, ne procedant ad censuras contra Officiales Regios ipsis inconsultis.*

107 *Reges prohibere non possunt, ne promulgentur inhibitoriæ, quæ à Judicibus Ecclesiasticis ad Magistratus Regios mittuntur priusquam ipsis Regibus offerantur, & de eorum facultate publicentur.*

108 *Reges inhibere non possunt Judicibus Ecclesiasticis, ne quemquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causam ostendant.*

Judex Ecclesiasticus non potest censuris procedere contra Officialem Regium vulnerantem Ecclesiasticum illi impedientem exercitium Regiæ jurisdictionis, numero 106. versic. Tertius, & ultimus casus est.

109 *Officialis Regius quando contra eum proceditur per censuras per Judicem Ecclesiasticum ordinarium, potest contentionem firmare per Fisci Procuratorem suæ Curiæ, vel ipse tenetur comparere in Regia Audientia, & ibi contentionem firmare, & casu quo non compareat, nihilominus*

nus Fisci Procurator Regiæ Curiæ illam firmare poteſt.

Et quid quando contra eum proceditur per cenſuras per Judicem Eccleſiaſticum ut Baronem, ibidem verſic. Similiter.

110 *Regius portarius ſi deliquerit in aliqua Baronia in officio ſibi commiſſo, vel extra officium an poſſit à Barone puniri, quid de jure communi, numero* 110. *Quid de jure Cathaloniæ, numero* 113. *De jure Regni Aragonum, num.* 114. *De jure Valentiæ. numer.* 115. *De jure Neapolis, nu.* 116. *De jure Siciliæ, num.* 117.

111 *Delegatus Principis ſi delinquat in delegatione, ſolum à Principe delegante puniri poteſt, ſi verò delinquat extra delegationem puniri poteſt ab ordinario, in cujus territorio deliquit.*

112 *Archiepiſcopus, vel Patriarcha ſi deliquerit in aliena Diœceſi, puniri poteſt per Epiſcopum illius Diœceſis, dummodo Epiſcopus non fuerit ſuffraganeus.*

118 *Baro, vel ordinarius in cujus territorio Officialis Regius deliquit, poteſt eum in fragantia delicti capere, & ad ſuum ſuperiorem remittere, numero* 118. *Sed utrùm poſſit illi facere proceſſum, numero* 119.

120 *Baro contra Regium Officialem exceſſus committentem in ſua Baronia poteſt agere ad emendam damni, & illius punitionem aut in Regia Audientia per viam querelæ, aut in judicio tabulæ.*

121 *Officialis Baronum in Cathalonia, Valentia, & Sardinia, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, ſunt de foro Baronum nedum pro his, quæ in officio deliquerunt, ſed & de commiſſis extra officium, quod & de jure procedit, ſecus in Regnis Aragonum, Neapolis, & Siciliæ.*

122 *Limita primò, ſi Officialis Baronis ſit Familiaris Sancti Officii.*

123 *Limita ſecundò, ſi Officialis Baronis deliquerit in criminibus, quibus juriſdictio ſpectat ad Principem, vel aliàs eſſet perſona Militaris.*

124 *Limita tertiò, ſi Officialis Baronis deliquerit in alia ſpecie juriſdictionis, quam ipſe Baro ibidem habet.*

125 *Officialis Regius ſi offendatur in exercitio ſui officii per vaſſallum Baronis, & in ipſius territorio punitio non ad Baronem, ſed ad Dominum Regem pertinet.*

126 *Forma procedendi per Curiam Eccleſiaſticam per cenſuras, & alia remedia ſpiritualia contra Curiam ſæcularem.*

DECISIO XXVII.

1 PRimus caſus, eſt quando Curia ſæcularis non vult contentionem firmare, poteſt Curia Eccleſiaſtica procedere, & procedit contra illam per excommunicationem, & alias cenſuras, & hoc nullam habet difficultatem.

2 Secundus caſus eſt, quando Curia ſæcularis recuſat firmare dubium, poteſt Curia Eccleſiaſtica procedere & procedit contra illam per cenſuras, & alia remedia ſpiritualia, ut dixi *deciſ.* 15. *num.* 1.

3 Tertius caſus eſt, quando Curia ſæcularis non paret ſententiæ Arbitrorum, vel Cancellarii, ſeu Tertii contentionum poteſt Curia Eccleſiaſtica procedere, & procedit contra illam per cenſuras, ut tradidi *deciſ.* 12. *num.* 63. *deciſ.* 25. *num.* 87. *& deciſ.* 26. *nu.* 13. & in Regno Sardiniæ adeſt Regia pragmatica de qua Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 8.

4 Quartus caſus eſt, quando Curia ſæcularis recuſat ſuum Brachium Curiæ Eccleſiaſtice præſtare, poteſt Curia Eccleſiaſtica illam conpellere cenſuris & aliis remediis ſpiritualibus ad ſibi illud impartiendum, ut tradidi *deciſ.* 16. *num.* 71.

5 Quintus caſus eſt, quando Curia ſæcularis utitur verbo *mandamus*, Curia Eccleſiaſtica poteſt procedere contra illam per cenſuras, & alia Juris remedia, donec revocet, ut dixi *deciſ.* 13. *nu.* 35. *in fine.*

6 Sextus caſus eſt, quando Curia ſæcularis in litteris contentionis honorem debitum non ſervat Curiæ Eccleſiaſticæ, ſed indecenter loquitur, poteſt Curia Eccleſiaſtica procedere contra illam cenſuris & aliis remediis ſpiritualibus, donec revocet, & decenter, ac urbanè loquatur, ut dixi *deciſ.* 13. *num.*44.

Septimus caſus eſt, quando Curia ſæcularis perturbat Curiam Eccleſiaſticam, poteſt iſta contra illam uti cenſuris, & aliis remediis ſpiritualibus Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 1. *ſub num.* 24. & alii per Farinac. *in praxi. par.* 4. *quæſt.* 114. *à num.* 26. Iul. Chartar. *deciſ.* 72. *à. num.* 97. *verſic. Quod autem.* 7

Si quidem generale eſt, ut nemo alienam perturbet juriſdictionem, Baldus *in l. repetita, C. de Epiſcop. & Cler.* Barboſa *in cap.* 1. *à num.* 6. *de conſtitut.* Jul. Chartar. *deciſ.* 72. *num.* 98. *& deciſ.* 89. *num.* 30. Farinac. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 114. *à num.* 21. Solorzano *de jure Indiar. libro* 3. *cap.* 27. *à num.* 33. Omnibuſque Magiſtratibus permiſſum eſt ſecundùm jus ſuæ poteſtatis juriſdictionem ſuam pœnali judicio defendere *l.* 1. *in prin. ff. ſi quis jus dicen. non obtemper. l. obſervandum, ff. de off. præſid. cap.* 1. *glo. verbo impedire, cap. præterea, cap. ſignificaſti glo. verbo reſiſtentia, cap. ex litteris, cap. de cauſis, de off. deleg.* 1*ti, cap. dilecto, de ſenten. exco. in* 6. *cap.* 1. *glo. verbo punire de pœnis in* 6. *cap. quod ſuper his glo. verbo obedientiam, de major. & obedien.* Eugen. *conſ.* 33. *à. n.* Menochius *conſ.* 230. *à num.* 82. Riccius *in prax. reſol.* 231. Martha *de juriſdict. par.* 3. *cap.* 1. *à num.* 1. *& par.* 4. *cap.* 128. *num.* 4. Cenedo *collect. ad decretum* 37. *num.* 9. Bobadilla *in pollit. libro* 2. *cap.* 18. *num.* 85. latè Aviles *cap.* 3. *Prætor. verbo juriſdiction. à num.* 1. Farin. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 114. *num.* 24. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 18. & 65. Novarius *in rubri. de juriſdict. non turbandis collect.* 1. *nu.* 3. Galeota *reſpon. fiſcal.* 1. *numer.* 45. & 50. Julius Chartar. *deciſ.* 92. *num.* 99. *& deciſ.* 89. *num.* 31. *& deciſ.* 96. *num.* 18. Pareja *de inſtru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *num.* 29. Regens Vico *ad prag Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 5. Peguera *in prac. crim. cap.* 24. *num.* 8. Fontanella *deciſ.* 318. *num.* 9. *& dec.* 319. *num.* 20. *par.* 2. Barboſa *in cap. dilecto, num.* 7. *de ſenten. exco. in* 6. 8

Sive ordinariis, ſive delegatis, ut ſcribunt communiter Doctores *in cap.* 1. *de off. deleg.* Julius Chartar. *deciſ.* 96. *num.* 21. *verſic. Et hæc,* 9

latiſſimè Farinacius *in prax. parte quarta, quæſt.* 114. *à numer.* 67. *cum ſequentibus,* Etiam ex officio *capite primo de offic. delegat.* Aviles *c.* 3. *Prætor. gloſ. juriſdiction. numer.* 8. *in fine,* Julius Chartar. *deciſ.* 96. *num.* 19. & in ſubditos & exemptos ac penitus extraneos *cap. Romana in* 6. & probant communiter Doctores *in cap.* 1. *de off. deleg.* quos refert & ſequitur Farinac. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 114. *num.* 67. *&* 68. Aviles *cap.* 3. *Prætor, verbo juriſdict. num.* 8. Peguera *in prax. crim. cap.* 24. *num.* 8. Julius Chartar. *deciſ.* 89. *num.* 31. *& deciſione* 96. *num.* 20. 10

Quia conceſſa juriſdictione cenſentur omnia conceſſa, ſine quibus juriſdicto exerceri non poteſt, *l.* 2. *ff. de juriſdict. omni. jud. l. ad legatum, l. rem. mobilem, ff. de procurat.* & in terminis Peguera *in prax. crim. capit.* 24. *ſub n.* 8. Farinacius *in prax. par.* 4. *quæſtio* 114. *ſub nu.* 67. 11

Quocirca Judex Eccleſiaſticus ad conſervandam ſuam juriſdictionem contra illam turbantes uti poteſt gladio ſpirituali, & materiali, *c. dilecto, de ſenten. excom. in.* 6. Sbroz. *de Vicar. Epiſc. l.* 2. *c.* 191. *num.* 13. Juli. Chartar. *deciſ.* 72. *num.* 100. 12

Spirituali pœna, ſcilicet excommunitationis *c.* 1. ubi communiter Doctores *de off. deleg.* Capici. *dec.* 124. *nu.* 1. Farin. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 114. *num.* 26. Martha *de juriſd. par.* 3. *c.* 1. *à num.* 2. Novarius *in rub. de juriſd. non turband. collect.* 1. *num.* 3. Salzedo *in lege polit. l.* 1. *c.* 10. *numr.* 22. Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. l.* 1. *tit.* 7. *c.* 2. *num.* 5. Barboſa *in ca.* 2. *num.* 4. *de off. deleg.* Jul. Chartar. *dec.* 89. *num.* 32. *& dec.* 96. *num.* 22. Fontanella *dec.* 318. *num.* 9. *& dec.* 319. *num.* 20. *par.* 2. Fermoſin. *in c. cum veniſſent, quæſt.* 10. *num.* 4. *de judic. & poſt. titu. de foro compet alleg.* 1. *pro Trib. Sanct. off. art.* 3. *num.* 57. 13

Quinimò iſti perturbatores Eccleſiaſticæ juriſdictionis ipſo jure in ſententiam 14 15 16

tentiam excommunicationis incidunt. *c. conqueſtus de foro compet. cap. quoniam de immu. Eccleſ. in* 6. Jul. Chartar. *dec.* 72. *num.* 101. *&* *dec.* 89. *num.* 33. Et hoc ipſum ſtatutum eſt in Bulla Cœnæ Domini *c.* 16.

17 Juli Chartar. *dec.* 72. *num.* 102. *&* *dec.* 89. *num.*34. Fontanella *dec.* 312. *num.* 8. *par.* 2. Et adhuc ſine a-

18 liqua monitione declarabo incurſum cenſurarum, ut probat Martha *de juriſd. par.* 3. *cap.* 1. Fontanella *dec.* 318. *num.* 20. *par.* 2. *&* *alii infra num.* 68. Ma-

19 teriali verò, pœna pecuniaria & multa ex communi Doctorum ſententia *in cap.* 1. *de off. deleg.* quos refert & ſequitur Farinac. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 114. *num.* 28. & præter eos notavit Barboſa *in cap.* 1. *nu.*

20 4. *de officio deleg.* Jul. Chartar. *dec.* 96. *num.* 23. vel alia pœna extraordinaria Judicis arbitrio juxta facti, & perſonarum qualitatem, ſecundùm Doctores quos laudat, & ſequitur Farinac. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 114. *numer.* 32. Jul. Chartar. *dec.* 96. *num.* 24. Etiam

21 bannimenti, & relegationis, Farinac. & Jul. Chartar. *ubi proximè*, ille *num.* 37. iſte *num.* 25. Ordinarius

22 autem modus defendendi juriſdictionem Eccleſiaſticam eſt per cenſuras præſertim excommunicationis *juxta can. miror.* 17. *quæſt.* 4. Cov. *l.* 2. *var. c.* 20. *in fine*, & alii per Thomam. del Bene *d. imm. Eccl. to.* 2. *c.* 16. *dub.* 32. *num.* 6. *&* *dub.* 39. *num.* 9. Laici enim licèt regulariter coram Judice Eccleſiaſtico con-

23 veniri nequeant, *cap. licèt ex ſuſcepto. cap. ex tenore, de foro compet. cap. cauſam* 2. *qui filii ſint legitimi.*

24 Fallit in pluribus caſibus, quos enumerat *gloſ. penultima in cap. licet, de foro compet. glo. verbo de jure in cap.* 2. *de exc. in* 6. *de quibus late par.* 3. *deciſionum.*

25 Et præter illos, quos ſupra cumulavi *dec.* 11. *num.*45. inter alios iſte eſt, quando laicis perturbant juriſdictionem Eccleſiaſticam efficiuntur de foro Eccleſiaſti-

26 co, *cap. cum olim ubi glo. & Doctores de injuriis.* Item quando laici veniunt contra libertatem & immunitatem Eccleſiaſticam efficiuntur de foro Eccleſiaſtico, ut *in eadem par.* 3. *deciſionum* latè probabo.

27 Octavus & ultimus caſus eſt, ut in omnibus caſibus in quibus Curia ſæcularis poteſt procedere contra Curiam Eccleſiaſticam ad occupationem temporalitatum, Curia Eccleſiaſtica poteſt procedere cenſuris contra Curiam ſæcularem ex Seſſe *de inhib. c.* 9. §. 2. *num.* 24. *in fine*, ne Curia Eccleſiaſtica ſit deterioris conditionis, quàm Curia ſæcularis, Fontanella *deciſ.* 318. *num.* 5. *par.* 2.

28 Amplia prædictos caſus ut Curia Eccleſiaſtica, prolata ſententia excommunicationis, monita prius Curia ſæculari Villalobos *in ſumma par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 8. *num.* 4. ſi ipſa Curia ſæcularis noluerit illi parere, admonita Uuiverſitate, ut conſulat de opportuno remedio ſubmittit locum interdicto, ubi degit Judex ſæcularis obedire recuſans, *cap. canonici de off. ordin. in* 6. *cap. paſtoralis, de appella. cap. licet, de jurejuran. c. decernimus, c. ſi ſententia. c. ſi Judex laicus, de ſenten. excom. in* 6. Martha *de juriſd. par.* 2. *cap.* 42. *à num.* 2. Decian. *tract. crim. num.* 1. *l.* 4. *cap.* 10. *num.* 3. *verſic. ſexto*, Bobadilla *in pol. l.* 2. *c.* 17. *nu.* 157. Villalobos *in ſumma par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 9. *nu.* 1. ſed vide Farinac. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 4. *nu.* 27.

29 Limita, ſeu declara, ut ſententia excommunicationis cum thedalis ſit poſtquam Judex ſæcularis integrè ſatisfecerit, abſolvendus eſt à Judice Eccleſiaſtico, ex traditis per Bellug. *in ſpecul. Princip. rub.* 19. §. *ultimo videamus*, Farinac. *in prax. par.* 4. *quæſt.* 114. *n.* 134. Ambroſin. *de immu. Eccleſ. cap.* 1. *nu.* 5. Guazzin. *deſ.* 1. *cap.* 30. *num.* 7. Fermoſinus *in cap.* 1. *qu.* 29. *de judiciis*, & ideo plerumque Officiales publicam pœnitentiam faciunt in aliqua Eccleſia, ut à cenſuris abſolvantur, Oliba *de jure Fiſci, c.* 12. *n.* 27.

30 Sed ſcias quod Epiſcopus poteſt abſolvere ab excommunicatione incurſa ob turbationem Eccleſiaſticæ juriſdictionis, vel violationem immunitatis Eccleſiaſticæ, cùm non ſit Summo Pontifici reſervata *glo. verbo abſolvatur in cap. quoniam de immu. Eccleſ. in.* 6. & contra Italiam *de immu. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 31. Farinac. *de immu. Eccleſ. n.* 314.315. *&* 316. Ciarlin. *contro. foren. cap.* 10. *num.* 38. Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 67. Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 41. *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 34. *verſic. Et tandem, & in ſum. par.* 1. *verbo immunitas Eccleſiarum, num.* 19. Maran. *par. reſpon.* 36. *numer.* 14. docent & probant reſpondendo contrariis Gratianus *diſcep. foren. cap.* 414. *à numer.* 4. *ad* 15. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 17. *num.*3. 4. *&* 12. Marian. Anton. *lib.* 3. *reſol.* 15. Riccius *in prax. par.* 2. *reſol.* 333. *c. num.* 1. Barboſa *de poteſt. Epiſco. par.* 3. *alleg.* 51. *num.* 72. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 30. *numer.* 8. Cutellus *de immu. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 41. Thomas del Bene *de immu. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 28. *ſect.* 1. *&* 2. Fontanella *deciſ.* 201. *à num.* 16. *par.* 1. Lezana *quæſt. regul. tom.* 3. *verbo immun. Eccleſ. numer.* 21. *verſ. Quamvis*, Diana *reſol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 34. *verſ. Et tandem cum ſeqq.* Caſtr. Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *diſputatio. unica, punct.* 12. *num.* 7. Bardon. *var. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 16. Trullench. *in decal. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 5. *nu.* 4. latiſſimè Ciarl. *contro. foren. cap.* 155. *per totam par.* 2. Mexia de Cabrera *in form. immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 26. *&* 27. Qua Epiſcopus poteſt abſolve- 31
re ab excommunicatione majori lata à jure, ſi expreſsè non eſt Sedi Apoſtolicæ reſervata, *cap. nuper*, ubi Barboſa *num.* 11. *de ſenten. exco.* Covar. *in cap. alma mater, par.* 1. §. 12. *numer.* 4. *de ſenten. exco. in* 6. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 414. *num.* 1. 2. *&* 3. Guttier. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 61. *num.* 3. Villalobos *in ſum. par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 18. *num.* 4. Fontanella *decis.* 201. *num.* 17. *par.* 1. & alii per Dian. *reſol. moral. par.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 23. *verſic. Notandum, & par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 5. *& in ſum. par.* 1. *verbo abſolvere à cenſuris, num.* 41. Ciarlin. *contro. foren. cap.* 155. *num.* 11. *&* 12. *par.* 2. Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. unica, punct.* 12. *num.* 7. Idem dicendum eſt de Vicario generali 32
Epiſcopi, de Vicario Capituli Sede Vacante, de Abbatibus & aliis Prælatis Religioſorum quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentibus, un contra Gratian. *diſcep. foren. cap.* 414. *à num.* 15. docent Villalobos *in ſum. par.* 1. *tract.* 18. *num.* 7. Diana *reſol. moral. par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 5. *&* *in ſum. par.* 1. *verbo abſolvere* 33
à cenſuris, num. 14. *in fine*. De Parocho eſt major difficultas, ſed idem dicendum exiſtimo *per tex. in cap. nuper de ſenten. excom. in* 6. & contra Covar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 12. *num.* 5. docet & probat reſpondens contrariis Villalobos *in ſum. par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 18. *num.* 8. Diana *reſol. moral. par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 5. *verſic. Sed ego, in ſumma par.* 1. *verbo abſolvere à cenſuris, num.* 42. & alii per Barboſam. *in cap. nuper, num.* 12. *&* 13. *de ſenten. exc.* Lezana. *quæſt. regul. tom.* 3. *verbo immunitas Eccleſiarum, num.* 21. *verſ. caſu verò*, Bardon. *variar. libro* 1. *capite primo, numero vigeſimo ſexto*, Ciarlin. *controverſiarum, forenſium libro ſecundo, capite* 155. *numero* 12. *&* 15. Caſtrus Palaus *tomo ſecundò, tractu undecimo, diſputatione unica, puncto duodecimo, numero ſeptimo.*

Quibus ſic poſitis, quæro 1. An ſi Dominus Rex 34
reperiatur in Provincia, & nollet firmare contentionem nec parere ſententiæ Cancellarii, poſſint Epiſcopi eum excommunicare; Reſpondeo quòd non. Nam 35
licèt Epiſcopi ſint ordinarii Regum, *cap. licet his de voto*, Boer. *deciſ.* 69. *nu.*5. Alzedo poſt alios *de precel. Epiſcop. dignit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 50. Et de jure communi poſſint Epiſcopi excommunicare Reges, ſi 36
juriſdictionem Eccleſiaſticam perturbent, *ut in can. quoniam* 18. *diſt. can. Valentinianus* 63. *diſt. can. duo ſunt* 96. *diſt. can. nos ſi competenter*, §. *cum Balaam* 2. *q.* 7. *can. ſi autem, glo. verbo princeps.* 11. *quæſt.* 3. *cap. dilecto, de ſenten. excom. in* 6. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *ſuper pragmatica dicta la Catalana, fol.* 423. Azevedo *l.* 1. *num.* 67. *tit.* 16. *libr.* 8. *recep.* Barboſa *in can. duo ſunt in prin.* 96. *diſt.* Fagundez *præcep.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. Diana *reſol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 9. *in prin.* Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 20. *num.* 8. *fol.* 63. *&* *de immu. Eccl. tom.* 2. *cap.* 6. *dubit.* 26. *ſect.* 2. *n. primo*, Plures alios refer- Alzedo *de præcel. Epiſco. dignit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 51. pluresque caſus, quibus ſic extitit obſervatum per Sanctos Patres Eccleſiæ referunt

ferunt Marius Alterius *de censur. lib.* 1. *cap.* 3. *disp.* 3. *& lib.* 3. *cap.* 5. *disp.* 10. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 17. *numer.* 64. quamvis subdant, quòd propter quamdam reverentiam id ab Episcopis effici non debeat, nisi in casu, quo sic sceleris pondus, & qualitas postularet, Fermosinus *in cap.* 2. *quæst.* 17. *numer.* 8. *de judiciis*.

37 Tamen de jure novo, Reges ob reverentiam ipsis debitam habent privilegium à summo Pontifice, ne possint ab Episcopis excommunicari, ut post alios docet Avila *de censur. par.* 2. *cap.* 4. *disp. unica*, *dubit.* 4. plures citat Barbosa *in can. duo sunt*, *num.* 1. *in fine* 96. *dist.* Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 9. *versic. Non reticeam*, *& in sum. par.* 2. *verbo Princeps*, *num.* 5. Acuña *in can. Valentinianus*, 63. *dist. num.* 3. *&* 4. Filliucius *tom.* 1. *quæst. moral. tract.* 11. *&* 1. *de censur. cap.* 5. *num.* 134. Sayrus *in Thesauro cas. conscien. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 67. *& in polit. li.* 5. *cap.* 13. *versic. Loque*, *fol.* 883. Hurtado *excomm. disp.* 12. *diff.* 2. *num.* 5. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 20. *num.* 8. *in fine*, *& de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 27. *sect.* 1. *n.* 2. Fermosinus *in cap.* 2. *quæst.* 17. *n.* 9. *de judiciis*.

38 Quæro 2. An Episcopi possint excommunicare Proreges, & Locumtenentes generales Domini Regis, si nolint firmare contentionem, nec obedire sententiæ Cancellarii, vel aliàs perturbent jurisdictionem Ecclesiasticam? Quidam affirmant, ut Dionysius de Portocarrero *in allegat. pro jurisdict. Inquisit. numer.* 52. Diana & ab eo relati *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 9. *versic. Sed his*, Fermosinus *in cap.* 2. *quæst.* 17. *à numer.* 5. *de judi.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *à numero* 66. *& in polit. lib.* 5. *cap.* 13. *versic. Loque*, *fol.* 883. ea ratione, quia privilegium Regibus concessum, ut non possint ab Episcopis excommunicari, est personale propter singularem eorum reverentiam, ergo Proreges, & Locumtenentes generales eo gaudere non debent, *ex reg. privilegium de reg. jur. in* 6.

39 Sed contrarium dicendum est ex Michaele Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 174. & patet ex concordatis cum Inquisitione Regni Siciliæ apud Cutellum *ad leges Siculi*, *fol.* 499. *numer.* 21. & ex concordatis cum Inquisitione Regni Sardiniæ apud Dexart *ad cap. Reg. Sardin. fol.* 688. *numer.* 7. Ratio est, quia Proreges Domini Regis personam repræsentant, ac fruuntur omnibus privilegiis quibus Dominus Rex fruitur, & idem honor eis debetur, sicut Domino Regi, ut latè

40 exornavi *decis.* 10. *à numer.* 3. Præterea, quia excommunicatio infligenda non est, nisi pro peccato mortali, *can. servetur*, *can. nemo Episcoporum*, *can. nullus*, *can. Episcopi* 11. *quæst.* 3. *can. resecandæ can. corripiantur* 24. *quæst.* 3. *cap. sacro, de senten. excommu. cap. Romana eodem in* 6. *Concil. Trident. sess.* 25. *de refor. cap.* 3. Sperel. *decis.* 45. *numer.* 10. Covar. *in cap. alma mater*, *par.* 1. *cap.* 9. *numer.* 1. Avila *de censur. par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 1. *num.* 2. *conclu.* 1. *&* 2. Villalobos *in sum. par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 9. *numer.* 5. Jul. Chartar. *decis.* 49. *numer.* 44. *&* *decis. numer.* 72. Diana *in sum. par.* 1. *verbo censura*, *numer.* 15. *fol.* 168. Thomas del Bene *de Parlament. dub.* 4. *sect.* 13.

41 *& de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 4. *numer.* 21. Guttier. *canoni. quæst. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 16. *&* 17. Saravia *de jurisdict. ad junct. quæst.* 15. *numer.* 1. Sed Proreges, & Locumtenentes generales Domini Regis in negotiis justitiæ votum non habent; Imò resolutionem majoris partis Senatorum de necessitate sequi tenentur de jure Cathaloniæ *constitut.* 1. *titul. de la forma del votar*, notat Fontanella *de pac. nup. tom.* 1. *claus.* 3. *glo.* 3. *nu.* 74. cujus constitutionem servandam esse tradit Ramon. *cons.* 27. *numer.* 9. De Regno Sardiniæ *Regia pragmatica institutionis Regiæ Audientiæ cap.* 3. apud Dexart. *ad cap. Reg. Sard. fol.* 605. & apud Regentem Vico *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 14. *& disponit Regia Epistola*, *quæ legitur in lib. Regiarum Epistolarum Regni Sard. folio* 38. De Regno Castellæ *l.* 7. ubi Azevedo *titul.* 4. *lib.* 2. *recopil.* idem Azevedo *l. fin. vers. En voto tit.* 1. *lib.* 2. *recop.* De Regno Neapolis Afflictis *decis.* 1. *à n.* 1. *ad* 6. Riccius *collect.* 512. Thoro *in compend. decis. par.* 1. *verbo sententia Sacri Concilii*, *folio* 500. De Ducatu Sabaudiæ Faber. *in suo C. lib.* 1. *tit.* 7. *defin.* 2. Thesaur. *decis.* 1. *à numer.* 2. De Regno Lusitaniæ Gamma *decis.* 1. *numer.* 2. ubi Flores Diaz De Mena *in fine*, Cabedo *decis.* 6. Phebus *decis.* 67. de Regno Valentiæ Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *numer.* 60. *&* 188. Nisi in aliquibus Regnis data paritate votorum, ut *infra dec.* 35. *n.* 115. Igitur non possunt Episcopi Proreges excommunicare. Et hæc opinio fuit observata in Cathalonia nedum in casu, quo Episcopus excommunicavit Proregem, sed etiam in casu comminationis censurarum, ut habetur penes Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 174. apud quem reperies quomodo tali casu procedat Curia sæcularis contra Ecclesiasticam, *de quo supra decis.* 13. *num.* 52. & vide declarationem bannimenti factam per Regium Concilium Cathaloniæ contra venerabilem Inquisitorem Dominicum Abbad. 13. *Februarii* 1637. *de qua infra decis.* 30. *numer.* 75. *in fine*.

Quæro 3. An Episcopi possint excommunicare Gerentem Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedentem, si nolit contentionem firmare, nec obedire sententiæ Cancellarii, seu aliàs turbet jurisdictionem Ecclesiasticam; R. Quòd non, quia eædem militant rationes quas proximè pro Prorege adduxi, & ex his, quæ dixi *decis.* 10. *à num.* 66. 42

Quæro 4. an Episcopi possint excommunicare Regentem Regiam Cancellariam, & alios Regios Consiliarios, si nolint contentionem firmare, nec obedire sententiæ Cancellarii, seu aliàs jurisdictionem Ecclesiasticam perturbent? Quidam asserunt privilegium Regibus concessum, ut non possint ab Episcopis excommunicari extendendum esse ad Regios Consiliarios, & hoc pro actu exercitii jurisdictionis temporalis, sine quibus Reges non possunt in Regnis suis jurisdictionem suam regalem exercere, ita Paponius *de jurib. Franciæ lib.* 1. *tit.* 4. *arresto* 9. qui refert, quòd cùm excommunicati fuissent quidam Officiales majores Regis Franciæ ab Archiepiscopo Tholosano, fuisse à Senatu Tholosano provisam occupationem temporalitatum adversùs eum faciendam esse, si à registris suæ Curiæ non revocabat procedimenta, ita ut nullo tempore legi possent, ne simile exemplar remaneret, idem tenent Carol. de Graf. *lib.* 2. *regal. Fran. jure* 9. Joan. Ferrant. *de jurib. Reg. Fran. privileg.* 6. 43

Alii autem veriùs existimant, Episcopos excommunicare posse Regentem Regiam Cancellariam, & Regios Consiliarios, quia dictum privilegium personale est propter Regum debitam reverentiam, ut docent Dionysius de Portocarrero *in alleg. pro jurisdictio. Inquisit. num.* 52. Diana *resol. moral. p.* 3. *tr.* 1. *resol.* 9. *versic. Sed his non obstantibus*, *in sum. part.* 2. *verbo Princeps num.* 5. *in fine*, Fermosin. *in cap.* 2. *quæst.* 17. *à num.* 5. *de judiciis*, Thomas del Bene *de parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 20. *numer.* 9. *& de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 26. *sect.* 2. *num.* 3. Quòdque etiam Inquisitores Regios Consiliarios excommunicare possunt, si ipsorum perturbant jurisdictionem, docent idem Portocarrero *in dicta allegat. pro jurisdic. Inquisit. num.* 64. *&* 47. Narbona *l.* 20. *gloss.* 22. *à nu.* 42. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Dian. *ref. mor. p.* 3. *tr.* 1. *ref.* 9. *vers. Sed his*, Thomas del Bene *de Parlam. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 20. *n.* 9. *ad medium*, *& de imm. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 26. *sect.* 2. *n.* 4. & patet ex concordatis cum Inquisitione Regni Siciliæ apud Paramum *de orig. Inquisit. lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 11. *nu.* 24. & ex quarto concordato cum Inquisitione Regni Sardiniæ *cap.* 7. apud Dexart. *ad cap. Reg. Sard. fol.* 699. adde ea quæ tradidi supra *dec.* 26. *nu.* 72. ubi alios cumulavi. 44 45

Hanc affirmativam sententiam veriorem existimo, non ex eo quòd privilegium Regibus concessum uti personale non extendatur ad Regios Consiliarios, cum sub illo in vim repræsentationis in negotiis justitiæ comprehendantur Prorex, & Gerens Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedens: Sed ex eo, quia quæ dicuntur de Curia sæculari, reperenda 46

sunt in favorem Curiæ Ecclesiasticæ, Selle *de inhibit. cap. 9. §. 2. n. 24. in fin.* Et cùm Curia sæcularis his casibus procedat contra Curiam Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum, & per alia remedia assueta. Sic similiter Curia Ecclesiastica potest procedere censuris, & aliis remediis spiritualibus contra Curiam sæcularem, & consequenter contra Regios Consiliarios, si ipsi nolint obedire sententiæ Cancellarii, vel contentionem firmare.

47 Rursus quia Curia Ecclesiastica esse non debet deterioris conditionis, quàm Curia sæcularis, Fontanella *decis.* 318. *n. quinto, parte prima*, & talis esset, si his casibus non posset procedere censuris contra Regios Consiliarios, aliàs enim nullum remedium competeret Curiæ Ecclesiasticæ contra sæcularem, & esset in arbitrio Regiorum Consiliariorum sub prætextu exercitii jurisdictionis temporalis non parere sententiæ Cancellarii, nec contentionem firmare.

48 Tamdem quia Curia Ecclesiastica in litteris contentionis potest comminare censuras contra Regentem Regiam Cancellariam, & alios Consiliarios utendo hac clausula: *aliàs procederem contra vos N. Regentem Regiam Cancellariam, & alios per remedia Sacrorum Conciliorum Tarraconæ, & alios prout de jure, usu & stylo Curiæ nostræ invenero fore procedendum*, ut tradidi *decis.* 13. *numero* 51. & sic video practicari in Cathalonia, & vidi practicatum in Regno Sardiniæ. Ad quid igitur comminatio censurarum, si Curia Ecclesiastica his casibus non posset procedere per censuras contra Regios Consiliarios?

49 Quæro 5. Supposito quòd Regens Regiam Cancellariam, & Regii Consiliarii possunt ab Episcopis excommunicari, an Episcopi his casibus omnes Regios Consiliarios excommunicare possint? R. Quòd non, quia in rebus Collegii Capituli, Communitatis, & Universitatis factum à majori parte valet, & tenet, ac prævalere debet, *l. quod major. ff. ad municipal. l. nominationum, C. de decurio, lib.* 10. *cap. cum omnes*, ubi Barbosa *num.* 4. *de constit. cap.* 1. ubi Barbosa *remissivè num.* 3. *de his quæ fiunt à majori parte Capituli*, idem Barbosa *in cap. auditis, numer.* 2. *de elect.* Franchis *decis.* 2. Mastrill. *de magist. lib.* 5. *cap.* 15. *numero* 15. & 39. Morla *in empor. jur. parte prima, tit.* 12. *quæst.* 9. *num.* 9. Buccaron. *de differ. inter jus civile & criminale, differ.* 162. *numer.* 13. & 14. Cenedo *coll. ad decr.* 120. Costa *de scientia & facti ignon. par.* 3. *cap.* 30. Fontanella *de pac. nup. t.* 1. *claus.* 3. *glo.* 3. *num.* 74. & in conclusionibus, resolutionibus, decisionibus, & determinationibus Regii Senatus semper attenditur, & exequitur resolutio majoris partis Senatorum, ut dixi *numer.* 41. Unde colligo, quòd totus Senatus, qui majoris partis resolutionem exequitur, excommunicari non potest, nam cùm excommunicatio requirat peccatum mortale; ut tradidi *numer.* 40. dato quòd Episcopi intelligant fuisse commissum à Senatu, Collegio, & Universitate, ignorant tamen, qui consenserint, vel dissenserint: & si proferetur excommunicatio, comprehenderet ignorantes. Atque ita à Sacris Canonibus prohibetur Universitatem, & Collegium immediatè excommunicari, *cap. Romana, §. in Universitatem*, ubi Barbosa *de senten. exc. in* 6. Aviles *cap.* 1. *Prætor, verbo de ninguna persona, num.* 7 Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 8. *num.* 9. Avila *de censur. p.* 4. *c.* 4. *disp. unica, dubit.* 4. *conclu.* 1. Jul. Clar. *§. fin. quæst.* 60. *numer.* 30. *versi. Advertatur*, Gail. *de pace publica lib.* 2. *cap.* 9. *numero* 18. Hurtado *de excommu. differen.* 2. *num.* 7. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 24. *numero* 116. plures alios citat Cenedo *collect. ad sextum* 25. *numer.* 1. Diana *resol. moral. par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 38. *& in sum. p.* 1. *verbo censura, numer.* 13. *fol.* 168. Adeò ut si excommunicatio pro-

52 feratur contra Universitatem, vel Collegium, est ipso jure nulla, Navarrus *consilio decimo, numero secundo, de sententia excommunicationis*, de quo Covarruvias *libro primo, variarum capite octavo, numero octavo, in fine*, Cenedo *collect. ad sextum* 25. *num.* 3.

53 Quod verum est, quando excommunicatio profertur simpliciter, & absolutè contra universum Collegium, vel totam Universitatem; secus quando excommunicatio fertur contra singulos nocentes, & culpabiles de Universitate, vel Collegio, quo casu licita est, *dicto cap. Romana, in §. Universitatem, glo. verbo culpabiles de senten. excom. in* 6. Navar. *cons.* 10. *numero* 3. *de sent. excommu.* Covar. *libr.* 2. *var. cap.* 8. *sub numero* 9. Gail. *de pace publi. lib.* 2. *capit.* 9. *numero* 18. Farinacius qui sic debet intelligi *in prax. part.* 1. *quæst.* 24. *numero* 116. Et potest duo- 54
bus modis ferri, scilicet generaliter dicendo *excommunico omnes, & singulos nocentes de tali Universitate, qui commiserunt tale, vel tale delictum*. vel specialiter dicendo, *excommunico Petrum, Franciscum, Joannem, &c.* nominando, singulos de tali Universitate, quos constat esse nocentes, ita Avila *de censuris par.* 2. *cap.* 4. *disp. unica dub.* 5. *conclus.* 2. vel utendo aliis formulis quas tradunt Sairus *de censnris lib.* 1. *cap.* 18. *sub numero* 18. Ugolinus *de censuris libr.* 2. *cap.* 26. *numero* 4. Daniel de Nobilibus *controver. disp.* 17. *numero* 120. *& disp.* 57. *num.* 22.

Ex quibus vidi in Regno Sardiniæ illa causa Joan- 55
næ Pintus, de qua suprà memini *decis.* 21. *numero* 75. *in fine*, in tertiis litteris exhortatoriis, ex quo Curia sæcularis recusabat contentionem firmare citatos Regentem Regiam Cancellariam, Fisci Advocatum, & alium Senatorem Regii Concilii, ut comparerent certa die in Curia Ecclesiastica ad videndum se declarari incidisse in censuras sacrorum Canonum, cum clausula reservationis facultatis variandi, & procedendi contra alios tres Senatores, qui in Regio Concilio remanebant: Sed non fuit ad tale deventum, quia Curia sæcularis statim contentionem firmavit.

Quæro 6. An monitio præmittenda sit, & præce- 56
dere debeat, antequam Episcopi proferant sententiam excommunicationis contra Regios Consiliarios, ac contra Regios Officiales inferiores nolentes firmare contentionem, nec obedire sententiæ Cancellarii, seu aliàs perturbantes Iurisdictionem Ecclesiasticam; Doctores tractantes quæstionem, an canonica moni- 57
tio exigi debeat ad excommunicationem proferendam, de qua latè Diana *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 18. communiter distinguunt inter excommunicationem à Canone ipso jure latam, & proferendam ab homine.

In primo casu dicunt, monitionem necessariam 58
non esse in declaratione excommunicationis ipso jure à Canone latæ, quia Iudex declarans, vel denuntians non excommunicat, sed lex ipsum excommunicavit, quæ quotidie subditos admonet, ne prohibitum crimen committant, vel ne rem vetitam agant, *cap. à nobis in princ. de sentent. excommu. cap. reprehensibilis, de appellat. capit.* 2. *de constit. in* 6. *can. si qui suadente diabolo* 17. *quæst.* 4. Covar. *in cap. alma mater, part.* 1. *§.* 9. *numero* 5. *versic. Trina verò monitio*, Villalobos *in sum. morali, par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 8. *numero* 1. Avila *de censuris part.* 2. *capit.* 5. *disp.* 1. *dubit.* 5. *conclus.* 1. Iulius Chartar. *decis.* 61. *numero* 37. Farinacjus *frag. crim. part.* 1. *littera E. numero* 25. Sanchez *de matrimon. libr.* 2. *disp.* 24. *numero* 28. Ciarlin. *contro. foren. cap.* 164. *numero* 20. *par.* 2. ubi dixi quòd in declaratione excommunicationis non requiritur trina monitio, sed sufficit simplex citatio, citat Antonin. *variar. libr.* 1. *res.* 71. *numero* 7.

In secundo casu dicunt monitionem canonicam præ- 59
mittendam esse ad excummunicationem ab homine proferendam, aliàs ea non præcedente excommunicationem non tenere, *capit. sacro, cap. contingit* 2. *de senten. excommun. cap. consuluit, de offic. deleg. ca. reprehensibilis, de appellat cap. statuimus, glo. verbo monitione, cap. Romana, de sentent. excommu. in* 6. *cap. inter quatuor, de major. & obedien. can. de illicita* 24. *quæst.* 3. Covar. *in cap. alma mater, par.* 1. *§.* 9. *numero* 4. Villalobos *in summa part.* 1. *tract.* 16. *dif.* 8. *numer.* 3. Avila *de censur. par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 1. *dub.* 3. *versi. Tertia verò pars*, Anton. de Ballis *tra. var. lib.* 5. *pragmat.* 1. *n.* 33. *de cler. inceden. fol.* 263. Farina. *frag. crim par.* 1. *littera E. num.* 18. Guttier. *canonicar. libr.* 2. *cap.* 16. *nu.* 14. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 11. *cap.* 9. *num.* 1. *versi. Secundam*, plures alios laudat Jul. Chart. *decis.* 61. *num.* 29. etsi contrarium

60 tratium doceat *resol. mor. par. 5. tr. 9. resol. 18. in prin.* Etiam quando Judex non ut Judex, sed ut homo privatus ad juris proprii defensionem fert excommunicationem, non potest excommunicare nisi monitione præmissa, Covarruvias *in capite alma, mater parte prima, §. non, numero sexto* Villalobos *in sum. par. 1. tract. 16. dif. 8. numer. 5.* quidquid dicant Ugolinus *de censur. libr. 2. tit. 1. cap. 18.* Barbosa *in cap. sacro, numero 6. de senten. excom. in 6.* contra quos, & alios est verior sententia, ut per Dianam *resol. moral. par. 5. tract. 9. resol. 18. versic. Sed hic, & in sum. par. 1. verbo censura, numero 23. versic. Quando*, & ista monitio, quæ requiritur ad sententiam excommunicationis proferendam, debet esse personalis, ut latissimè probat Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 9. gloss. 2. numero 4.* plures alios citat Covar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 9. numero 4.* Villalobos *in sum. par. 1. tract. 16. dif. 8. numero 11.* Avila *de censuris par. 2. cap. 5. disp. 1. dubit. 7. conclu. 3.* Farinac. *frag. crim. par. 1. littera E. numer. 20.* Guttier. *canonicar. lib. 2. cap. 16. numer. 15.* Diana *resol. moral. par. 5. tract. 9. resol. 19. versic. Notantum*, ibi: *Quarto debent, & in sum, par. 1. verbo censura, sub. numero 22.* Nisi in casibus quos referunt Covar. Villalobos, & Avila *ubi proximè*. Et debet esse trina, ut
62 legitimè, & licitè proferatur, vel una pro tribus in tres distincta terminos, seu in tria dierum intervalla, nisi periculum sit in mora, *cap. sacro, cap. contingit el. 2. de senten. excom. can. de illicita 24. quæst. 3. capite constitutionem, § statuimus, gloss. verbo monitione, de senten. excom. in 6.* Covar *in cap. alma mater, par. 1. §. 9. numer. 4. & 5.* Villalobos *in sum. par. 1. tract. 16. dif. 8. numer. 8.* Guttierez *canonicar. lib. 2. cap. 16. numer. 14.* Avila *de censur. par. 2. cap. 5. disput. 1. dub. 7. conclus. 2. 4. & 5.* Farinac. *frag. crim. par. 1. littera E. à numer. 22.* Jul. Chartar. *decis. 61. numer. 30. & 31.* Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 1. tit. 11. cap. 9. numer. 1. versic. Tertium*, Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. sessi. 24. de refor matrimon. cap. 8. numer. 3.* Diana *resol. moral par. 5. tract. 9. resol. 19. & in sum. par. 1. verbo censura, numer. 22.* Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. sub numero 171.* Marta *de jurisdict. par. 3. num. 2.* Fermosinus *in cap. 1. quæst. 22. num. 1. & 2. de judiciis.*

63 Sed quod attinet ad meum institutum distinguo duos casus. Primus est, si agatur de firmanda contentione, & tunc solent præcedere per Curiam Ecclesiasticam tres litteræ inhibitoriæ, requisitoriæ, seu exhortatoriæ contra Regios Consiliarios, vel contra Officiales Regios inferiores, illos requirendo, & monendo ut contentionem firment cum comminatione censurarum, ut fuit practicatum in Regno Sardiniæ in illa causa Joannæ Pintus, de qua suprà memini *decis. 21. numero 75. in fine, & hac decisione numer. 55.* forma tradita *decis. 13. numer. 71.* Secundus casus est, quando Regii Consiliarii, vel Officiales Regii inferiores nolunt obedire sententiæ Cancellarii, quo casu Curia Ecclesiastica potest contra eos procedere per unicam monitionem, vel per duas quomodo voluerit, per ea quæ dixi *decis. 26. numero 11. & 12.* notat Fontanella *decis. 318. num. 1. & 9. par. 2.*

64 Quæro 7. An citatio requiratur, ut Episcopi possint proferre sententiam excommunicationis contra Regios Consiliarios, vel contra Officiales Regios inferiores nolentes obedire sententiæ Cancellarii, nec contentionem firmare;

Doctores tractantes qnæstionem, an citatio requiratur in declaratoria excommunicationis, communiter resolvunt necessariam esse, etiamsi excommunicatio imposita fuerit ipso jure à lege, vel à canone, aliàs est nulla, invalida, *glo. in clement. præsenti verbo constiterit de pœnis*, plures antiquos citat Gabriel. *cum conclu. lib. 2. de citationib. conclu. 1. numer. 164.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 31. numero 3. versic. Item adde*, Genuen. *in prax. Archiep. cap. 13. numero 16.* sentit Covar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 9. num. 5. versi trina monitio*, Martha *de jurisdict. par. 3. c. 3. n. 29.* Tuschus *prac. concl. conclus. littera C. conclu. 268. numero 42. & littera E. concl. 447. à num. 12.* Borell. *in sum. dec. tom. 2. tit. 28. nnmer.* Diana *resol. moral. p. 5. tract. 9. res. 18. versic. Advertendum & in sum. par. 1. verbo censura, numero 22.* latè Guttier. *canonicar. lib. 2. cap. 16. à numero 2. ad 19.* latissimè Jul. Chartar. *decis. 61. per totam, qui numero 23. & 32. quatuor integras columnas doctorum citat, & in fine decisionis testatur ita Curia Archiepiscopali Mediolanensi*, apud quos ultimos reperies fundamenta hujus opinionis, quæ verissima est, Fermosinus *in cap. 1. quæst. 24. num. 1. de judi.*

Nec obstat, quòd sententia excommunicationis pro- 65
lata sine tribus monitionibus, vel una pro tribus, quamvis sit injusta, est tamen valida juxta *textum & glossam communiter approbatam in cap. Romana, de sent. excom. in 6.* Covar. *in cap. alma mater. par. 1. §. 9. numero 7.* plures alios tam Theologos, quàm Jurisconsultos laudat Guttier. *canonicar. libr. 2. cap. 16. num. 1.* Jul. Chartar. *decis. 61. numero 25.* Villalobos *in sum. morali par. 1. tract. 16. dif. 8. numero 12.* Fermosinus *in cap. 1. quæst. 24. numero 2. de judic.* Diana *par. 5. tract. 9. resolut. 19. in princ.*

Quia procedit, quando ordo trinæ monitionis præ- 66
termittitur, quia nec trina, nec bina præcessit monitio, illa autem prima præcessit, quæ necessaria omnino est, ita ex Soto refert, & sequitur Guttier. *canonicar. lib. 2. cap. 16. numero 18. versic. Retenta*, Jul. Chartar. *decis. 61. numero 26.* Fermosinus *in cap. 1. quæst. 24. numero 3. de judi.* quòd si nulla ex tribus monitionibus, nullave citatio præcesserit, nulla est sententia excommunicationis à Judice prolata, ut latissimè validis argumentis tuentur Guttier. *canonicar. lib. 2. cap. 16. à numero 2. ad 19.* Jul. Chartar. *deci. 61. à numero 4.* Prætereà, quia argumentum procedit 67
in monitione, nos autem versamur in citatione, inter quas gravem diversitatis rationem considerat, & tradit Jul. Chartar. *decis. 61. à numero 27.* conveniunt tamen, ut sicut monitio debet esse personalis, ita & citatio, ut tradunt Tiraquel Covar. & Guttier. relati *numero 61.* Borell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 28. num. 4.* Baron. *de citat. tom. 3. in annotat. ad quæst. 11. nu. 3.*

Sed deveniens ad institutum, citatio requiritur, 68
ut Episcopi possint sententiam excommunicationis proferre contra Regios Consiliarios, sive nolint firmare contentionem, vel non obtemperare sententiæ Cancellarii: & quando nolunt firmare contentionem, in ultimis litteris exhortatoriis, sive requisitoriis citantur Regii consiliarii, ut compareant certa die in Curia Ecclesiastica ad videndum se declarari incidisse in censuras sacrorum Canonum, ut vidi in Regno Sardiniæ in illa causa Ioannæ Pintus, ut dixi *supra numero 55.* forma tradita *decis. 13. num. 71.* & quando nolunt obtemperare sententiæ Cancellarii citantur eodem modo, pet ea quæ dixi *decis. 26. num. 11. & 12.* notat Fontan. *decis. 318. num. 1. & 9. par. 2.*

Quæro 8. An Curia Ecclesiastica possit procede- 70
re per censuras contra Regentem Regiam Cancellariam, vel Regios Consiliarios, ac contra Officiales Regios inferiores, si ipsi non sint subditi Curiæ Ecclesiasticæ contentionem firmanti, tam ratione originis, quàm domicilii, sed existant in aliena Diœcesi, ac extra territorium? R. Quòd non, sed necessaria est licentia proprii Prælati cum expeditione litterarum requisitoriarum subsidiariarum, aliàs non potest Curia Ecclesiastica comminare censuras, *Clement. Pastoralis*, ubi Barbosa *de senten. excomm.* nec pariter illos citare, ut latè probat contrariis respondens Diana *resol. moral. par. 5. tract. 9. resol. 34.* nec illas proferre, & publicare, quæ omnia si fiant in alieno territorio sine proprii Episcopi licentia, evidenter sunt nulla, Villalobos *in summa part. 1. tract. 16. dif. 10. numero 3.* Tondut. *de præven. judi. part. 2. capit. 6. numero 1.* Avila *de censur. part. 2. capi. 3. disp. 2. dub. 2. & conclu. 1.* Coninch. *de Sacrament. dispur. 13. dub. 7. conclu. 69.* Covarr. *in capit. alma mater, par. 1. §. 10. numero 3.* Diana *resol. moral. part. 5. trac. 9. resol. 35. & in sum. part. 1. verbo censura num. 7.* Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom. 2.*

ca. 12. *dubit.* 1 *sect.* 4. *numer.* 9. 12. & 13. adeoque
71 dixi *dec.* 13. *num.* 53. Benè tamen verum est, quòd Episcopus requisitus litteris subsidiariis alterius Episcopi consentire tenetur, & illas debitæ executioni demandare, ut ex communiter Doctoribus *in cap. fin. de foro compet.* Avila, Cornelio, & Thoma del Bene tradidi *decis.* 13. *num.* 54. adde Dian. *par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 36. *in prin.*

72 Nec obstat, quòd ratione delicti censuræ possint comminari ab Episcopo in alieno territorio, Avila *de censur. par.* 2. *cap.* 3. *disp.* 2. *dub.* 2. *concluf.* 2. Diana *resol. moral. par.* 5. *trac.* 9. *resol.* 32. *versic Nota secundò.*

73 Quia adhuc de necessitate requiritur, quòd præcedat licentia proprii Episcopi, sine qua comminatio censurarum ratione delicti in alieno territorio est nulla, Canonistæ *in cap. fin. de foro compet.* plures Diana *resol. moralium par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 36. cum aliis per Thomam del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 12. *dub.* 1. *num.* 30. & 31. & *sect.* 4. *n.* 13.

74 Nec relevat, si dicas hanc resolutionem procedere in censura lata ab homine, qui non subditum excommunicare non potest; secùs in excommunicatione lata à jure, quod omnes comprehendit, cùm omnes ipsi juri subditi sint, Diana *resol. moral. par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 9.

75 Quia licèt verissimum sit, quòd excommunicatio lata à jure omnes comprehendat, cum tamen ad illius declaratoriam requiratur citatio, *ut probavi num.* 65. & Judex non possit citare subditum suum existentem in alieno territorio, nisi cum licentia Judicis illius territorii, ubi citandus habitat, dirigendo ad eum litteras requisitorias subsidiarias, Covar. *pract. cap.* 10. *num.* 7. & *alii citati decis.* 13. *num.* 55. & dicam *decis.* 72. *num.* 28. *par.* 2. Hinc fit, quòd excommunicatio lata à jure proferri & publicari non potest contra existentes in alieno territorio, nisi cum licentia proprii Episcopi.

76 Quæro 9. An Officialis sæcularis, & minister Regius si uti Judex, & uti publica persona, ac exercendo suum officium excessus committat contra Ecclesiam, vel contra personas, seu bona Ecclesiasticorum, à quo sit puniendus, an à Domino Rege uti ejus Officialis, an ab Episcopo uti usurpator Ecclesiasticæ jurisdictionis? Resp. quòd in Cathalonia, Valentia, Sardinia, & Regno Majoricarum puniendus venit per Dominum Regem, ut habetur in Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum cap. 1. ibi: *Quinimò Dominus Rex contra facientes puniet*, quod legitur *in pragmat.* 1. *de fomatent.* & apud Calicium *de fono quæst.* 7. *fol.* 3. *col.* 4. *versic. Quæro*, apud Regentem Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *numero* 7. *in fine* apud Matteu *de Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. § 1. *sect.* 1. *numero* 1. & ad litteram refero *supra decis.* 4. *numero* 12. ita resolvunt Calicius *de fono emisso dub.* 8. *fol.* 6. *col.* 4. *ver. Quæro quod si Vicarius Regius*, Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *numero* 23. & 24. & *cap.* 14. *num.* 67. Michael Ferrer, & ibi Despujol. ejus Additionator *par.* 3. *obser. cap.* 222. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 5. *à numero* 94. Ripoll. *var. resol. cap.* 1. *à numero* 227. & *de regal. cap.* 12. *numero* 32. Fontanella *decis.* 317. *à numero* 6. & *decis.* 318.

77 *numero* 1. *par.* 2. Tum quia Dominus Rex in dicta concordia Dominæ Eleonoræ sibi reservavit punitionem suorum Officialium excessus contra Ecclesiam committentium, ut notant Calicius *de fono emisso dub.* 8. *fol.* 6. *col.* 4. *versic. Quæro quod si Vicarius Regius, ibi & probatur etiam*, Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *numero* 23. Cancer. *var. pa.* 3. *cap.* 5. *numero* 96. Ripoll. *cap.* 1. *numero* 229. Fontanella *decis.* 313. *nume.* 31. & *decis.* 317.

78 *numero* 6. & *decis.* 318. *numero* 1. *par.* 2. Tum quia solus Dominus Rex in Cathalonia, & suus Primogenitus, & Gerens Vices generalis Gubernatoris procedentes Viceregia sunt tantùm Judices competentes ad cognoscendum, an Vicarius, vel Subvicarius Regius cum suo exercitu rectè exercitaverint processum soni remissi, & per consequens ad puniendum Vicarium, vel Subvicarium, se exercitum suum, ejusque singulares, ita Calicius *de fono emisso dubio* 8. *fol.* 6. *col.* 4. *versic. Quæro quod si Vicarius Regius ibi, & probatur etiam*, Cancer. *part.* 5. *var. cap.* 5. *num.* 94. & 95.

Quod non solum procedit; quando Officialis Re- 79
gius uti Judex excessus committit contra Ecclesiam, personas, & bona Ecclesiasticorum in declaratione, executione, & prosecutione soni emissi, ut tantùm veniat per Dominum Regem puniendus, qui est casus, de quo solùm videtur loqui dictum caput primum concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Calicius *de fono emisso dubio* 8. *fol.* 6. *col.* 4. *versic. Quæro quòd si Vicarius Regius, ubi asserit ita observatum, & ponit casum qui suo tempore contingit*, Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *numero* 23. & 24. *ubi de eadem observantia meminit*, Canc. *par.* 3. *var. cap.* 5. *à numero* 96. *qui idem exemplare laudat*, Fontanella *dec.* 317. *numero* 7. *par.* 2. Sed etiam 80
Practici nostri intellexerunt in omni, & quocumque casu, quo prætenditur excessus commissus per Regium Officialem exercendo suum Officium contra Ecclesias, personas, & bona Ecclesiasticorum, solus Dominus Rex tales excessus punit, ut tradunt Oliba *de jure Fisci c.* 12. *n.* 23. & 24. & *c.* 14. *n.* 67. Decisionem Cancellarii Cathaloniæ refert Michael Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 222. & ibi Despujol. *in additionibus*, Ripoll. *de regal. c.* 12. *num.* 32. & *var. resol. cap.* 1. *à num.* 227. *ubi decisionem Cancellarii Cathaloniæ laudat, & num.* 514. *ubi de alia decisione Cancellarii Cathaloniæ meminit*, Canc. *par* 3. *var. cap.* 5. *numero* 99. *versic. Idem notat, & cap.* 10. *numer.* 19. & 20. Fontanella *dec.* 317. *numero* 7. *versic. Verum par.* 2. Mattheu *de Regim.* 81
Reg. Valen. tom. 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *numero* 49. Ita fuit decisum in Cathalonia per Setanti Tertium 28. Junii 1589. Consultoribus Tamarit Suñer, & Oliba in favorem Antonii Laudes Locumtenentis Bajuli generalis stationis Urgellen. Et per Cancellarium Copons 28. Septembris 1592. Consultoribus Planes, Font, Sabater, Guardiola, Suñer, Oliba, & Descamps in favorem Joannis Belenuls capitis excubiarum. Et per eumdem Cancellarium Copons 29. Januarii 1599. Consultoribus Planes, & Font contra Curiam Ecclesiasticam Urgellen. & in favorem Joannis Artigalàs Regii Commissarii. Et per Cancellarium Rovirola 6. Decembris 1599. Consultoribus Torner, & Puigmija in favorem Antonii Puigsich Custodis Portuum Regii Patrimonii Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ. Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Ferrer, Regàs, Cescasses, & Boner 5. Novembris 1606. in favorem Curiæ sæcularis Regii Concilii contra Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ occasione firmæ juris in dicto Regio Concilio per Joannem Maurici, & alios associantes subbajulum Civitatis Gerundæ, factæ; procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica Tarraconæ ad instantiam Bernardi Deura Clerici Gerunden. factis. Et per Cancellarium Agullana 30. Januarii 1607. Consultoribus Bonet, Solet, & Sala, in favorem Vicarii; & Subvicarii Rossellionis. Et per Cancellarium Carmona 18. Martii 1608. de qua Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 514.

Adeòque prædicta vera sunt, ut Officialis Re- 82
gius non possit prorogare jurisdictionem Curiæ Ecclesiasticæ, & etiamsi Judex Ecclesiasticus sententiam tulerit contra Regium Officialem, illa non facit rem judicatam contra Dominum Regem, & ejus jurisdictionem pro suo interesse, ita practicari in Cathalonia testatur Fontanella *decis.* 317. *numero* 16. *par.* 2. latè cum decisione Cancellarii Cathaloniæ tradit Ripoll. *var. cap.* 1. *à numero* 227. Estque ratio; quia in causis reservatis Prin- 83
cipi non habet locum prorogatio, *cap. per venerabilem* §. *insuper, qui filii sint legitimi, juncto* §. *fin. in authent. ut naturales efficiantur sui*, Capicius *decis.* 9. *numero* 4. & 14. Tusch. *lit. P. prac. conclu.* 927. *numero* 33. Covar. *in epit. ad* 4. *par.* 2. *cap.* 8. §. 8. *numero* 43. & 44. Peregrinus *de fideicom. art.* 23. *numero* 17. Barbosa *in. l.* 1. *art.* 3. *numero* 136. & 137. & *art.* 4. *à numero* 33. *ad* 43. Capiblanc. *in pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 105. *de Baronibus* Carleval. *de judi. lib.* 1. *disp.* 2. *à numero* 1128. *ad* 1134. Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 28. *numero* 20. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 2. *numero* 217.

84 Ex quibus sequitur, quòd Episcopus in Cathalonia, Valentia, Sardinia, & Regno Majoricarum non potest procedere censuris, & aliis remediis spiritualibus contra Regium Officialem excessus committentem contra Ecclesiam, ac Clericos, vel eorum bona procedentem uti Judicem & publicam personam, ac exercendo suum officium; sed illius punitio, ut dixi, pertinet ad Dominum Regem, qui ita sibi reservavit in concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, ita Calicius *de sono emisso dub.* 8. *fol.* 6. *col.* 4. *versic. Quæro quod si Vicarius Regius ibi vidi etiam dicto anno*, Oliba *de jure Fisci c.* 12. *numer.* 23. Ripoll. *de regaliis, capite* 12. *num.* 32. Cancer. *par.* 3. *variarum capit.* 5. *à num.* 96. Fontanella *decis.* 317. *à numer.* 6. *par.* 2. & sunt exemplaria Cancellarii Cathaloniæ *relata numero* 81. & ita olim servabatur in Regno Siciliæ, ut tradit Anton. de Ballis *tract. var. libr.* 3. *pragmat.* 1. *numer.* 31. *de cler. incidentibus, folio* 263. *& lib.* 5. *super pragmatica dicta la Cathalana, numer.* 1. *folio* 424. De Regno Aragonum vide Bardaxi *foro unico, numer.* 26. *de his qui ad Eccles. confug.* Illustrissimus Dominus Vice Cancellarius Don Christophorus Crespi de, Valdaura *obser.* 64. *num.* 6. *part.* 2.

85 Cæterùm pro vera resolutione hujus nonæ quæstionis tres casus distinguendos esse existimo, ut fecit Cancellarius Cathaloniæ Don Franciscus de Erill. 18. Martii 1633. respondens epistolæ diei 18. Februarii dicti anni 1633. quam super his consultus receperat à Doctore Matthæo Marymon Cancellario Regni Majoricarum.

Primus casus est, quando Regius Officialis etiam officium officiando excessum committit contra Ecclesias, personas vel res Ecclesiasticas in casu non suo, & sibi à jure non permisso; nam tunc cum procedat uti privata persona, & extra casum exercitii sui Officii, puniri potest à Judice Ecclesiastico, cui injuriam fecit: & declaratur per Cancellarium firmæ juris factæ per Regium Officialem in Curia sæculari locum non fuisse, nec esse, ita post Mieres & Calicium declarat Oliba *de jure Fisci capit.* 12. *numer.* 24. Fon-
86 tanella *decisione* 317. *numero* 10. *& decisione* 318. *numero* 21. *part.* 2. Et hoc casu Judex Ecclesiasticus contra istum Officialem Regium procedere potest via executiva in vim Constitutionum Tarraconæ de Invasoribus, & Bullæ in Cœna Domini, aut aliàs incipere à censuris, prout procederet contra privatam personam, *ut videtur approbatum in privilegio concesso stamento Ecclesiastico per Dominum Regem Ferdinandum II. Dat. Montissoni* 2. *Septembris* 1510. *c.* 7. de quo *in pragmat.* 11. *de conten. de jurisdict.* & apud Regentem Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib.* 2. *tit.* 51. *numero* 33. ita Marquilles qui sic debet intelligi *in usat. camini & stratæ, versic. & nota quod usaticus iste, fol.* 168. Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *numero* 24. Fontanella *decis.* 318. *à numero* 1. *usque ad finem, præci-*
87 *puè numero* 16. *& 17. par.* 2. Ut esset in casu quo Regens Officialis in casu à jure non permisso impediret Judici Ecclesiastico exercitium jurisdictionis, ut fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Cassador 17. Maii 1567. Consultoribus Serra, Llobregat, Terca Negrell, & Pla *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ, Elnen. contra Assessorem, & alios Officiales Gerentis Vices Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ.* Et per Cancellarium Agullana 3. Aprilis 1606. Consultoribus Senjust, Magarola, & Rubi *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Victorii Fontanet Magistri Domorum, contra Bajulum Barcinonæ.* Et per dictum Cancellarium Agullana 10. Februarii 1610. Consultoribus Dalmau, & Ferruz. & per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ramon, & Besturs 2. Junii 1624. *contra Locumtenentem Bajuli Barcinonæ qui violenter extraxerat à quadam domo Officiales Curiæ Ecclesiasticæ, qui executionem faciebant contra personam, & bona Ecclesiastici.* Et per Erill Tertium 2. Augusti 1632. Consultoribus Besturs Carreres, Llorens & Vinnes *in favorem Curiæ Ecclesiasticæ Dertuzæ, contra Vicarium Regium dictæ Civitatis, quia prohibuerat, ne eleva-*
rentur parietes Monasterii Monialium Episcopo sub- 88
ditarum, de qua Fontanella *decis* 317. *per totam, & illam refert numero* 19. *par.* 2. Ratio esse potest, quia Officialis Regius procedens contra personas, & res Ecclesiasticas non ut Officialis, sed ut privata persona est in manifesto dolo, & sic potest Curia Ecclesiastica contra eum procedere in vim Constitutionum Provincialium Tarraconæ de invasoribus, ex his quæ tradunt Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 224. & 235. Fontanella *decis.* 318. *numero* 18. *& 19. par.* 89
2. Sicut communiter dicitur, ut contra Officialem Regium delinquentem in suo officio non potest procedi per viam querelæ pacis, & treugæ, *ex Regia pragmatica Domini Regis Martini, Data Valentiæ* 11. *Maii* 1407. benè autem potest contra eum procedi per viam querelæ pacis & treugæ, si delinquat ut privata persona, sive extra territorium sui Officii, sive in loco sui territorii, sed extra formam officii, & jurisdictionis, Mieres *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ par.* 2. *col.* 10. *cap.* 4. *numer.* 43. *&* 44. *in novis, fol.* 167. ita arguendo à processu querelæ pacis, & treugæ ad processum querelæ in vim sacrorum canonum Provinciæ Tarraconæ, notant Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *numero* 24. Despuiol. ad Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 222.

Sed videamus quando Officialis Regius procedat 90
uti Officialis, & quando uti privata persona. Et scias quòd licèt regulariter, in dubio Officialis præsumatur procedere uti privata persona, ut ex Farinac. 91
in prax. 1. *quæst.* 32. *nume.* 118. *&* 119. tradit Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 14. *numero* 40. sequitur Fontanella *decis.* 317. *nu.* 11. *par.* 2.

Pluribus tamen casibus Officialis dicitur procedere uti 92
privatus, & uti privata persona, quos referunt Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *numero* 25. Fontanella *decis.* 317. *à num.* 11. *in fine par.* 2. Salgado *de reg. protec. par.* 1. *cap.* 3. *à numero* 14. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 32. *à. num.* 88. ex quibus tres principaliter referam.

Primum, quando Officialis se immiscet his, quæ 93
non sunt sui officii, tunc procedit ut privatus, Calicius *de sono emisso dub.* 8. *fol.* 6. *col.* 4. *versic. Quæro quod si Vicarius Regius, ibi: vidi etiam alios*, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi par.* 2. *col.* 9. *cap.* 15. *numero* 29. *in novis, fol.* 274. Oliba *de jure Fisci, cap.* 12. *numero* 25. Fontanella *decis.* 317. *numero* 11. *in fine, par.* 2. Pereira *de manu Reg. par.* 1. *cap.* 4. *numer.* 7. Suelves *cons.* 48. *sub numero* 3. *lib.* 1. Maranta *disp.* 1. *num.* 35. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 32. *num.* 107. Menochius *de recu. poss. remed.* 8. *à numero* 13. Gratian. *disdep. foren. cap.* 571. *numero* 16. Coccinus *decis.* 353. *numero* 4. Postius *de manuten. obser.* 12. *numero.* 56. Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 35. *numero* 13. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 39. *numero* 16. *in fine*. Exemplum est, quando 94
Officialis non habet jurisdictionem in illo casu quem exercet, quo casu procedit ut privatus, Decius *in l. ut vim, numero* 24. *ff. de justit. & jure*, Fontanella *decis.* 317. *num.* 12. *par.* 2. Maranta, Farinac. & alii *proximè allegati*, ut fuit decisum in casibus relatis *n.* 87.

Secundum, quando Officialis procedit extra for- 95
mam, modum, & figuram Judicis, nam tunc dicitur procedere ut privatus, Mieres *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ par.* 2. *col.* 10. *cap.* 4. *num.* 44. *in novis fol.* 367. Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *num.* 25. Fontanella *decis.* 317. *num.* 11. *in fine par.* 2. Ludovis. *decis.* 46. *n.* 5. *decis.* 102. *nu.* 5. *decis.* 198. *num.* 2. *decis.* 209. *num.* 2. *& decis.* 362. *num.* 4. cum latè congestis per Postium *de manuten. obser.* 12. *à num.* 16. Cancer. *par.* 2. *var. c.* 7. *à n.* 6. Exemplum est, quan- 96
do Officialis procedit sine consilio sui Assessoris, maximè in re gravi, quo casu dicitur procedere ut privatus, Fontanella *dec.* 317. *n.* 13. *par.* 2. conducit Cancer. *par.* 97
2. *var. c.* 2. *n.* 170. Aliud exemplum est, quando Officialis extrajudicialiter alicui facit injuriam, non ut Judex, sed ut privatus agere præsumitur, Lecius *in l. ut vim. nu.* 24. *ff. de just. & jure*, Maranta *disp.* 1. *nu.* 34. plures Menochius *de recup. poss. remed.* 8. *n.* 8. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 32. *nu.* 116. Suelves *cons.* 48. *n.* 3. *lib.* 1. Unde quando Officialis procedit absque 98

causæ cognitione, videtur procedere ut privatus, idem Decius *in l. ut vim, numer. 24. ff. de justi. & jure*, Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 23. num. 26.* plures Postius *de manuten. obser. 12. à num. 57.* Bobad. *lib. 5. ca. 3. num. 45.* Cancer. *par. 2. var. cap. 7. num. 6.* Fontanella *decis. 317. nu. 18. par. 2.* plures alios laudant Farinac. *in prax. par. 1. quæst. 32. nu. 117.* Narbona *l. 20. gl. 18. num. 52. & 53. tit. 1. lib. 4. recop.* Cutel. *decis. 3. n. 28.* ut in casu Vicarii Regii Dertuzæ relato *num. 87. in fine*.

99 Tertium, quando Officialis percutit cum armis, Oliba *de jure Fisci cap. 12. num. 25.* Mieres *loco proximè allegando.* fallit in casu infra relato *num. 108. versic. Tertius*, & quando sine signo officii insultavit, vel noctu intravit domum, & deprædatus fuit, dicitur procedere ut privatus, ita Mieres *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ par. 2. col. 10. cap. 4. num. 44. in novis, fol. 367.*

100 Secundus casus principalis est, quando Officialis Regius procedit officiando, & officium suum exercendo in casu suo, & sibi à jure permisso, sed excessus committit contra Ecclesias, personas, & res Ecclesiasticas; nam tunc etiam declaratur per Cancellarium firmæ juris factæ per Officialem Regium in Curia sæculari locum non fuisse, nec esse. Hoc intellecto, quòd Curia Ecclesiastica non procedat contra illum via executiva, vel in vim Constitutionum Tarraconæ, incipiendo à censuris: atque ita hoc in casu Judex Ecclesiasticus contra hunc Officialem Regium non potest procedere per censuras via rigorosa in vim Constitutionum Tarraconæ, & Bullæ in Cœna Domini, declarando eum ipso jure excommunicatum sine aliqua citatione, aut monitione; benè tamen potest contra illum procedere per censuras via ordinaria ipso citato, & audito, ita Ferrer. *par. 3. observan. c. 224. & 235.* Oliba *de jure Fisci cap. 12. n. 24.* Cancer. *pa.*
101 *3. var. res. cap. 5. n. 99. ver. Item notat, & cap. 10. n. 19. & 20.* Ripoll. *de regaliis, cap. 32. n. 32.* Fontanella *dec. 318. numer. 8. par. 2.* Ita fuit decisum in Cathalonia per Cancellarium Loris 20. Aprilis 1577. Et per Cancellarium Agullana, Consultoribus Ferrer. & Ferruz 19. Septembris 1611. *contra Bajulum Villæ Cervariæ.* Et per Cancellarium Puigmari 26. Februarii 1627. Consultoribus Astor, Ramon, Roca, & Carreres *contra Vicarium Villæ franchæ*. Peniten. & per Cancellarium Puigmari 21. Octobris 1627. *contra quemdam Vicarium Regium, qui medio die publicè, & indecenter religiosum inventum in domibus personarum inhonestarum asportavit ad Regios carceres*. In ornatum declarationis factæ per Cancellarium Puigmari 21. Octobris 6127. Daniel de Nobilibus *controv. disp. 56. num. 24.* Et per Cancellarium Erill 18. Februarii 1632 contra Bajulum Acrimontis.

102 Ratio est, quia Judex Ecclesiasticus non procedit via rigorosa in vim constitutionum Tarraconæ, & Bullæ in Cœna Domini, nisi ubi de manifesto dolo argui potest, qui non potest considerari in casu, quo Officialis ut Judex, & publica persona officium exercendo in suo casu, & sibi à jure permisso excessus committit contra personas, & res Ecclesiasticas, meritò igitur si solùm potest procedere contra illum via ordinaria, Ferrer. *par. 3. ob-*
103 *ser. cap. 224. in fine, & cap. 235.* Fontanella *decis. 318. numero 18. & 19. par. 2.* Unde practicatur in Cathalonia per Regium Cancellarium in sententiis, & declarationibus contentionum Officialium modum procedendi statuere, & apponere conditiones Judici Ecclesiastico in cujus favorem declarat, per hæc verba: *Hoc tamen intellecto, & declarato, quòd procedatur via ordinaria Officiali citato, & audito, non via rigorosa per constitutiones Tarraconæ*, ut tradunt Ferrer. *par. 3. obser. capite 224. & 235.* Oliba *de jure Fisci, cap. 12. numero 24.* Fontanella *decis. 318. num. 10. par. 2.* de quo plura *decis. 24. à num. 81.*

Nec obstant contra istos duos casus verba nostræ concordiæ, quinimo Dominus Rex contra facientes puniet, relata *numero 76.* quia per illa non intelligitur Dominum Regem voluisse indistinctè cognoscere de omnibus casibus excessum Officialium Regiorum contra personas, & bona Ecclesiasticorum privativè ad Curiam Ecclesiasticam: imò potiùs quòd ambæ Curiæ Ecclesiastica, & sæcularis possent illos punire, & hoc ad evitandum præjudicium, quod sequeretur Curiæ Ecclesiasticæ, si absolutè impediretur jurisdictio in omnibus casibus, quibus ipsi competit contra istos Regios Officiales, ut est de mente Olibæ. Cancer, & Fontanella, *locis citatis numero 85. & 100.* & expressè ita respondit Cancellarius Erill in illa sua Epistola quam scripsit Cancellario Regni Majoricarum de qua suprà *num. 84. vers. Cæterum.*

Cavendum tamen est ab Antonio de Ballis *tra. var.* 104 *l. 3. pragmat. 1. num. 31. de cler. inced. fol. 263. & lib. 5. super. pragmatica dicta la Catalana contra excommunicantes Regios Officiales, num. 1. fol. 423.* Qui dicit, quòd in pragmatica dicta *la Catalana* prohibetur Episcopis procedere ad censuras contra Regios Officiales, inconsulto Rege, vel Prorege, & quòd illa est contra immunitatem Ecclesiasticam, referunt, & sequuntur Diana *resol. moral. par. 3. tract. 1. resol. 9. versic. Igitur, & in sum. par. 2. verbo Princeps, n. 5.* Thomas del Bene *de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 20. num. 10. & subsect. 38. num. 17. & de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 9. dub. 26. sect. 2. num. 5. dubit. 33. num. 42.* Quia dicta pragmatica, seu po- 105
tiùs concordia facta inter Dominam Reginam Eleonoram, & Bertrandum Cardinalem Convenarum tale non dicit, sed dumtaxat Dominus Rex in ea sibi reservavit punitionem suorum Officialium excessus committentium contra Ecclesias, personas, & res Ecclesiasticas, ut latè tradidi *à num. 76.* neque est contra immunitatem Ecclesiasticam, tum quia fuit facta authoritate Sedis Apostolicæ, ut dixi *decis. 4. per totum*, tum quia pluribus Bullis Pontificiis extitit approbata, & confirmata, de quibus latè *decis. 6. per totam.* Aliàs verò certum est, quòd Reges non possunt Epi- 106
scopis prohibere, ne procedant ad censuras contra Officiales Regios inconsulto ipso Rege, vel Prorege, ita docere Doctores testatur Thomas del Bene *de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 30. numero 16. vers. Item sequitur, fol. 174. & de immun. Eccles. tom. 2. c. 9. dubit. 33. numer. 41* Sicut Reges prohibere non 107
possunt, ne promulgentur inhibitoriæ, quæ à Judicibus Ecclesiasticis ad magistratus Regios mittuntur, priusquam ipsis Regibus offerantur, & de ipsorum facultate publicentur, ita contra Pereiram *de manu Regia par. secunda, capite sexagesimoquinto*, docere Doctores tradunt Thomas del Bene *de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 39. num. 15. versic. Item sequitur, & num. 16. & de immu. Eccl. to. 2. cap. 9. dub. 23. nu. 39. & 40.* Diana. *res. mor. par. 3. tract. 1. res. 9. versic. Unde, & par. 4. tract. 1. resol. 9.* Neque pa- 108
riter Reges inhibere possunt Judicibus Ecclesiasticis, ne quemquam excommunicent, nisi priùs excommunicationis causam ostendant, ut contra Corset. *de potest. Proreg. par. 4. nu. 8.* & Rodrigues *ad Bul. Cruciatæ §. 9. num. 7.* docet Diana *resol. mor. par. 4. tr. 1. res. 9. & 98. vers. Ex quis, & in sum. par. 2. verbo Princeps, num. 5.*

Tertius, & ultimus casus est, quando Officialis Regius officiando, & officium suum exercendo percutit, vulnerat, seu aliud damnum Ecclesiastico infert, quia Ecclesiasticus illi impediebat exercitium Regiæ jurisdictionis, vel quando officiando procedit contra Ecclesiasticum absque aliquo excessu, ut si illum inveniret cum armis prohibitis, potest ea Ecclesiastico auferre, nec illa Judici Ecclesiastico restituere tenetur: & ita declaratur firmæ juris factæ per dictum Officialem Regium in Curia sæculari locum fuisse, & esse. Ita fuit in primo casu decisum per Cancellarium Rovirola cum voto quinque Consultorum 24. Januarii 1602. Et per Cancellarium Soler, Consultoribus Romeu, Alegre, & Rull *contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & in favorem Regii Concilii criminalis, & Subvicarii Villæ de Riudebilles 4. Julii* 1658. Et in casu exarmationis Clericorum notavi *decis. 14. à num. 133.*

Sed scias, quòd in Cathalonia, quando Judex 109
Eccle-

Ecclesiasticus ordinarius procedit per censuras contra Officialem sæcularem, talis Officialis sæcularis debet contentionem forma solita firmare ad instantiam Fisci Procuratoris in sua Curia, si capax est: vel ipse tenetur comparere in Regia Audientia, & ibi contentionem firmare, & casu quo non compareat, nihilominus potest Fisci Procurator Regiæ Curiæ illam firmare Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 32. *in fine*, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 18. notat Oliba *de jure Fisci c.* 11. *num.* 24. Ita fuit observatum per Cancellarium Soler, Consultoribus Codina, Vilosa, & Serra 8. Junii 1656. *in favorem Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ contra Curiam Ecclesiasticam Ilerden. Sede vacante, in quo facto contentionis, procedimentis factis in dicta Curia Ecclesiastica contra D. Paulum Monco Regium Vicarium, Fisci Procurator Regiæ Curiæ solus firmavit contentionem forma solita Curiæ Ecclesiasticæ Illerden.* & antea fuit observatum per Cancellarium Erill, Consultoribus Rubi de Matimon, & & Pons, & Turell. 16. Junii 1637. *in favorem Fisci Procuratoris Curiarum Regiarum Villæ Perpiniani*. Et idem servandum existimo in aliis Regnis Coronæ Aragonum. Et de jure videatur remedium traditum per Anton. de Ballis *tr. var. l.* 5. *prag.* 1. *de cler. inced. num.* 32. *fol.* 263.

Similiter si Judex Ecclesiasticus, ut Baro, procedat per censuras contra Officialem Regium, quidam tenet, quòd Officialis Regius debet ad instantiam Fisci procuratoris contentionem firmare forma solita in sua Curia, si capax est: vel ipse tenetur comparere in Regia Audientia & in ea contentionem firmare, & casu quo non compareat, nihilominus Fisci Procurator Regiæ Curiæ potest illam firmare, & consuevit declarare Cancellarius Cathaloniæ firmæ juris factæ in Curia sæculari locum esse. Et sic Dominus Rex remanet Judex, Ferrer. *p.* 3. *obs. cap.* 268. Cancer, & si non expresè loquatur de Ecclesiastico Barone, sed solùm de Ecclesiastico, qui sic debet intelligi, *p.* 3. *var. c.* 10. *num.* 15. Sed reprobatur hæc praxis, quia Judex Ecclesiasticus, ut Baro non potest procedere per censuras, ut docent Doctores citati *dec.* 9. *num.* 11. ex quo judicatur ut laicus, ut dixi *decis.* 9. *num.* 3. & laicus non potest excommunicare, probant Covar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 11. *num.* 3. Jul. Chart. *dec.* 31. *nu.* 6. & 7. Cevallos *de cogn. per viam viol. glo.* 6. *num.* 119. Fermosin. *in c.* 2. *q.* 10. *à. num.* 2. & *in c. cùm non ab homine, qu.* 42. *num.* 4. & *in cap. novit, q.* 9. *à num.* 21. *de judiciis*, & ita procedimenta per censuras, quæ facit Ecclesiasticus ut Baro, sunt notoriè nulla, & iniqua, tamquam factæ super jurisdictione temporali, per ea quæ docent Spin. *in spec. test. glo. rub.* 11. *num.* 29. Cened. *coll.* 25. *ad decretal. num.* 5. Barbos. *in prax. exig. pen. q.* 8. *n.* 7. remissivè Farin. *frag. crim. p.* 1. *littera E. n.* 35. Barbos. *in c. præsenti, à n.* 5. *de senten. exco. in* 6. & proindè habenda, ac si facta non essent: paria enim sunt non esse, vel nullum esse, & paria sunt non fieri, & inutiliter fieri, vel minùs legitimè fieri, Barbosa *axiomat.* 174. *à nu.* 13. & *in prax. exig. pend. qu.* 8. *num.* 26. & consequenter nec in foro interiori, nec exteriori ullum effectum habent, nec timenda sunt, *can. non debet.* 11. *quæst.* 3. plures citat Farinac. *frag. crim. par.* 1. *littera E. numer.* 9. Cenedo *collect. ad decretal.* 25. *numer.* 5. Villalobos *in sum. par.* 1. *tr.* 16. *diff.* 10. *num.* 1. Spinus *in spec. test. glo.* 11. *rub. num.* 29. *in fine*, Fermosinus *in c. telleximus qnæst.* 2. *à. nu.* 6. *de jud.* Quo supposito dicendum est, quòd si Ecclesiasticus, ut Baro procedat contra Officialem Regium per censuras, Officialis Regius non tenetur contentionem firmare juxta concordiam: sed debet comparere in Regio Concilio; & si non comparet, debet Fisci Procurator in eo comparere, & narrando factum cum supplicatione petere litteratoriè scribi Judici Ecclesiastico procedente ut Baroni, quatenus revocet procedimenta, & declarationes censurarum in temporali jurisdictione facta, juxta praxim quam refert Cevallos *de cogn. per viam violen. glo.* 6. *n.* 119. aliàs propter dictum abusum jurisdictio temporalis illius Ecclesiastici Baronis ponatur sub Regio sequestro, secundùm praxim quam refert Fontanella *decis.* 341. *num.* 29. *par.* 2. & *infra decis.* 28. *numer.* 34. & casu quo Ecclesiasticus Baro non revocet dicta procedendum ad appositionem sequestri, ut fuit ita fieri resolutum junctis tribus Aulis Senatus Cathaloniæ 19. Februarii 1660. contra Archiepiscopum Tarraconæ procedentem ut Baronem per censuras, contra Locumtenentem Procuratoris Regii Civitatis, & Campi Tarraconæ. Sed non fuit continuata conclusio, nec deventum ad appositionem sequestri, quia Archiepiscopus 7. Martii 1660. à censuris absolvit dictum Locumtenentem Procuratoris Regii Tarraconæ cum clausula ad cautelam, & quatenus opus sit, & procedimenta omnia revocavit salvis juribus mensæ Archiepiscopalis fidemque de revocatione fecit litteris dicto die à sua Curia expeditis.

Sed quia de excessibus Officialium Regiorum commissis contra Ecclesias, & res Ecclesiasticas huc usque tractavi, consentaneum erit pro finali parte hujus decisionis aliqua dicere de delictis per eos perpetratis in aliqua Baronia. Et in primis de jure loquendo, si Regius Officialis delinquat in terra Baronis in officio per superiorem commisso, non potest puniri ab alio quàm à suo superiore, qui illud commisit; si autem delinquat extra officium, potest à Barone puniri, in cujus territorio illud commisit, dummodo id antea notum faciat suo superiori, quia tunc non consideratur tamquam Regius Officialis, sed tamquam privatus, ita Guido Papa & ejus addentes *decis.* 328. Boer. *decis.* 9. Portoles §. *Officialis, num.* 9. Pechius *de jure sisten. cap.* 17. *nume.* 4. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 35. *à numer.* 10. Anton. Faber. *in suo C. lib.* 7. *tit.* 20. *dif.* 49. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 21- *num.* 114. Regens Vico *ad pragmat Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. *num.* 18. *versic. Item secundo*, Guazzin. *def.* 1. *cap.* 39. *nu.* 15. Mastrill. *decis* 147. *num.* 24. & *de magist. lib.* 4. *c.* 16. *num.* 256. & 257. Tondutus *de præven. jud. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 22. & 23. Cancer, *par.* 2. *var. resol. cap.* 2. *num.* 1. & *par.* 3. *cap.* 10. *num.* 128. & 129. & *cap.* 13. *num.* 221. & 222. remissivè Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 17. Fontanella *decis.* 366. *num.* 18. *par.* 2. 110

Et idem est in delegato Principis, qui si in delegatione delinquat, solùm potest à Principe delegante puniri; si verò extra delegationem delinquat, potest puniri ab ordinario in cujus territorio deliquit, Capel. Tholosana, & ibi Aufrer. *decis.* 423. Boer. *decis.* 6. *numer.* 5. Ranchin. ad Guidon. Papam *decis.* 328. Avilas *cap.* 1. *Prætor. glo. mandando num.* 24. Faber. *in suo Cod. lib.* 7. *titul.* 20. *dif.* 49. *numer.* 6. & 7. Belluga *in specu. Princ. Rub.* 11. §. & *quæ dicta numero* 4. Molinus *de brachio sæcu. libro* 1. *cap.* 6. *numero* 15. Ripol. *variarum capitolo* 1. *numero* 455. Vermigliolus *consil.* 145. *nume.* 8. Fermosinus *post tit. de foro comp. alleg.* 1. *pro Tribun. Sanct. Officii, artic.* 1. *numero* 40. Cancer. *part.* 3. *var. capit.* 13. *num.* 223. Decian. *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 18. *numero* 16. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *littera l. num.* 923. latè Cabal. *resol. crimin. casu* 53. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 39. *numero* 21. *in fine*, remissivè Gran. *theoremat.* 19. *à num.* 26. Carleval. post alios *lib.* 1. *disp.* 18. Similiter si Patriarcha, vel Archiepiscopus deliquerit in aliena Diœcesi, potest puniri per Episcopum illius Diœcesis, dummodò Episcopus non fuerit illius Suffraganeus, Jul. Clar. §. *fin. q.* 35. *n.* 14. *ver. Sed quid si Archiepiscopus*, ubi Bajard. *à n.* 16. Farin. *frag. crim. par.* 2. *littera I. n.* 973. Cabal. *resol. crim. casu* 53. *n.* 6. 9. & 10. Decianus *tr. crim. lib.* 4. *c.* 18. *nu.* 23. & 24. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 39. *nume* 21. Azevedo. *l.* 1. *à nu.* 87. *tit.* 16. *lib.* 8 *recop.* Fermosinus *in cap. postulasti, qu.* 13. *num.* 4. & 6. *de foro compet.* 111 112

Jure verò speciali Cathaloniæ, si Regius Officialis deliquerit etiam extra officium, non potest puniri ab ordinario in cujus territorio deliquerit, sed solùm à Domino Rege, & ejus Locumtenente generali *constitu. unica, titu. quæ les Officiales puguen esser punits durant llus officis*, Mieres *in Curia Montissoni Regis Petri* 3. *par.* 2. *col.* 6. *cap.* 23. *n.* 27. *in novis fol.* 101. Ferrer. *par.* 3. *obser. capite* 302. Cancer. *par.* 2. *var. resol. c.* 2. *n.* 1. *in fine*, & *par.* 3. *cap.* 5. *nu.* 46. 94. & 95. & *cap.* 10. *n.* 130. & *cap.* 12. *à n.* 100. & *cap.* 13. *n.* 224. *ver. An autem*, aut coram Gerente Vices generalis Guber- 113

BIBLIOTECA ORANADA

bernatoris Viceregia procedente, Ferrer. *part.* 1. *obser. Guber. cap.* 10. *& part.* 2. *cap.* 23. Cancer. *part.* 3. *var. capit.* 12. *num.* 102. *&* 103. An ordinarius, qui contra Officialem Regium processit, eumque carcerari mandavit, excusetur à criminalitate, allegans quòd sibi non fuerunt præsentatæ litteræ patentes commissionis dicti Regii Officialis; vide Vermigliol. *cons.* 45. ubi excusa-
114 ri resolvit. Idemque est in Regno Aragonum, in quo Officiales tam Regii, quàm Dominorum locorum, nedum quando delinquunt in officio, sunt privativè conveniendi in Curia Justitiæ Aragonum, Portoles §. *Domini locorum, num.* 35. *&* 54. *&* §. *Justitia Aragonum, num.* 3. *&* 13. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *numer.* 36. Sesse *de inhibit. cap.* 1. §. 3. *num.* 1. Suelves *consil.* 14. *num.* 39. *lib.* 3. sed etiam quando delinquunt ut privatæ personæ extra officium, Portoles §. *Justitiæ Aragonum, numer.* 13. de quo vide Sesse *de inhibit. cap.* 1. §. 3. *numer.* 2, 3, 4. *&* 6. nisi in duobus casibus relatis per eumdem Portoles §. *Justitia Aragonum, num.* 4. 5. 14. *&* 15.
115 Pariter in Regno Valentiæ, Officiales Regii etiam in delictis commissis extra officium solùm à Domino Rege puniri possunt, ut observatum de anno 1647. refert Mattheu *de Reg. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *sect.* 2.
116 *numer.* 73. Similiter in Regno Neapolis de delictis Officialium tam Regiorum, quàm Baronum solùm magna Curia Vicariæ cognoscit, nedùm quando delinquunt in officio, ut tradunt Franchis *dec.* 276. *num.* 7. *&* 8. *& dec.* 326. *num.* 4. *& dec.* 407. *num.* 1. Baldaxar de Angelis in addit. ad Follerium *titu. capiat informationem, num.* 5. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 16. *numer.* 10. Thoro *in compen. decis. tom.* 1. *verbo delicta Officialium, fol.* 144. Sanfelicius *dec.* 65. *num.* 14. *& dec.* 66. *num.* 1. Capicius Latro *consult.* 130. *à num.* 11. *lib.* 2. Sed etiam quando delinquunt extra officium, & ut privatæ personæ, Franchis *dec.* 407. *num.* 7. Capiblanc. *de Baronib. pragmat.* 8. *num.* 122. quidquid cum Capicio *dec.* 27. *num.* 10. *&* 11. dicat Portoles §. *Domini locorum, num.* 35. Idemque est
117 in Regno Siciliæ, in quo Magna Curia cognoscit de excessibus Officialium tam Regiorum, quàm Baronum etiam extra officium commissis, latè Mastrill. *dec.* 147. *à num.* 24. *ad* 28. *lib.* 2. *& de magistrat. lib.* 4. *cap.* 16. *à numer.* 256. Et de Comitatu Venaissimo idem tradit Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 26. *vers. Quarto, & vers. Quinto, & num.* 27. *versic. Sexto, & part.* 2. *capit.* 2. *nu.* 22.
118 Benè tamen potest Baro, vel ille ordinarius, in cujus territorio Officialis Regius deliquit, eum capere in fragantia delicti, & ad suum superiorem remittere, Mieres *in Curia Montissoni Regis Petri* 3. *part.* 2. *col.* 6. *cap.* 23. *numer.* 23. *in novis, fol.* 101. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 223. *versic. An autem*, Sesse *de inhibit. cap.* 1. §. 3. *numer.* 4. & de jure communi Avendanno *de exequen. mand. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 9. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 257. & alii citati *dec.* 10. *num.* 184. Sed
119 utrùm Judex possit illi facere processum ad finem remittendi, Sesse *de inhibit. cap.* 1. §. 3. *num.* 5. ubi resolvit quòd non, etsi posteà cogitandum relinquat.
120 Verum tamen est, quòd si Regius Officialis fecerit aliquos excessus in aliqua Baronia, potest Baro contra illum ad emendam damni, & illius punitionem, aut in Regia Audientia per viam querelæ, ut ait Calicius *de sono emisso dub.* 8. *versic. Quid ergo remedium*, aut in judicio tabulæ, ut refert & explicat Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 5. *numero* 100. sequitur Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 46.
121 Officiales autem Baronum tam in civilibus, quàm in criminalibus sunt in Cathalonia, Valentia, & Sardinia de ipsorum jurisdictione, nedum pro his, quæ in officio deliquerunt, Cancer. *part.* 3. *var. resol. cap.* 12. *num.* 237. sed & de commissis extra officium Mattheu *de Reg. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *numer.* 96. decisionem nostri Senatus refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 10. *part.* 2. *num.* 66. *&* 67. *& decis.* 366. *num.* 1. *part.* 2. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 18. *cap.* 3. *& in gloss. num.* 3. *versic. Hæc autem*, & latè de jure probat Caravit. *titu.* 49. *per totum*, quod secus est in Regnis Aragonum, Neapolis, Siciliæ ut dixi *num.* 114. 116. *&*
122 117. Limita primò si Officialis Baronis sit Familiaris
123 Sancti Officii, de quo *infrà decis.* 30. *à numer.* 92. Limita secundò, si Officialis Baronis deliquerit in criminibus, quibus jurisdictio spectat ad Principem, quia eo casu si crimen sit ex his, quæ Principi privativè reservata sunt, vel quia qualitas personæ id exigat, eo quòd sit Militaris, tunc ab ipso Principe est puniendus, Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom.* 1. *c.* 6. §. 1. *sect.* 2. *nu.* 98. benè Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. l.* 1. *tit.* 18. *c.* 3. *num.* 27. Limita tertiò, si Officialis Baronis deliquerit 124
in alia specie jurisdictionis, quam ipse Baro ibidem habet, nam tali casu non ad ipsum, sed ad alium, qui illam speciem jurisdictionis habet, punitio spectat, Capicius *dec.* 27. *à nu.* 9. Franchis *dec.* 274. Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 8. *numer.* 10. Surd. *cons.* 47. *l.* 1. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 2. *num.* 80. *nu.* 95. *in fine*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gl.* 10. *part.* 2. *num.* 68. & latè cum decisione nostri Senatus *decis.* 366. *part.* 2. *numer.* 68. Guazzin. *def.* 1. *c.* 39. *num.* 24. Capiblanc. *de Baronibus prag.* 8. *par.* 2. *num.* 285. Novarius *qu. for.* 93. *part.* 1.

Concludo, quòd si Regius Officialis offendatur in 125
exercitio sui officii per Vassallum Baronis, & in ipsius territorio, punitio non pertinet ad Baronem, sed ad Dominum Regem, Franchis *decis.* 722. Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. l.* 1. *tit.* 18. *c.* 3. *num.* 10. *&* 23. Mastrill. *dec.* 147. *à num.* 16. *l.* 2. *& de magistr. l.* 4. *c.* 16. *num.* 252. Tondutus *de præv. jud. part.* 1. *c.* 11. *numer.* 26. *versic.* 4. observatum à suo Senatu testatur Mattheu *de Reg. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 6. §. 1. *nu.* 76.

Forma procedendi per Curiam Ecclesiasticam per censuras, & alia remedia spiritualia contra Curiam sæcularem collige ex traditis è contra decisione sequenti.

ARGUMENTUM.

De casibus in quibus Curia sæcularis potest procedere contra Curiam Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum, & alia juris remedia.

SUMMARIUM.

1 *Curia sæcularis potest procedere, & procedit per occupationem temporalitatum contra Curiam Ecclesiasticam nolentem contentionem firmare.*
2 *Curia sæcularis potest procedere, & procedit per occupationem temporalitatum contra Curiam Ecclesiasticam nolentem dubium firmare.*
3 *Curia sæcularis potest procedere, & procedit per occupationem temporalitatum contra Curiam Ecclesiasticam non parentem sententiæ Arbitrorum, vel Cancellarii.*
4 *Curia sæcularis potest procedere, & procedit per occupationem temporalitatum contra Curiam Ecclesiasticam nolentem præstare auxilium Curiæ sæculari.*
5 *Curia sæcularis potest procedere, & procedit per occupationem temporalitatum contra Curiam Ecclesiasticam non servantem debitum honorem Curiæ sæculari.*
6 *Curia sæcularis potest procedere, & procedit per occupationem temporalitatum contra Curiam Ecclesiasticam comminantem censuras contra Dominum Regem, seu ejus Locumtenentem generalem.*
7 *Curia sæcularis potest procedere, & procedit per occupationem temporalitatum contra Curiam Ecclesiasticam resistentem Regiis, Officialibus ingredientibus Ecclesias, & loca sacra pro executione soni emissi.*
8 *Officiales Regii possunt ingredi aliena territoria, & delinquentes capere pro executione soni emissi. nu.* 8. *& ad Ecclesias, ac alia loca sacra, & ab eis malefactores, extrahere, numer.* 9. *ne dum laicos, sed etiam Clericos num.* 10.
11 *Ecclesiasticis non licet armis resistere Judici sæculari extrahenti reum ab Ecclesia.*
12 *Officiales Regii ingrediuntur sine processu soni emissi*

emissi domos Ecclesiasticorum, & extrahunt laicos sine assistentia Judicis Ecclesiastici, numer. 12. Fallit num. 13.

14 *Dominus Rex potest procedere ad occupationem temporalitatum contra Judicem Ecclesiasticum turbantem Regiam Jurisdictionem, vel eam impedientem, & num. 15.*

16 *Occupatio temporalitatum contra Judicem Ecclesiasticum turbantem Regiam Jurisdictionem vel eam impedientem in omnibus fere Regnis recepta est, de Principatu Cathaloniæ n. 16. De Regno Aragonum n. 17. De Regno Valentiæ, n. 18. De Regno Sardiniæ numer. 19. De Regno Castellæ num. 20. De Regno Franciæ nu. 22. & referuntur Doctores hanc praxim improbantes n. 23. In Cathalonia, & Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum devenitur ad occupationem temporalitatum ex concordatis, privilegiis Apostolicis nu. 24. & 25.*

26 *Dominus Rex universaliter superioritatem habet in universis temporalitatibus Regni.*

27 *Curia sæcularis procedere potest ad occupationem temporalitatum contra Clericum turbantem Regiam Jurisdictionem & vel eam impedientem.*

28 *Rex an sub pœna occupationis temporalitatum possit præcipere Prælatis sui Regni, ut faciant residentiam in suis Ecclesiis.*

29 *Episcopi vocati à Rege pro negotiis Regni ad eum venire debent.*

30 *Episcopi vocati à Metropolitano, & à Rege, an debeant ad Regem venire, & n. 31.*

31 *Episcopi in Cathalonia, & aliis Regnis sunt Consiliarii Regis.*

32 *Episcopi tenentes feudum à Rege, an priùs debeant venire ad Regem, quàm ad Papam.*

33 *Episcopi feuda tenentes pro Rege tenentur opem ferre in bello, contribuereque in expensis.*

34 *Rex ponit sub sequestro Baronias Ecclesiasticas ex abusibus.*

35 *Rex qualiter procedat contra Judices Ecclesiasticos negligentes punire Clericos arma prohibita deferentes.*

36 *Negligentia Judicis Ecclesiastici in administranda Justitia, an possit suppleri per Judicem sæcularem, trahendo Ecclesiasticos ad suum Tribunal laicale.*

37 *Negligentia Judicis sæcularis in administranda Justitia potest suppleri per Judicem Ecclesiasticum trahendo laicos ad suum Tribunal Ecclesiasticum, num. 37. Sed fallit in Cathalonia, & reliqua parte Hispaniæ, num. 38.*

39 *Curia sæcularis procedit per occupationem temporalitatum contra Clericos, & Ecclesiasticas personas affigentes in locis publicis cartellas, cedulones, & letrones ad publicandas censuras.*

40 *Occupationem temporalitatum solùm potest facere Dominus Rex, & ejus Locumtenens generalis, & quid in Aragonia nu. 41.*

42 *Occupationem temporalitatum non potest facere Gerens Vices generalis Gubernatoris præsentibus Domino Rege, vel ejus Locumtenente generali in Cathalonia, secus illis absentibus procedendo Viceregia num. 43.*

44 *Occupationem temporalitatum an possit facere gerens Vices generalis Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, & num. 45. 46. & 47.*

48 *Occupationem temporalitatum potest facere Bajulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, intellige Domino Rege, & Locumtenente generali absentibus, & num. 49.*

50 *Occupationem temporalitatum non possunt facere Vicarii Regii Cathaloniæ, fallit in Vicario Rossellionis, num. 51.*

52 *Occupatio temporalitatum ad cujus instantiam fieri potest, nu. 53. 54. 55. & 56.*

57 *Occupatio temporalitatum fieri potest contra Judices Ecclesiasticos turbantes Regiam Jurisdictionem, & num. 58.*

59 *Occupatio temporalitatum an possit fieri contra Episcopum, vel Capitulum Sede vacante, si Vicarius Episcopi, vel Capituli turbet Regiam jurisdictionem.*

Opinio affirmativa, num. 59. & 62.

Opinio negativa, numer. 63. & 70. & respondetur contrariis n. 71. amplia, n. 78.

60 *Officiales tenentur civiliter pro condemnatione pecuniaria quo ad interesse partis de culpis & defectibus Locumtenentium, Officialium, & Familiarium, quos ipsi constituerunt, & nominarunt.*

61 *Episcopus tenetur ad restitutionem damnorum injustè datorum ex facto Vicarii in rebus concernentibus ad officium, num. 61. Intellige quando Episcopus potest deprehendi in aliqua culpa; aliàs secus num. 69.*

64 *Episcopus an velit, nolit, teneatur Vicarium constituere.*

65 *Officialis quando ex necessitate officii Locumtenentem nominat, non tenetur ex facto, & delicto nominati.*

66 *Princeps, & alius Dominus jurisdictionis non tenetur pro mala administratione suorum Officialium quos creat, sed tantùm ipsi Officiales tenentur, num. 66. Amplia ad casum quo Princeps approbat electionem Officialium nominatorum, num. 67.*

68 *Baro an teneatur exhibere Officiales, quos creavit.*

72 *Episcopus quando sit in culpa ex facto Vicarii n. 72. 73. 74. 75.*

76 *Episcopus ad excusandum se ex facto Vicarii non tenetur innocentiam suam probare.*

77 *Curia sæcularis quid facere debet, ut possit ex facto Vicarii procedere ad occupationem temporalitatum contra Episcopum.*

79 *Episcopus ex facto Vicarii non evitabit occupationem temporalitatum, si illum deposuerit, vel revocaverit, seu alium nominaverit.*

80 *Temporalitates quas Curia sæcularis occupare potest Judicibus Ecclesiasticis turbantibus Regiam jurisdictionem quæ dicantur, & quæ sint de jure communi, num. 81. 82. & 83. De Regno Castellæ, numer. 84. De Regno Valentiæ numer. 85. De Regno Franciæ, numer. 86. De Regno Aragonum, num. 87. De Principatu Cathaloniæ, numer. 88. De Regno Sardiniæ, num. 89.*

90 *Curia sæcularis procedit contra Judices Ecclesiasticos turbantes Regiam Jurisdictionem non habentes temporalitates, aliis remediis necessariis receptis, & usitatis.*

91 *Remedia ista recepta, & usitata quæ sint nu. 91. cum seq. & num. 114. ad 119. & de jure communi, num. 92. & 93. De Regno Franciæ, n. 94. De Regno Castellæ, nu. 95. De Regno Galleciæ, num. 96. De Regno Luzitaniæ, num. 97. De Regno Siciliæ, num. 98. de Statu Mediolani, num. 99. De Regno Neapolitano, n. 100. De Republica Genuensi, Et Ducatu Ferrariæ nu. 101. De Ducatu Sabaudiæ, num. 102. De Regno Granatæ, num. 103. De Regno Aragonum, numer. 104. De Principatu Cathaloniæ, num. 105. De Regno Valentiæ, num. 186. De Regno Sardiniæ, num. 107.*

108 *Referuntur Doctores hanc praxim impugnantes.*

109 *Sed defenditur, n. 109. 110. 111. & 113.*

112 *Argumentum à contrario sensu validum est tamquam litterale.*

120 *Curia sæcularis contra Judices Ecclesiasticos turbantes Regiam Jurisdictionem, etiam si habeant temporalitates, potest procedere aliis remediis receptis, & usitatis crescente eorum contumacia, & num. 164.*

121 *Occupatio temporalitatum quomodo sit practicanda in Cathalonia, & aliis regnis Coronæ Aragonum.*

122 *Causa contentionis evocatur ad Regiam Audientiam sub prætextu, quòd ordinarius non est potens*

tens ad compellendum Judicem Ecclesiasticum ad contentionem firmandam, n.122. & 125.

123 *Evocatio causæ contentionis ad Regiam Audientiam facienda est post secundas litteras à Curia Vicarii, vel alterius ordinarii Regii emanatas.*

124 *Forma supplicationis ad evocandam causam contentionis ad Regiam Audientiam prætextu quia ordinarius non est potens ad compellendum Judicem Ecclesiasticum ad contentionem firmandam.*

126 *Occupatio temporalitatum tunc demùm fieri potest contra Judices Ecclesiasticos, cum sæpius moniti per Regias litteras, & cum comminationibus pœnarum requisiti, respondere recusant in sua contumacia perseverantes.*

127 *Curia Ecclesiastica si non respondet contentionem firmando, expediuntur à Curia sæculari tertiæ litteræ cum citatione, & termini assignatione ad videndum declarari se incidisse in pœnam occupationis temporalitatum.*

128 *Processus quomodo formetur ad faciendam occupationem temporalitatum.*

129 *Forma quartæ supplicationis ad faciendam occupationem temporalitatum.*

130 *Occupationis temporalitatum declaratio duobus modis fieri potest.*

131 *Primò, cum firma Regentis Cancellariam facta provisione per Judicem Relatorem causæ*, nu.131. *& traditur forma provisionis Judicis Relatoris causæ, num.* 132. *& conclusionis, ac sententiæ Regentis Cancellariam num.* 133.

134 *Secundò, per Judicem Relatorem causæ, facta conclusione in Regia Audientia, & traditur forma.*

135 *Forma faciendi declarationem occupationis temporalitatum qualis sit melior, & magis expedita, an illa per quam portatur processus Regenti Cancellariam, an verò alia, quæ expeditur per Relatorem causæ facto verbo in Regia Audientia, num.*135. 136. 137. 138. & 139.

140 *Curia sæcularis si procedat ad banniendos Judices Ecclesiasticos Regiam Jurisdictionem turbantes, quomodo procedere debeat.*

141 *Judices pro facienda declaratione occupationis temporalitatum, seu bannimenti contra Judices Ecclesiasticos nullum salarium exigere possunt.*

142 *Litteræ monitoriæ seu exhortatoriæ Curiæ sæcularis personaliter Judicibus Ecclesiasticis sunt notificandæ, ut contra eos possit procedi per occupationem temporalitatum, seu bannimenti, nisi Judices Ecclesiastici consultò se absentarent, & latitarent, & debent præsentari originaliter, seu illarum copia cum ostensione originalis.*

143 *Declaratio occupationis temporalitatum, seu bannimenti est notificanda Judici Ecclesiastico recusanti contentionem firmare, non per intimam, sed per litteras à Regia Cancellaria expeditas, & forma litterarum traditur, n.*144.

145 *Locumtenens generalis Domini Regis, facta declaratione occupationis temporalitatum, & bannimenti & illa notificata Judici Ecclesiastico solet cum charta privata monere Judicem Ecclesiasticum, ut procedimenta revocet, seu contentionem firmet; sed id non est necessarium, sed ad majorem contumaciam ipsius Judicis Ecclesiastici.*

146 *Monitorium est mittendum Judici Ecclesiastico, si sententia fuerit bannimenti, ut infra sex dies exeat à Provincia, seu Regno, & refertur forma monitorii, num.*147.

148 *Officialis regius est mittendus Judici Ecclesiastico, si sententia fuerit bannimenti, ut petita assistentia Judicis Ordinarii Ecclesiastici, sive obtenta, sive non obtenta, illum decenter, & cum urbanitate capiat, & captum pro executione sententiæ à Provincia, seu Regno extrahat, & forma litterarum executorialium bannimenti refertur, num.*149.

150 *Præconizationes fieri debent ante totalem executionem sententiæ bannimenti contra judicem Ecclesiasticum promulgatæ, & refertur forma præconizationum, num.* 151.

152 *Bannitus in Cathalonia non potest impunè offendi, sed tantùm capi, & duci ad judicem.*

153 *Monitorium est mittendum Judici Ecclesiastico, si sententia fuerit occupationis temporalitatum, ut intra sex pro illius executione obediat procedimenta revocando, aut contentionem firmando.*

154 *Litteræ executoriales supra apprehensione temporalitatum expediendæ sunt, & refertur forma executorialium, nu.*155.

156 *Præconizationes faciendæ sunt post factam apprehensionem temporalitatum, & refertur forma præconizationum, n.*157.

158 *Forma pro facienda declaratione occupationis temporalitatum & bannimenti Regni Sardiniæ, & num.* 159.

160 *Forma pro facienda declaratione occupationis temporalitatum Regni Aragonum.*

161 *Forma pro facienda declaratione occupationis temporalitatum Regni Valentiæ.*

162 *Forma declarationis occupationis temporalitatum, quando Judex Ecclesiasticus non vult obedire sententiæ Cancellarii, remissivè, numer.* 162. *&* 163.

164 *Curia sæcularis contra Judices Ecclesiasticos nolentes contentionem firmare, seu obedire sententiæ Arbitrorum, vel Cancellarii, si non sufficit occupatio temporalitatum, & bannimentum, potest uti acrioribus remediis, & quæ sint ista acriora remedia, à numer.* 114. *ad* 119. *Sed in Cathalonia, Valentia, & Sardinia, numquam fuit ad illa deventum, & quid in Regno Aragonum, num.*165.

166 *Occupationis temporalitatum, & bannimenti declarationes plures factæ fuerunt in Cathalonia, & an fuerint ad executionem deductæ, num.*166.

167 *Occupationis temporalitatum, & bannimenti declarationes bis de nostris temporibus factæ fuerunt in Regno Sardiniæ, & an fuerint ad executionem deductæ, num.*167.

168 *Occupationis temporalitatum, & bannimenti declarationes plures factæ fuerunt in Regno Valentiæ, & an fuerint ad executionem deductæ, num.*168.

169 *Occupationis temporalitatum declarationes multoties factæ fuerunt in Regno Aragonum, & an fuerint ad executionem deductæ*, n.169.

170 *Supplicari an liceat à declaratione occupationis temporalitatum & bannimenti.*

171 *Occupatio temporalitatum, & bannimentum durat quousque Judices Ecclesiastici resipuerint, & Regiis mandatis obtemperaverint.*

172 *Judices Ecclesiastici dicuntur resipere, & Regiis mandatis obtemperare, quando revocant procedimenta per ipsos facta, aut aliàs contentionem firmant.*

173 *Procedimentorum revocatio quomodo fiat per Judices Ecclesiasticos, n.*173. 174. 175. & 176.

177 *Procedimentorum revocatio simpliciter fieri debet per Judices Ecclesiasticos, & absque protestatione.*

178 *Expensas solvere tenentur Judices Ecclesiastici ratione suæ turbationis factas.*

179 *Occupatio temporalitatum tollitur, & bona occupata Judicibus Ecclesiasticis restituuntur, postquam ipsi integrè satisfecerint.*

180 *Forma litterarum super restitutione temporalitatum, & num.*181.

DECISIO XXVIII.

PRimus casus est, quando Curia Ecclesiastica non vult contentionem firmare, tunc Curia sæcularis Domini Regis procedit contra illam ad occupationem temporalitatum, juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, *de qua in pragmat. 1. de conten. jurisdic.* & juxta pragmaticas Serenissimorum Regum Martini, & Ferdinandi *de quibus in pragmat. 2. & 3. eodem titulo,* & pro- 1

& probat *pragmat.* 4. §. 4. ibi : *O no curata de venir à la forma de dita concordia, eod. tit. de content. jurisdic.* ut tradunt Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.*272. ad quem se refert Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.*2. *tit.*51. *in locis communibus*, *num.*8. Oliba *de jure Fisci cap.*11. *num.*27. Cancer. *part.*3. *var. cap.*10. *nu.* 5. & ita practicatur nedum in Cathalonia, pro qua fuit facta dicta concordia, sed & in Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, quibus fuit per Romanum Pontificem Julium Tertium communicata, ut dixi *decis.*5. *à num.*5. & pro Regno Sardiniæ adest Regia epistola scripta Eminentissimo Domino Theodoro Cardinali, Principi Trivulcio illius Regni Proregi, Data Matriti 10. Aprilis 1650. quæ legitur *in libro Regiarum Epistolarum Regiæ Audientiæ Regni Sardiniæ*, *fol.*289. & de Regno Aragonum Sesse *de inhibit. cap.*9. §. 1. *nu.*29. *& cap.*10. §. 1. *nu.*2. *in fine*.

2 Secundus casus est, quando Curia Ecclesiastica recusat firmare dubium, tunc enim Curia sæcularis Domini Regis contra illam procedit ad occupationem temporalitatum, ut tradidi *decis.* 15. *num.*10. & expresse pro Regno Sardiniæ habetur in Regia Epistola scripta Comiti de Erill. Proregi illius Regni, Data Matriti 11. Februarii 1619. quæ legitur in libro Gubernii, fol. inferiori 390. & in alia Regia epistola scripta Eminentissimo Cardinali Trivulcio, de qua *num. præcedenti*.

3 Tertius casus est, quando Curia Ecclesiastica non paret sententiæ Arbitrorum, vel Cancellarii, quia tunc Curia sæcularis Domini Regis procedit contra illam ad occupationem temporalitatum, de jure Cathaloniæ Michael Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.*251. *incipien. cum anno*, *ubi exemplare refert*, Oliba *de jure Fisci capit.*12. *nu.*8. Peguera *in pract. crim. cap.*26. *num.*7. *vers. Quare in prædicto casu*, Fontanella *dec.* 314. *num.*1. *ubi tria exemplaria laudat part.*2. De Regno Aragonum Ramirez de *lege Regia* §.2. *num.*11. De Regno Sardiniæ remissivè Regens Vico *lib.*2. *tit.*51. *in locis communibus*; *num.*6. & latè dixi *dec.*12. *num.*64. 65. *&* 66. *& decis.*25. *num.*86. *& dec.*26. *num.*10. 11. *&* 12.

4 Quartus casus est, quando Curia Ecclesiastica non vult præstare auxilium, seu Brachium Curiæ sæculari, quo casu Curia sæcularis Domini Regis procedit contra illam ad occupationem temporalitatum, ut ex Michaele Ferrer. *part.* 3. *observat. pract.* 172. 271. 272. *&* 273. tradunt Cancer. *part.*2. *va. cap.*15. *num.*8. Fontanella *decis.* 310. *num.* 23. *parte secunda*, notat Oliba *de jure Fisci*, *capit.* 15. *sub numer.* 75. & dixi *decision.* 26. *num.*40.

5 Quintus casus est, quando Curia Ecclesiastica inurbanè tractat, & debitum honorem in litteris contentionis non servat Domino Regi & suis Ministris; nam tunc Curia sæcularis Domini Regis procedit contra illam ad occupationem temporalitatum, ut dixi *dec.*8. *n.*46. ubi *n.*49. tradidi, hoc esse controversum de jure communi.

6 Sextus casus est, quando Curia Ecclesiastica comminat censuras contra Dominum Regem, seu Locumtenentem generalem, nam tunc Curia sæcularis Domini Regis contra illam procedit ad occupationem temporalitatum, ut dixi *deci.* 8. *nu.*52. conducunt tradita *dec.*27. *à n.*34. *ad* 43.

7 Septimus casus est, quando Curia Ecclesiastica facit resistentiam Regiis Officialibus ingredientibus in Ecclesias & loca Sacra pro executione soni emissi, nam tunc Curia sæcularis Domini Regis procedit contra Prælatos ad occupationem temporalitatum, ut dixit expressis verbis Regium Concilium Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo Quinto, Data Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis : *Regii Officiales facto processu, qui dicitur soni emissi, ingrediuntur Ecclesias, & alia loca immunitatis sine assistentia Officialis Ecclesiastici, & extrahunt delinquentes, & si fieret resistentia per Curiam Ecclesiasticam, proceditur contra Prælatos ad occupationem temporalitatum*.

8 In ornatum hujus septimi casus, quòd Regii Officiales possint ingredi aliena territoria, & delinquentes capere pro executione soni emissi, & etiam ad Ecclesias, ac alia loca Sacra, & ab eis malefactores extrahere absque metu incursus excommunicationis. Nedum laicos, sed etiam clericos, *latè dicam* 4. *parte decisionum*. Et quòd Ecclesiasticis non liceat armis resistere Judici sæculari extrahenti reum ab Ecclesia, dicam *decis.*71. *numer.*29. *part.* 2. Sed in his adverto, quòd Regium Concilium Cathaloniæ in dicta consultatione relata *numer.* 7. addit hæc verba *Ingrediuntur Officiales Regii etiam sine processu soni emissi domos Ecclesiasticorum, & extrahunt laicos sine assistentia Judicis Ecclesiastici*, quod est contra Oliba *de jure Fisci cap.* 4. *num.*50. *in fine*, & Fontan. *de pact. nup. tom.*1. *clau.*4. *gl.* 11. *num.*51. Hoc autem ultimum non procedit in domibus Canonicorum Ilerden. in eis enim non possunt Regii Officiales intrare, nisi cum assistentia Officialis Ecclesiastici, & petita licentia alicujus Canonici per Capitulum deputandi, excepto in fraganti insequendo malefactorem, ex concordiis initis inter Episcopum, & Capitulum, confirmatis auctoritatibus Apostolica, & Regia de quibus *part.*4. *decisionum*.

Fundantur isti casus in notoria perturbatione Regiæ jurisdictionis, ut notant Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.*172. *&* 271. *cum seq.* Oliba *de jure fisci cap.*11. *&* 12. Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *à num.*6. *& cap.*26. *vers. Quare in prædicto casu*, Cancer. *part.* 2. *var. cap.*15. *num.*8. Fontanella *dec.*310. *numer.* 23. *part.*2. Et de jure quando Judex Ecclesiasticus turbat Regiam jurisdictionem, vel eam impedit, Dominus Rex potest procedere ad occupationem temporalitatum, ut probant Aviles *cap.* 3. *Prætor*, *verbo jurisdicion*, *num.*3. *& cap.* 20. *verbo usurpan. num.* 9. Borrel. *de Reg. Cathol. pract. cap.*71. *à num.* 55. Cenedo *collect. ad decretum* 37. *num.* 9. Salzedo ad Bernard. Diaz *in pract. crim. cap.*54. *num.* 18. Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *à num.*5. *& decis.*56. *num.*18. *& dec.*92. *à num.*8. plures laudant Bobad. *in polit. lib.*1. *cap.*18. *numer.*60. Ramirez *de lege Regia* §. 27. *num.* 12. *littera F.* Portoles §. *appellitus manifestationis à num.*6. Garcia *de nobilit. glo.*9. *num.* 32. Scapus *de jure non scripto lib.*1. *cap.* 16. Torreblanca *de megia lib.* 3. *cap.*26. *numer.* 30. *& de jure spirit. lib.*15. *c.*10. *à num.*6. cum aliis per Regentem Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.*1. *tit.*7. *cap.*2. *à num.*19. Cutellus *de immu. Eccl. lib.*2. *qu.* 55. *num.*21. innumeros citant Solorzano, Larrea, Salzedo, Salgado, Pareja Vela, & alii proximè allegandi *à num.*16. Barbosa, Diana, & Thomas del Bene, & si non sequatur, *num.*25. *citandi*.

Unde hoc, remedium occupationis temporalitatum contra Judicem Ecclesiasticum turbantem Regiam Jurisdictionem, vel eam impedientem in omnibus ferè Regnis receptum est, ut de nostro Cathaloniæ Principatu testatur Regius Senatus in consultatione missa Imperatori Carolo Quinto, Data Barcinonæ 13. Februarii 1551. & testantur practici nostri Marquilles *in usat. alium namque*, *fol.* 333. *col.* 1. *vers. Sed juxta hoc Quæro*, Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 172. 271. *&* 272. Oliba *de jure Fisci cap.*11. *à num.*27. *& cap.* 12. *à num.*3. Cancer. *part.*2. *var. cap.*15. *num.*8. *& part.*3. *cap.*10. *à num.*45. *ad* 52. Peguera *in pract. crim. cap.*24. *& cap.*26. *vers. Quare in prædicto casu*, *& decis.*92. *tomo* 1. Fontanella *tom.*1. *de pact. nup. claus.*4. *glo.*10 *part.* 3. *num.*8. *& dec.*310. *num.*23. *& dec.*314. *num.*1. *ubi tria exemplaria refert part.*2. Ripoll. *de regal. cap.* 35. *à numer.* 179. De Regno Aragonum Molinos *verbo occupatio temporalitatum*, ubi Portoles *à numer.*40. Idem Portoles §. *appellitus manifestationis*, *à num.* 4. *ubi exemplare refert* Ramirez *de lege Regia* §.2. *num.*11. *&* §.27. *num.* 12. *ubi testatur ita fuisse per ipsum practicatum in Curia Justitiæ Aragonum*, Molinos *in pract. titul. processo super occupatione temporalitatum*, *folio* 371. Sesse *de inhibition. cap.*4. §.1. *num.*17. *& cap.* 9. §. 1. *à num.* 14. *& latè cap.* 10. §. 1. *ubi plures decisiones refert*, *& in epistola ad Dominum Regem*, *num.*34. *&* 83. *post tom.*2. *decis.* Bardaxi *foro unico numer.* 4. *tit. quod prælati in causa criminali*, Suelves *consil.*48. *num.*1. *& consil.*81. *num.*1. *lib.*1. De Regno Valentiæ Belluga *in specul. Princip. rubrica* 18. *à num.*7. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *capit.*2. §. *numer.*76. *&* 77. *& tom.* 2. *cap.*7. §. 1. *sect.*3. *num.*113. *& sect.*5. *à numer.* 210. De Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.*1. *tit.*7. *cap.*2. *à num.*19. *& lib.*2. *tit.*51.

*tit.*51. *numer.*45. *& in locis communibus numer.* 6.7.*&* 8.

20 Dexart. *cap.* 8. *à num.* 4. *de Episcop. & Clericis* De Regno Castellæ Covar. *pract.c.*35. *num.*3. *versic. Adversùs verò clericos*, Bobadilla *in polit. lib.*2. *cap.*18. *numer.*60. *&* 62. Alios innumeros laudant Larrea *allegat. fiscal.* 64. *num.*21 Azevedo *l.*11. *à numer.*10. *tit.*1.*lib.*4. *recop.* Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*27. *à numer.* 34. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 27. *versic. Supuesto. fol.* 741. Salzedo *de lege polit. l.*1. *cap.* 10. *à numer.*15. *& num.*32. Fermosinus *in cap.*2. *quæst.*14. *à num.*6. *& quæst.*20.*num.* 10. *in fine de judiciis*, *& in cap. conquestus*, *quæst.*5. *num.*5. *&* 6. *de foro compet.* Salgado *de reg. protect. part.*1.*cap.*2. *à num.*273. Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.*

21 2.*resolut.*7.*num.*16. Vela *dissert.*44.*numer.*46. *tom.*2. De Regno Luzitaniæ Pereira *de manu Regia part.*1. *capit.*4. Barbosa *in prax. exig. pensiones lib.*1. *quæst.* 6. *numer.*18. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ cap.*36. *num.*4. *&* 5. De

22 Regno Franciæ Bernard. Laurent. *tract. de potest. sæcul. contra personas Ecclesiasticas à num.*13. Benedict. *in cap. Raynuntius*, *verbo & uxorem decis.* 2. *à num.* 39. Casaneus *in consuet. Burgun. rub.*1. §.1.*verbo s' il n'a grace num.*81. *fol.*52. Aufrer. *de potest. sæcu. in personas Ecclesiast. num.*22. *&* 23. & innumeri alii, quos ipsi citant, & fundamenta hujus sententiæ referunt.

23 Sed hanc praxim occupationis temporalitatum reprobant Magalius *in part.* 3. *lib.*3. *cap.* 11. *numer.* 12. Ugolin. *de censur. Summo Pontifici refer. part.*2. *c.*17. *n.* 4. Duardus *in Bulla Cœnæ lib.*2. *cap.*17. *quæst.*5. Martha *de jurisdic. part.* 4. *casu* 101. Alterius *de censur. tom.* 1. *lib.*5. *disp.* 18. *c.*1. *versic. Et ad hunc modum*, Azevedo *l.* 3. *numer.* 3. *& l.*4. *numer.*12. *tit.* 1. *lib.*4. *recop.* Sanchez *in opusculo tom.*1. *l.*2. *c.*4. *dub.*55. *num.*2. *&* 31. *& lib.*3. *c. unico*, *dub.* 31. *num.* 2. Bonac. *in Bulla cœnæ disp.*1.*quæst.*18. *punct.*2. *numer.*12. Portocarrero *in alleg. pro juris Inquisit. num.*61. Diana *resol. moral. p.*4. *tract.* 1. *resol.* 77. *ubi refert ita docuisse aliquos Theologos*, *& Jurisconsultos Cæsaraugustæ subscriptos in quodam voto die* 13. *Ianuarii* 1614. *& part.*7. *tract.* 1. *resol.*9. §.9. *ubi refert declarationem Sacræ congregationis Cardinalium*, *& in sum. p.* 2. *verbo Judex Ecclesiasticus num.* 18. Thom. del Bene *de Parlament. dubit.*4. *sect.* 20. *subsect.* 1. *num.* 3. *&* 4. *fol.* 178. *& de immun. Eccles. tom.*1. *cap.*6. *dubit.* 10. *num.* 10. *ubi refert declarationem Congregationis Cardinalium*, *& tom.*2. *cap.*9. *dubit.* 35. *sect.*2.

24 In nostro verò Principatu Cathaloniæ hæc praxis habet magnum fundamentum, & devenitur ad occupationem temporalitatum ex concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, quæ fuit facta, & firmata authoritate Sedis Apostolicæ, *ut dixi decis.* 4. & multis Bullis Pontificiis confirmata, *ut pariter dixi decis.*6. cujus concordiæ caput.4. refertur *in pragmat.* 1. *de conten. jurisdict.* & illud refero *suprà decis.* 4. *nu.* 15. ibi : *Super eo verò quòd conqueruntur de temporalitatibus occupandis*, *concordatum*, *quod Dominus Rex declaret quòd Prælatis*, *& aliis personis Ecclesiasticis in causis pertinentibus ad eos de consuetudine*, *vel de jure non possit de justitia*, *vel injustitia*, *processuum prædictorum se intromittere*, *nec eos ad revocationem per occupationem temporalitatum*, *vel alia remedia compellere quovis modo. Si verò evidenter*, *vel notoriè jurisdictione Regia per Prælatos impeditur*, *qui per processus suos jurisdictionem impediant*, *vel occupant temporalem*, *tunc non debent mirari Prælati*, *si per exercitium suæ temporalitatis*; *quam universaliter habent in universis temporalitatibus Regni sui*, *ad defensionem sui juris notorii adhibent remedia jam dudum à suis Prædecessoribus assueta*, & tradunt ex nostris Ferrer. *part.* 3. *obser.* 271. Oliba *de jure Fisci cap.*10. *à num.*4. *& cap.*12. *à num.*3. Cancer. *part.* 3. *var. cap.*10. *num.*51. Ripoll. *de regal. cap.*35. *à numer.* 179. Doctor. Franciscus Aguilo *in allegat. quam scripsit anno* 1611. *in favorem Deputatorum*, *contra Inquisitores Cataloniæ*, *concluf.* 1. *à num.* 96. *ad* 106. In Regnis Sardiniæ, & Majoricarum per communicationem dictæ concordiæ factam per Julium Papam III. ut dixi *dec.*5.*num.*5. & expresè Regens Vico *lib.*1. *tit.*7. *c.* 2. *num.*24. *& lib.*2. *tit.*51. *num.* 45. *in fine*. Et in Regno Valentiæ per similem communicationem factam per eumdem Romanum Pontificem Julium III. ut dixi *dec.* 5. *nu.*10. & tradit Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom.*1.*capit.*2.§.1. *nu.*76. *&* 77. *& tom.*2. *cap.*7. §.1.*sect.*3. *nu.* 113. *& clarius sect.* 5. *num.* 114. Hoc tamen debet intelligi, ita ut nimis cautè fiat, Bobad. *in polit. lib.*2. *cap.*18. *nu.* 62. Azevedo *l.*4.*nu.*12.*tit.*1.*lib.*4.*recop.* hoc est, non coertione contentiosa, sed coertione politica, & œconomica, Fermosinus *in cap.*2.*qu.*14.*nu.*7. *&* 8. *de judiciis*.

Et in opinione Theologorum, qui reprobant occu- 25
pationem temporalitatum, licitè consentiunt ad eam deveniri cum expressa Sedis Apostolicæ licentia, ut notant Magalius *in* 3. *part.lib.*2. *cap.*11. *num.*12. Ugol. *de censur. super Bulla Cœnæ part.*2. *cap.*21. *versic. Aut eos*, §.1. *num.*3. *in fine*, Diana *resol. moral. part.*4. *tract.*1. *resol.*77. *versic. Sed hæc*, Thomas del Bene, *de Parlament. dubit.*4. *sect.*20. *subsect.*1. *sub num.*3. *& de immun. Eccl. tom.*2. *cap.*9. *dubit.* 35. *sect.*3. *sub num.*2. Fermosin. *in cap. conquestus quæst.* 5. *nu.* 6. *de foro compet.* atque ita remanet satisfactum argumentis in contrarium adductis per Doctores citatos *num.* 23. absque eo, quòd ad justificationem hujus praxis necessarium sit disputare de consuetudine immemoriali simul cum tollerantia Romani Pontificis, & de aliis fundamentis relatis per Doctores laudatos *à num.*15. *ad* 23. cum in Regnis procedatur ad occupationem temporalitatum ex concordatis, & privilegiis Apostolicis.

Ex quibus etiam apparet Dominum nostrum Re- 26
gem universaliter superioritatem habere in universis temporalibus Regni ex eodem *cap.* 4. Concordiæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, relato *in pragmat.* 1. *de content. jurisd.* & tradit Oliba *de jure Fisci cap.* 10. *numer.* 4. notat Fontanella *dec.*341. *a nu.*26. *part.*2.

Octavus casus occupationis temporalitatum ema- 27
nat ex eodem *cap.* 4. Concordiæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, quando Clericus turbat Regiam jurisdictionem, vel illam impedit, potest Curia sæcularis Domini Regis contra eum procedere ad occupationem temporalitatum si quas habet, & de jure tradunt post alios Bobadilla *in polit. lib.*2.*cap.* 18. *numer.* 84. Villadiego *in polit. cap.*5. *num.*77. Aviles *cap.* 3. *Prætor. gloss. usurpan. num.*3. Azevedo *l.*11. *à num.*10. *tit.* 1. *lib.*4. *recop.* Esse *de inhibit. cap.*4. §.1. *num.*17. *& cap.* 9. §. 1. *à numer.* 60. Ramirez *de lege Regia*, §.27. *num.*12. & alii plures relati *à num.* 15. *ad* 23. Sed de jure contrarium docent Magalius *in par.* 3. *lib.*3. *cap.*11. *numer.*23. Sanchez *in opusculo tom.*1. *lib.*3. *cap. unico*, *dubit.*21.*num.*11. *& cap.* 31. *num.*2. Fermosin. *in cap. conquestus*, *quæst.* 5. *num.*7. *de judi.* Diana *resol. moralium part.*4. *tract.*1. *resol.*76. *& in sum. part.*1. *verbo Judex laicus*, *num.*2. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 20. *subsect.* 1. *numer.* 5. *& de immunit. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 35. *sect.*4.

Apud nos autem videtur licita etiam in isto casu occupatio temporalitatum ex identitate rationis, ut ex prædictis colligitur, & dixit Regium Concilium Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo V. Data Barcinonæ *Febru.* 1551. *versic. Proceditur insuper.*

Nonus casus occupationis temporalitatum additur 28
à nostro Oliba *de jure Fisci cap.*10.*num.*6.*in fine*, quando Dominus Rex sub pœna occupationis temporalitatum præcipit Prælatis sui Regni, ut faciant residentiam in suis Ecclesiis, & recedant à Curia, idem tenet Ortiz *in sum. cap.* 6. *num.*3. Sæpe contrarium docent Filliucius *tom.*2. *tract.* 28. *part.*2. *cap.*9.*numer.*136. Azor. *institut. moral. part.*2. *lib.* 11. *cap.* 7. Diana *resol. moral. part.*3. *tract.*1. *resol.* 42. *& in sum. part.*2. *verbo Princeps*, *num.*3. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4.*sect.*19. *subsect.*22. *fol.*64. *& de immun. Eccles. tom.*2. *cap.*9. *dub.*28.

Circa illud quod tradit idem Oliba *de jure Fisci* 29
c. 10. *num.* 6. quòd Episcopi, & alii Ecclesiastici cujuscumque præeminentiæ sint vocati à Domino Rege pro negotiis Regni, ad eum venire debent, latè Azevedo *l.*13. *à num.*4. *tit.*3. *lib.*4. *recop.* Fermosinus *in cap.* 2. *quæst.*14. *à numer.*1. *de judiciis*. Solorzano *de jure Indiar.*

diar. tom. 2. lib. 3. cap. 27. numer. 67. Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 61.* Videndi sunt Pesant, *de immun. Eccles. disput. 21.* Diana *resolut. moral. part. 3. tract. 1. resol. 27. & in sum. part. 2. verbo Princeps, num. 2.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 9. dubit. 10.*

30 Quinimo addit Oliba *dicto cap. 10. num. 6.* quòd Episcopi vocati à Metropolitano, & à Rege, debent ad Regem venire, *can. si Episcopus 18. distin.* Aviles *cap. 1. prætor. glo. mandamos numer. 9. & 10.* Azevedo *l. 13. numer. 7. tit. 3. lib. 4. recop.* Ansald. *de jurisdic. part. 2. tit. 11. cap. 3. num. 121.* remissivè Barbosa *in can. si Episcopus, num. 11. dist. 18.* Fermosin. *in cap. 2. quæst. 14. numer. 10. & 11. de judiciis* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 27. num. 31. & 68.* cum aliis per Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 61. littera A.* Quia Episcopi in

31 Cathalonia & aliis Regnis sunt de Regio Concilio, & Consiliarii Domini Regis dicuntur, vocanturque à Domino Rege pro occurrentibus necessitatibus, & negotiis Regni, Calicius *in marg. Fisci dub. 8. versic. 174.* Oliba *de jure Fisci cap. 10. num. 7.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 16. numer. 7. & cap. 17. numer. 15. & capit. 18. numer. 61.* Garcia *de nobi. gl. 9. num. 49.* Parlad. *in sexquic. quotid. diff. 10. num. 27.* Annan. *cons. 122. nu. 30.* Fermosin. *in cap. 2. quæst. 14. num. 2. de judiciis*, Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. part. 1. cap. 10. numer. 61. & 62. & latè à num. 67.* Imò refert idem Oliba *de jure Fisci cap.*

32 *10. num. 6.* Episcopos tenentes feudum à Rege prius debere venire ad Regem, quàm ad Papam. Sed ejus dictum hoc casu impugnant Martha *de jurisdic. part. 4. casu 18. num. 22.* Thomas del Bene *de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 21. num. 2. versic. An autem, fol. 54. & de immu. Eccl. tom. 2. cap. 9. dubit. 27. sect. 2.* Azevedo *l. 13. num. 8. tit. 3. lib. 4. recop.* Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 61. littera C.* Fontanella *dec. 341. num. 21. part. 2.* Fermosinus *in cap. 2. quæst. 34. numer. 9. de judiciis*, Diana *resolut. moral. part. 3. tract. 1. resol. 6. in prin.* Quod autem tractat Diana *loco proximè citato, versic. Notandum est*, de alia resolutione nos-

33 stri Olibæ *de jure Fisci cap. 8. num. 2.* quòd Episcopi, & alii Ecclesiastici pro Rege feuda tenentes, tenentur opem ferre in bello, & auxilium præstare contribuendo in expensis secundùm feudorum conditionem, plures videndos citat, & inter alios Martham *de jurisdic. part. 4. casu 17. num. 18. & casu 18. num. 26.* addendi sunt Thomas del Bene *de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 21. numer. 3. fol. 64. & de immun. Eccles. tom. 2. cap. 9. dubit. 27. sect. 3.* Fontanella *dec. 341. sub numer. 21. part. 2.* ubi testatur, quòd in Cathalonia anno 1639. quo bellum vigebat cum Gallis in Comitatu Rossellionis, omnes feudatarii coram Bajulo generali ad id fuerunt conventi tam Ecclesiastici, quàm sæculares, tàm masculi, quàm fœminæ, tam majores, quàm minores, & condemnati ad serviendum in dicto bello: cum hac differentia, quòd sæculares apti ad serviendum condemnati fuerunt personaliter cum equo & armis propriis; Ecclesiastici verò, & fœminæ, & minores propriis tamen expensis per idoneos substitutos, & refert ita fuisse executum, & tradunt, qui manum in his habuerunt, Xammar. *de offic. jud. par. 2. qu. 7.* Ripoll. *de regal. cap. 39. à num. 181.*

34 Decimus casus occupationis temporalitatum est, quando Ecclesiastici sunt Barones, & abutuntur jurisdictione receptando latrones publicos, homicidas, ac alios facinorosos homines, quo casu Dominus Rex ponit sub regio sequestro jurisdictionem dictarum Baroniarum. Sic fuit in Cathalonia observatum 3. Januarii 1593. contra Castellanum Ampostæ Religionis Sancti Joannis Hierosolymitan. quia per Villas Gandesiæ Bateæ, Miravet, & alias dictæ Castellaniæ Ampostæ vagabantur, & ibi facinorosi recipiebantur. Et die 5. Julii 1628. contra Fratrem Don Philippum de Pinos Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. fuit sequestrata jurisdictio civilis, & criminalis loci de Granjena, & aliorum locorum dictæ Præceptoriæ Vicariæ Cervariæ. Et die 26. Januarii 1634. contra Fratrem Antonium Mantilla, Abbatem Monasterii Balneolarum Ordinis Sancti Benedicti, fuit sequestrata jurisdictio civilis dictæ Villæ, & terminis Balneolarum, quia in exercitio jurisdictionis civilis à multis citra temporibus malè se gerebat. Videndus Fontanella qui praxim tradit *dec. 341. n. 29. par. 2.* juxta decisionem Peguerae *36. tom. 1.* in cujus ornatum Cancer. *par. 2. var. cap. 2. n. 187.* Mastrill. *de magist. lib. 4. cap. 16. nu. 225.* Thesaurus *lib. 3. qu. foren. 53.* Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 18. cap. 3. numer. 7. in fine.*

Similiter si Judices Ecclesiastici sunt negligentes pu- 35
nire Clericos arma prohibita deferentes, potest Dominus Rex procedere contra illos ad occupationem temporalitatum, ex Peguera *dec. 56. n. 18. tom. 1.* ubi se remittit ad ea quæ tradidit *dec. 92. tom. 1.*

An autem negligentia Judicis Ecclesiastici in admini- 36
stranda justitia possit suppleri per Judicem secularem trahendo Ecclesiasticos ad suum Tribunal laicale, affirmant in civilibus Covar. *pract. cap. 35. nu. 3. versic. 2. probatur*, Oliba *de jure Fisci cap. 11. n. 56. & cap. 13. nu. 31.* Menochius *de retinen. posse. remed. 3. à n. 354.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 8. nu. 23. versic. Limita tertio*, Ambrosin. *de immu. Eccl. cap. 20. n. 72.* Salzedo *de lege polit. lib. 1. cap. 4. n. 20. & 21.* Bobadilla *lib. 2. cap. 18. nu. 93.* Cutellus *de immu. Eccl. lib. 2. q. 15.* negant verò Belluga *in specu. Princip. rub. 11. §. dubitatur, n. 14. & 15. & rub. 18. §. denuò per totum*, Pesant. *de immu. Eccl. disp. 16.* Anguian. *de leg. tom. 1. lib. 2. contr. 17. à nu. 84.* Tambur. *de jure Abbat. tom. 1. disp. 25. qu. 19. n. 22.* Diana *res. mor. part. 1. tract. 2. res. 14. part. 3. tract. 1. res. 25. & part. 4. tract. 1. res. 80.* Thomas del Bene *de Parlament. dub. 4. sect. 19. subsect. 1. fol. 29. & de immu. Eccl. tom. 2. c. 9. dub. 5.* remissivè Xammar. *de off. jud. part. 1. qu. 9. n. 294.* Saravia *de jurisd. adjunct. qu. 30. n. 45.* Morla *in emp. jur. part. 1. tit. 2. qu. 14. nu. 3.* Carol. de Gras. *de effect. cleric. effect. 1. à n. 390.* Barbosa *in cap. qualiter n. 2. & in addit. à n. 1. de judiciis*, Fermosin. *in cap. 2. qu. 25. nu. 1. & 2. & in cap. qualiter, qu. 1. 2. 6. 8. & 9. de judic.*

Sed quid è converso, an data negligentia Judicis 37
sæcularis in administranda justitia, possit suppleri per Judicem Ecclesiasticum trahendo laicos ad suum Tribunal Ecclesiasticum; Et licèt communiter à Doctoribus affirmativè resolvatur, ut docent Maranta *de ord. part. 4. dist. 11. n. 11.* Aviles *cap. 20. prætor. glo. usurpan. num. 11.* Jul. Chartar. *dec. 30. n. 168.* Sperel. *dec. 98. c. 33.* Mexia de Cabrera *in formul. immun. Eccl. lib. 1. c. 1. p. 7. nu. 10. & 11.* Xammar. *de offic. jud. part. 1. quæst. 14. n. 28. & remissivè part. 1. qu. 9. n. 294.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 117. & part. 3. tract. 1. res. 25. versic. Sed è contra*, Barbosa *in c. licet ex suscepto, n. 2. & in cap. ex tenore, nu. 3. & in addit. nu. 1. de foro comp.* Thomas del Bene *de Parlament. dub. 4. sect. 19. subsect. 1. nu. 1. versic. Sed potius, & versic. quin è contra, & de immun. Eccl. tom. 2. cap. 9. dub. 5. nu. 48. & 9. & latius cap. 10. dubit. 6. sect. 4.* Saravia *de jurisd. ad junct. quæst. 30. num. 45.* Monter *decis. 23. nu.* 38
10. Tamen in Cathalonia, & reliqua parte Hispaniæ, Judex Ecclesiasticus non supplet defectum, aut negligentiam Judicis sæcularis inter laicos propter confusionem, quam causaret illus executio, ut tradunt Oliba *de jure Fisci cap. 3. nu. 45. & cap. 11. num. 44. & cap. 14. num. 111.* Bosch. *del titols de honor. lib. 2. cap. 2. num. 9. & cap. 36. §. 36. versic. les causes*, Cutellus *de immu. Eccl. lib. 2. quæst. 118.* Martha *de jurisd. part. 2. cap. 21. num. 12.* Ripoll. *de reg. ut. c. 6. num. 50.* Fermosin. *in cap. qualiter quæst. 1. num. 31. & 37. & quæst. 10. de judiciis, & in cap. ex parte, quæst. 4. num. 7. & 8. de foro comp.* Castillo *tom. 8. de aliment. cap. 6. num. 19. & 20.* Fontanella *decis. 289. nu. 4.* Covar. *pract. cap. 6. num. 1. versic. Imò & in hoc*, Azevedo *l. 14. num. 12. tit. 9. lib. 2. & l. 10. num. 47. tit. 1. lib. 4. recop.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 17. sub num. 110.*

Alium casum occupationis temporalitatum contra 39
Clericos, & Ecclesiasticas personas affigentes in locis publicis cartella, cedulones, & letrones ad publicandas censuras tradunt Salgado *de supplic. ad Sanctissim. par. 2. c. 24. à n. 51.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 4. res. unic. §. 7. nu. 157.* Monteroso *in pract. tract. 5. de Cancell. c. 2.*

Quibus sic traditis, quæro primò, quis possit face- 40
re declarationem occupationis temporalitatum? Respondeo quòd solus Dominus Rex, vel ejus Locumtenens generalis *constit. 1. de conten. jurisdic. pragmat. 2. pragm. 4. §. 4. de conten. jurisdic.* Oliba *de jure Fisci cap. 11. n. 28.* Cancer. *par. 3. var. cap. 10. num. 46.* Mattheu *de Regimin.*

Reg.

Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 5. num. 217. Azevedo *l. 3. in fine tit. 1. lib. 4. recop.* Sesse *decis. 318. num. 8. part.* 3. & ita obſervatur in Cathalonia, & in Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, *vide infra decis. 29.*
41 *à num. 69.* Sed in Regno Aragonum fit occupatio temporalitatum per Curiam Juſtitiæ Aragonum, ut tradunt Molinos *in praxi tit. proceſſo ſuper occupatione temporalitatum, fol.* 371. *contra Judices*, ubi Portol. *num. 42.* Seſſe *de inhibit. cap. 10. §.* Ramirez *de leg. Regia §. 27. num. 12.* Suelves *conſ. 48. num. 1. lib. 1.*

42 Gerens Vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ non poteſt procedere ad occupationem temporalitatum, *conſtit. 1. de conten. de juriſd. pragm. 2. pragm. 4. §. 4. de conten. juriſd.* intellige præſentibus Domino Rege, vel ejus Locumtenente generali in Cathalonia, Boſch. *dels titols de honor. lib. 2. cap. 36. §. 12. verſic. Lo*
43 *Governador de Catalunna, fol.* 241. Illis verò abſentibus, & Gubernatore generali, poteſt illius Vices Gerens procedendo Viceregia declarare occupationem temporalitatum, Oliba *de jure Fiſci cap. 11. nu.* 28. Cancer. *part. 3. var. cap. 10. num. 46.* Mattheu *de Re-*
44 *gim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 5. num. 219. & 220.* Vide infrà *dec. 29. nu. 71.*

Gerens Vices generalis Gubernatoris Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ poteſt procedere ad occupationem temporalitatum, Oliba *de jure Fiſci cap. 11. n.*
45 30. Mattheu *de Regimine Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 5. num.* 221. Quod intellige, niſi Dominus Rex vel ejus Locumtenens generalis fuerint præſentes in illis partibus, nam tunc non poteſt facere declarationem occupationis temporalitatum, Boſch. *dels titols de*
46 *honor lib. 2. cap. 36. §. 12. verſic. Lo Governador de Catalunna, fol.* 241. Illis verò abſentibus à dictis Comitatibus, dicunt aliqui, quòd etiam ſi fuerint præſentes in Cathalonia, poſſunt compellere Prælatos ad firmandam contentionem, & in caſu recuſationis procedere ad occupationem temporalitatum, Boſch. *loco proxi-*
47 *mè relato, ubi teſtatur de pluribus exemplaribus & de regiis privilegiis.* Alii exiſtimant, quòd Gerens Vices Gubernatoris Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ ſolùm poteſt procedere ad occupationem temporalitatum abſentibus Domino Rege ſeu ejus Locumtenente generali, & Primogenito à tota Provincia Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſellionis, & Ceritaniæ, ita Oliba *de jure Fiſci cap. 11. num. 30. verſic. Ego crederem, & numer. 31.* Canc. *part. 3. var. cap. 10. num. 46. & 91.* ſed ut ſi non vis eſſe illuſus, ſerva, quod ſervat uſus, ut in propoſito dicit Oliba. Vide tradita *dec. 29. n. 72.*

Bajulus generalis Cathaloniæ, & Regius Procurator Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ poſſunt
48 procedere in patrimonialibus ac occupationem temporalitatum, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Alphonſi col. 11. cap. 2. num. 102. fol. 502. & num. 109. fol.* 50. *in novis*, & ad Deſpujol. *verbo Bajulus generalis, fol.* 17. Oliba *de jure Fiſci cap. 11. num. 33.* ad quem ſe refert Xammar. *defin. 100. num. 14. part. 2.* Cancer. *part. 3. var. cap. 10. num. 91.* Quod intellige Domino Rege, vel Locumtenente generali abſentibus, ut tradunt Oli-
49 ba, & Cancer. *locis proximè relatis*, vide *deciſ. 29. num. 73.*

Vicarii Regii Cathaloniæ non poſſunt facere declarationem occupationis temporalitatum, *conſtit. 1.*
50 *de conten. juriſdict. prag. 4. §. 4. de conten. juriſdic.* Oliba *de jure Fiſci cap. 11. num. 28.* Cancer. *part. 3. var. cap. 10. num. 46.* Et ſi Vicarius Roſſellionis poſſit illam facere ex Regia pragmatica, quam refert Boſch *dels titols de honor lib. 2. cap. 36. §. 5. verſic. Pot occupar, fol.* 188.

51 Quæro 2. Ad cujus inſtantiam fieri debeat occupatio temporalitatum? Hæc quæſtio fuit diſputata in Curia Juſtitiæ Aragonum in proceſſu Prioris Clericorum Calaſ-
52 tai, ubi ſuper appellitu occupationis temporalitatum in fine Aprilis 1588. & eruditiſſimi Locumtenentes contrarias opiniones tenuerunt; nam relator ipſius proceſſus, qui erat Doctiſſimus Ibandus de Bardaxi, cenſuit appellitum occupationis temporalitatum ad ſolius Procuratoris Fiſcalis inſtantiam, non autem ad alterius partis etiam intereſſe habentis ſupplicationem provideri poſſe, ex Ferrer. *in ſua methodo, titu. proceſſo ſuper occupatione temporalitatum, fol.* 58. Molinos *in prax. jud. Reg. Aragon. titu. proceſſo ſuper occupatione temporalitatum, fol.* 371. ea ratione, quia hujuſmodi occupatio temporalitatum introducta extirit ad ulciſcendam injuriam Domino Regi à perſonis Eccleſiaſticis illatam, ut tradunt Doctores quos refert Portoles, §. *occupatio, n.* 40. & propterea Dominus Rex ſolus tamquam injuriatus hujuſmodi occupationem temporalitatum petere poteſt.

Sed in contrariam ſententiam reliqui quatuor Lo- 53
cumtenentes inclinarunt, aſſerentes verius eſſe appellitum occupationis partis intereſſe habentis ſine ulla Procuratoris Fiſcalis ſupplicatione; imò ipſo Procuratore Fiſcali reluctante provideri poſſe, & ad rationes contrarias quidam Advocati eruditiſſimi Antonius Labata, & N. Tafala reſpondebant, & in primis aſſerebant, hanc ſententiam ut veriorem ſatis probare Ferrer. *in ſua methodo, titulo proceſſo ſuper occupatione temporalitatum, folio quinquageſimo octavo*, dum dicit, hanc occupationem temporalitatum ut plurimùm fieri ad inſtantiam Fiſci Procuratoris, quaſi ſentiat, quòd interdùm ad inſtantiam partis intereſſe habentis hactenus acta fuit, & quòd de cætero fieri poteſt. Inſuper dicebant, verum non eſſe, quòd ſoli Domino Regi in fractione apprehenſionis injuria fiat; quinimò, parti intereſſatæ etiam principaliter damnum, & injuria infertur, & conſequenter ipſa pars intereſſata ad accuſandum fractores apprehenſionis, & ſalvaguardiæ admittitur, ut tradit Molinos *verbo fracto inhibitionis, verſic. 2. fol.* 160. *& verbo fractor protectionis Regalis, fol.* 161. *col.* 4. Rurſus dicebant, quòd ſi verum eſſet, quòd ſoli Domino Regi injuria in fractione apprehenſionis principaliter inferretur, fori non prohiberent, prout prohibent, ne Dominus Rex fractores apprehenſionis, & Salvaguardiæ accuſare valeret, ut tradit Molinus *ubi proximè*. Et tamdem dicebant, quòd ſi verum eſſet appellitum occupationis temporalitatum ad ſolius Procuratoris Fiſcalis provideri poſſe, ſequeretur, quòd eſſet in manibus Domini Regis, quòd omnes apprehenſiones, Salvaguardiæ, & juris firmæ impunè frangerentur, & quòd pars intereſſata ob ipſam fractionem læſa ſine remedio maneret, quod ſanè abſurdum eſſet. Latè hæc omnia, factique contingentiam enarrat Portoles §. *occupatio temporalitatum, num.* 42.

Ex quibus ſequitur, quòd hodie in Regno Aragonum 54
occupatio temporalitatum fieri poteſt, & debet non ſolùm ad Fiſci inſtantiam, ſed etiam ad inſtantiam ſolam partis intereſſatæ ſecundùm Portoles *loco proximè citato*, quem refert & ſequitur Seſſe *de inhibit. cap. 10. §. 1. nu. 8. ubi teſtatur ſic vidiſſe multoties fieri, dum eſſet Locumtenens Juſtitiæ Aragonum*, Suelves *conſ. 48. in prin. lib. 1.* ubi refert fuiſſe obtentum appellitum temporalitatum inſtante Regio Fiſco, & Petro de Infauſti contra Vicarium, & Capitulum Sanctæ Magdalenæ Ceſaraugustæ, *conſ. 81. in Princip. lib. 1.* refert fuiſſe ſupplicatum à Regio Fiſco, & Villa Montiſſoni appellatum temporalitatum adversùs Capitulum Civitatis Ilerden. Debebat enim iſte Auctor modeſtiùs, & urbaniùs loqui in ſuo conſilio de chariſſima Ilerdenſi Patria mea, non enim eſt populus effrenis, ut ipſe ait, ſed pacificus & obediens Juſtitiæ.

In noſtro verò Principatu Cathaloniæ occupatio 55
temporalitatum fieri poteſt ad ſolam Fiſci Procuratoris inſtantiam, ut in caſu relato per Olibam *de jure Fiſci c. 11. nu. 32. & 42.* & in alio relato per Peguer *in pract. crim. cap. 26. verſ. Quare, fol.* 527. & in hoc nulla eſt difficultas, & de meis temporibus ſic practicavi in Regno Sardiniæ. Ad ſolam autem partis privatæ ſupplicatio- 56
nem non procederetur ad occupationem temporalitatum, niſi Regio Fiſco adhærente parti, ut notat Oliba *de jure fiſci c. 11. nu. 27. & ſub n. 28.* ita format proceſſum noſter Peguera *in pract. crim. cap. 24. in tertiis litteris, fol.* 493. ego crederem, reluctante Fiſci Procuratore adhærere parti intereſſatæ poſſe procedi ad occupationem temporalitatum ad ipſius partis privatæ inſtantiam, ne ſine remedio maneret. In Regno Valentiæ ad ſolius Fiſci inſtantiam Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 4. n. 114. & 115. juncto n. 211.*

Qua-

57 Quæro 3. Contra quos Judices Ecclesiasticos procedatur ad occupationem temporalitatum? Respondeo quòd contra illos qui turbant Regiam jurisdictionem, *ut tenent & probant Doctores à num.1. cum seq. laudati*, & est tex. de jure Cathaloniæ *in pragmat.4. §.5. de conten. jurisdic.* de Regno Aragonum Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *num.* 13. & 19. & de Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.1. tit.* 51. *num.* 24. Quod adeò obser-
58 vatur in Regno Aragonum contra Ecclesiasticos, qui extra Regnum degunt, si habent temporalitates in Regno; nam parum aut nihil differunt à Judicibus Ecclesiasticis Regnicolis, quia similiter occupantur temporalitates si non obediant: & propter hanc rationem nominantur in firmis, & inhibitionibus hujusmodi competentiæ Episcopi Ilerden. Dertuzen. Pampilonen. & Segorbien. nam cùm habeant temporalitates in illo Regno, si forsan non obediunt firmæ, nolendo competentiam firmare, vel aliter contra firmam faciendo, occupantur eorum temporalitates, quæ sunt in Regno, ac si ipsi essent Regnicolæ, Sesse *de inhibitione, capite* 4. §.1. *nu.*17. & 18. & *cap.*9. §.1. *nu.*62. & *cap.*10. §.1. *num.*2. & 16. *ubi exemplare refert*, & *num.* 19. *ubi aliud exemplare laudat* Suelves *cons.*81. *sub num.*1. *qui in fine consilii de alio exemplari testatur*, *lib.*1. ubi addit, ita fuisse declaratum, non obstante, quòd prætenderetur litteris subsidiariis mediantibus præsentationem in Principatu Cathaloniæ fieri debere, quia habitum fuit pro comperto, Curiam Justitiæ Aragonum semper consueviss absque illis firmarum præsentationes, & monitoria etiam extra Regnum notificare.

59 Difficultas consistit, si Vicarius Episcopi vel Capituli Sede Vacante recusaverit firmare contentionem aut aliàs turbaverit Regiam jurisdictionem, possit procedere Curia sæcularis Domini Regis ad occupationem temporalitatum contra Episcopum, vel Capitulum constituentem; videtur dicendum quòd sic.

60 Primò, quia Officiales tenentur civiliter pro condemnatione pecuniaria quoad interesse partis de culpis, & defectibus suorum Locumtenentium Officialium, & Familiarium in officio delinquentium, quos ipsi constituerunt, & nominarunt *l. nullus*, *l. neminem*, *C. de decurionib. lib.*10. *l.*1. *C. ad leg. Jul. repetund. l.*1. & 2. *C. de pericul. nominat. lib.* 10. *l. observare*, §. *proficisci*, *glo. verbo exigatur*, *ff. de off. Proconsul. l. unica*, *glo.* 1. *C. ut omnes judi.* Menochius *de arbitrar. jud. casu* 345. Farinac. *in prax. part.*1. *qu.*24. *à numer.*53. & *cons.*207. & *cons.*230. *lib.* 3. Ludovis. *dec.* 345. Guazzin. *defen.*33. *c.*2. *à num.*2. Aviles *c.* 4. *prætor. verd. sea obligado à nu.*16. & *à num.*41. Bobad. *in polit. lib.*5. *c.*1. *à num.*78. Amaja *in l. nullus à nu.*43. Constantius *à nu.* 57. *C. de decurionib.* 10. Solorzan. *de jure Ind. lib.*3. *c.à num.* 106. Giurb. *cons.*36. *à num.*4. Rovit. *cons.* 87. *lib.*1. & *in prag.*5. *num.*53. & 55. *de syndicat. official.* Mastrill. *dec.* 276. *lib.*3. & *de magistr. lib.*1. *c.*29. *num.*42. Galeota *resp. fisc.*12. *à nu.*142. Larrea *alleg. fisc.* 39. Carlev. *post tract. de judiciis in apolog. à nu.*1. Azeved. *l.*4. *à num.*8. *tit.*16. *lib.*3. *recop.* Salzedo *l.*7. *à num.*36. *tit.*21. *lib.*2. *recop. fol.* 135. & *l.*26. *nu.*20. *tit.*5. *lib.*3. *recop. fol.* 160. Portoles §. *Assessor. num.*9. Belluga *in specu. prin. rub.*35. §. *post militares à num.*1. Regens Vico *ad pragmat. Reg.* Surd. *lib.*1. *tit.*18. *cap.*26. *num.* 31. De jure nostro *constit.* 13. *de off. de Veguers*, *constitut.* 20. *anni* 1599. & post Mieres, &
55 Marquilles, Cancer. *part.*2. *var. cap.* 2. *à numer.* 93. & *part.*3. *cap.*12. *à num.* 136. & 188. Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *clau.*4. *gloss.*10. *part.*1. *numer.*167. Berart. *in specu. visit. cap.*25. *à num.*79. Xammar. *de off. judic. par.*1. *quæst.*24. *à num.*84. apud quos reperies rationes, quibus hæc opinio munitur.

56 61 Secundò, quia Episcopus tenetur ad restitutionem damnorum injustè datorum ex facto Vicarii in rebus concernentibus ad officium, ut probat Rota *decis.* 5. *de offic. Vicar. in antiquis*, & *dec.* 6. *de offic. Vicar. in novis*, Rebuf. *in prax. benef. in forma Vicariatus*, *nu.* 188. Additio ad Cappel. Tholosan. *decis.*195. *littera A.* Zerola *in prax. Episcopali part.*1. *verbo Episcopus*, *versic.* 32. Aviles *cap.*4. *prætor. glos. sea obligado*, *num.* 15. Farinac. *in prax. p.*1. *quæst.*24. *num.*53. *in fine*, Piasec. *in prax. Episcop. par.*3. *c.*4. *art.*1. *nu.*15. plures Giurba *cons.* 36. *nu.*28. Daniel de Nobilib. *contr. disp.*28. *nu.*13.

Tertiò, & ultimò, quia in propriis terminis probat 62
de jure Cathaloniæ *pragmat.*4. §.5. ibi: *E de los jurisditions dels Prelats de qui les cites persones Ecclesiastices seran officials ordinarts, o delsgats titu. de contention. jurisd.* & apud Regentem Vico *lib.*2. *tit.* 51. *nu.* 24. ita declaratum in Cathalonia refert Peguera *in pract. crim. c.*26. *versic. In cujus rei confirmationem*, *in fine*. Et de Regno Aragonum duo exemplaria laudat Sesse *de inhibit. c.*10. §.1. *nu.*12. 13. 19. & 20. aliorum Regnorum exemplaria tradunt Amaja *in l. nullus*, *nu.*45. *C. de decurionib. lib.*10. Larrea *alleg. Fiscal.*39. *num.*12.

Sed contrariam sententiam veriorem existimo, si 63
Episcopus non est in aliqua culpa.

Primò, quia Episcopus præcisè tenetur Vicarium con- 64
stituere, *c. quoniam*, ubi Abbas *nu.*3. *de off. ordin.* Boer. *decis.*347. *num.*6. Angujan. *de legib.* 2. *controvers.*26. *nu.* 16. Covar. *lib.*3. *var c.*20. *numer.* 4. Sbroz. *de off. Vicar. lib.*1. *quæst.*46 & 48. Piasec. *in prax. Episcop. part.*2. *c.*4. *art.*1. *numer.*11. Daniel de Nobilibus *contr. disput.*28. *n.* 11. Sed si contrarium volueris, habes apud Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.*54. *num.*121. & *in rub. de off. Vicarii*, *nu.*4. Gratian. *discep. foren. c.*92. *num.*14. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.*4. *num.*66. Riccium *part.* 5. *collect.*1602. & *in prax. resol.*484. Flamin. Paris. *de resig. benef. lib.*5. *quæst.*16. *numer.*54. & pro conciliatione opinionum videndi sunt Hojeda *de incompatib. beneficior. part.*2. *c.*10. *nu.* 8. & 9. Alzedo *de præcel. Episc. Dignit. lib.*2. *c.*2. *à num.*37. *ad* 41. Diana *resolut. moral. part.*10. *tract.* 15. *resolut.* 31. remissivè Garcia *de benef. part.* 5. *cap.*7. *num.* 8. latè & benè Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.*3. *cap.*8. *à num.*11. & *in politica lib.*4. *cap.*8. *versic. Pero*, *fol.* 555. Et quando Officialis ex necessitate officii 65
Locumtenentem, seu alium Officialem nominat, non tenetur ex facto, & delicto nominati, ut exemplificat Cancer. *part.*2. *var c.*2. *num.*94. & 93. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.*24. *num.*87. Berart. *in specul. visit. cap.*25. *numer.*82. Giurba *consil.*36. *numer.*20. Amaja *in l. nullus*, *numer.*47. & 48. Costan. *à num.* 59. *C. de decurionib. lib.*10. Atque ita Princeps, ac alius quicumque Dominus jurisdictionis non tenetur pro mala ad- 66
ministratione suorum Officialium, quos creat, sed tantùm tenentur ipsi Officiales *l. unica ad finem*, *C. ut omnes Judices*, Boer. *dec.* 217. *num.* 7. & 8. Menochius *de arbit. jud. casu* 302. *numer.*8. Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*24. *numer.*86. & 88. & *quæst.*31. *numer.*57. & 162. Rovit. *consil.*87. *num.*3. *lib.*1. latè Ponte *cons.*85. *num.*1. & 4. *tom.* 2. latiùs Giurba *cons.*36. *numer.* 19. 20. & 21. Guazzin. *defen.*33. *cap.*2. *num.*6. Salzedo *l.*26. *num.* 21. *tit.*5. *lib.*3. *recop. folio* 160. Thoro *in compen. decis. tom.* 2. *verbo Baro an teneatur*, Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.*1. *c.*6. §.2. *sect.*2. *num.*99. Amaja *in l. nullus num.*47. Constan. *num.*66. & 67. *C. de decurionib. l.*10. de jure nostro *constit.*4. *de injuries*, Calicius *in Extravag. curiar. c.*7. *num.*117. Cancer. *part.*2. *var. c.*2. *num.*171. *in fine*, Xammar. *de off. jud. part.*1. *quæst.* 24. *numer.* Fontanella 95. *de pact. nupt. t.*1. *claus.*4. *gloss.*10. *part.*1. *num.*166. & 167. quidquid dicat Regens Vico *ad prag. regni Sardiniæ lib.*1. *tit.*18. *c.*16. *num.*31. Quod & procedit; quan- 67
do Princeps ac alius Dominus jurisdictionis approbat electionem Officialium nominatorum, Cancer. *part.*2. *var. c.*2. *num.*94. & 95. notat Berart. *in specu. visitation. c.*25. *numer.*81. decisum refert Xammar. *de off. jud. part.*1. *quæst.* 24. *nu.* 88. & 89. Sed utrùm Baro, seu 68
Dominus jurisdictionis teneatur exhibere Officiales, quos creavit, affirmant Constantius *in l. nullus*, *num.* 67. *in fine*, *C. de decurionibus*, *lib.*10. negant Thoro *in compend. decisionum*, *tomo secundo*, *verbo Baro an teneatur*, Mattheu *de regimine regni Valentiæ tom.*1. *c.*6. §.1. *sect.*2. *num.*100.

Secundò, quia Episcopus non tenetur ex facto Vica- 69
rii etiam delinquentis in rebus concernentibus ad officium, quando Episcopus non potest deprehendi in aliqua culpa, sed sit omnino extra culpæ suspicionem, ut tenet & probat Rebuf. *in prax. benef. de forma Vicariatus*, *à nu.*139. *ubi fundamenta hujus opinionis*, & *num.* 289. sequitur Sesse *de inhib. c.cap.* 10. §. 1. *à n.* 21. Pavin. *de potest. cap. par.*2. *q.*10. *à n.*22. Selva *de benef. par.*2. *q.*14. plures Piasec. *in prax. Episc. part.*2. *c.*4. *art.*1. *numer.* 15. Xammar. *de off. jud. part.*2. *qu.*24. *num.*96.

Ter-

70 Tertiò & ultimò, quia in propriis terminis ac de jure latè resolvit Sesse *de inhib. c.* 10. §. *à num.* 21.

71 Ad argumenta contraria poteris satisfacere ex traditis pro hac ultima opinione, cum quibus faciliter illa dilues, solùm facit difficultatem *pragmat.* 4. §. 5. *de cont. jurisd.* & exemplaria adducta in tertio argumento contrario, sed dicere poteris, quòd dicta Regia pragmatica intelligenda est, quando Prælatus esset in aliqua culpa, ut docent Doctores *num.* 69. *relati*, & tradit Sesse *de inhib. cap.* 10. §. 1. *numer.* 24. exemplaria autem adducta per Peguer. *in pract. crim. cap.* 26. *versic. In cujus rei confirmationem*, per Sesse *de inhib. cap.* 10. §. 1. *num.* 19. per Larream *allegat. Fisc.* 39. *num.* 12. & per Amajam *in l. nullus*, *numer.* 45. *C. de decur. l.* 10. non ita clarè explicant, an ex facto Vicarii fuerint occupatæ temporalitates sine novo monitorio contra Prælatum, & exemplare relatum per Sesse *de inhib. c.* 10. §. 1. *num.* 13. non obstat, quia loquitur per verbum credo, sicque videtur sentire idem Sesse *de inhib. cap.* 10. §. 1. *à num.* 21. dum resolvit, non esse procedendum ex facto Vicarii ad occupationem temporalitatum Episcopi, nisi quando Episcopus esset in aliqua culpa.

72 Dicitur autem Episcopus in culpa ex facto Vicarii. Primò, quando communi omnium opinione bonum, & idoneum non elegit Vicarium, ex his quæ tradunt Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 24. *à num.* 61. *& cons.* 207. *num.* 3. *&* 23. *& cons.* 230. *num.* 5. 6. *&* 7. *l.* 3. Ayiles *c.* 4. *prætor. gloss. sea obligado num.* 44. Bobad. *in pol. l.* 5. *c.* 1. *num.* 39. *versic. Yes de advertir.* Mastrill. *decis.* 276. *à numer.* 11. *l.* 3. Carleval. *post tract. de jud. in apologia num.* 2. *in fine*, Constantius *in l. nullus*, *num.* 63. *C. de decurion. l.* 10. & in terminis Rebuf. *in prax. benef. titu. forma Vicariatus*, *numer.* 189. Sesse *de inhib.*

73 *cap.* 10. §. 1. *sub num.* 23. Secundò, quando Episcopus postquam scivit culpam Vicarii, illam non purgaverit, Rota *decis.* 6. *de offic. Vicar. in novis*, *& decis.* 6. *de offic. Vicar. in antiquis*, Additio ad Capel. Tholosan. *dec.* 195. *littera* A, Rebuf. *in prax. benef. de forma Vicariatus*, *nu.* 141. 142. *&* 188. Zerola *in prax. Episc. verbo Episc. Versic. Trigesimo secundo part.* 1. Menochius *lib.* 5. *præsum.* 27. *num.* 14. *&* 15. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 24. *sub num.* 53. *& latè consil.* 230. *à num.* 8. *l.* 3. Salzedo *l.* 7. *num.* 38. *in fine tit.* 21. *lib.* 2. *recop. fol.* 135. Sesse *de inhib. c.* 10. §. 1. *num.* 24. *&* 25. Giurba *consil.* 36. *num.* 22. *&* 33. Tertiò, quando Episcopus ra-

74 tum habuisset factum Vicarii, vel si dedisset potestatem Vicario tale quid faciendi Rebuf. *in prax. benef. de forma Vicariat. num.* 140. Sesse *de inhib. c.* 10. §. 1. *num.* 23.

75 Quartò, ex facto successivo Vicarii; nam ex continuatis culpis, & delictis Episcopus tenetur, eo quòd de ejus voluntate præsumitur deliquisse, ex Menochio *l.* 5. *præs.* 27. *numer.* 12. *&* 13. Gratiano *discep. foren. c.* 625. *num.* 15. *&* 16. latè explicat Farinac. *consil.* 207. *à num.* 5. *& consil.* 230. *à num.* 18. *lib.* 3. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 24. *num.* 97. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *sect. num.* 100.

76 Ex quibus sequitur, quòd Episcopus ad excusandum se ex factis Vicarii non tenetur docere de innocentia sua, sed Curia sæcularis debet contra Episcopum culpam probare, & dum illam non probaverit, non potest contra eum procedere ex facto Vicarii ad occupationem temporalitatum, Sesse, *de inhibitione*, *cap.* 10. §. 1. *num.* 26. etsi ipse dicat videri æquum, quòd Episcopus doceat de innocentia, & ignorantia sua. Sed nescio unde colligat talem æquitatem, cùm Episcopus habeat regulam pro se, à qua recedendum non est, nisi aliter culpa Episcopi per Curiam sæcularem probetur, ad Giurba *cons.* 36. *num.* 34.

77 Et sic optimum est consilium, ne Curia sæcularis consumat tempus in vanum, si Vicarius Episcopi recusat firmare contentionem, aut obedire sententiæ Cancellarii, vel aliàs turbat Regiam jurisdictionem, quòd factum Vicarii notificetur Episcopo præsentando litteras contentionis unam, vel plures ipsi Episcopo: & tunc si sit locus occupationi temporalitatum, poterunt ipsæ per Curiam sæcularem occupari, nedùm contra Vicarium, sed etiam contra Episcopum. Et ita intellexi fuisse practicatum in Regno Sardiniæ, cùm Vicarius Archiepiscopi Calaritani recusasset firmare contentionem, fuerunt postea litteræ exhortatoriæ notificatæ nedùm Vicario, sed etiam ipsi Archiepiscopo. Et de meis temporibus aliquoties in eo Regno ita practicavi. Et etiam in Cathalonia, nam cùm Doctor Braulius Sunner Thesaurarius, & Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Tarraconæ, Vicarius generalis & Officialis Archiepiscopatus Tarraconæ recusasset firmare dubium cum Curia sæculari Vicarii Montisalbi, evocata causa ad Regiam Audientiam prætextu, quia Ordinarius non erat potens, facto verbo ad relationem Magnifici Joannis Celler die 25. Maii 1655. ad instantiam Fisci Procuratoris Patrimonialis fuerunt provisæ litteræ contentionis citatoriæ contra dictum Archiepiscopum, & eius Vicarium generalem, ut comparerent in Regia Audientia ad videndum se declarari incidisse in pœnam occupationis temporalitatum, & illis unicuique eorum præsentatis. Postmodum Procurator dicti Archiepiscopi Tarraconæ comparuit in Regia Audientia, & cum supplicatione præsentavit fidem cassationis, & annullationis rei de qua comminabantur temporalitates. Et antea idem fuit practicatum in casibus relatis per Ferrer. *part.* 3. *obs. cap.* 271. *incipien. cum anno*, *& cap. seq. incip. cum super repetitione*, *vers. Et quia cum seq.*

Quod practicandum existimo nedùm ex facto Vi- 78
carii generalis, sed etiam ex facto Decani, ac Officialis foranei, *pragm.* 4. §. *de cont. jurisd.* Doctores enim promiscuè tractant, an Episcopus teneatur ex facto Vicarii, & omnium suorum Officialium, ut videre est apud citatos *num.* 61. *&* 69.

Nec evitabit Episcopus occupationem temporalita- 79
tum ex facto Vicarii, si illum deposuerit, vel revocaverit, etiam si illum nominaverit, ne hac via de facili eludatur Regia jurisdictio, Sesse *de inhib. c.* 10. §. 1. *sub nu.* 13. *ubi exemplare refert*, Amaja *in l. nullus nu.* 45. *C. de decurionib. lib.* 10. *ubi aliud exemplare tradit.*

Quæro 3. Quæ sint istæ temporalitates, quas Curia 80
sæcularis Domini Regis occupare potest Judicibus Ecclesiasticis turbantibus Regiam jurisdictionem in casibus suprà relatis? Hanc quæstionem plures Doctores tractant remissivè, ut Portoles, §. *occupatio temporalitatum num.* 41. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ c.* 36. *n.* 5. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 10. *nu.* 51. *vers. Quæ autem sint*, Salgado *de reg. protectione par.* 1. *c.* 2. *nu.* 305.

Et quod attinet ad jus commune, hæc occupatio 81
temporalitatum non decet, nec potest fieri contra personas Judicum Ecclesiasticorum, nec in bonis temporalibus mobilibus illorum, qualia sunt utensilia domorum, quia personam sequuntur, & non subjiciuntur Judici temporali, *juxta l. si captivus*, §. *expulsus*, *ff. de capti. & postlim. rev.* Sed in bonis immobilibus si quæ habent, cum talia bona temporalia jurisdictioni Regum, & aliorum Dominorum temporalium subjiciantur, *ut in can. quæ jure* 8. *dist.* ita Bernardus Laurentius *in tract. de potest. sæc. contra personas Ecclesiasticas numer.* 16. *tom.* 5. *tract.* Castrens. *in l. addictos*, *num.* 6. *C. de Episcopo Audien.* Aviles *c.* 3. *prætorum*, *verbo jurisd. numer.* 3. *in fine*, *& c.* 30. *gloss. usurpan. num.* 9. Peguera *decis.* 56. *numer.* 18. *versic. Scias.* Casaneus *in consuet. Burgund. rub.* 1. §. 5. *verbo*, *s' il n' a grace*, *num.* 42. *fol.* 52. Azevedo *l.* 11. *num.* 12. *tit.* 1. *l.* 4. *recopil.* Michael Ferrer. *part.* 3. *obs. c.* 172. *versic. Et forsan*, Decianus *tract. crimin. l.* 4. *c.* 11. *numer.* 3. Belluga *in specu. Princ. rub.* 18. *numer.* 7. Ramirez *de lege Regia* §. 27. *numer.* 12. *in fine*, *versic. Et licet*, Benedictus *in c. Rainuntius*, *verbo & uxorem*, *dec.* 2. *numer.* 40. Sesse *de inhibit. c.* 4. §. 1. *numer.* 17. *& c.* 8. §. 3. *numer.* 202. *& c.* 9. §. 1. *sub num.* 22. *& c.* 10. §. 1. *numer.* 7. *& in epistola post tom.* 2. *dec. numer.* 34. Oliba *de jure Fisci c.* 12. *numer.* 4. Fermosinus *in c.* 2. *quæst.* 20. *num.* 3. *de jud.* Adde in confirmationem quæ dixi *dec.* 26. *à num.* 30. Nec fieri potest 82
occupatio temporalitatum in bonis Ecclesiasticis, seu spiritualibus, quia non subjiciuntur Judici temporali, ut tradunt Bernardus Laurentius, Benedictus, Aviles, Decianus, Azevedo, Peguera, Ferrer. & Sesse, *locis proximè citatis*. In fructibus, & redditibus beneficiorum, quidam sentiunt posse fieri de jure 83

occu-

occupationem temporalitatum, ut Bernardus Laurentius, Aviles, Ferrer, Peguera, Azevedo, & Sesse, *locis relatis num.* 81. dum dicunt illam fieri posse in rerum temporalitate. Et fructus decimarum & Beneficiorum quid temporale esse, Azevedo *l.* 1. *nu.* 1. *& tit.* 5. *recop.* Cevallos *de cogn. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 62. *nu.* 26. sed alii contrarium tenent, quos tacito nomine refert Ramirez *da lege Regia*, §. 27. *nu.* 26. *in fine*, *versi. Et licet*, Benedictus *in c. Raynuntius*, *verbo uxorem*, *dec.* 2. *nu.* 40. *de testament.*

84 Hoc ipsum quod procedit de jure communi, servatur in Regno Castellæ, Aviles *c.* 3. *præ or. verbo jurisd. nu.* 3. *& c.* 20. *verbo usurpan. nu.* 9. Azevedo *l.* 11. *nu.* 12.

85 *c.* 1. *l.* 4. *recop.* Et in Regno Valentiæ, Belluga *in specu.*

86 *Princ. rub.* 18. §. *denuo nu.* 7. Et in Regno Franciæ Bernardus Laurentius *de potest. sec. in personas Ecclesiasticas nu.* 16. Benedictus *in c. Raynuntius*, *verbo & uxorem*, *dec.* 2. *nu.* 40. *de testamen.* ubi addit, quòd malè observant nonnulli Officiales pejores dæmonibus, quia quoties mandantur capi temporalitates Ecclesiæ, aut Episcopatus, capiunt, imò rapiunt omnia mobilia, & fructus nedum rerum immobilium temporalium, sed etiam decimas, & quæcumque spiritualia emolumenta.

87 In Regno Aragonum severiùs proceditur, nam ex praxi Regni à tempore immemoriali indistinctè, & sine delectu occupantur omnia bona propria etiam libera, mobilia, & immobilia Judicis Ecclesiastici jurisdictionem Regiam turbantis, & etiam fructus omnes Beneficii, Molinos *in praxi Judi. Reg. Arag. titu. processu super occupatione temporalitatum*, 371. Ramirez *de lege Regia*, §. 27. *n.* 22. *versi. Tamen*, Sesse *de inhibit.* 8. §. 3. *n.* 203. *& cap.* 9. §. 1. *n.* 22. ubi testatur sic vidisse servari in practica, *& c.* 10. §. 1. *n.* 8. *&* 13. ubi exemplaria refert, *& n.* 19. ubi aliud exemplare laudat, *& n.* 29. ubi tradit formam sententiæ, & ait in hunc modum vidisse multas fieri occupationes temporalitatum existente Locumtenente Justitiæ Aragonum per duodecim annos, quibus in ea Curia jus litigantibus reddidit, Suelves *cons.* 85. *l.* 1.

88 In nostro Principatu Cathaloniæ urbanius, & modestius quàm in aliis Regnis procedebatur, & proceditur ad occupationem temporalitatum. Dixi procedebatur, nam anteà post concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum hujusmodi occupatio temporalitatum tantummodò fieri poterat in jurisdictionalibus, vel aliis bonis temporalibus, quas & quæ Prælatus, & persona Ecclesiastica possidebat, & non in decimis, & primitiis, vel aliis bonis spiritualibus quibuscumque, juxta Regiam pragmaticam Serenissimi Domini Regis Martini, Dat. Barcinonæ 28. Martii 1409. *quæ legitur in pragmatica* 2. *de conten. jurisd.* Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *nu.* 4. Ripoll. *de regal. cap.* 35. *nu.* 181. quod explicat idem Ripoll. *de regal. cap.* 11. *nu.* 43. *&* 44. dicens quòd hæc occupatio temporalitatum solùm habebat locum in bonis temporalibus, quæ à Domino Rege emanarunt, qualia erant fructus feudi, & jurisdictiones in vassallos, non verò in spiritualibus, quales sunt decimæ non feudales, & fructus Beneficiorum, qui à Domino Rege non fuerunt emanati, & quia Regii Officiales occupabant non solùm temporalitates, sed etiam fructus redditus, & proventus Ecclesiasticos, Serenissimus Dominus Rex Ferdinandus primus sua Regia pragmatica, Dat. Barcinonæ 20. Junii 1413. *quæst.* 3. *tit. de conten. jurisd.* omnia illa procedimenta nulliter facta fuisse daclaravit, & quatenus de facto processerunt, revocavit, Ripoll. *de regal. c.* 35. *nu.* 182. Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *nu.* 17. *&* 18. Dixi proceditur, nam hodie in Cathalonia occupatio temporalitatum est restricta ad jurisdictiones temporales tantùm, & fieri non potest in aliis bonis, aut spiritualibus, aut temporalibus, vel jurisdictionalibus spiritualibus, ex Regio privilegio per Serenissimum Dominum Regem Alphonsum IV. concesso stamento Ecclesiastico, Dat. in Sancto Cucuphate 11. Septembris 1418. *quod est pragmatica* 4. §. 5. *de conten. jurisdict.* & ex alia Regia Pragmatica ejusdem Serenissimi Domini Regis Alphonsi IV. Dat. Valentiæ 21. Augusti 1427. *vidi in archivo Regio in diversorum* 2. *fol.* 99. ita Marquilles *in usat. alium namque*, *fol.* 333. *col.* 2. *versi. Quæro ulterius de quibus temporalitatibus*, Oliba *de jure fisci c.* 12. *numero* 4. *ubi testatur hoc jure nos uti*, Ripoll. *de regal. cap.* 36. *numero* 183. notat Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *sub num.* 21. & hæc fuerunt confirmata per Serenissimum Dominum Regem Philippum II. in Curiis anni 1547. *ut legitur in constitu.* 1. *de conten. jurisdict.* quid in delegatis, vide *decis.* 29. *num.* 108. latè Illustrissimus Dominus Vice-Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser.* 64. *per totam part.* 2. ubi benè probat, quòd etiam in Cathalonia potest procedi ad occupationem temporalitatum omnium bonorum indistinctè, si id expostulat necessitas naturalis defensionis Regiæ jurisdictionis, & protectionis.

Hoc ipsum quod practicatur in Cathalonia, practicandum erat in Regno Sardiniæ, & Regiis pragmaticis de quibus Regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 16. 10. 24. *&* 37. Sed vidi litteras commissionis pro executione Regiæ sententiæ occupationis temporalitatum, latæ 22. Aprilis 1651. contra D. Vincentium Claveria Episcopum Algueren. in quibus insequendo alia exemplaria mandabantur occupari, & apprehendi quæcumque bona illius, scilicet domus, vineæ, terræ, & aliæ possessiones, quas haberet, etiam acquisitæ ex redditibus Ecclesiasticis, & quicumque fructus sui Episcopatus, censualia, & alia mobilia, exceptis utensilibus necessariis pro sustentatione, authoritate, & dignitate suæ personæ. 89

Quæro 5. Si Judices Ecclesiastici ordinarii turbantes Regiam jurisdictionem in casibus suprà relatis non habeant temporalitates, quid faciendum sit? Respondeo quòd procedendum est aliis remediis necessariis secundùm praxim in Regnis receptam, & usitatam, Fontanella *decis.* 310. *nu.* 23. *par.* 2. 90

Sed qualia sint ista remedia, & usitata? hoc opus, hic labor, unaquæque Provincia suo sensu abundat. 91

Et quod attinet ad jus commune, si Judex Ecclesiasticus non habeat temporalitates, in earum defectum potest procedi per Curiam sæcularem Domini Regis ad capiendus fructus, & redditus Beneficiorum suorum, Bartol. *in l. commodis* 40. *nu.* 1. *ff. de re jud.* Cassaneus *in consuet. Burgun. rub.* 1. §. 5. *verbo s' il n' a grace*, *nu.* 81. *fol.* 52. Et alii addunt posse procedi contra Judicem Ecclesiasticum etiam temporalitates habentem ad expulsionem à Regno, *argu. l. quicumque*, ubi Castren. *C. de Episc. & Cler. c. si duobus*, §. *denique ibi quia Tribun. de appellat.* plures Doctores citant Cenedo *collect. ad decretum* 37. *num.* 9. *& quæst. canon.* 45. *num.* 24. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 62. *littera H.* Ramirez *de lege Regia* §. 27. *num.* 12. *littera G.* Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *à num.* 19. Larrea *alleg. fiscal.* 64. *num.* 21. Salgado *de reg. protection. par.* 1. *cap.* 2. *à num.* 278. Salzedo *de lege polit. lib.* 1. *cap.* 10. Vela *dissert.* 44. *numero* 46. *lib.* 2. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *à numero* 98. 19. *&* 201. Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *& decis.* 92. Portoles §. *appellitus manifestationis*, *à num.* 10. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *à num.* 34. *& in polit. libr.* 4. *cap.* 27. *versi. Supuesto fol.* 741. Cevallos *de cognit. per viam violen. glo.* 6. *à num.* 63. Alderan. Mascard. *de generali statu interpret. conclu.* 1. *num.* 213. *&* 214. Giurba *cons.* 49. *numero* 16. Carol. de Graf. *de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 1011. Torreblanca *de magia lib.* 15. *c.* 10. *à numero* 16. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *titul.* 7. *resol.* 7. *num.* 16. Castillo *de tertiis c.* 31. *à num.* 186. Cutellus *de immunitate Ecclesiæ lib.* 2. *quæst.* 18. qui innumeros referunt. 92

In Regno Franciæ in defectum veræ temporalitatis non possunt occupari fructus beneficiorum, Benedict. *in c. Raynuntius*, *verbo & uxorem*, *decis.* 2. *nu.* 44. ait tamen Chassaneus *in consuetud. Burgund. rub.* 1. §. 5. *verbo s'il n'a grace*, *num.* 81. *fol.* 52. vidisse illis diebus quemdam religiosum qui temporale non habebat detentum in carceribus pro emenda centum librarum, qui tamen per Curiam fuit relaxatus, & addit aliquando per Curiam fuisse observatum, quòd cùm Clerici condemnantur ad emendam pro delicto, si non habent immobilia, seu temporale, quòd detinentur in carceribus Episcopi Parisiensis usque ad satisfactionem emendæ & hoc ne primum arestum 93 94

remaneret illusorium: plus addunt alii, esse licitam tali casu expulsionem à Regno, Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo & uxorem decis.* 2. *nu.* 155. *ad finem & num.* 161. Cassaneus *in cathalog. gloriæ mundi par.* 5. *consid.* 24. *casu* 178. Grassal. *lib.* 2. *regal. Fran. jure* 7.

95 In Regno Castellæ præter occupationem temporalitatum Judicis Ecclesiastici, ab eo expellitur, Covar. *pract. capit.* 35. *num.* 3. *vers. Adversus*, Azevedo *l.* 2. *vers. Nono, tit.* 6. *lib.* 1. *recop. & l.* 4. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Avendanno *de exequen. mandat. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 12. *vers. Decimus casus*, Salzedo ad Bernard. Diaz *in prax. crim. cap.* 54. *num.* 16. *& cap.* 102. *littera A.* Garcia *de nobilit. glo.* 6. *à num.* 91. Mexia *in prag. taxæ panis, conclu.* 5. *nu.* 37. Curia Philippica *par.* 1. §. 5. *num.* 51. Bobad. Cevallos, Lerrea, Salgado, Salzedo, Solorzano, Castillo, & Pareja, *relati num.* 93. Fermosi-
96 nus *in cap.* 2. *quæst.* 14. *nu.* 7. *& quæst.* 17. *nu.* 1. *& 2. de judiciis*. De Regno Galleciæ, Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 27. *nu.* 97. *in fine*, notat Sesse *de inhibition. cap.* 8. §. 3. *num.* 104. De Regno Luzitaniæ Ca-
97 bedo *de patron. Reg. Coronæ, cap.* 36. *numer.* 4. Pereira *de manu Regia par.* 1. *cap.* 12. *num.* 22. De Regno Sici-
98 liæ Giurba *cons.* 49. *num.* 16. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *pragmat.* 1. *tit.* 10. *num.* 44. Cutellus *ad le-*
99 *ges Siculi ad l.* 22. *Regis Federic. cap.* 22. *nota* 25. *à nu.* 4. De Statu Mediolani Jul. Clar. *in prax. crim.* §. *fin.*
100 *quæst.* 36. *num.* 14. De Regno Neapolitano, idem Cutellus *ubi proximè*, Fuscus *de visit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.*
101 25. De Republica Genuensi, & Ducatu Ferrariæ Cevallos *de cognit. per viam violen. glos.* 6. *num.* 67. *&* 68.
102 De Ducatu Sabaudiæ Osascus *decis.* 180. *in fine*. De Regno Granatæ Amaja *in l.* 40. *num.* 40. *&* 41. *C. de decurionibus lib.* 10.

103 In Regno Aragonum si Judex Ecclesiasticus non habet temporalitates, pars solet & potest petere firmam
104 contra illam partem, ne recurrat ad talem Judicem Ecclesiasticum, imò potius curet, & faciat dictum Judicem Ecclesiasticum revocare gesta, & attentata; & si pars monita non satisfecerit non desistendo, aut contra faciendo, potest, & debet capi, & carceribus mancipari, donec satisfaciat præcepto, & ejus bona occupantur, ut tradit Sesse exemplaria referens *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *nu.* 62. *&* 63. *cap.* 10. §. 1. *nu.* 3. 14. *&* 15. contra autem Judicem Ecclesiasticum solùm practicatur occupatio temporalitatum, non verò pœna banni, ut in aliis Regnis tradit idem Sesse *de inhibi. c.* 8. §. 3. *nu.* 104. & ex eo refert Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *num.* 10. *ad medium*, & illum citant Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 17. *vers. Unde in fine*, Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 7. *vers. Nam respondetur in fine, & de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 9. *sect.* 2. *nu.* 6. *in fine*. Sed contrarium quòd in Regno Aragonum fiat occupatio temporalitatum Judicis Ecclesiastici, & ab eo cum honore expellatur, tradit Ramirez *de lege Regia*, §. 27. *num.* 22. ubi testatur fuisse per eum practicandum in Curia Domini Justitiæ Aragonum, & impugnat Sesse de tali praxi dubitantem, & acrius in eodem Regno aliquando proceditur ad captionem personæ ipsius Judicis Ecclesiastici, exemplaria tradit Portoles, §. *appellitus manifestationis, à nu.* 4.

105 In nostro Principatu Cathaloniæ si Judices Ecclesiastici (ut plurimum ita succedit) non habent temporalitates, proceditur ad eos banniendos, & à provincia exulandos, Marquilles *in usat. alium namque, vers. Quæro etiam, fol.* 333. *col.* 2. Michael. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 172. Oliba *de jure Fisci capit.* 11. *num.* 38. *& capit.* 12. *à num.* 9. Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *numero* 6. *& decis.* 92. *num.* 17. *&* 22. Cancer. *par.* 3. *var.*
106 *cap.* 10. *numero* 7. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clau.* 44. *glo.* 13. *par.* 3. *numero* 8. Idem in Regno Valentiæ
107 Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *capit.* 2. §. 1. *numero* 77. Et in Regno Majoricarum. Et de Regno Sardiniæ Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *numero* 19. 20. *&* 24. Dexart. *in capit.* 8. *à numero* 5. *de Episcop. & Clericis*, & quamvis sciam, ita factum aliquando fuisse in Regno Sardiniæ usque ad annum 1640. inclusivè. Hodie verò in Regno occasione expulsionis Episcopi Alguerensis, de anno 1640. & transmissionis ad Romanum Pontificem, de qua Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *capit.* 6. *dubit.* 10. *numero* 10. *&* 11. Diana *resol. moral. par.* 7. *tract.* 1. *resol.* 9. §. 9. Nec per Locumtenentem generalem, nec Regiam Audientiam pronuntiari potest sententia exilii, nec ad illius executionem procedi contra Prælatos illius Regni, nisi consulto prius Domino Rege, transmissis omnibus procedimentis contra eos factis ad S. S. R. A. Concilium, juxta Regiam epistolam scriptam Duci de Avellano illius Regni Proregi, Dat. Matrit. 4. Maii 1641. quæ est continuata in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ *fol.* 124. Et quamvis dicta Regia epistola solùm loquatur de Prælatis, idem de eorum Vicariis generalibus dicendum existimo, quia regulariter facta mentione de Episcopo, includitur Vicarius: & leges, constitutiones, & decreta, quæ circa Episcopos aliquid statuunt.

Vicarios etiam comprehendunt, Felin. *in cap. si quis contra, n.* 5. *de foro compet.* Guttier. *canon. lib.* 1. *quæst.* 11. *nu.* 8. Molinus *de ritu nup. lib.* 2. *diff.* 11. *nu.* 66. Garcia *de benef. par.* 5. *cap.* 8. *nu.* 52. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *nu.* 16. Gratian. *decis.* 157. *in addit. nu.* 5. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 8. *num.* 3. Narbona *l.* 59. *glos.* 1. *à nu.* 55. *tit.* 4. *lib.* 2. *recop. fol.* 157. Diana *resol. moral. par.* 10. *tract.* 15. *resol.* 31. *vers. Hinc etiam*.

Sed hanc praxim banniendi, & exulandi Judices Ec- 108
clesiasticos à Regno propter turbationem Regiæ jurisdictionis impugnant ex jurisconsultis Bossius *titu. de principe nu.* 219. Martha *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 34. *num.* 24. *& casu* 101. *à numero* 4. Velenzuela *in defen. monit. Pauli V. part.* 4. *numero* 101. Portocarrero *in allegat. pro jurisd. Inquisit. fol.* 61. adeò ut consulere non audeat Sesse *de inhibition. cap.* 8. §. 3. *numero* 103. *&* 104. & periculosam illam vocant Curia Philippica *par.* 3. §. 3. *numero* 30. Azevedo *lib.* 4. *numero* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & contra illam latè scripserunt plures Theologi, ut Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *capi.* 34. & alii quos referunt, & sequuntur Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 17. *& par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 27. *vers. Unde, cum seq. & par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 81. *& par.* 5. *tract.* 1. *resolut.* 3. *& part.* 7. *tract.* 1. *resolut.* 9. §. 7. *&* 8. *& in sum. part.* 2. *verbo Princeps, numero* 6. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 7. *fol.* 49. *& dubit.* 13. *sect.* 1. 2. *&* 3. *fol.* 282. *& de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 9. *sect.* 1. *& dub.* 13. declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium de anno 1641. referunt idem Thomas del Bene *de immu. Eccl. tom.* 1. *c.* 6. *dub.* 10. *nu.* 9. 10. *&* 11. Diana *part.* 7. *tract.* 1. *res.* 9. §. 9.

In nostro verò Principatu Cathaloniæ devenitur ad 109
hanc praxim expulsionis Judicum Ecclesiasticorum à Provincia ex concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum capite tertio à contrario sensu, quod refertur *in pragmat.* 1. *de conten. jurisd.* Marquill. *in usat. alium namque, versic. Quæro etiam, fol.* 333. *colum.* 2. quæ quidem concordia fuit facta authoritate Sedis Apostolicæ, ut dixi *decis.* 4. & multis Bullis Pontificiis extitit confirmata, ut tradidi *decis.* 6. & ad eamdem praxim proceditur in Regno Valentiæ per communicationem de dicta concordia factam per Romanum Pontificem Julium III. ut dixi *decis.* 5. *num.* 10. & tradit Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *capit.* 2. §. 1. *numero* 76. *&* 77. & in Regnis Sardiniæ, & Majoricarum, per similem communicationem factam per eumdem Romanum Pontificem Julium III. ut dixi *decis.* 5. *numero* 5. & tradit Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *numero* 24. Hoc tamen intelligi debet, ita ut nimis cautè fiat, Azevedo *l.* 4. *nu.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *rec.* Bobadilla *in pol. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 62. hoc est non coercitione contentiosa, sed coertitione politica, & œconomica, Fermosinus *in c.* 2. *quæst.* 14. *num.* 7. *&* 8. *de judiciis*, cum tamen fiat sine damno, & læsione personæ, Fermosinus *in c.* 2. *quæst.* 17. *nu.* 1. *de judiciis*.

Et quamvis Dionysius Portocarrero *in allegat. pro ju-* 11
risdict. Inquisit. fol. 61. Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *res.* 27. *vers. Audiant igitur, & in sum. par.* 2. *verbo Princeps. numero* 6. Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 23.

dubit. 23. *sect.* 1. *nu.* 2. *folio* 282. *& de immu. Eccles. tom.* 2. *c.* 9. *dubit.* 23. *nu.* 5. dicant quòd ex capite tertio concordiæ Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, (quod sic legunt: *super eo verò quod conqueritur, quòd personæ Ecclesiasticæ ejiciantur, seu banniantur à Regno, concordatum est, quòd illud si umquam factum est, cum evidenter sit contra libertatem Ecclesiasticam, malè factum sit, & est concordatum quòd Dominus Rex declaret, quod in posterum numquam fiat*) non potest Dominus Rex expellere Ecclesiasticos à Regno.

111 Tamen isti Doctores decepti fuerunt in allegatione dictæ Concordiæ, cùm non referant integra illius verba, imò diminuta, & truncata. Siquidem clausula aliter se habet in concordia, quàm ab ipsis allegatur, ut est videre in capite 3. dictæ concordiæ relato *in pragmatica* 4. *de Bisbes, y Prelats*, & apud Regentem Vico *l.* 2. *ad pragm. Reg. Sard. tit.* 51. *nu.* 9. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 1. §. 1. *num.* 3. & apud me *supra dec.* 4. *num.* 14. & aliis in locis citatis *dicta dec.* 4. *numer.* 16. leguntur enim in ea illa verba *super eo verò quod conqueritur, quòd pro ficta suspicione, Prælati, & personæ Eccles. ejiciuntur, seu banniuntur de Regno.* Quæ quidem verba *pro ficta suspicione*, dicti Portocarrero, Diana, & Thomas del Bene omiserunt, quasi sensus sit, quòd Ecclesiastici pro ficta suspicione non possunt ejici à Regno: secùs autem per augmentum à contrario sensu pro suspicione vera, quo casu à Provincia expelli possunt, Marquilles *in usa. alium namque, versi. Quæro etiam, fol.* 333. *col.* 2. Illustris Dominus
112 Vice. Cancellarius Don Christophorus Crespi de Valdaura *obser.* 3. *à num.* 29. *par.* 1. Quod argumentum à contrario sensu validè procedit tamquam litterale, etiam ubi res ad litteram esset intelligenda, Menochius *cons.* 325. *nu.* 25. Sesse *decis.* 10. *nu.* 15. Portoles §. *forus, à nu.* 43. Suelves *cons.* 17. *à nu.* 10. *lib.* 1. & in casu nostrarum constitutionum Michael. Ferrer *par.* 1. *obser.*
113 *Gubernat. cap.* 7. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clau.* 7. *glo.* 2. *par.* 9. *nu.* 7.

Præterea quia Dominus Rex (quando Regia jurisdictio evidenter, vel notoriè impeditur per Prælatos,) reservavit sibi facultatem illos expellendi à Provincia in eadem concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, capite 4. relato *in pragmat.* 1. *de conten. jurisdict.* & apud Regentem Vico *lib.* 2. *ad prag. Reg. Sard. tit.* 51. *num.* 11. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. 5. *& 6.* & apud me suprà *decis.* 4. *num.* 51. & in aliis locis citatis *supra dicta decis.* 4. *nu.* 16. ibi: *Tunc non debent mirari Prælati si per exercitium suæ superioritatis, quàm universaliter habet in universis temporalibus Regni sui, ad defensionem sui juris notorii, adhibet remedia jam dudum à suis prædecessoribus assueta*, ita eruditissimus Doctor Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 214. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *post nu.* 46. *versi. Dictum est, in fol.* 607. Hæc autem remedia assueta sunt occupatio temporalitatum, exilium, & similia, ut explicant Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *nu.* 24. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *n.* 76. *& 77.* Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *nu.* 7. *junctis n.* 3. 4. *& 9. cum seq.* ad quem se refert Mattheu *de Regim. Reg.*
114 *Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *nu.* 215.

Remedia similia in proposito etiam sunt, ut judices Ecclesiastici turbantes Regiam jurisdictionem possint jure originis, & domicilii privati, declarari extranei & pro extraneis publicari, Oliba *de jure Fisci c.* 12. *nu.* 12. Covar. *pract. cap.* 25. *num.* 3. *versi. Adversus verò clericos*, Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 67. Cabedo *de patron. Regiæ Coronæ cap.* 36. *num.* 4. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *à numer.* 38. Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *numer.* 24. Azevedo *l.* 2. *versi. Nono, titu.* 6. *lib.* 1. *& lib.* 4. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Salgado *de Reg. protect. par.* 1. *cap.* 2. *à num.* 273. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2.
115 *resol.* 7. *num.* 16. Hoc remedium gravissimum est, quia extranei, & alienigenæ non possunt obtinere beneficia in Cathalonia, Castella, Aragonia, Valentia, Navarra, Lusitaniæ, Sardinia, & aliis Provinciis, ut tradunt Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *à numer.* 12. *& cap.* 13. *à num.* 49. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 14. *à numer.* 62. Ripoll. *de regal. cap.* 35. *à numer.* 190. Ferrer. *in constit. los impubers glo.* 2. *à num.* 62. Cenedo *collect. ad decretal.* 56. *num.* 7. *& 8. & pract. quæst.* 28. Ramirez *de lege Regia* §. 27. *nu.* 17. Portoles §. *alienigena à num.* 1. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 3. *à num.* 83. *& decis.* 249. Suelves *cons.* 6. *lib.* 3. Cabedo *de patron. Reg. Coronæ cap.* 29. Pereira *de manu Regia par.* 2. *cap.* 64. *nu.* 38. Acuña *in can. nec emeritis, dist.* 61. Covar. *pract. cap.* 35. *num.* 5. Salzedo *in prax. crim. cap.* 56. Azevedo *lib.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop.* Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 15. Garcia *de benefic. par.* 7. *cap.* 9. Solorzano *de jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 19. Lara *de anniver. & capel. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 19. *&* 20. Barbosa *in cap. bonæ memoriæ à num.* 4. *de postulat. Prælat. & de potest. Episcop. par* 3. *alleg.* 60. *num.* 102. *& late voto* 33. *à num.* 1. *ad* 20. *lib.* 2. Salgado *de suppli. ad Sanct. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 15. *& cap.* 4. *nu.* 38. *& cap.* 5. *nu.* 60. *& cap.* 10. *à nu.* 70. Ansaldus *de jurisd. par.* 1. *tit.* 7. *c.* 3. *à nu.* 28. Tapia *decis. Suprem. Ital.* 15. Dexart, *in cap.* 2. *de Episcop. & Cler.*

Item possunt privari privilegiis, & gratiis Domini 116
Regis, de quo remedio latè Oliba *de jure fisci, cap.* 12. *à nu.* 17. *ad* 21.

Item puniri possunt pœna indignationis, & iræ Prin- 117
cipis, Oliba *de jure Fisci, cap.* 12. *nu.* 21. de qua pœna Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 442. *&* 443. Menochius *de arbi. jud. casu.* 365. Tuschus *pract. conclus. litt. I. conc.* 91. Martha *clau.* 284. *par.* 1. Barb. *clau.* 91. Farin. *in prax. par.* 1. *quæst.* 19. *nu.* 34. Solarzano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 12. *nu.* 81.

Et denique puniri possunt pœna diffidationis, & 118
aculdamenti, Oliba *de jure fisci cap.* 12. *nu.* 22. de qua pœna Calicius *in margarita Fisci dub.* 7. *tit. de pœna diffidationis*, Ferrer. *p.* 3. *obs. c.* 422. *n.* 8. Peguer. *in pract. crim. rub.* 12. *nu.* 5. Ripoll. *de regal. cap.* 38. *à nu.* 46.

Non autem laudo illa remedia, quæ leguntur facta 119
apud Bellugam *in specu. princip. rub.* 11. §. *videndum, nu.* 12. & apud Zuritam *lib.* 2. *cap.* 23. 31. *&* 60. prout nec laudat Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 203. neque illa alia, quibus in Francia his casibus utuntur, ut tradit Oliba *de jure fisci, cap.* 22. *in fine*, ubi etiam ait, quòd prædicta remedia quædam sunt graviora, quæ alia sub se comprehendunt.

Sed scias, quòd ne dum his casibus potest procedi per 120
Curiam sæcularem Domini Regis ad pœnam banni, quando Judices Ecclesiastici turbantes Regiam jurisdictionem non habent temporalitates in Regno, sed etiam quando habent temporalitates, facta earum occupatione, crescente illorum contumacia, & pertinacia durante in non desistendo à turbationibus, nolendo firmare contentionem, aut aliàs potest Curia sæcularis Domini Regis tales Ecclesiasticos à Regno expellere, & procedere contra eos aliis remediis superiùs traditis, alioquin quomodo Regia jurisdictio reintegraretur, Oliba *de jure fisci cap.* 12. *nu.* 7. *& cap.* 13. *nu.* 48. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *à nu.* 97. *versi. Et in tantum, & alii suprà relati, nu.* 113.

Quæro 6. Quomodò sit practicanda in Cathalonia, 121
& aliis Regnis Coronæ Aragonum occupatio temporalitatum per Curiam sæcularem Domini Regis? Respondeo distinguendo duos casus.

Primus casus est, quando causa vertitur in Curia Vi- 122
carii Regii, vel alterius cujuscumque ordinarii Regii, tunc propter illius impotentiam ad faciendam declarationem occupationis temporalitatum, si Judex Ecclesiasticus recusat respondere in forma contentionis litteris emanatis à Curia Officialis Regii ordinarii, evocatur dicta causa ad Regiam Audientiam eo prætextu, quòd Vicarius, vel alius ordinarius Regius qui provocat ad contentionem, non est potens ad compellendum Judicem Ecclesiasticum ad dictam contentionem firmandam, *arg. constit.* 1. *de conten. de jurisd. probat. pragm.* 2. *de conten. jurisd.* Oliba *de jure fisci, cap.* 11. *nu.* 32. ad quem se refert Xammar. *defin.* 100. *nu.* 15. *par.* 2. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 92. Fontanella *decis.* 314. *num.* 6. *part.* 2. Mattheu *de Regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *numero* 218. & fuit ita per
me practicatum in causa Vicarii Montisalbi *de qua* 123
suprà numero 77. Et hæc evocatio facienda est post secundas litteras à Curia Vicarii, vel alterius ordi-

narii Reg. emanatas, notat Oliba *de jur. fis. cap.* 11. *nu.* 27. Matthæu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *nu.* 218. & tali casu offertur supplicatio tenoris sequentis.

Excellentissime Domine,

124 *AD instantiam Petri A. Notarii publici Civis Dertuzæ fuerunt expeditæ à Curia Vicarii Regii dictæ Civitatis* 20. *Maii* 1656. *litteræ firmæ juris, & contentionis in debita forma Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali Reverendi Episcopi Dertuzæ, quibus fuit scriptum, quatenus cassaret, revocaret, annullaret, & à registris suæ Curiæ deleret omnia, & singula procedimenta facta contra dictum Petrum A. in causa, quæ in sua Curia ducere prætendit Joannes B. Mercator ejusdem Civitatis contra dictum A. & de annullatione, cassatione, revocatione, & delineatione certiorem redderet dictum Regium Vicarium Dertuzæ, quod si contrarium prætenderet, contentionem firmaret, nominavitque in Arbitrum Doctorem Jacobum N. suum Assessorem, qui unà cum nominando per dictam Curiam Ecclesiasticam dictam contentionem dirimerent, & declararent, juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, prout latius in dictis litteris habetur, causis & rationibus in eis contentis, quibus fit relatio. Quæ quidem litteræ eodem die fuerunt præsentatæ, intimatæ, & notificatæ dicto Doctori Francisco C. Officiali & Vicario generali Dertuzæ. Et cum dicta Curia Ecclesiastica Dertuzæ taceret, & non responderet firmando contentionem, nec certiorem redderet dictum Regium Vicarium Dertuzæ de revocatione, annullatione, & revocatione dictorum procedimentorum fuerunt expeditæ secundæ litteræ contentionis per dictum Regium Vicarium Dertuzæ, & suam Curiam* 24. *Maii* 1656. *quibus fuit scriptum dicto Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali Dertuzæ, quatenus cassaret, revocaret, annullaret, & à regestris suæ Curiæ deleret omnia, & singula procedimenta contra dictum Petrum A. facta, in causa quæ in sua Curia ducere prætendit dictus Joannes B. Mercator ejusdem Civitatis, & de annullatione, cassatione, revocatione, & delineatione certiorem redderet dictum Regium Vicarium, & suam Curiam, & in casu contrariæ prætentionis contentionem firmaret cum electione Arbitri, qui unà cum jam nominato per dictum Vicarum Regium Dertuzæ eam deciderent, & declararent juxta dictam concordiam, cum solitis & assuetis comminationibus. Quæ quidem secundæ litteræ similiter eodem die vigesimo quarto Maii* 1656. *fuerunt præsentatæ, & notificatæ dicto Officiali, & Vicario generali. Ideo & alias dictus Petrus A. exhibens processum actitatum in Curia sæculari Vicarii Regii Dertuzæ ut inseratur, seu consuatur, supplicat Vestræ Excellentiæ tertiò scribere Reverendo in Christo Patri Episcopo Dertuzæ, & Doctori Francisco C. suo Officiali, & Vicario generali, quatenus cassent, revocent, annullent, & à regestris suæ Curiæ delineent omnia, & singula procedimenta in dicta causa facta contra dictum Petrum A. & de cassatione, annullatione, revocatione, & delineatione certiorem vestram Excellentiam, seu dictum Vicarium Regium Dertuzæ reddant, & in casu hæsitationis firment contentionem cum dicto Regio Vicario Dertuzæ cum electione Arbitri, qui unà cum nominato per dictum Regium Vicarium Dertuzæ eam dirimant, & declarent juxta dictam concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, aliàs si prædicta facere recusaverint, tàm conjunctim, quàm divisim compareant coram Vestra Excellentia, & Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnas occupationis temporalitatum, & alia pro ut de jure, & stylo fuerit. Et præsentem causam prætextu quia ordinarius non est potens ad Regiam Audientiam evocare, & eam committere alicui Nobili, seu Magnifico Doctori illius, qui ad id litteras opportunas juxta stylum expedire provideat, officio, &c. quæ licèt, &c.*

Altissimus
N.

Fisci Procurator Patrimonialis debet adhærere parti, & offerre supplicationem sequentem.

Idem supplicat Fisci Procurator Patrimonialis juribus suis semper salvis, &c.

N. F. P. Advocatus.

Cui supplicationi solet fieri decretatio sequens.

Evocata causa prætextu quo supplicatur, committatur Magnifico N. qui super supplicatis debitè provideat. Provisa per Nobilem Regentem Cancellariam die 29. *Maii* 1656. *Barcinonæ.*

N. Scriba mandati.

Provisio Judicis.

Recepta dictis die & anno, quia ex processu exhibito, qui inseratur, constat de qualitate, causæ facto verbo in Regia Audientia providet, quod fiant tertiæ litteræ in forma contentionis, quibus scribatur Reverendo in Christo Patri Episcopo Dertuzæ, & ejus Officiali, & Vicario generali, quatenus intra tres dies revocent dicta procedimenta aut firment contentionem cum Vicario Regio Dertuzæ cum electione Arbitri, aliàs dicto termino elapso post litterarum præsentationem compareant in Regia Audientia die immediatè sequenti, si feriata non fuerit cum sequentium continuatione ad videndum declarari se incidisse in pœnas occupationis temporalitatum, & alia de jure permissa juxta stylum. N. Vigore hujus provisionis expediuntur litteræ illas tradidi *decisione decimatertia, numero sexagesimo quinto*, ibi poterit lector videre, & mutare ea, quæ mutanda sunt.

Eodem modo practicandum est, quando Dominus 125
Rex, & ejus Locumtenens generalis absentes sunt à Provincia, nam tunc etiam sub eodem prætextu evocatur causa à Curia Vicarii, vel alterius ordinarii Regii ad Viceregiam Audientiam Gerentis Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedentis, excepta causa Regii Patrimonii, quæ evocari non potest ad Viceregiam Audientiam; imò isto casu cùm sint absentes à Provincia Dominus Rex, & ejus Locumtenens generalis, potest Bajulus generalis procedere ad occupationem temporalitatum, quia in his quæ ad ejus officium pertinent, non recognoscit Gerentem Vices Gubernatoris etiam Viceregia procedentem, ut tradidi *nu.* 48. & 49. Adeò quòd si causa Bajulæ generalis fuerit in isto casu hoc prætextu evocata ad Regiam Audientiam, si postea Dominus Rex, vel ejus Locumtenens generalis recesserint à Cathalonia, non potest illa causa tractari in Viceregia Audientia Gerentis Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedentis, sed illa revertitur ad Bajulum generalem, Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Alphonsi par.* 2. *collat.* 11. *cap.* 2. *nu.* 104. & 105. *in novis fol.* 502. Ferrer. *par.* 1. *obser. Guber. cap.* 78.

Secundus casus est, quando causa est cœpta in Regia 126
Audientia, vel vertebatur coram ordinario Regio, seu Barone, & ab eam evocatur, nam tunc non statim procedendum est contra Judices Ecclesiasticos ordinarios nolentes contentionem firmare ad occupationem temporalitatum; sed tunc demùm cum sæpius moniti per Regias litteras, & cum comminationibus pœnarum instanti, ac requisiti respondere recusant in sua pertinacia perseverantes, Marquilles *in usati. alium namque, vers. Quæro etiam quod si Prælatus fol.* 333. Oliba *de jure Fisci cap.* 12. *num.* 1. Sesse *de inhibit. capit.* 10. §. 1. *num.* 4. Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 4. *nu.* 118. & *sect.* 5. *nu.* 206. 210. & 211. Et ita emanatis primis, & secundis litteris à Regia 127
Audientia, quarum formulas tradidi *dec.* 13. *nu.* 62. & 63. si Curia Ecclesiastica non respondeat contentionem firmando, tunc offertur tertia supplicatio in Regia Audientia, & expediuntur tertiæ litteræ ad instantiam partis si adsit Regio Fisco illi adhærente, vel ad instantiam ipsius Fisci cum citatione, & termini assignatione ad videndum declarari se incidisse in pœnam occupationis temporalitatum, Oliba *de jure fisci c.* 11. *nu.* 39. Covar. *pract. cap.* 35. *num.* 3. *vers. Cæterùm*, Peguera *decis.* 92. *num.* 12. *ver. Et posito, in fine*, Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 271. *incipien. & propterea*, Farinac. *in prax. par.* 1. *quæstion.* 18. *numero* 44. Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect. num.* 118. & *sect.* 5. *numer.* 210. quarum tertiarum litterarum, & tertiæ supplicationis formam tradidi *dec.* 13. *numer.* 65. quidquid sufficere secundas litteras ad procedendum ad occupationem temporalitatum notet Marquilles

loco

loco præcedenti relato, & ita practicatur in Cathalonia, & Sardinia. In Regno verò Valentiæ practicantur hæc eo modo quo refert Mattheu *de Regimine Regni Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 5. à nu. 209.*

128 His tertiis litteris præsentatis, formatur processus ex procedimentis factis in Regia Audientia, vel in Curia ordinarii Regii, & ex primis, secundis, & tertiis litteris monitorialibus ut tradit Oliba *de jure fisci cap. 11. nu.*
129 39. Et si Curia Ecclesiastica persistat in sua contumacia, offertur per fisci Procuratorem, vel per partem Fisco adhærente quarta supplicatio, ut refert Peguera *decisione nonagesima secunda, numero decimonono, versiculo Præterea*, quæ est tenoris sequentis.

Excellentissime Domine,

PEtrus A. Notarius publicus Barcinonæ exhibet, ut inserantur, tertias litteras monitorias cum illarum præsentatione facta Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali Reverendi Episcopi Barcinonæ, quibus ei injungebatur, quatenus cassaret, revocaret, & annullaret omnia procedim. contra illum facta, & de cassatione, annullatione, & revocatione certiorem redderet Vestram Excellentiam, seu Magnificum Relatorem, aut in casu hæsitationis contentionem firmaret cum nominatione Arbitri juxta concordiam Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & quòd si prædicta facere recusaret, elapso termino in dictis litteris præfixo, compareret in Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnam occupationis temporalitatum. Et cùm dictus Doctor Franciscus C. Officialis, & Vicarius generalis præfatus non revocaverit, nec cancellaverit dicta procedimenta, nec firmaverit dictam contentionem, incidit in pœnam occupationis temporalitatum. Quare supplicat Vestræ Excellentiæ declarare dictum Officialem, & Vicarium generalem incidisse in dictam pœnam occupationis temporalitatum, mandando illas sibi occupari forma solita, & justitiæ complementum ministrari, off. &c. quæ licet, &c.

Altissimus.
N.

Idem supplicat Fisci Procurator Patrimonialis juribus suis semper salvis, &c.

N. F. P. Advocatus

Cui supplicationi solet fieri decretatio sequens.

Remittatur relatori causæ qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nobilem Regentem Cancellariam die 4. Junii 1656. Barcinonæ.

N. Scriba mandati.

130 Declaratio facienda occupationis temporalitatum duobus modis practicari potest, Oliba *de jure Fisci cap. 11. num. 39.*

131 Primò, cum firma Regentis Cancellariam, facta provisione per Judicem Relatorem causæ, quòd portetur processus Nobili, seu Magnifico Regenti Cancellariam, ut tradit Peguera *decis. 92. nu. 18. vers. Præterea*, & solet fieri forma sequenti.

132 *Recepta die 12. prædictorum. Viso processu, & illius meritis attentis, & signanter attento constat cum litteris à Regia Audientia emanatis, & Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ præsentatis 20. Maii proximè lapsi, fuisse dicto Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali præfato injunctum, quatenus intra terminum in eis præfixum cassaret, revocaret, & annullaret procedimenta per ipsum facta contra Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ, & de revocatione fidem faceret, vel in casu hæsitationis contentionem firmaret cum electione Arbitri. Et constat ad instantiam dicti Petri A. die 24. Aprilis præsentis anni fuisse alias secundas litteras provisas & dicto Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali Barcinonæ personaliter eodem die præsentatas, quibus eidem fuit injunctum, quatenus dicta procedimenta tamquam perturbativa Regiæ jurisdictionis cassaret, revocaret, & annullaret, seu in casu hæsitationis contentionem firmaret cum nominatione Arbitri ad pœnam occupationis temporalitatum. Constat etiam ob recusationem dicti Officialis, & Vicarii generalis fuisse alias tertias litteras provisas die 29. Maii ejusdem anni, eidemque Vicario generali eodem die personaliter præsentatas, quibus fuit injunctum, quatenus intra terminum in eis præfixum cassaret, revocaret, & annullaret prædicta procedimenta contra dictum Petrum A. facta, & de revocatione fidem faceret, seu in casu hæsitationis contentionem firmaret cum electione Arbitri, aliàs dicto termino elapso post præsentationem dictarum litterarum cum sequentium continuatione compareret ad videndum declarari se incidisse in pœnam prædictæ occupationis temporalitatum. Et attento constat dictum Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem Barcinonæ in eadem recusatione, & contumacia persistere in præjudicium Regiæ jurisdictionis, vilipendendo dictas Regias litteras, Regiam jurisdictionem, præeminentiam, & ejus regalias perturbando, & contemnendo. His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs, insequendo conclusionem in Regia Audientia factam providet, quòd inserantur producta, & pro defensione dictarum jurisdictionis, præeminentiæ, & regaliarum, & reparatione tanti, & notorii gravaminis declaret locum fuisse, & esse declarationi dictæ pœnæ occupationis temporalitatum dicto Officiali, & Vicario generali Barcinonæ comminatæ, & impositæ, & quòd ad dictum effectum faciendi dictam declarationem portetur processus Nobili, seu Magnifico Regenti Regiam Cancellariam.*

V. N. Fisci Patrimonii Advocatus.

V. N.

In vim supradictæ provisionis refertur processus Re- 133
genti Regiam Cancellariam, per quem fit conclusio, & sententia occupationis temporalitatum, ut per Peguer. *decis. 92. num. 22. versic. Tamdem, & in pract. crim. cap. 24. fol. mihi 495.* Ferrer. *part. 2. observ. cap. 271. incipien. cum super, vers. Nos Joannes*, Oliba *de jure Fisci cap. 11. n. 38.* & conclusio fit sub forma sequenti.

Die 26. Junii 1656. Barcinonæ, præsidente sua Excellentia, interfuerunt cum eo Magnifici N. Regens Cancellariam, N. Fisci Advocatus, N. N. & N.

In facto causæ firmæ juris instantibus Petro A. Notario publico Barcinonæ, & Fisci Procuratore Patrimoniali, contra Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem Barcinonæ facta relatione per N. Regentem Cancellariam, & ejusdem Relatorem.

Attento ex meritis processus constat, Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ velle procedimentis judicialibus cognoscere, & de facto cognovisse, continua ut infra in sententia, usque ad versi. *His igitur*, postea dices. *His igitur & aliis meritis processus attentis & aliàs, fuit conclusum, quòd declaretur dictum Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem præfatum tamquam perturbatorem Regiæ jurisdictionis in pœnam occupationis temporalitatum supra mentionatis litteris impositam incidisse, cum propterea illius temporalitates occupandas fore, & esse, donec aliter sit provisum, & quòd pro his fiant litteræ, provisiones, & commissiones, & præconizationes opportunæ juxta Regiæ Audientiæ stylum.*

Forma autem sententiæ occupationis temporalitatum est tenoris sequentis.

Jesu Christi, & ejus Beatissimæ Matris Mariæ nominibus humiliter invocatis.

EXcellentissimus Dominus Locumtenens generalis. Visa supplicatione oblata die 20. Maii præsentis anni per Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ cui adhæsit Fisci Procurator Patrimonialis in effectu supplicantes, &c. Procedens per omnes visos, usque ad motiva sententiæ, & concludes, *Viso denique toto processu, & procedimentis factis contra dictum Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ. Et Visis aliis videndis, Sacrosanctis Dei quatuor Evangeliis coram positis & illis reverenter inspectis, ut de divino vultu rectum procedat judicium, sua Excellentia insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, sententiat, pronuntiat, & declarat in modum sequentem.*

Attento ex meritis processus constat Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ velle procedimentis judicialibus cognoscere, & de facto cognovisse de persona, & bonis P. A. Notarii publici Barcinonæ districtualis, & vassalli Domini Regis, propter quæ constat dictum Petrum A. tamquam de foro, & jurisdictione Domini Regis, & non Judicis Ecclesiastici firmasse in Regia Audientia jus, & de jure pro decem solidis cum legitimo augmento, & aliis clausulis dicto Officiali, & Vicario generali Doctori Francisco C. ac in & cum supplicatione per eum die 20. Maii proximè lapsi petiisse, admissa dicta juris firma illum requiri, & moneri, quòd cassaret, revocaret, & annullaret omnia procedimenta contra dictum Petrum A. & ejus bona facta, vel quod in casu hæsitationis contentionem firmaret cum electione Arbitri, prout hæc, & alia latius in dicta supplicatione sunt contenta, ad quam fit relatio. Et constat in vim Regiarum provisionum referente Nobili, seu Magnifico N. Regiæ Audientiæ Doctore factarum scilicet diebus vigesimo, vigesimo quarto & vigesimonono Maii præsentis anni, dictum Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem præfatum litteris à Regia Audientia emanatis, & eidem præsentatis fuisse semel, bis, & tertio monitum, quod procedimenta facta contra dictum Petrum A. jus firmantem laicum & de jurisdictione Domini Regis, tamquam Regiæ jurisdictioni præjudicialia, & nociva revocaret, cassaret, & annullaret, & de revocatione fidem faceret intra dies tres, aut contentionem firmaret cum nominatione Arbitri, comminatione adjecta, quòd alioquin tamquam perturbator Regiæ jurisdictionis occuparentur ejus temporalitates. Et constat prædictum Officialem, & Vicarium generalem contumaciter minimè curasse dicta procedimenta revocare, nec contentionem firmare: Imò constat eum tertio aliis Regiis litteris monitum, & eisdem illi injunctum, quod die tertia non feriata post dictarum litterarum præsentationem cum sequentium continuatione compareret in Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnam occupationis temporalitatum. Et constat dictum Officialem, & Vicarium generalem Doctorem Franciscum C. omnibus monitoriis neglectis pertinaciter, & contumaciter perseverando minimè curasse dicta procedimenta annullare, & revocare, nec contentionem firmare in præjudicium Regiæ jurisdictionis, ac dictas Regias litteras præeminentiam, & Regalias Domini Regis contemnendo. Quapropter instantibus dicto Petro A. & Regii Fisci Procuratore Patrimoniali in & cum supplicatione per eos oblata die 4. Junii 1656. constat in Regia Audientia insequendo conclusionem ibidem factam fuisse die 12. prædictorum mensis, & anni provisum, & declaratum pro defensione Regiæ jurisdictionis, præeminentiæ, & Regaliarum, & reparatione tanti, & notorii gravaminis locum fuisse, & esse declarationi dictæ pœnæ occupationis temporalitatum dicto Officiali, & Vicario generali comminatæ, & impositæ, & quòd ad dictum effectum faciendi dictam declarationem portaretur processus Regenti Regiam Cancellariam. Ex quibus manifestè constat dictum Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicariam generalem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ velle ex proposito, & appensatè jurisdictionem Regiam inquietare, & perturbare, & in casu non permisso sibi illam appropiare. His igitur, & aliis meritis attentis sua Excellentia dictam insequendo conclusionem in Regia Audientia factam pronuntiat, & declarat dictum Doctorem Franciscum C. præfatum Officialem, & Vicarium generalem tamquam perturbatorem Regiæ jurisdictionis in pœnam occupationis temporalitatum suprà mentionatis litteris sibi impositam incidisse, ac propterea illius temporalitates fore, & esse occupandas, prout cum præsenti occupari mandat, donec aliter sit provisum, & pro his fiant litteræ, provisiones, commissiones, & præconizationes opportunæ juxta Regiæ Audientiæ stylum.

V. N. R. P. Advocatus.

V. N. Regens.

Lata fuit hujusmodi sententia, seu declaratio per N. Regentem Cancellariam, & de ejus mandato lecta, & publicata per N. Regium Scribam mandati, & Notarium publicum per totam terram die decimo sexto Junii 1655. Instantibus & requirentibus N. Fisci Regii Procuratore Patrimoniali & Petro A præsentibus pro testibus N. & N. Civibus Barcinonæ, & aliis pluribus in multitudine copiosa.

Secundo modo potest practicari declaratio facienda occupationis temporalitatum per solum Judicem, seu Relatorem causæ, dicendo in calce quartæ supplicationis, *recepta die 12. prædictorum mensis, & anni, portetur processus, & viso providebitur. N.* Postea ipse Relator poterit facere prædictam declarationem facta conclusione in Regia Audientia absque eo, quòd portetur processus Regenti Cancellariam, *ut infrà num.* 138. Forma hujus declarationis faciendæ per Relatorem est eadem, quam facit Regens Cancellariam, & illam tradidi *nu.* 33. dempto *versiculo, quaproter*, usque ad versiculum *ex quibus*, & aliam formam referam *infrà decis. sequenti nu.* 24. 134

Sed cùm utroque modo factum in Cathalonia reperiatur, ut dicit Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *num.* 39. videndum est, qualis practica sit melior, & magis expedita? 135

Prima facie videtur dicendum, quòd praxis portandi processum ad Regentem Cancellariam sit melior, imò videtur præcisè necessarium, ut declaratio occupationis temporalitatum fiat per Cancellarium, Vicecancellarium, & suo casu Regentem Cancellariam, tum ex Regiis pragmaticis quæ sic fieri disponunt, scilicet *pragmat.* 2. *pragmat.* 4. §. 4. *de conten. jurisdict.* & tradunt Oliba *de jure Fisci cap.* 4. *num.* 42. Peguera *decis.* 92. *numer.* 22. *versic. Præterea in fine, & in pract. crim. capit.* 24. *fol. mihi* 494. & eis impeditis defertur processus Doctori Antiquiori in Aula Regiæ Audientiæ, *ut scio observatum in Regno Sardiniæ*. Tum quia ita in praxi receptum est, nam provisio qua continetur locum esse declarationi occupationis temporalitatum, fit per Relatorem in modum provisionis; declaratio autem per Regentem Regiam Cancellariam, Vicecancellarium, aut Cancellarium in forma sententiæ, ut patet *in formulis suprà relatis num.* 132. & 133. & legi ita observatum in Regio Concilio contra Antonium Joannem Garcia Canonicum Barcinonæ, Conservatorem Hospitalis Sanctæ Crucis 18. & 19. *Junii* 1635. *de qua declaratione infra decis.* 29. *num.* 7. & 78. & contra Venerabilem Inquisitorem Dominicum Abbad. 13. *Februarii* 1637. *de qua infra decis.* 30. *num.* 75. *ubi invenies aliam declarationem ita factam* 19. *Octobris* 1611. sicut in assignatione curatorum ad lites fieri solet, cujus practicam refert Ripoll. ad Pegueram *in pract. civili rubrica secunda, in fine*. 136

Sed his non obstantibus, dicendum est declarationem occupationis temporalitatum fieri posse per Relatorem facto verbo in Regia Audientia, & conclusione præcedente, notat Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *num.* 28. & 37. *in fine*, & latiùs *numer.* 39. qui id fundat. Tum quia declaratio occupationis temporalitatum semper dictatur sub nomine Domini Regis, vel Locumtenentis generalis, & sic sufficit firma Relatoris, præcedente tamen conclusione in Regia Audientia: præsertim quia litteræ executoriales, quæ ex hujusmodi sententia procedunt firmam habent Cancellarii, Vicecancellarii, aut Regentis Cancellariam. Tum denique quia partes post institutionem Regiæ Audientiæ numquam fuerunt conquestæ de declarationibus factis per firmam Relatoris, sed quia Ministri procedebant ad declarationem occupationis temporalitatum sine voto Regiæ Audientiæ, *constit.* 1. *de conten. de jurisdict.* & fuit ita observatum ad relationem ejusdem Antonii Olibæ 19. Martii 1599. in facto querelæ, & firmæ juris per conjuges Angelos Cives Vici, contra Antonium Villa Canonicum Ecclesiæ Vicen. & Subcollectorem Cameræ Apostolicæ quam ad litteram referam *decis.* 29. *num.* 14. 137

Nec obstant *Regiæ pragmaticæ* 2. & 4. §. 4. *de cont. juris.* quia olim tempore quo dictæ Regiæ pragmaticæ fue- 138

runt

runt conditæ, & antea à tempore Domini Regis Petri III. in Curiis anni 1365. usque ad Curias anni 1493. soli erant Consiliarii Regiæ Audientiæ perpetui, & designati Cancellarius, Vicecancellarius, Regens Cancellariam, & Fisci Advocatus, ut probat Oliba *de jure Fisci cap.* 4. *nu.* 46. ad quem se refert Fontanella *decis.* 282. *nu.* 1. *par.* 1. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *cap.* 36. *versic. Lo origen. fol.* 278. & Doctores Regii Concilii erant temporales, & nutuales, idem Oliba *de jure Fisci cap.* 4. *num.* 46. & sic erat necessarium declarationes occupationis temporalitatum fieri per dictos Cancellarium, Vicecancellarium, aut Regentem Cancellariam nomine Domini Regis, aut Locumtenentis generalis, quia de his tantùm Provinciales habebant confidentiam, cùm essent notabiles personæ, & electæ perpetuò, id est ad vitam eorum officia regenda; sed post electionem Regiæ Audientiæ ex certo numero personarum, quæ fuit facta per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum Secundum de anno 1493. ut apparet *ex constit.* 1. *de electio dels Doctors*, Oliba de jure Fisci *cap.* 4. *nu.* 45. Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *tit.* 36. §. 42. *in prin. fol.* 284. Fontanella *decis.* 282. *nu.* 1. *par.* 1. Doctores illius non sunt nutuales, nec temporales, Oliba *de jure Fisci cap.* 4. *num.* 47. ideoque aucta, & ampliata Relatoris authoritas sufficit illius firma in his declarationibus, & sententiis in causa commissa præcedente conclusione in Regia Audientia, ita Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *numero* 39.

139 Nec obstat secundum de creatione curatorum ad lites, nam diversam habet rationem, quia provisio curatoris ad lites non fit cum conclusione; Imò solus Relator, qui recepit informationem ex commissione sibi facta, potest facere provisionem, prout facit, quòd nominatus in curatorem est idoneus, & quòd portetur processus Cancellario, aut Regenti Cancellariam pro hujusmodi assignatione facienda, ita Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *nu.* 39. ubi dicit hanc viam posteriorem esse breviorem, & magis expeditam.

140 Si Judices Ecclesiastici recusantes contentionem firmare, aut aliàs Regiam jurisdictionem turbantes non habent temporalitates, proceditur in Cathalonia ad eos banniendos, & à Provincia expellendos ut dixi *nu.* 105. & in secundis litteris fit communicatio bannimenti à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, Peguera *decis.* 92. *numer.* 22. *versic. Et posito, & in pract. crim. cap.* 24. *fol. mihi* 489. Mattheu *de Regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. *sect.* 4. *num.* 118. *& sect.* 5. *num.* 210. Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *num.* 38. & tradidi *decis.* 13. *num.* 64. In tertiis autem litteris fit citatio & termini assignatio ad comparendum in Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnam banni ipsis impositam, Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *nu.* 38. & alii *suprà citati num.* 127. His tertiis litteris præsentatis, & termino citationis elapso, offertur quarta supplicatio, & viso processu per Relatorem, vel per Regentem Cancellariam, fit declaratio banni, secuta conclusione in Regia Audientia, cum motivis quia turbat Regiam jurisdictionem, & procedit in casu ad suam jurisdictionem non pertinente, & quia monitus per Regias litteras, nec revocavit procedimenta, nec contentionem firmavit, observatum in Regia Audientia in facto juris firmæ contra Antonium Vila Canonicum Vicen. 19. *Martii* 1599. *ut infrà decis.* 29. *num.* 14. & in Regio Concilio in facto juris firmæ contra Antonium Joannem Garcia Canonicum Barcinonæ 19. *Junii* 1635. *ut infrà decis.* 29. *nu.* 7. *&* 78. per hæc verba: *Pronunciat, & declarat dictum N. Judicem Ecclesiasticum, ut perturbatorem Regiæ jurisdictionis in pœnam dicti bannimenti in & cum supra nominatis litteris sibi impositam incidisse, & propterea cum à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ banniendum fore, & esse, pro ut cum præsenti bannit, & pro bannito habendum, & publicandum fore, & esse, & pro tali tenendum & reputandum, donec aliter sit provisum, & Regiam jurisdictionem in præjudicio illi illato reintegraverit, & pro his fiat, & expediantur litteræ, provisiones, commissiones, & præconizationes opportunæ juxta Regiæ Curiæ stylum*, ita Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *nu.* 38. Peguera *decis.* 92. *nu.* 21. *versi. Tandem*, forma sententiæ bannimenti est eadem, quam in declaratione occupationis temporalitatum supra tradidi *nu.* 132. *&* 133. & extensè Peguera *in pract. crim. cap.* 24.

Sed sciant Judices, Relatores, & alii Regii Consiliarii, quòd pro facienda declaratione occupationis temporalitatum, seu bannimenti contra Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas, nullum possunt exigere, nec recipere salarium, *const.* 1. *in fine de contin. jurisd.* & apud Regentem Vico *ad prag. Reg. Sard. libr.* 2. *tit.* 51. *nu.* 37. *in fine*, Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 173. *in fine*, vide infrà *decis.* 29. *nu.* 97. Nec mirum, cùm hæc extrajudicialiter, & per modum naturalis defensionis peragantur, *ut infrà decis.* 29. *a nu.* 100. 141

Sciant etiam, quòd ad procedendum ad faciendam declarationem occupationis temporalitatum, & bannimenti contra Judices Ecclesiasticos, litteræ monitoriæ, & exhortatoriæ personaliter ipsis Judicibus Ecclesiasticis injungendæ, notificandæ & intimandæ sunt, alioquin declaratio incursus nullius momenti est, ut probat & observatum refert sapientissimus Doctor Mattheu *de Reg. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *à nu.* 222. conducunt tradita *decis.* 27. *num.* 61. Adde tradita per Portoles, §. *firma, nu.* 207. Sesse *de inhib. cap.* 5. §. 9. *à num.* 92. Suelves *cons.* 81. *num.* 2. *lib.* 1. ubi cum Sesse *à nu.* 89. limitat quando Judices Ecclesiastici consultò se absentarent, seu latitarent, & personalem præsentationem impedirent. Vide quæ dicebam *decis.* 22. *num.* 53. & quamvis Suelves *dicto cons.* 81. *num.* 2. *lib.* 1. dicat, prædictas litteras originaliter præsentari debere, quod & probat Portoles §. *firma num.* 22. apud nos sufficit, quòd præsentatur copia cum ostensione originalium. 142

Facta jam declaratione occupationis temporalitatum seu bannimenti, ante omnia illa est notificanda Judici Ecclesiastico recusanti contentionem firmare, ut notant Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *nu.* 40. Peguera *decis.* 92. *nu.* 22. *versi. Atque ita*, ibi: *Quod post intimationem dictæ sententiæ, & in pract. crim. cap.* 24. *in fine, versic. Atque ita: ibi quod post intimationem dictæ sententiæ*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glo.* 13. *par.* 3. *sub num.* 18. non per intimam, sed per litteras à Regia Cancellaria emanatas, Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *propè finem, versic. Supradicta, fol. mihi* 496. quas latè ponit Peguera *dicta pract. crim. cap.* 24. *fol.* 496. *in fine*, & sunt formæ sequentis, 143

Philippus Dei Grati Rex Castellæ, 144
Arragonum, Comes Barcinonæ, &c.
Franciscus de Orosco, & Riber Marchio de Olias, Mortara, & Carreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis, Commendator Olivæ Ordinis Sancti Jacobi de Spata, de Concilio Supremo belli suæ Regiæ Majestatis, ejusque Locumtenens & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Dilecto Regio Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali pro Reverendo in Christo Patre, & dilecto Consiliario Regio Episcopo Barcinonæ, salutem, & dilectionem. In causa, seu quæstione firmæ juris quæ in Regia extitit Audientia sub examine Magnifici, & dilecti Consiliarii Regii N. utriusque juris, & dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, inter Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ, & Fisci Regii Procuratorem Patrimonialem ex una, & vos dictum Officialem, & Vicarium Generalem ex altera partibus, causis, & rationibus processu super his actitato contentis, per nos die 16. *Junii præsentis anni ad instantiam dicti Petri A. & Procuratoris Fiscalis Patrimonialis insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, fuit lata contra vos Regia sententia, seu declaratio, cujus dispositiva est tenoris sequentis.* (Inseratur hic dispositiva dictæ sententiæ, & publicatio illius, postea dicatur) *ea propter dictis Petro A. & Fisci Procuratore Patrimoniali instantibus, & nobis supplicantibus prædictam Regiam sententiam, & omnia, & singula in ea contenta tenore præsentium vobis intimamus, & notificamus ad effectum, ut de præmissis plenam, & perfectam notitiam habeatis, & omnia & singula in ea contenta adimpleatis. Dat. Barcinonæ die* 20. *Junii* 1636.

N. Regens.
V. N. Fisci Patrimonii Advocatus.
V. N.

145 Post intimatam, & notificatam dictam sententiam, seu declarationem occupationis temporalitatum, vel bannimenti, ut Judex Ecclesiasticus possit resipiscere, & ad se redire, & melius sentire: adhuc Locumtenens generalis, seu Gerens Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedens suo casu solet charitativè monere dictum Judicem Ecclesiasticum cum charta privata, & non expedita per Cancellariam, ut procedimenta revocet, seu contentionem firmet, Belluga *in Specu. Prin. rub.* 18. *nu.* 7. *vers. Maximè quia Princeps*, Marquiles *in usat alium namque, versic. Quæro etiam quod si Prælatus*, Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *nu.* 40. ubi addit hanc monitionem post declarationem factam necessariam non esse, nisi ad majorem contumaciam Judicis Ecclesiastici recusantis contentionem firmare, vel aliàs turbantis Regiam jurisdictionem.

146 Expedita charta privata charitativè per Locumtenentem generalem, vel Gerentem Vices Gubernatoris suo casu, si sententia fuerit bannimenti, mittendum est ad Judicem Ecclesiasticum condemnatum quoddam monitorium, quo ei præcipiatur, quòd intra dies sex pro executione, & effectuatione dictæ Regiæ sententiæ exeat à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ cum insertione omnium causarum, rationum, & motivorum, in quibus dicta Regia sententia se fundat, ut tradita ex deliberatione trium Aularum Peguera *decis.* 92. *nu.* 22. *versic. Atque ita, & in pract. crim. cap.* 24. *in fine, vers. atque ita, fol. mihi* 497. Fontanella *de pact. nup. to.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *sub num.* 18. quod quidem monitorium faciendum est in forma sequenti.

147 *Philippus Dei Gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinonæ, Rossellionis, & Ceritaniæ, &c.*

Franciscus de Orosco, & Ribera Marchio de Olias, Mortara, & Sarreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis, Commendator Olivæ Ordinis Sancti Jacobi de Spata, de Concilio Supremo belli suæ Regiæ Majestatis, ejusque Locumtenens, & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Dilecto Regio Doctori Francisco C. Officiali, & Vicario generali pro Reverendo in Christo Patre, & dilecto Consiliario Regio Episcopo Barcinonæ, Salutem & dilectionem. Lata jam per nos sententia bannimenti à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ contra vos: oportet nobis, quod pro tuitione, & defensione Regiæ jurisdictionis, & præeminentiæ, ac regaliarum deveniamus ad illius executionem nobis instatam, & petitam à Petro A. Notario publico Civi Barcinonæ, & Procuratore Regii Fisci Patrimonialis attenta potissimùm notoria contumacia vestra in revocando, cassando, & annullando omnia, & singula procedimenta facta contra dictum Petrum A. personam merè laicam, & de foro, & jurisdictione Domini Regis, illius temporalem jurisdictionem usurpando, ac etiam in firmando contentionem, dictum subditum nostrum indebitè molestando: unde pro reparatione tanti, & tam notorii gravaminis Regiæ jurisdictioni, præeminentiæ, & authoritati per vos illati, deveniendum à nobis est cum maximi animi nostri displicentia ad dictum bannimentum, tamquam remedium Domino Regi de jure licitum, & permissum, ac à suis Prædecessoribus contra turbantes suam jurisdictionem in casu tam claro, & notorio secundùm Apostolicam, & Regiam concordiam assuetum, attentis potissimùm causis, & rationibus in dicta nostra sententia contentis, in cujus confirmationem mittimus cum præsentibus nostris litteris monitoriis justificationes motivorum, ex quibus ad dictam declarationem bannimenti deveniendum fore, & esse, prætensum, & instatum fuit per dictum Petrum A. & Regium Fisci Procuratorem Patrimonialem cum allegationibus coram nobis factis: ex quibus omnibus notum, & clarum vobis extitit, quantum præjudicium fuit illatum in vestra Curia Ecclesiastica Regiæ jurisdictioni Domini Regis, & illius præeminentiæ, jura, & leges violando, ac Apostolicam, & Regiam concordiam transgrediendo, pacem, & quietem, ac tranquillum statum subditorum & vassallorum nostrorum perturbando. Quapropter ex parte suæ Regiæ Majestatis, & authoritate nostri officii, qua in hac parte fungimur, vos tenore præsentium ultimo monemus, quatenus pro prædictæ nostræ Regiæ sententiæ executione intra dies sex à die notificationis præsentium computandos exeatis à Cathaloniæ Principatu, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, nisi cassationem, annullationem, & revocationem faciatis de omnibus, & singulis procedimentis factis in dicta Curia transmittendo nobis fidem, & certificatoriam de cancellatione juxta contenta in nostris litteris requisitoriis repetitoriis, sive exhortatoriis, atque iterum vos rogamus, & hortamur, ut contentionem prædictam firmetis, aliàs procedi mandabimus ad executionem dictæ sententiæ pro remediis quæ nobis permittuntur, imputando omnia, & singula damna, & scandala, quæ ex eo suscitari possunt notoriæ contumaciæ vestræ in non exeundo à dicto Principatu, & Comitatibus in dicto termino assignato, aut revocando dicta procedimenta per vos facta seu contentionem firmando, & ita protestamur. Dat. Barcinonæ die vigesima Junii 1656.

N. Regens.
V. N. F. Advocatus. *V. N.*

Elapsis dictis sex diebus in dicto monitorio præfixis, 348
si videatur Judicem Ecclesiasticum illud contemnere, ac omnia huc usque circa prædicta facta, perseverare, & perseverare velle in sua contumacia, & perfidia in non revocando, cassando, & annullando dicta procedimenta aut contentionem firmando, ac etiam hoc modo jurisdictionem Regiam perturbando: tunc ad eumdem Judicem Ecclesiasticum mittendus est aliquis ex Regiis Officialibus, qui petita priùs assistentia Judicis ordinarii Ecclesiastici, sive obtenta, sive non obtenta illum decenter, & cum urbanitate capiat, & captum pro executione dictæ Regiæ sententiæ à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ extrahat, ut tradit ex deliberatione trium Aularum Peguera *decis.* 92. *num.* 22. *versic. Atque ita*, ibi: *Et si elapsis, & in pract. crim. cap.* 24. *in fine versic. Atque ita, ibi. & si elapsis*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glo.* 13. *par.* 3. *sub n.* 18. Sed notat Oliba, quòd litteræ executoriales expediuntur directæ alicui Officiali cum litteris subsidiariis ad Officiales Ecclesiasticos juxta stylum ordinarium, *de jure Fisci, cap.* 11. *num.* 40. quæ quidem litteræ executioriales bannimenti sunt tenoris sequentis.

Philippus Dei Gratia Rex Castellæ, Aragonum, Co- 149
mes Barcinonæ, Rossellionis, & Ceritaniæ, &c.

Franciscus de Orosco, & Ribera Marchio de Olias, Mortara, & Carreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis, Commendator Olivæ ordinis Sancti Jacobi de Spata, de Concilio Supremo belli suæ Regiæ Majestatis, ejusque Locumtenens, Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Dilecto N. Regio Alguizirio salutem, & dilectionem. In causa, seu quæstione firmæ juris quæ in Regia extitit Audientia sub examine Nobilis, & dilecti Consiliarii Regii N. Utriusque Juris, & dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, inter Petrum A. Notarium publicum Civem Barcinonæ, & Regii Fisci Procuratorem Patrimonialem ex una, & Doctorem Franciscum C. Officialem, & Vicarium generalem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ, partibus ex altera, causis, & rationibus in processu super his actitato largè contentis, per nos die 16. *Junii præsentis anni ad instantiam dictorum Petri A. & Regii Fisci Procuratoris Patrimonialis fuit contra dictum Officialem, & Vicarium generalem lata Regia sententia, seu declaratio bannimenti à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Postquam sententiam nostris cum litteris dictum Officialem, & Vicarium generalem Barcinonæ quæsivimus, & monuimus, ut revocaret, cassaret, & annullaret procedimenta in sua Curia facta contra dictum Petrum A. in præjudicium, turbationem, & usurpationem Regiæ jurisdictionis, præeminentiæ, & Regaliarum*

Domi-

Domini Regis, & de annullatione fidem faceret, aut contentionem firmaret, prout in dictis nostris litteris, Dat. Barcinonæ 20. Junii currentis anni, ad quas nos referimus, continetur. Quæ quidem dictus Officialis, & Vicarius generalis dicta procedimenta minimè revocare curavit, nec contentionem firmavit. Ideo attenta contumacia illius & pro reparatione tanti, & tam notorii gravaminis Regiæ jurisdictioni, præeminentiæ, & authoritati illati, instantibus dictis Petro A. & Regii Fisci Procuratore Patrimoniali, vobis dicimus, & mandamus, consulto, & de certa scientia sub incursu Regiæ indignationis, & iræ, pœnaque quinque mille florenorum Aragonum, quatenus visis præsentibus, nec sine mora transmittatis vos ad domum dicti Officialis, & Vicarii generalis, & procuretis amicabiliter, quatenus revocet dicta procedimenta aut contentionem firmet, & casu quo perseveraret, & perseverare vellet in sua contumacia, & perfidia, notificabitis illi sumptus, & expensas vestras, & aliorum Officialium, deinde accedatis ad domum Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ, & ab eo petatis assistentiam ad extrahendum dictum Officialem, & Vicarium generalem à Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, & illa petita, sive obtenta, sive non obtenta, publicare faciatis per loca solita Civitatis Barcinonæ præconizationes dicti bannimenti, & postea iterum accedatis ad domum dicti Officialis, & Vicarii generalis, illique notificabitis illius publicationem, & quod exeat à dictis Principatu, & Comitatibus, debetisque actuare per vestrum Notarium omnia & singula procedimenta per vos facta, & facienda in forma authentica: Et si dictus Officialis, & Vicarius generalis intra dies sex non exierit à dictis Principatu, & Comitatibus, illis elapsis, perseverando in sua contumacia, illum decenter, & cum urbanitate possibili in aliquo curru capiatis, & captum pro executione dictæ Regiæ sententiæ à Principatu, Cathaloniæ & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ extrahatis, & ad hunc effectum mandamus Gerentibus Vices generalium Gubernatorum, Cathaloniæ, & Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, Vicariis, Subvicariis, Bajulis, Subbajulis, & aliis quibuscumque Officialibus tàm Regiis, quàm Baronalibus, quatenus vobis assistent, & præstent auxilium, & favorem usque ad prædictorum debitam executionem. Dat. Barcinonæ 27. Junii 1656.

N. Regens.

V. N. F. P. Advocatus. *V. N.*

150 Ante totalem executionem sententiæ banni fieri debent præconizationes, & bannimenti publicationes, ut notavi in litteris *num. præcedenti* relatis, & tradit Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *num.* 40. quæ quidem præconicationes fiunt in forma sequenti.

Lo Rey de Castella, Arago, Compte de Barcellona, de Rossello, y Cerdaña.

151 Ara hojats tot hom generalment, que us netifiquen, manen, y fan à saber de part del Excellentissim Señor Don Francisco de Orosco, y Ribera, Marques de Olias, Mortara, y Carreal, Gentilhom de la Camara de su Magestad Comanador de Oliva del Orden de Sant Jaume, del Consell de Guerra de su Majestat, y son Lloctinent, y Capita general en lo Principat de Cathaluña, Comptats de Rossello, y Cerdaña, que per quant ab sententia proferida en la Real Audientia à relatio del Magnifich Doctor N. en 16. de Juny del corrent any fie estat declarat haverse de desterrar, y bandajar del present Principat de Cathaluña, y Comptats de Rossello, y Cerdaña, lo Doctor Francisch C. Official, y Vicari general del Reverent en Christo Pare Bisbe de Barcellona per les cau es, y rahons ea dita sententia contengudes a les quals se fa relatio. Y perque bonament no ha volgut effectuar lo tenor de la dita sententia per he que apres de la notificatio de aquella, se li sie altra vagada amonestat, y exortat ab un monitori que se li à presentat. Por tant ab tenor de la present publica crida, bandeja, y per bandejat vol haver, y tenir lo dit Doctor Francesch C. Official, y Vicari general de Barcellona de tots los dits Principat de Cathaluña, y Comptats de Rossello, y Cerdaña, ordenant, y manant à totes, y qualsevol persones de qual se vol estament, grad, ò condicion sien, que aquell tinguen per bandejat dels dits Principat, y Comptats, y que nol acullen, nil sostenten, ni li donen consell, favor, auxili, y ayuda, manifesta, ni amagadament; è si lo contrari serà fet, serà procehit contra dells, y llurs bens segons que per les constitutions de Cathaluña y usatges de Barcellona està disposat y altrament serà trobat fahedor. Y per que les dites coses sien à tot hom manifestes y ningu puga dells allegar ignorancia, mane su Excellentia la present publica crida esser feta y publicada per los Ilochs acostumat de la present Ciutat de Barcellona, y de altres Ciutats, Viles, y Llochs dels dits Principat, y Comptats ahont menester sic. Dat. en Barcellone 27. de Juny 1656.

Lo Marques de Olias,
y Mortara.

V. N. Regens.
V. N. F. P. Advocatus. V. N.

Relatio Curritoris, su Procenetæ.

A 27. Juny 1656. fone publicada la present crida per tots los Ilochs acostumats de la present Ciutat de Barcellona ab veu de dues trompetes permi Pere N. Corredor, y Trompeta de sa Majestat.

Unum tradunt Doctores nostri in materia banni- 152
menti, quòd in Cathalonia bannitus non potest impunè offendi, sed tantùm capi, & duci ad Judicem, Calicius *in Margarita Fisci dub. 7. rubr. de pœna diffidationis n. 5. vers. Et quia*, Oliba *de jure Fisci c. 12. n. 10.* Cancer. *part. 2. var. 3. var. c. 10. n. 48.*

Sed omittamus modò, ea quæ dixi à *num.* 146. usque 153
ad præsentem numerum, quæ continent praxim sententiæ bannimenti, & redeamus ad praxim occupationis temporalitatum, ac ponamus, quòd sententia lata contra Judicem Ecclesiasticum non sit bannimenti, sed occupationis temporalitatum; nam tunc expedita similiter charta privata per Locumtenentem generalem, & suo casu per Gerentem Vices generalis gubernatoris procedentem Viceregia, (& si non invenerim Doctorem in his terminis) quòd mittatur monitorium ad Judicem Ecclesiasticum condemnatum eadem forma, & cum eisdem motivis, quo mittitur in casu sententiæ bannimenti, & hoc quia eadem militat ratio in utroque casu, ad majorem contumaciam ipsius Judicis Ecclesiastici, formam monitorii sententiæ bannimenti *tradidi n.* 147. Solùm adverto, quòd cùm monitorium pro sententia bannimenti sit, ut pro illius executione exeat intra dies sex à Principatu Cathaloniæ; & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, monitorium sententiæ occupationis temporalitatum fiat, ut pro illius executione obediat intra dies sex procedimenta revocando, aut contentionem firmando.

Expedito monitorio, & elapsis dictis sex diebus, ut dixi *num.* 148. expediuntur litteræ executoriales super apprehensione temporalitatum, quas tradit Ferrer. *part. 3. observ. capit. 271. incipien. & propterea, vers. Maria*, ad quem se refert Regens Vico *ad pragm. Regim. Sardin. l. 2. tit. 51. num. 21. in margine* & sunt tenoris sequentis.

Philippus Dei Gratia Rex Castellæ Aragonum, Comes Barcinonæ, Rossellionis, & Ceritaniæ, &c.

Franciscus de Orosco, & Ribera Marchio de Olias. Mortara, & Carreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis, Commendator Olivæ Ordinis Sancti Jacobi de Spata, de Concilio Supremo belli suæ Regiæ Majestatis ejusque Locumtenens & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Dilecto Nobili Consiliario Regio Michaeli Calba, & de Valgornera, Militi Ordinis Sancti Jacobi de Spata, Regenti Regiam Thesaurariam salutem, & dilectionem. Pridem nostris cum litteris primis, secundis, & tertiis Reverendum in Christo Patrem Episcopum Barcinonæ, & Doctorem Franciscum C. ejus Officialem, & Vicarium generalem quæsivimus & monuimus, ut cassarent, revocarent, & annullarent procedimenta per ipsum, Vicarium generalem, & Officialem, seu de ejus mandato in sua Curia facta contra Petrum A. Notarium publicum Barcinonæ in præjudicium, turbationem, & usurpationem jurisdictionis, præeminentiæ, & Regaliarum Domini Regis, aut contentionem firma-

firmarent, aliàs si prædicta facere recusarent, comparerent in Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnam occupationis temporalitatum, prout in dictis nostris litteris, ad quas nos referimus, latius continetur. Quæ quidem dictus Reverendus Episcopus Barcinonæ, & dictus ejus Officialis, & Vicarius generalis prædicta procedimenta minimè revocare curaverunt, nec contentionem firmaverunt, ob quod prævia nostræ Regiæ Audientiæ deliberatione, & conclusione, conclusum & deliberatum extitit, die 16. Junii 1656. ad relationem Magnifici, & dilecti Consiliarii Regii N. Juris utriusque & dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, dictum, Reverendum Episcopum Barcinonæ, & ejus Officialem, & Vicarium generalem sic procedendo notoriè, & indubitanter læsisse, præjudicasse, usurpasse, & perturbasse jurisdictionem, præeminentiam, & regalias dicti Domini Regis, & consequenter pro tuitione, & defensione dictarum jurisdictionis, præeminentiæ, & regaliarum, & reparatione tanti, & tam notorii gravaminis fuisse, & esse locum occupationi temporalitatum dicti Reverendi Episcopi, & suæ mensæ Episcopalis, instante ideo dicto Petro A. & Fisci Regii Procuratore Patrimoniali vobis dicimus, & mandamus consultò, & de certa scientia sub incursu Regiæ indignationis, & iræ, pœnaque quinque mille florenorum, quatenus visis præsentibus, nec sine mora procedatis ad occupationem, seu apprehensionem temporalitatum Dignitatis, seu Mensæ dicti Reverendi Episcopi Barcinonæ ipsasque occupatas detineatis ad manus Regias, donec aliud à nobis habueritis in mandatis, Bajulos etiam, & alios Officiales in Villis, seu locis dicti Reverendi Episcopi Barcinonæ jurisdictionem exercentes revocando, & removendo, & alios de novo creando, constituendo, & ponendo, qui nomine dicti Domini Regis, & nostro dictam jurisdictionem regant, & exerceant in dictis Villis, seu locis, & alia faciant, quæ ad ipsius jurisdictionis exercitium pertineant quomodolibet & expectent, & cavete faciendi contrarium, si gratiam Regiam cupitis promereri, & prædictam pœnam capitis non subire, Dat. Barcinonæ 27. Junii 1656. N. Regens.

V. N. F. P. Advocatus. *V. N.*

156 Facta apprehensione temporalitatum, incontinenti fiunt præconizationes super dicta apprehensione, quas tradit Michael Ferrer. *part. 3. observ. cap. 271. incipien. & propterea in fine*, quæ sunt tenoris sequentis.

157 *Ara hotats tot hom generalment queus notifiquen, manin, y fan à saber del part del Excellentissim Senor Don Francisco de Orosco, y Ribera Marques de Olias, Mortaria, y Sarreal, Gentilhom, de la Camara de su Majestat, Comanador de Oliva del Orde de Sant Jaume, del Consell de Guerra de su Majestat, y son Llochtinent, y Capita general en lo Principat de Cathaluna, y Comptats de Rossello, y Cerdana. Que comper lo Reverent in Christo Pare Bisbe de Barcellona, y lo Doctor Francesch C. son Official, y Vicari general sien estats fets alguns procehiments contra Pere A. Notari publih Ciutada de la mateixa Ciutat, molt prejudicals à la jurisdictio del Senor Rey, è turbatius è usurpatius à les preheminenties, è Regalies sues, los quals jat sia request, è amonestat litteratoriament per tres vegades que dins certs dies los revocas ò firmas contentio segons la concordia de la Senora Reyna Dona Eleonor, y Cardenal de Comenja, lo dit empero Reverent Bisbe à rocusa, è recuse revocar aquells, ò firmar la dita contentio, è sie deliberat è declarat ab sententia dada en la Real Audientia en 16. de Juny 1656. à relatio del Magnifich Doctor N. que dit Reverent Bisbe de Barcellona ab los dits procehiments notoria, è indubitadament haver lesa præjudicada, è usurpada la dita Real jurisdictio, è turbades, è prejudicades les preheminenties è Regalies de dit Senor Rey, è per conseguent esser lloch à occupatio, è apprehensio de les temporalitats del dit reverent Bisbe, è de la sua Mensa Episcopal per defensio, è mantenimer de les dites Regalies, è de dita jurisdictio reals è reparacio dels greuges, lo dit Excellentissim Senor occupe è aprehen à mans è poder del dit Senor Rey les dites temporalitats del dit Reverent Bisbe, è de la sua Mensa Episcopal. E perque de les dites coses sie notoriè alguna puga allegar ignorantia ab la present publica crida se notifica à tot hom gener. Dat en Barcellon. als 27. de Jun. 1656.*

Lo Marques de Olias,
y Mortara,

V. N. Regens.

V. N. F. P. Advocatus. *V. N.*

Relatio curritoris continuanda est ut suprà *numero centesimo quinquagesimo primo.*

In Regno Sardiniæ expeditis tertiis litteris exhor- 158
tatoriis *ut dixi decisione decima tertia, num. sexagesimo octavo*, offertur quarta supplicatio pro declaratione occupationis temporalitatum, & bannimenti, *forma relata hac decisione, num.* 129. & per judicem, seu relatorem causæ insequendo conclusionem in Regio Consilio factam junctis Aulis providetur locum fuisse, & esse declarationi dictarum pœnarum Judici Ecclesiastico comminatarum, & quod ad hunc effectum faciendi dictam declarationem, portetur processus Nobili, seu Magnifico Regenti Regiam Cancellariam, *forma tradita hac decisione numero centesimo trigesimo secundo.* Postmodum Regens Regiam Cancellariam facit declarationem occupationis temporalitatum, & bannimenti, & illa scribitur per ipsum Regentem, & per omnes Doctores utriusque Aulæ, & Fisci Advocatum, *forma adducta hac decisione numero centesimo trigesimo tertio*, deinde fit intima litteratoriè Judici Ecclesiastico *modo relato num. centesimo quadragesimo quarto*, posteà expeditur monitorium quod intra dies octo exeat à toto Regno, *forma tradita num. centesimo quadragesimo septimo*, rursus expediuntur litteræ executoriales non forma tradita in Cathalonia *numero centesimo quadragesimo nono, & centesimo quinquagesimo quinto*, sed alia diversa, lingua tamen vulgari Cathalana.

Eodem tempore quo in Regno Sardiniæ fit executio 159
dictæ sententiæ occupationis temporalitatum, & bannimenti, publicatur præconium bannimenti *forma relata hac decisione num.* 151. præconium autem occupationis temporalitatum si Episcopus, seu mensa Episcopalis habeat jurisdictiones, debet etiam publicari, *forma tradita num.* 157. ita inveni, & legi in eo Regno observatum de anno 1640. contra Episcopum Algueren. ac etiam vidi observatum de anno 1651. contra Don Vincentium Claveria Episcopum Algueren. existente Locumtenente generali Eminentissimo Domino Theodoro Cardinali Principe Trivulcio ex deliberatione duarum Aularum Regiæ Audientiæ. Et legi observatum contra Doctorem Cabisudo Priorem de Bonarcado in Regia epistola, Dat. Matriti 29. Augusti 1614. quæ est in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ folio *centesimo trigesimo primo.*

De Regno Aragonum si scire volueris telam proces- 160
sus circa occupationem temporalitatum, vide Ferrer. *in sua methodo de occupatione temporalitatum folio* 371. ad quos se refert Portoles §. *apprehensio, n.* 41. & collige ex Suelves *cons.* 48. & 81. *libr.* 1. Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *per totum*, qui *num.* 12. citat processus quibus continetur modus, quo sententia occupationis temporalitatum concipi debet, & *num.* 29. refert formam sententiæ occupationis temporalitatum.

De Regno Valentiæ vide tria exemplaria occupatio- 161
num temporalitatum, quæ refert Mattheu *de regim. Regn. Valent. tom. 2. c. 7. §. num.* 212.

Si autem volueris telam processus in Cathalonia oc- 162
cupationis temporalitatum, quando Judex Ecclesiasticus non vult obedire sententiæ Arbitrorum, vel suo casu Cancellarii, vide Ferrer. *part. 3. observ. c.* 271. *incipien. cum anno*, Peguera *in pract. crim. c.* 26. *vers. Quare cum seq. fol. mihi* 527. & ea quæ tradidi *dec.* 12. *n.* 64. 65. & 66. & *dec.* 26. *num.* 9. quibus in locis plures alios cumulavi Doctores.

Sed cum varietas casuum occurentium variam for- 163
mam declarationis exposcat, ut dicit Oliba *de jure fisci c.* 11. *num.* 38. *in fine*, non omnia per extensum tradere possum, solùm adverto lectori, quòd in substantialibus una est forma, quæ servatur tàm in uno, quàm in alio casu, & cum eisdem motivis: solùm verò potest diversificari in assignatione terminorum, vide Ferrer. *part. 3. observ. cap.* 271. *incipien. cum anno, juncta alio cap.* 271.

cap. 271. *incipien. & propterea, juncto alio cap.* 271. *incipien. cum super, vers. Et quia*, Peguer. *in pract. crim. cap.* 24. *vers. Quare*, ubi videbit lector diversitatem in terminis assignandis.

164 Si Judex Ecclesiasticus in Cathalonia non habet temporalitates, proceditur ad eum banniendum, ut dixi *num.* 105. & etiam quando habet temporalitates, facta earum occupatione crescente illius contumacia, & perfidia durante, ut tradidi *num.* 120. & si non sufficit occupatio temporalitatum, & bannimentum ad urgendum Judicem Ecclesiasticum ordinarium ad contentionem firmandam, seu ad obediendum sententiæ Cancellarii, vel Arbitrorum, potest uti Dominus Rex acrioribus remediis, ut tradit Oliba *de jure fisci cap.* 12. *num.* 7. *in fine*, & *num.* 8. & dixi *num.* 113. & 120. quæ autem sint ista remedia tradidi *à numer.* 114. *ad* 119.

165 Ad ista verò acriora remedia, nec in Cathalonia, nec in Regnis Valentiæ, & Sardiniæ inveni deventum; sed solùm in Regno Aragonum ad captionem personæ ipsius Judicis Ecclesiastici in casibus relatis per Portoles, §. *appellitus manifestationis à num.* 4. & dixi *num.* 104. *in fine*. Et si sciam in Cathalonia plures factas declarationes occupationis temporalitatum, & bannimenti contra Judices Ecclesiasticos recusantes contentionem firmare, aut obedire sententiis Arbitrorum, vel Cancellarii, ut in casibus relatis per Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 271. *el* 1. *incipien. cum anno*, & *c.* 271. *el* 1. *incipien. & propterea*, & *c.* 271. *el* 3. *incipien. cum super*, Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *num.* 37. *in fine*, & *num.* 38. Fontanella *decis.* 314. *num.* 1. *part.* 2. & apud Doctores citatos *num.* 16. & 105. & in aliis exemplaribus traditis *num.* 137. *in fine*, sed & si declarationes occupationis temporalitatum aliquando ad executionem deductæ fuerunt, Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 271. *el* 2. *incipien. & propterea*, ad executionem autem sententiæ bannimenti numquam deventum fuit, quia Judices Ecclesiastici ante sententiæ executionem, aut revocarunt procedimenta, aut fecerunt ea, quæ per Curiam sæcularem injungebantur, ut testatur Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *versic. Fateor, fol. mihi* 497. & *decis.* 92. *numer.* 22. *versic. Fateor*, Ripoll. *de regal. c.* 12. *num.* 16. Fontan. *tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *sub num.* 18.

166 In Regno Sardiniæ bis de nostris temporibus declaratæ fuerunt sententiæ occupationis temporalitatum, & bannimenti, (nam in eo Regno simul ad has pœnas proceditur.) Prima de anno 1640. contra Episcopum Algueren. quæ fuit ad executionem deducta. Secunda de anno 1651. contra Don Vincentium Claveria Episcopum Algueren. quæ executioni demandata non fuit, quia Episcopus cancellavit procedimenta, & misit Eminentissimo Cardinali Proregi fidem, & certificatoriam cancellationis. *Vide tradita decis.* 13. *num.* 68. & *hac decisione num.* 107. & 158.

167 In Regno Valentiæ plures fuerunt declaratæ sententiæ occupationis temporalitatum contra Judices Ecclesiasticos, ac aliquoties ad executionem deductæ fuerunt, & aliquoties non, ut tradit Doctor Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 212.

168 In Regno Aragonum multoties declaratæ fuerunt sententiæ occupationis temporalitatum contra Judices Ecclesiasticos, & aliquoties executæ, ut tradunt Doctores citati *num.* 17. De sententia bannimenti vide Ramirez *de lege Regia* §. 27. *num. duodecimo*, & suprà *num.* 104.

169 Quæro 7. An à declaratione occupationis temporalitatum, & bannimenti liceat supplicare dicam *decis. seq. à num.* 98.

170 Quæro 8. Quamdiù duret occupatio temporalitatum, & bannimenti; Respondeo quòd donec Judices Ecclesiastici resipuerint, & Regiis mandatis obtemperaverint, Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 203. & *cap.* 10. §. 1. *num.* 49. Ramirez *de lege Regia*, §. 27. *numer.* 12. & 23. Cutellus *de immun. Eccles. libr.* 2. *quæst.* 55. *num.* 21. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *sub num.* 139. Mattheu *de Regim. Regn. Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 195. *in fine*, Fontanella *decis.* 323. *num.* 5. *part.* 2. quia cùm istæ pœnæ sint effectus contumaciæ, Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 222. cessante contumacia cessat sententia, & pœna propter eam lata, & omnes ejus effectus resolvuntur, ut probat Ramirez *de lege Regia* §. 27. *n.* 13. Tondut. *de præven. judic. libr.* 2. *cap.* 40. *num.* 22. vel etiam durat, donec ambæ Curiæ per justitiam, vel amicabiliter se concordaverint, Molinos *in prax. jud. Regn. Aragon. tit. processo super occupatione temporalitatum*, *fol.* 371.

Sed quando dicantur Judices Ecclesiastici resipiscere, & Regiis mandatis obtemperare? Respondeo quòd si comminantur temporalitates, vel jam sunt occupatæ, ex quo Judices Ecclesiastici recusant contentionem firmare, vel obedire sententiæ Cancellarii, aut aliàs turbant Regiam jurisdictionem, dicuntur tunc resipiscere, & Regiis mandatis obtemperare, si revocant procedimenta per ipsos facta, vel aliàs contentionem firmant, & ita vidi semper observatum, & practicatum, & notant Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 271. *el* 3. *incipien. cum super, vers. Dicto, vers. post*, & *vers. Et eo*, Peguera *in pract. crim. c.* 24. *vers. Fateor, fol. mihi* 497. & *cap.* 26. *vers. In vim, fol. mihi* 530. & *dec.* 92. *n.* 22. *vers. Fateor*, Ramirez *de lege Regia*, §. 27. *n.* 12. & 15. Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 3. *num.* 203. & *cap.* 10. §. 1. *n.* 49. Dexart. *in cap.* 8. *num.* 5. *in fine de Episcopo*, & *Clericis*, Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 195. *in fine*. 171

Revocatio autem procedimentorum aliquando fit verbo per Judices Ecclesiasticos comparendo in Regia Audientia, si in illa comparere teneantur, de qua revocatione fit publicum instrumentum per Regium Scribam mandati, ut in casu relato per Ferrer. *part.* 3. *observat. cap.* 271. *el* 3. *incipien. cum super, versic. Dicto die*, Peguera *in pract. crim. cap.* 26. *versic. In vim, fol. mihi* 530. in casu Pauli Auguera, Bajuli, & Franciscí Auguera, sub Bajuli infrà referendo *dec.* 38. *post n.* 52. facta provisione, quòd Frater Angelus Philibet, Conservator Religionis Sancti Joannis non processerat in suo casu, ipse Frater Philibet, die sequenti instrumento recepto penes Hieronymum Badia Notarium illius causæ attenta dicta provisione revocavit omnia procedimenta per eum facta, & ad cautelam, & quatenus opus esset absolutionem concessit dictis Paulo & Francisco Auguera. 172

Aliquando Procuratores Judicum Ecclesiasticorum comparent in Regia Audientia, & faciunt fidem, exhibentque certificatoriam revocationis procedimentorum, ut casu relato per Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *n.* 27. & in casu Vicarii Montisalbi *supra relato n.* 77. & in relatis per Dexart. *in cap.* 8. *num.* 5. *in fine de Episcop. & Clericis*, Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 195. *in fine*. 173

Aliquando Judices Ecclesiastici per litteras à suis Curiis expeditas faciunt fidem revocationis procedimentorum, ut in casu relato per Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 272. *el* 3. *incipien. cum super, versic. Postmodum*, & in relatis per Fontanell. *decis.* 314. *num.* 1. *part.* 2. Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *num.* 11. Pegueram *in pract. crim. capit.* 26. *versic. In vim, fol.* 570. & in casu Archiepiscopi Tarraconæ, relato *decis.* 27. *num.* 109. *versic. Similiter*. 174

Et aliquando mittitur per Judices Ecclesiasticos Proregi, & Locumtenenti generali certificatoria, seu fides revocationis, ut casu relato *num.* 107. *in fine*, 167. 175

Sed hæc revocatio procedimentorum simpliciter fieri debet per Judices Ecclesiasticos absque protestationibus salutaribus, Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *num.* 11. ubi refert, quòd cum Ecclesiasticus suis litteris fecisset revocationem procedimentorum cum protestatione, quòd illam faciebat compulsus per Justitiam Aragonum, & per violentiam metu occupationis temporalitatum, fuit illi dictum non obedisse, & teneri ad obediendum: & sic quòd postea dictus Ecclesiasticus revocavit omnia simpliciter sine dictis protestationibus, quod refert, etsi dubitet Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *num.* 10. idem evenit in causa Archiepiscopi Tarraconæ *relata decis.* 9. *num.* 2. *in fine*, & *dec.* 27. *num.* 109. *vers. Similiter*, qui revocationem procedimentorum de quibus agebatur, in suis litteris fecit cum protestatione, quòd illam faciebat metu occupationis 176

tempo- 177

temporalitatum; sed fuit illi dictum per Regium criminale Cathaloniæ Concilium non obedisse, & sic postea revocavit simpliciter omnia dicta procedimenta, salvis juribus mensæ Archiepiscopalis, suis litteris. Dat. Tarraconæ 7. Martii 1660.

178 Præter purgationem contumaciæ, & obedientiam mandatorum Regiorum, Judices Ecclesiastici tenentur solvere expensas ratione suæ turbationis factas, Sesse *de inhib. c.* 8. §. 3. *n.* 203. *& cap.* 10. §. 1. *num.* 28. *&* 49. Ramirez *de lege Regia*, §. 27. *num.* 13. *in summario*, conducunt tradita *dec. seq. num.* 107. *in fine*.

179 Postquam autem Judices Ecclesiastici integrè satisfecerint, scilicet gesta revocaverint, aut aliàs contentionem firmaverint, seu obedierint sententiæ Cancellarii, vel his similia, & expensas solverint, tollitur occupatio temporalitatum, & bona occupata illis restituuntur, Sesse *de inhibitione*, *cap. decimo*, §. 1. *num. quadragesimo nono*.

180 Forma verò litterarum super restitutione dictarum temporalitatum traditur à Ferrer. *part.* 3. *observ. c.* 271. *el* 2. *incipien. & propterea*, *in fine* remissivè Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *num.* 12. & est in Cathalonia tenoris sequentis.

181 *Philippus Dei Gratia Rex Castellæ, Aragonum, Comes Barcinonæ, Rossellionis, & Ceritaniæ, &c.*

Franciscus de Orosco, & Ribera Marchio de Olias, Mortara & Sarreal, Cubicularius suæ Regiæ Majestatis, Commendator Olivæ Ordinis Sancti Jacobi de Spata, de Concilio Supremo belli suæ Regiæ Majestatis, ejusque Locumtenens, & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Dilectis, & fidelibus nostris N. N. & N. salutem & dilectionem. Quia Reverendus in Christo Pater Episcopus Barcinonæ procedimenta, & omnia alia gesta per ipsum, Doctorem Franciscum C. ejus C. ejus Officialem, & Vicarium generalem contra Petrum A. Notarium publicum Civem Barcinonæ in præjudicium, occupationem, læsionem, usurpationem, & turbationem jurisdictionis, præeminentiarum, & Regaliarum Regiarum revocavit, cassavitt & annullavit præsenti serie vobis, & cuilibet vestrum dicimus, & mandamus de certa scientia, & expresè pro quanto gratiam Regiam cupitis promereri, pœnamque mille florenorum cupitis non subire: quatenus Visis præsentibus, & non sine mora occupationem temporalitatum d. Rever. Episcopi, seu ejus mensæ Episcopalis ad quam prævia de causa de nostro mandato per vos seu aliquem vestrum processum extitit, nec non mandata, præconizationes dictæ occupationis mutationes Bajulorum, & aliorum Officialium, Villarum, & locorum dicti Reverendi Episcopi, seu ejus mensæ & aliæ quæcumque procedimenta prætextu dictæ occupationis temporalitatum per vos vel aliquem vestrum facta revocetis, & ad pristinum statum reducatis, pro ut nos harum serie revocamus, & ad pristinum statum reducimus; & nihilominus dicimus & mandamus Bajulis, probis hominibus, & singularibus Universitatum quarumcumque, locorum dicti Reverendi Episcopi Barcinonæ, ejusque Mensæ Episcopalis, quatenus dicto Reverendo Episcopo seu ejus Officialibus pareant, & obediant, ac respondeant de omnibus quibus parere, obedire atque respondere tenebantur ante prædictam occupationem. Dat. Barcinonæ die 9. Decembris 1656.

N. Regens. V. N. F. P. Advocatus. *V. N.*

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter Judices Delegatos Apostolicos, & Judices sæculares, & de praxi procedendi cum illis.

SUMMARIUM.

Competentia jurisdictionis qualiter sit de jure communi decidenda inter Judices delegatos Apostolicos, & Judices sæculares.

1 *Controversia antiqua refertur, quæ erat in Cathalonia in decisione contentionis super jurisdictione inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares.*

2 *Contentio super jurisdictione inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares in Cathalonia declarabatur antiquitùs per solum Dominum Regem.*

3 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum qua de causa fuit facta in Cathalonia.*

4 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum tantùm comprehendit in Cathal. Judices Ecclesiasticos ordinarios, non autem Judices Eccles. delegat. n.* 4. *Nisi sint Decani, & Vicarii foranei, n.* 5.

6 *Dominus Rex etiam hodie procedit in Cathalonia contra Judices Ecclesiasticos delegatos procedentes contra laicos, & eorum bona per citationem ad banchum Regium, n.* 6. *Exemplaria referuntur, n.* 7. *Etiam contra ordinarios procedentes ut delegatos num.* 8.

9 *Contentio juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ & Cardinalis Convenarum secundùm aliquos practicatur in Cathalonia cum collectoribus, & Subcollectoribus, Cameræ Apostolicæ.*

Sed contrarium est verius, 10. 13. & 14.

10 *Camera Apostolica de consuetudine Hispaniæ succedit in spoliis Archiepiscoporum, & Episcoporum etiam titularium.*

11 *Cameræ Apostolicæ spectant in Episcopatibus Hispaniæ fructus Mensæ Episcopalis Sede Vacante usque ad provisionem novi Episcopi.*

12 *Camera Apostolica mortuo Episcopo est suffecta loco, & vice successoris.*

15 *Contentio super jurisdictione inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares declarabatur antiquitùs in Regno Sardiniæ per solum Dominum Regem.*

16 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum qua de causa communicata fuit Regno Sardiniæ.*

17 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum tantùm comprehendit in Regno Sardiniæ Judices Ecclesiasticos ordinarios, non autem Judices Ecclesiasticos delegatos, n.* 17. *&* 18. *Nisi sint delegati ad universitatem causarum, num.* 19.

20 *Contentio juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum firmatur in Regno Sardiniæ cum Judice appellationum, sententiarum quæ proferuntur in Curiis Ecclesiasticorum ordinariorum.*

21 *Dominus Rex in Regno Sardiniæ etiam hodie procedit contra Judices Ecclesiasticos delegatos per citationem ad banchum Regium.*

22 *Contentio super jurisdictione inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares declarabatur antiquitùs in Regno Valentiæ per solum Dominum Regem.*

23 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum qua de causa fuit communicata Regno Valentiæ.*

24 *Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum tantùm comprehendit in Regno Valentiæ Judices Ecclesiasticos ordinarios, non autem Judices Ecclesiasticos delegatos, & numer.* 25.

26 *Dominus Rex in Regno Valentiæ etiam hodie procedit contra Judices Ecclesiasticos delegatos per citationem ad banchum Regium.*

27 *Contentio super jurisdictione inter Judices Ecclesiasticos & sæculares declarabatur antiquitùs in Regno Aragonum simul per Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem.*

28 *Fori competentiarum in Regno Aragonum quare conditi fuerunt.*

29 *Fori competentiarum in Regno Aragonum comprehendunt Judices Ecclesiasticos tam Ordinarios, quàm delegatos & sic cum istis firmatur in eo Regno competentia foralis.*

30 *Praxis Cathaloniæ, Valentiæ, & Sardiniæ procedendi contra Judices Ecclesiasticos delegatos opprimentes laicos, & eorum bona per citationem ad ban-*

ad banchum Regium, viget in multis aliis Regnis.

31 *Doctores hanc praxim impugnantes referuntur.*

32 *Doctores hanc praxim defendentes referuntur à num. 32. ad 36.*

37 *Praxis procedendi in Cathalonia, Valentia, & Sardinia contra Judices Ecclesiasticos delegatos opprimentes laicos per citationem ad banchum refertur, num. 37. & forma primæ supplicationis, n. 38. forma provisionis judicis, num. 39. & forma litterarum quæ vigore hujus provisionis expediuntur num. 40. de Regno Castellæ, ibidem.*

41 *Provisio Judicis contra Judicem Ecclesiasticum delegatum aliquando fit absque clausula, aut compareat in Regia Audientia banchum Regium informaturus.*

42 *Litteræ primæ, quæ Judici Ecclesiastico delegato mittuntur ad informandum banchum Regium non debent esse præceptivæ, sed monitoriæ.*

43 *Litteræ primæ, quæ Judici Ecclesiastico delegato mittuntur in Regno Valentiæ, expediri debent absque pœnali comminatione, idem in Regno Sardiniæ, quid in Cathalonia, ibidem.*

44 *Supplicatio quæ offertur, ut Judex Ecclesiasticus delegatus veniat informaturus banchum Regium, offerri potest, nedum per solam partem privatam, sed etiam per solum Fisci Procuratorem.*

45 *Praxis procedendi contra Judices Ecclesiasticos delegatos servanda est, nedum quando ab eis pulsantur vassalli Regii, sed etiam quando pulsantur vassalli Baronis.*

46 *Praxis secundæ supplicationis ad procedendum contra Judices Ecclesiasticos delegatos per citationem ad banchum Regium, num. 46. Forma secundarum litterarum, num. 47.*

48 *Litteræ secundæ contra Judices Ecclesiasticos delegatos ut veniant informaturi banchum Regium expediendæ sunt cum eadem urbanitate sicut primæ.*

49 *Litteræ secundæ fiunt contra Judices Ecclesiasticos delegatos cum comminatione bannimenti, si ipsi non habeant temporalitates in Regno.*

50 *Praxis tertiæ supplicationis ad procedendum contra Judices Ecclesiasticos delegatos per citationem ad banchum Regium, num. 50. Forma tertiarum litterarum, remissivè, num. 51.*

52 *Praxis quartæ supplicationis ad procedendum contra Judices Ecclesiasticos delegatos per citationem ad banchum Regium, & forma illius.*

53 *Occupationis temporalitatum, & bannimenti declaratio potest duobus modis practicari, vide ibidem, & de praxi Castellæ, & aliorum Regnorum.*

54 *Occupationis temporalitatum, & bannimenti declaratio est notificanda Judici Ecclesiastico delegato, non per intimam, sed per Regias litteras à Cancellaria expeditas.*

55 *Locumtenens generalis facta declaratione occupationis temporalitatum, & bannimenti, & illa Judici Ecclesiastico delegato notificata, solet cum charta privata illum monere, ut revocet procedimenta, aut compareat banchum Regium informaturus.*

56 *Monitorium est mittendum Judici Ecclesiastico delegato ante executionem declarationis occupationis temporalitatum, & bannimenti.*

57 *Litteræ executoriales expediuntur pro executione declarationis occupationis temporalitatum, seu bannimenti.*

58 *Præconizationes fieri debent ante executionem sententiæ bannimenti, ac etiam fieri debent in continenti facta apprehensione occupationis temporalitatum.*

59 *Judex Ecclesiasticus delegatus si pro executione sententiæ bannimenti extrahatur à Regno, si postea ad illud redierit, quid faciendum sit.*

60 *Declaratio occupationis, temporalitatum, & bannimenti contra Judicem Ecclesiasticum delegatum solùm habet locum ipso reluctante revocare procedimenta, vel comparere ad informandum banchum Regium.*

61 *Judex Ecclesiasticus delegatus si revocat procedimenta contra laicum facta, cessat cognitio per viam violentiæ.*

62 *Litteræ monitoriæ quæ à Curia sæculari expediuntur contra Judices Ecclesiasticos delegatos, alternativè concipiuntur, ut revocent procedimenta, vel veniant ad informandum banchum Regium.*

63 *Judex Ecclesiasticus delegatus si comparet ad informandum banchum Regium, & procedit in suo casu, Regia Audientia illum in pace dimittit, num. 63. & aliquando cum condemnatione expensarum partis querelantis, 64. & formæ declarationis referuntur, num. 66.*

66 *Judex Ecclesiasticus delegatus si comparet ad informandum banchum Regium, & non procedit in suo casu, declaratur per Regiam Audientiam firmæ juris factæ in Curia sæculari locum fuisse, & esse, num. 66. & formæ declarationis referuntur, num. 67. qua facta declaratione tenetur Judex Ecclesiasticus delegatus revocare procedimenta contra laicum facta, alioquin proceditur contra illum ad occupationem temporalitatum, num. 68.*

69 *Dominus Rex solus, & ejus Locumtenens generalis potest citare Judices Ecclesiasticos delegatos ad informandum banchum Regium, n. 69. & ratio traditur, num. 70.*

71 *Gerens Vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ non potest Judices Ecclesiasticos delegatos citare ad informandum banchum Regium, nisi procedat Viceregia.*

72 *Gerens Vices generalis Gubernatoris Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, potest citare Judices Ecclesiasticos delegatos ad informandum banchum Regium, absentibus Domino Rege, & ejus Locumtenente generali à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ.*

73 *Bajulus generalis Cathaloniæ, & Regius Procurator Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ potest in patrimonialibus citare Judices Ecclesiasticos delegatos bancho Regio Bajuliæ generalis, absentibus à Provincia Domino Rege, & ejus Locumtenente generali; secus illis præsentibus.*

74 *Vicarii Regii non possunt citare Judices Ecclesiasticos delegatos ad informandum banchum Regium, fallit ut num. 75.*

76 *Judex Ecclesiasticus delegatus quando citatur ad informandum banchum Regium, debet comparere personaliter eum informaturus, secus in Regno Castellæ, n. 77. quod procedit in Cathalonia etiam si Judex Ecclesiasticus delegatus sit senex, n. 78. Limita si Judex Ecclesiasticus delegatus sit infirmus, n. 79. & 80. sublimita si infirmitas sit gravis, secus si levis, n. 81.*

82 *Infirmitas gravis, vel levis quæ dicatur, arbitrio Judicis relinquitur.*

83 *Infirmitas gravis, vel levis judicatur judicio, & consilio Medicorum, dummodo Medici sint duo, nisi in Civitate non reperiatur nisi unus, n. 84. & dummodo de fide Medicorum constet per publicum instrumentum, num. 85.*

86 *Judex Ecclesiasticus delegatus potest comparere in Regia Audientia ad nformandum banchum Regium unà cum Assessore, vel Advocato in causa instructo.*

87 *Judex Ecclesiasticus delegatus veniens informaturus banchum Regium sedere debet in loco honorifico, & qualis iste sit in Cathalonia, ibidem, & num. 88. 89. & n. 90. Et qualis sit in Regno Valentiæ, num. 91.*

92 *Judex Ecclesiasticus delegatus veniens informaturus banchum Regium debet processum suum relinquere in Regia Audientia, & an debeat relinquere originale processus, vel copiam illius, ibidem.*

93 *Judici*

93 *Judici Ecclesiastico delegato informante banchum Regium, an secuta declaratione, sit illi processus restituendus.*

94 *Judicem Ecclesiasticum delegatum informantem banchum Regium procedere in suo casu, vel non Regia Audientia declarare debet intra quindecim dies, fallit si terminus sit prorogatus, numer. 95. Et qualis possit esse hæc prorogatio, & de forma supplicationis, n. 96.*

97 *Salarium exigi non potest à Regia Audientia pro declaratione causæ, an Judex Ecclesiasticus delegatus procedat in suo casu, vel non.*

98 *Supplicatio, vel recursus non admittitur à declaratione Regiæ Audientiæ, si Judex Ecclesiasticus delegatus procedit in suo casu, vel non, & num. 99. & 100.*

100 *Dominus Rex seu ejus Regia Audientia, quando Judex Ecclesiasticus delegatus venit informaturus banchum Regium, nullum jurisdictionis actum exercet, n. 100. neque judicialiter, sed solum extrajudicialiter se intromittit, n. 101.*

102 *Citationem judicialem non continent litteræ monitoriæ quæ expediuntur per Regiam Audientiam, ut Judex Ecclesiasticus delegatus veniat, banchum Regium informaturus.*

103 *Dominus Rex, seu ejus Regia Audientia, quando Judex Ecclesiasticus delegatus venit informaturus banchum Regium, an possit eum in expensis condemnare, distinguuntur tres casus, & numer. 104. 105. 106. & 107.*

108 *Occupatio temporalitatum contra Judicem Ecclesiasticum delegatum in quibus bonis fieri debet.*

109 *Judex Ecclesiasticus si aliquam regaliam ladit, vel jura Regii Patronatus frangere intendit, si est delegatus citatur ad informandum banchum Regium, num. 109. & si est ordinarius, cum eo firmatur contentio juxta concordiam, n. 110.*

111 *Judices Ecclesiastici tam ordinarii, quàm delegati si vim inferunt tam laicis, quàm Clericis, ad tollendas violentias, Dominus Rex, seu Regia Audientia se intromittere potest, num. 111. & in quibus casibus, remissivè, num. 112.*

113 *Judex Ecclesiasticus si non defert appellationi sui subditi, se intromittit Dominus Rex.*

114 *Princeps antequam procedat ad præstandum auxilium defensionis oppresso, debet ei constare de oppressione.*

115 *Violentia est causa, quæ devolvit potestatem extrajudicialem Principi, ut eam tollat.*

116 *Princeps ut possit procedere ad tollendam violentiam, quia Judex Ecclesiasticus non vult admittere appellationem ad superiorem interpositam, debet constare de appellatione, & quòd sit in casu, quo appellatio locum habet, n. 116. quo ad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, n. 117. Secus si appellatio solùm locum habeat quoad effectum devolutivum, num. 118.*

119 *Princeps sæcularis adiri potest ad tollendam violentiam Judicum Ecclesiasticorum, quando illorum superior non adesset, vel si adesset, nollet reprimere violentiam, num. 119. Sed communis praxis tale non admittit, num. 120.*

121 *Nuntii Apostolici præsentia in villa Matriti non impedit, quominus Dominus Rex possit oppressis per Judices Ecclesiasticos succurrere.*

122 *Judex Ecclesiasticus vim inferens si est delegatus, citatur ad banchum Reginæ, & si est ordinarius, cum eo firmatur contentio juxta concordiam.*

123 *Clericus oppressus per Judicem Ecclesiasticum si adit Principem sæcularem pro vi auferenda, non potest eum adire judicialiter, neque de jure coram eo firmare, num. 124. & praxis procedendi in isto casu traditur, num. 124.*

125 *Causæ visitationis, & correctionis Religiosorum, & Monialium non possunt trahi ad Senatum pro tollendis violentiis, n. 125. nisi Visitator modum visitationis, & correctionis excedat, numer. 126. & vide num. 127.*

DECISIO XXIX.

DE jure communi qualiter decidenda sit competentia jurisdictionis inter Judices Apostolicos delegatos, & Judices sæculares, notat Fermosin. *in cap. fin. quæst. 4. §. 7. n. 2. de libel. Oblat.*

Antiquitùs verò in Cathalonia magna erat contro- 1
versia inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares circa terminandas, & decidendas competentias, & contentiones tàm super jurisdictione, quàm super immunitate Ecclesiæ: nam prætendebat Curia Ecclesiastica ad eam tamquam magis dignam declarationem spectare; è contra existimabat Curia sæcularis Domini Regis sibi soli pertinere dictas contentiones, & competentias dirimere, ut dixi *dec. 3. n. 1. & 18.*

At in Cathalonia Judex Ecclesiasticus non cogno- 2
scebat, an sua esset jurisdictio, sed cognitio erat solius Domini Regis, qui contra Judices Ecclesiasticos tàm ordinarios, quàm delegatos procedebat per occupationem temporalitatum citando illos ad informandum banchum Regium, ut tradidi *dec. 3. n. 2.*

Sed quia hæc praxis dura multum videbatur Judici- 3
bus Ecclesiasticis, quòd Dominus Rex ita contra eos procederet, ventum fuit ad ipsorum postulationem ad quamdam concordiam, quæ firmata fuit per Dominam Reginam Eleonoram, & Bertrandum Cardinalem Convenarum ut probavi *dec. 4. num. 1.* quam retuli *dicta dec. 4. per totam.*

Verùm cùm hæc concordia Dominæ Reginæ Eleo- 4
noræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum tantùm comprehendat Judices Ecclesiasticos ordinarios, ut probavi *decis. 8. num. 1. 2. & 3.* non Judices Ecclesiasticos delegatos, ut tradunt Ferrer. *part. 3. observ. cap. 172. in princ. versic. In judicibus verò delegatis, & in vers. & redeundo, & cap. 273.* Oliba *de jure fisci c. 11. numer. 21. & cap. 12. numer. 5. & 26.* Peguera *in pract. crim. cap. 24. & decis. 92.* Ripoll. *var. cap. 2. num. 44. & de regal. cap. 11. num. 16. & à num. 61. & c. 12. numer. 91. & 92.* Cancer. *par. 3. var. c. 10. num. 45. & 52.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 13. part. 3. numer. 8. & decis. 323. num. 7. part. 2.* Xammar. *defin. 100. num. 7. part. 2.* Nisi sint Decani, & Vicarii fora- 5
nei, licèt sint delegati, sunt ad universitatem causarum, & æquiparantur ordinariis, ut dixi *decis. 8. à num. 18. ad 27.*

Inde fit, quòd cùm Judicibus Ecclesiasticis delega- 6
tis non firmatur in Cathalonia contentio in vim concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Bertrandi Cardinalis Convenarum, sed practicatur eadem forma antiqua, quæ contra omnes Judices Ecclesiasticos ante dictam concordiam observabatur. Atque ita Dominus Rex quoad Judices Ecclesiasticos delegatos remansit in eadem potestate, jure, & exercitio? quibus erat ante dictam concordiam, & continuando suam pristinam formam in defendenda sua universali jurisdictione à Judicibus Ecclesiasticis delegatis à tanto tempore, cujus initii memoria non extat. Quando Judices Ecclesiastici delegati procedunt pro factis profanis contra personas & bona laicorum vim inferentes sæcularibus, & Regiæ jurisdictioni submissis, scribitur eis litteratoriè, quòd procedimenta per eos contra sæculares, & eorum bona in præjudicium Regiæ jurisdictionis facta revocent, & annullent, aut quòd compareant in Regia Audientia banchum Regium informaturi, ut probatur *ex pragm. præterea vestra clementia 5. de content. jurisdict.* & dixit Regium Cathaloniæ Concilium in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo Quinto, Data Barcinonæ 12. Februarii 1551. his verbis: *Cognoscit Vestra Majestas de processibus delegatorum Apostolorum factis contra laicum, & in casu quo prætenditur impediri, seu turbari Regia jurisdictio, jubentur venire ad banchum Regium, & informare de causis suorum procedimentorum, & revocant illa, si Regio Concilio videatur,* Ferrer. *part. 3. observ. c. 172. 173. &* Oliba *de jure Fisci, c. 11. n. 21. n. 26. & cap. 15. n. 25.* Peguera *dec. 92. per totam, præcipuè n. 17. & in prax. crim. cap. 24. per totum, præcipuè n. 4. vers. Ex quibus* Ripoll. *de regal. c. 11. à n. 61. & cap. 12. n. 91. & 92. & var. c. 1. n. 44. 45. 46. & 62.* Cancer. *part. 3. var. c. 10. num. 45.*

Fonta-

Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *par.* 3. *num.* 8. *& dec.* 323. *num.* 7. *part.* 2.

Adde, adeò verum esse, quòd cum Judicibus Ecclesiasticis delegatis non firmetur in Cathalonia contentio juxta concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum; quòd si firmetur, declaratur per Cancellarium contentionem non procedere. Sic fuit decisum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Serra, Tercà, Sala, & Jofre 10. Decembris 1569. in favorem Jacobi Mestre agricolæ de les Olujes baxes, contra Petrum Michaelem de Agullò Domicellum Barcinonæ, domiciliatum, tamquam militem Sanctissimi Domini Nostri Papæ coram Episcopo Barcinonæ ut judice in vim privilegii dictæ militiæ per præfatum Sanctissimum D. N. Papam delegato, & assignato his verbis: firmæ juris coram dicto Episcopo Barcinonæ præfato Judice delegato per dictum Agullò facto, eo modo quo facta fuit, contentionem formari non potuisse inter dictam Curiam Ecclesiasticam ordinariam, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, atque ideo contentionem non procedere.

7 Ideòque sæpissimè videmus in Cathalonia sic practicatum exemplaria referunt Ferrer. *part.* 1. *observ. Guber. cap.* 80. *& part.* 3. *cap.* 451. Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *numer.* 34. Bosch. *dels titols de honor, libr.* 2. *cap.* 36. §. 12. *versic. Poden.* Peguera *decis.* 92. *& in pract. crim. cap.* 24. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *sub num.* 9. *&* 17. Ripoll. *var. cap. numer.* 56. *&* 62. Quibus adde, sic fuisse observatum in facto firmæ juris per Vincentium Ferrer, & Español quibusdam procedimentis factis per Priorem Onofrium de Oluja, ut Conservatorem Religionis Sancti Joannis Hierosolymitan. ad relationem Magnifici Hieronymi Torner 10. *Octobris* 1598. relato ad litteram *infra sub num.* 65. Et in facto juris firmæ per Fisci Procuratorem Capitaniæ generalis Cathaloniæ procedimentis factis per Geraldum Vasselles Canonicum Ecclesiæ Gerundæ ut Conservatorem Religionis Sancti Joannis contra Nicolaum Macayo Commissarium Capitaniæ generalis Villæ Palamosii ad relationem Magnifici N. Sescasses 11. Maji 1601. Et in facto firmæ juris per Gregorium Molina, & alios procedimentis factis per dictum Priorem Oluja, ut Conservatorem Monasterii, & Conventus Monialium de Junqueriis, ad relationem Magnifici Josephi Dalmau 11. *Septembris* 1603. relato *infrà numer.* 67. Et in facto firmæ juris per Nobilem Jacobum Maull, & Cervero Patiarium in ordine primum Civitatis Ilerdæ, & eo nomine Regentem officium Curiæ Vicarii dictæ Civitatis procedimentis factis per Nobilem Ludovicum Copons Decanum Gerundæ, ut Conservatorem Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. ad relationem Magnifici Antonii Vinyola 17. *Junii* 1631. *quod est in libro conclusionum criminalium.* Et in facto juris firmæ per Joannem Claris Bajulum Villæ Bergæ procedimentis factis per Antonium Joannem Ganera Canonicum Sedis Barcinonæ, ut Conservatorem Monasterii Sanctæ Magdalenæ Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ad relationem Magnifici Philippi Vinyes 23. *Novembris* 1633. *quod legitur in libro conclusionum civilium, fol.* 166. Et in facto juris firmæ per Balthazarem de Claramunt Procuratorem generalem Vicecomitatus Caprariæ, & de Basso procedimentis factis per Antonium Joannem Garcia Canonicum Ecclesiæ Barcinonæ, ut Conservatorem Hospitalis Sanctæ Crucis ejusdem Civitatis, ad relationem Magnifici Pauli Gujamet 18. *Junii* 1635. *quod est in libro conclusionum Regii Concilii in Villa Perpiniani factarum*, & pluribus aliis in hac decisione relatis.

8 Quæ nedum procedunt contra simpliciter delegatos Apostolicos, sed etiam contra ordinarios procedentes non ut ordinarios contra Vassallos Domini Regis, sed ut delegatos Apostolicos. Ut fuit observatum in facto firmæ juris per Joannem Gaunet, & alios litis consortes procedimentis factis per Officialem Curiæ Ecclesiasticæ Ilerdæ, uti Conservatorem Universitatis dictæ Civitatis, ad relationem Hieronymi Torner 14. Augusti 1598. Et in facto firmæ juris per Thomam Mariscot procedimentis per Guillermum Raymundum Mora Officialem Ilerden. ut Conservatorem dictæ Universitatis Ilerdæ, ad relationem Magnifici Antonii Oliba 18. Augusti 1598. relato ad litteram infrà *n.* 65. Et 13. Aprilis 1658. ad relationem Magnifici Raphaelis Vilosa fuit citatus Doctor Josephus Arnès Vicarius generalis, & Officialis Tarraconæ, uti Commissarius, & executor Apostolicus ad comparendum in Regia Audientia banchum Regium informaturus, instantibus Hieronymo Feu, & Jacobo Quinti laicis, Scriba Bas. Et in facto juris firmæ per Nobilem Mariam de Rajadell, & Peguera & Josephum de Rajadell, & Cruilles conjuges, ac Fisci Procuratorem Patrimonialem procedimentis factis per Doctorem Petrum Martirem Febrer Officialem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ, uti executorem, & Delegatum Apostolicum ad relationem Magnifici Josephi Rull Regiæ Audientiæ Doctoris 4. Junii 1661. Scriba Francisco Ribes, vide in libro conclusionum, *& in aliis pluribus.*

Ex quibus non assentior traditis per Olibam *de jure* 9
Fisci cap. 11. *num.* 38. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 55. Xammar. *defin.* 100. *n.* 10. *part.* 2. docentes, contentionem esse firmandam, procedendumque via contentionis juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum cum Collectoribus, & Subcollectoribus Cameræ Apostolicæ, ea moti ratione, quia ipsi succedunt in vices Episcopi quoad temporalitates Mensæ Episcopalis.

Quia, & si Camera Apostolica de generali consue- 10
tudine Hispaniæ succedat non solùm in spoliis Archiepiscoporum, & Episcoporum, latè Sesse *de inhib. cap.* 10. §. *à num.* 32. tam regularium, quàm sæcularium, Azeved. *de præc. Epis. dig. part.* 1. *c.* 14. *n.* 11. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 5. *n.* 10. *&* 11. ac etiam titularium, Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 114. *à num.* 29. Azeved. & Pareja *ubi proximè, ille num.* 12. *iste n.* 19. Sed etiam ipsi spectent in Episcopatibus His- 11
paniæ fructus Mensæ Episcopalis Sede vacante usque ad provisionem novi Episcopi, Barbosa *de jure Eccl. univer. libr.* 1. *c.* 8. *n.* 88. *in fine*, Garcia *de benef. part.* 3. *c.* 2. *n.* 91. ubi limitat in Regno Portugalliæ, & Episcopatu Pampilonen. Regni Navarræ, Duran. *dec.* 314. *n.* 1. *n.* qui *num.* 3. limitat in portionibus Canonicalis Mensæ unitis, Dexart. *in c.* 1. *n.* 1. *&* 2. *de Sacro Eccles.* ubi limitat in Regnis Sardiniæ, & Siciliæ, & pro Regno Sardiniæ refert Bullas Pontificias *à fol.* 328. *ad* 347. Regens Vico *libr.* 1. *tit.* 5. *c.* 2. Duran. *dec.* 331. *&* 355. & pro Regno Siciliæ citat Marium Mata *ad c. Regn. Siciliæ tom.* 5. *cap.* 478. *n.* 24. Cum mortuo Episcopo sit 12
suffecta loco, & vice successoris, Duran. *dec.* 514. *numer.* 5. Grilenzon. *cons.* 112. *num.* 1. cum relatis per Valenzuel. *cons.* 196. *n.* 45. *tom.* 2. tamen respectu horum fructuum dicitur Cameram Apostolicam succedere in Regnis Hispaniarum in vices Episcopi quoad temporalitates Mensæ Episcopalis, & in hoc convenio cum Oliba, Cancer, & Xammar *locis citatis*, Capitulum verò Sede vacante in jurisdictione ordinaria Episcopi, ut Oliba, Cancer notant. Nunc sic, si Capitulum Sede vacante succedit in jurisdictione ordinaria Episcopi, cùm illo est firmanda contentio, ut dixi *dec.* 8. *à n.* 27. non autem cum Collectoribus & Subcollectoribus Cameræ Apostolicæ, cùm ipsi solùm succedant in vices Episcopi quoad temporalitates: & respectu temporalitatum non procedunt ut Ecclesiastici, sed ut Barones, & cum illis juxta concordiam non firmatur contentio, ut retuli *decis. 9. à num.* 2.

Nec casus relatus per Olibam, & Cancer justificat 13
eorum opinionem; etenim Regia Curia occasione procedimentorum factorum per Subcollectores Cameræ Apostolicæ administrantes temporalitates Mensæ Episcopalis Barcinonæ Sede vacante per mortem bonæ memoriæ Joannis Dimæ de Loris Episcopi Barcinonæ, contra homines Villæfranchæ Peniten. & quosdam Regios Officiales processit ad declarationem occupationis temporalitatum: non ex eo, ut illi asserunt, quia recusaverunt firmare contentionem, sed quia citati non comparuerunt ad informandum banchum Regium. Clarum enim est istos Collectores, & Subcollectores Cameræ Apostolicæ esse delegatos, & ut tales tractari

in Ca-

in Cathalonia, quando enim ipsi opprimunt, & molestant laicos Vassallos Domini Regis, citantur ut delegati Apostolici ad informandum banchum Regium, ut in casu relato per Pegueram *dec. 92. in principio*, & fuit observatum in facto firmæ juris per Petrum Bolet, & Petrum Sauri Mercatores Barcinonæ procedimentis factis per Jacobum Oliveres Canonicum Barcinonæ, Subcollectorem Cameræ Apostolicæ, ad relationem Magnifici Augustini Gallart 18. *Aprilis* 1550.

14 Et quia vidi in his aliquando dubitatum ex Oliba, Cancer. & Xammar. *locis citatis num. 9.* ne amplius sit locus hæsitationi, inserere decrevi Regiam conclusionem ad relationem ejusdem Antonii Olibæ factam tenoris sequentis.

Die 19. Mensis Martii 1599. Præsidente Magnifico Regente Cancellariam, qui non votavit, quia non interfuit lecturæ, interfuerunt Magnifici Joannes Castello Fisci Advocatus, Antonius Oliba, Joannes Gallego, Hieronymus Astor, Josephus Benach, & Michael Salba & Vallseca.

In facto causæ quærelæ & juris firmæ factæ in Regia Audientia per Conjuges Angelets Cives Vici, & alios contra Antonium Vila Canonicum Ecclesiæ Vicen. & Subcollectorem Cameræ Apostolicæ, facta relatione per Antonium Oliba Regiæ Audientiæ Doctorem, & causæ relatorem.

Attento ex meritis processus constat Antonium Vila Canonicum Sedis Vicen. & Subcollectorem assertum Cameræ Apostolicæ fecisse plura procedimenta & declarationes censurarum Ecclesiasticarum contra conjuges Angelets, Annam Vila uxorem Antonii Benedicti Vila, Salvatorem Requeta, & Balthazarem Pla laicos dictæ Civitatis Vici prout in declarationibus per dictum Vila Subcollectorem factis, & publicationibus earum continetur, ad quas habetur relatio. Et constat prædictos Petrum Angelets, & Elenam ejus conjugem, Annam Vila, Salvatorem Roqueta; & Balthazarem Pla firmasse jus, & de jure in forma legitima in Regia Audientia dicto Vila Subcollectori dictæ Cameræ Apostolicæ, & ad eorum petitionem juris firmæ admissa, dictum Vila Subcollectorem fuisse sæpe litteratorie monitum, ut revocaret procedimenta per eum facta contra prædictos Angelets, & alios intra terminum in litteris contentum, aut compareret in Regia Audientia banchum Regium informaturus. Constat post plures monitiones dicto Vila insinuatas, & notificatas ad supplicationem per dictos Angelets & alios, & Fisci instantiam pro conservatione, & tuitione Regiæ jurisdictionis fuisse tamdem dictum Vila monitum, ut prædicta revocaret, aut compareret banchum Regium informaturus sub pœnis in dictis litteris contentis, & postremo fuisse citatum ad videndum declarari locum esse executioni dictarum pœnarum. Constat dictum Vila in contemptum Regiæ Audientiæ & regaliarum Regis, & Domini nostri, quas habet ratione suæ superioritatis, & Supremæ jurisdictionis in omnibus personis in suo Regno commorantibus, prædicta facere, & contumaciter recusasse, & jurisdictionem Regiam turbasse ac violasse. His & aliis meritis processus attentis, & alias, fuit concluſum, locum esse declarationi bannimenti, dicto Vila comminati, & aliis pœnis in dictis litteris contentis, & consequenter quòd banniatur à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, & quòd fiant pro prædictorum executione litteræ executoriales opportunæ, & subsidiariæ, & requisitoriæ juxta stylum, præconizationes, commissiones, & provisiones necessariæ.

15 Similiter antiquitùs in Regno Sardiniæ Dominus Rex cognoscebat, & declarabat, an sua esset jurisdictio, vocatis prius Judicibus Ecclesiasticis tam ordinariis, quàm delegatis citando eos ad informandum banchum Regium, ut tradidi *decision. 3. numer. 3.*

16 Sed cùm hæc praxis dura videretur Judicibus Ecclesiasticis, supplicationem Cæsareæ Majestatis Domini Imperatoris Caroli Quinti per Romanum Pontificem Julium Tertium fuit concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum communicata, & mandata observari in Regnis Sardiniæ, & Majoricarum ac in Insulis Minoricarum, & Ivicæ, ut dixi *decis. 5. num. 5.*

At cùm dicta concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum solùm comprehendat Judices Ecclesiasticos ordinarios, ut tradidi *decis. 8. num. 1.* non autem Judices Ecclesiasticos delegatos; 18 nam quoad istos remansit Dominus Rex in eadem potestate, qua erat ante dictam concordiam, citando illos, ad informandum banchum Regium, ut probavi *decis. 8. num. 3.* Nisi essent delegati ad universitatem 19 causarum, nam tunc cum illis firmatur contentio juxta concordiam, ut tradit Regens Vico *libr. 2. tit. 51. num. 45.* & disponit motus proprius Romani Pontificis Gregorii Decimitertii, quem ad litteram refert idem Regens Vico *libr. 2. tit. 51. numer. 46.* & suprà illum tradidi *decis. 7. numer. 96. & 97.* notat Sesse *decis. 113. numer. 33. versiculo & non solum libr. 2.* & ita sunt intelligendi idem Sesse *decis. 113. sub numer. 168.* Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. capit. 7. §. 1. sect. 5. num. 193.* Et sic firmanda est contentio juxta di- 20 ctam concordiam cum Judice appellationum sententiarum, quæ proferuntur in Curiis ordinariis ordinariorum Ecclesiasticorum Regni Sardiniæ, quia nominatur à Papa, & ad universitatem causarum datus censetur, ut fuit observatum in Regia Audientia Sardiniæ cum Doctore Francisco Gallus Canonico Calaritano, Judice appellationum dictarum causatum, instantibus Regio Fisco Patrimoniali, & Notabili Francisco Susso Civitatis Sassaris contra Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Turritanæ, 2. Decembris 1650. Mota fuit Regia Audientia ad firmandam contentionem juxta dictam concordiam cum dicto Judice causarum appellationum, ex Bulla Gregorii Decimitertii, *numero præcedenti relata*. De officii institutione Judicis appellationum dicti Regni Sardiniæ Bullas Apostolicas refert Dexart. *cap. 36. de salariis fol. mihi 862. cum sequentibus*.

Unde in Regno Sardiniæ Delegati qui non sunt ad 21 universitatem causarum, si perturbant Regiam jurisdictionem molestando vassallos Domini Regis litteratoriè exhortantur per Regiam Audientiam, quatenus procedimenta revocent, aut compareant banchum Regium informaturi, probat Regia epistola, Dat. 20. Decembris 1576. quam refert Dexart. *post c. 2. de operariis religionum fol. 732. vers. Tambien, ad medium*, Regens Vico *libr. 2. tit. 51. num. 45. & n. 46. vers. Dictum est, fol. 604.* idem Dexart. *in cap. 8. num. 4. de Episcop. & Clericis, fol. 391.* qui *num. 5. & 6.* duo exemplaria laudat, & legi ita observatum contra Doctorem Cabisudo Priorem de Bonarcado in littera Regia, Dat. 19. Augusti 1614. quæ est in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ *folio 131*.

Pariter in Regno Valentiæ Dominus Rex ex privi- 22 legio Pontificio immemoriali consuetudine probato cognoscebat, an sua esset jurisdictio citando Judices Ecclesiasticos ad banchum Regium, ut tradidi *decis. 3. num. 4.*

Sed cùm hæc praxis dura visa fuisset Judicibus Ec- 23 clesiasticis, fuit concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum Regno Valentiæ communicata, ut probavi *decis. 5. num. 10.*

At cùm dicta concordia Dominæ Eleonoræ & Ber- 24 trandi Cardinalis Convenarum solùm comprehendat Judices Ecclesiasticos ordinarios ut dixi *decis. 8. num. 1.* Non autem Judices Ecclesiasticos delegatos, ut retuli *decis. 8. num. 3.*

Inde fit, quòd in Regno Valentiæ, quando Judices 25 Ecclesiastici delegati opprimunt & molestant laicos vassallos Domini Regis hortantur litteratoriè, quatenus procedimenta per eos facta revocent, & in casu dubitationis accedant ad Regium Senatum, banchum Regium informaturi, Regens Leon *decis. 2. n. 14. & 35. libr. 1.* Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 1. num. 2. 18. & 19. sect. 5. num. 192. & 209.* etiamsi sint delegati ad universitatem causarum, aut Conservatores, ex Regio rescripto relato per Mattheu *de regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 1. numer. 19.* vel sint ordinarii, si tamen ut delegati procedant, ex eodem Regio rescripto relato per Mattheu

ubi

ubi proximè exemplaria laudat etiam Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *nu.* 195. In Regno Valentiæ cum super hoc esset firmata contentio, fuit declarata per Cancellarium Hieronymum Guardiola, Consultoribus Cisternes, Leo, & Blasco 28. Junii 1613. Judicem delegatum privilegiorum & indultorum Religionis de Alcantara teneri, & obligatum esse ad informandum Banchum Regium, prout per Regiam Audientiam provisum fuerat.

27 In Regno autem Aragonum ante foros competentiarum Dominus Rex, & ejus Officiales ex immemoriali consuetudine, & privilegio præsumpto, æqua lance simul cum Judice Ecclesiastico cognoscebant de competentia jurisdictionum, & si in unum conveniebant, illud executioni demandabant; si verò non conveniebant, unusquisque se competentem declarabat, & Judex Ecclesiasticus procedebat per censuras, Judex autem sæcularis per occupationem temporalitatum, ut dixi *decis.* 3. *num.* 5.

28 Sed cùm posteà ad tollendos hos conflictus fuissent editi fori competentiarum, ut tradidi *decisione* 5. *numero decimotertio*.

29 Fuit inde per magnos practicos dubitatum, an fori competentiarum Regni Aragonum comprehenderent Judices Ecclesiasticos, tàm ordinarios, quàm delegatos, & quamvis aliqui existimassent, quòd tantùm comprehendunt Judices Ecclesiasticos ordinarios, per plures rationes quas cumulat Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *à num.* 38. nihilominus tamen contrarium servatur, ut nedum comprehendant Judices Ecclesiasticos ordinarios, sed etiam delegatos, Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 25. & 26. Suelves *cons.* 85. *numer.* 5. *in fine lib.* 1. notat Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 2. *capit.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 192. *in fine*, idque ex generalitate fororum, & ex antiqua consuetudine potiùs interpretativa, quàm inductiva, idem Sesse, *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 44. & 45. & ita in eo Regno firmatur competentia foralis cum Conservatoribus, Suelves *consil.* 85. *num.* 5. *in fine*, *lib.* 1. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *à num.* 25. cum Collectoribus, & Subcollectoribus Cameræ Apostolicæ, Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *num.* 16. 27. & *à* 43. cum Commissariis Sanctæ Cruciatæ, ut in casu relato per Sesse *decis.* 425. *tom.* 4. & aliis quibuscumque delegatis, idem Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 1. *à num.* 39. & probavi *dec.* 8. *num.* 4.

30 Similis praxis Cathaloniæ, Valentiæ, & Sardiniæ procedendi cum Judicibus Ecclesiasticis delegatis opprimentibus, ac vim inferentibus laicis vassallis Domini Regis, ut procedimenta revocent seu veniant informaturi banchum Regium, viget in Regnis Castellæ, Galleciæ, Navarræ, Granatæ, Luzitaniæ, Neapolis, Franciæ, in Statu Mediolani, Ducatu Sabaudiæ, & aliis Provinciis, in quibus si Judices Ecclesiastici tàm ordinarii, quàm delegati gravant laicos super re profana, expediuntur litteræ Regiæ ad hoc, ut Judices Ecclesiastici non cognoscant de illis causis, & eas remittant ad Judices sæculares, vel mittant processum ad Curiam, ita Covar. *pract. cap.* 35. *numer.* 3. *vers. At si laicus*, Rodericus *de annu. reddit. libr.* 1. *quæst.* 71. *numer.* 70. & 71. Cevallos *de cognit. per viam violen. in prologo*, *num.* 60. & *gloss.* 15. *num.* 20. Bobad. *in polit. lib.* 1. *cap.* 28. *à num.* 139. Barbosa *in l. Titia*, *num.* 47. *in fine*, *vers. Poterit*, *ff. de solut. matri.* Salgado *de reg. protect. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 69. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 48. *vers. Secundo*, innumeros Vela *dissert.* 44. *numer.* 46. *vers. Ex quibus lib.* 2. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *num.* 8. *vers. Hanc praxim*, *cum seq.* & alii *infra à num.* 32. & 111.

31 Sed hanc praxim, & modum procedendi per Judices sæculares contra Judices Ecclesiasticos vim inferentes tàm laicis, quàm Clericis in quibuscumque negotiis tàm profanis, quàm Ecclesiasticis improbant, & impugnant variis juribus, rationibus, Doctorum authoritatibus, & decisionibus, respondendo argumentis contrariis Azor. *instit. moral. lib.* 1. *cap.* 12. Genuen. *in prax. Archiepis. Neapol. cap.* 16. Gratian. *discep. foren. cap.* 238. *à num.* 74. Farinac. *cons.* 68. *lib.* 1. & *dec.* 10. *in posth. tom.* 2. Saravia *de jurisdic. adjunct. quæst.* 30. *à num.* 37. *ad* 56. Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 12. *disp. unica*, Bonacina *de legib. disput.* 10. *quæst.* 2. *puncto* 1. §. 1. & *in expli. Bullæ Cœnæ tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 15. *puncto* 4. §. 4. Salgado *de reg. protec. part.* 1. *cap.* 1. *à numer.* 28. Barbosa *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ à num.* 8. *de const. & de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 79. *à num.* 4. & *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *à numer.* 185. Postius *de manuten. observ.* 6. *num.* 26. plures alios Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 13. & *part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 53. & *part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 13. & *in summa part.* 2. *verbo Princeps*, *numer.* 9. Thomas del Bene *de Parlamentis dub.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 2. 3. & 4. *à fol.* 31. & *dubit.* 27. *sect.* 11. *fol.* 327. & *de immunit. Eccles. tom.* 1. *c.* 1. *dubit.* 15. *sect.* 5. & 6. & *c.* 3. *dubit.* 8. *sect.* 4. & *c.* 5. *dubit.* 14. *sect.* 8. & *latissimè tom.* 2. *c.* 9. *dubit.* 6. *sect.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

Verùm in favorem hujus praxis, & modi procedendi, ac in ejus justificationem insurrexerunt plures Doctores qui illam probant ex jure Divino Naturali, Canonico, & Regio, ac ex publica omnium utilitate, & tolerantia Summi Pontificis, consuetudine immemoriali cum fama privilegii, authoritatibus Doctorum, decisionibus, exemplis, & rationibus, cum solutione argumentorum contrariorum ut Azevedo *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.* Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 3. *à num.* 25. & *tom.* 2. *decis. in epistola ad Dominum Regem à nu.* 96. & *decis.* 114. Peguera *in prac. crim. cap.* 24. *decis.* 92. *tom.* 1. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 14. Bobadilla *in polit. lib.* 1. *cap.* 18. *à numer.* 139. Carrasco *ad leg. recopil. cap.* 6. §. 4. *à num.* 19. Narbona *l.* 80. *gloss. unica*, *tit.* 5. *lib.* 2. *recopil. folio* 227. Saravia *de jurisdict. adjunct. quæst.* 30. *à num.* 1. *ad* 36. & *à numer.* 61. Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *à num.* 66. Regens Vico *ad prag. reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *à numer.* 25. *ad* 49. Cevallos *comm. contr. com. quæst.* 897. *à numer.* 102. & *in tractat. per viam violentiæ in proœm. capit.* 1. 49. & 10. & *gloss.* 5. & 6. Guttierez *lib.* 1. *pract. quæstion.* 20. *num.* 1. Osascus *decis.* 180. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *à nu.* 80. Pereira *de manu Regia libro* 1. *cap.* 1. 2. 3. & 4. Salgado *de Regia protect. part.* 1. & *prælud.* 1. 2. 3. 4. & 5. *ubi ex numer.* 122. *contrariis plenissimè satisfacit*, & *de supplicat. ad Sanctis. par.* 1. *cap.* 1. *à numer.* 102. Regens Leon *decis.* 2. Castillo *de tertiis tom.* 7. *cap.* 41. *à num.* 163. Torreblanca *de jure spiritu. lib.* 15. *cap.* 20. *à num.* 5. & *in tract. de magia lib.* 3. *cap.* 27. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. & *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 36. Cutellus *de immun. Eccl. lib.* 2. *quæst.* 14. Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 3. *à num.* 57. *ad* 113. Suelves *cons.* 31. *numer.* 1. & 2. *lib.* 1. Salzedo *de lege polit. lib.* 1. *cap.* 9. & §. 1. & *lib.* 2. *capit.* 4. *per totum*, innumeros alios referunt Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 7. *à num.* 1. Vela *dissert.* 44. *numer.* 46. *lib.* 2. Amaya *in l.* 2. *à num.* 32. *C. de jure Fisci lib.* 10. Fermosinus *in cap.* 2. *quæst.* 19. *per totam de judiciis*, plures Theologos, qui hanc praxim utilissimam dicunt, nec audent impugnare, referunt Diana, & Thomas del Bene *num. præcedenti citati*.

32

Nec desunt Doctores, qui dicunt Dominum nostrum Regem habere privilegium à Romano Pontifice concessum circa Tribunal, quod dicitur *de la fuerza*, ita Bañes 22. *quæst.* 67. *art.* 1. *dub.* 2. *concluss.* 1. Jul. Clarus §. *fin. quæst.* 36. *num.* 26. Menochius *de retinen. posse. remed.* 3. *num.* 357. Bellarminus *in tractatu de Summo Pontifice capite* 35. Suarez *de immunitate lib.* 4. *capite* 34. *num.* 43. Pesantius *de immunitate Ecclesiæ disputatione tertia*, *quæstione prima*, Joannes de la Cruz *parte prima*, *præcep.* 8. *quæst. art.* 1. *dubitatione prima concluss.* 3. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *numer.* 90. & quamvis Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.* 6. *à num.* 57. Bonacina *in Bulla Cœnæ tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 15. *punct.* 4. §. 1. *num.* 17. Diana *resol. moral. part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 64. & *in sum. part.* 2. *verbo Princeps num.* 9. Fermosin. *in cap.* 2. *quæst.* 24. *à num.* 1. *de judiciis*, & alii asserant Dominum nostrum Regem illud non habere, sed vim illam arcere ex jure regali, contra eos cum supradictis Doctoribus invenit Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 4. *num.* 1. *fol.* 39. & *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 6. *sect.* 6. *numer.* 2. 3. & 4.

33

34 Neque etiam desunt practici nostræ Coronæ, qui praxim procedendi per Judices sæculares contra Judices Ecclesiasticos delegatos opprimentes laicos vassallos Domini Regis justificant ex capite quarto nostræ concordiæ Dominæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, ut Regens Vico *ad pragmat. Regni Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *post num.* 46. *versic. Dictum est, in fine, fol.* 607. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 214.

35 Et quamvis noster Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *à num.* 8. *ad* 20. oppressus difficultate hujus quæstionis, & varietatis Doctorum, non sit ausus ulli earum acquiescere, sed dubio tentus indecisam quæstionem relinquat, ut refert Narbona *l.* 80. *gloss. unica, tit.* 5. *lib.* 2. *recop. fol.* 227. *versic. Tanta*, illum & alios reprehendit Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *num.* 93. *littera I.* & idem Fontanella *decis.* 316. *num.* 2. *&* 3. *part.* 2. hanc regaliam tradit, *& decis.* 317. *num.* 4. *&* 5. *part.* 2. illi videtur acquiescere existente aliqua justa causa, & non sub prætextu fictæ, & imaginariæ violentiæ, citat Sesse *in epistola ad Dominum Regem tom.* 2. *dec. à num.* 36. adde Suelves *consil.* 31. *num.* 2. *& consil.* 48. *num.* 2. *lib.* 1. Mattheu *de Regim. Regni Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *numer.* 82. 84. 85. 99. *&* 100. & alios citatos *numer.* 32.

36 Propterque idem Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *num.* 20. ad evitandas difficultates excogitavit remedium, ut salubri concordia statueretur modus procedendi cum Judicibus Ecclesiasticis delegatis per Arbitros per utrosque electos, & suo casu per Cancellarium, sicut proceditur cum Judicibus Ecclesiasticis ordinariis in vim concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, refert & sequitur Cevallos *com. con. com. tom.* 4. *in discursu politico ad Dominum Regem, nu.* 60. & quamvis illum reprehendat idem Cevallos *com. cont. com. tom.* 4. *qu.* 1. *numer.* 145. *& de cognit. per viam violent. gloss.* 6. *num.* 48. ei satisfacit idem Fontanella *dec.* 324. *à numer.* 24. *part.* 2. sequitur Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 96.

37 In Cathalonia autem, Valentia, & Sardinia ita observatur, ut dixi superiùs, cum Judicibus Ecclesiasticis delegatis, & practicatur hoc modo. Nam si aliquis laicus vocetur ad judicium per aliquem Judicem Ecclesiasticum delegatum, seu subdelegatum, talis laicus per se vel suum legitimum procuratorem comparere debet in Regia Audientia, & in ea offerre supplicationem, narrando factum cum exhibitione actorum, & procedimentorum Judicis Ecclesiastici delegati vim inferentis, & firmando jus, & de jure in & super bonis suis pro decem solidis cum legitimo augmento in forma solita dicto Judici Ecclesiastico delegato, & parti instanti si adest: petere debet firmam juris admitti, & dicto Judici Ecclesiastico delegato scribi, quatenus intra dies decem (in Cathalonia, & Sardinia, nam in Valentia arbitrarius terminus assignatur) casset, revocet, annullet, & à regestris suæ Curiæ deleat omnia procedimenta contra ipsum facta, & de cassatione, annullatione, revocatione, & delineatione fidem faciat, aut intra eosdem decem dies compareat personaliter in Regia Audientia banchum Regium informaturus, & aliàs ad allegandum, aut deducendum causas si quas habet, cur ad prædictam revocationem minimè teneatur, & quòd præsens causa eo prætextu, quia agitur de occupatione, & violatione Regiæ jurisdictionis ad Regiam Audientiam evocetur, & quòd alicui ex Nobilibus, seu Magnificis Regiis Consiliariis committatur, qui de litteris, & provisionibus juxta stylum provideat, & justitiam faciat, & ministret, hanc praxim docent Ferrer. *par.* 3. *observ. cap.* 273. *versic. Quando aliquis*, Oliba *de jure fisci cap.* 11. *num.* 21. *& cap.* 12. *num.* 26. *& cap.* 15. *num.* 25. Peguera *decis.* 92. *num.* 22. *& in pract. crim. cap.* 24. *versic. Scias propterea*, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 45. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 44. 45. *&* 62. *& de regal. cap.* 11. *à num.* 61. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *numer.* 8. *& decis.* 323. *numer.* 7. *part.* 2. remissivè Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *in locis communibus, numer.* 11. Dexart. *in cap.* 8. *num.* 4. *de Episcop. & Cler.* Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 109. & alii relati *numer.* 32. In contrarium disponit Regia Epistola tenoris sequentis.

Ab extra in subscriptione.

Al Illustre Marques de Castel Rodrigo, Primo, Gentil. Hombre de mi Camara mi Lugartiniente, y Capitan General en mis Principado de Cathaluna, y Condado de Cerdana.

ab intra.

ELREY.

Illustre Marques de Castel Rodrigo, Primo, Gentil. Hombre de mi Camara, mi Lugartiniente, y Capitan General Don Gabriel de Lupian, Portant vices de mi General Governador en esse Principado exerciendo la Vice Regia, me remitio con carta de 5. Agosto del año passado 1662. un papel de esta mi Real Audiencia, en que con occasionde haver apprehendido Francisco Bonaventura de Gualbes, Bayle de Cops, con assistentia del ordinario Ecclesiastico un biscocho, que se amassava en el Convento de Sancta Clara dessa Ciudad, que es de Religiosas de la Orden de S. Benito, con pretexto, quel el trigo no havia pagado el derecho de Cops, pretendido la Abbadessa, y Convento estar violada la immunidad Ecclesiastica, dize, fueron citados dichos Gualbes, y los que iban en su compañia à instancia de dicha Abbadessa, y Convento del ante su luez Conservador, y que haviendo acudido dicho Gualbes al Tribunal de la Baylia General firmando de derecho para que el Conservardor revocasse los procedimientos hechos contra del, ò compareciesse en la Baylia General para informar el bancho Regio, respondeo el Conservador, que estava prompto para informar el banco Regio, pero que dudava, si se tocava à la Baylia, ò à la Audiencia Vice Regia: y haviendo visto muy particularmente en este mi Consejo Supremo las razones, y motivos, en que la Audiencia funda tocarle (aun en Vice Regia) la citacion, y informacion destas causas al bancho Regio; y assi mesmo lo que en otro papel, que tambien me remitio el Portant vices de mi General Governador, ha representado el Tribunal de la Baylia pretendiendo, que deve hazer esto. Ha parecido, que en essa mi Real Audiencia toca (aun en tiempo de Vice Regia) el citar al banco Regio en esta, y semejantes causas, lo que tambien se reconoce por conveniente por la mayor auctoridad, y buena disposicion, que deve procurar se para la mayor direccion, y exaccion de dichos derechos de Cops, y conservacion de mi Regalià, y assi dareis orden se execute, como os lo encargo, y mando, y que esta carta se registre en el libro de las acordadas dessa mi Real Audiencia, y en los libros de la Baylia, para que se tenga entendida; y observe en adelante. Dada en Madrid à 14. de Junio 1663. YOEL REY. Ut. Don Christophorus Crespi Vice-Cancellarius. Ut. Comes de Albatera. Ut Don Petrus de Villacampa Regens. Ut. Don Georgius de Castellvi. Ut. Exea Regens. Don Michael de Calbà. Ut Ferdinandez ab Heredia Regens. Don. Didacus de Sada Secretarius. Formam hujus supplicationis repete illam quam tradidi *decis.* 13. *numer.* 62. & solùm mutare debes conclusionem illius, & eam refert Peguera *in pract. crim. capit.* 24. *numer.* 9.

38

39 Qua oblata supplicatione, solet Cancellarius, vel Regens Cancellariam in calce illius eam committere alicui ex Doctoribus Regiæ Audientiæ sub hac forma, *Magnificus N. recognoscat supplicata, & verbum faciat.* Postea ille Doctor cui causa commissa fuit visa dicta supplicatione, & recognitis actis, & scripturis, quæ per supplicantem exhibitæ fuerint, & verbum facit in Regia Audientia, & ad eam causa evocata, secundùm facti occurrentiam providere in effectu solet, ut sequitur: *Recepta die &c. facto verbo in Regia Audientia, providet, quod inserantur producta, & admis-*

admissa juris firma si & in quantum scribatur dicto T. Conservatori seu judici delegato Apostolico, quatenus intra dies decem casset, & revocet, & annullet procedimenta contra dictum N. laicum jus firmantem facta, & de revocatione fidem faciat, aut intra eosdem decem dies compareat personaliter in Regia Audientia banchum Regium informaturus, & pro his fiant litteræ opportunæ juxta stylum. Ita Ferrer. *part.3. observat. capit.275. versic. Quando ad medium, & versic. Recepta*, Peguera *in pract. crim. cap.24. post numer.9.* & notant idem Peguera *decis. 92. num. 22.* & alii, *num. præcedenti citati.*

40 Vigore dictæ provisionis expediuntur litteræ provisæ quas refert Peguera *in pract. crim. cap. 24. post num. 9. versic. & vigore, fol. mihi* 487. & in fine illarum ponitur clausula, *aliàs pro conservatione Regiæ jurisdictionis procedimus, & procedi mandabimus contra vos, & bona vestra, ut juris fuerit, & rationis.* Vide quas tradidi *decis.13. sub num.62.* De Regno Castellæ hanc similem practicam tradunt Covar. *pract. cap. 33. nu. 3. versic. Cæterùm*, Guttierez *pract. lib.1. quæst.20. numer.7.* Bobadilla *in polit. lib.2.cap.18. num.129.* Cevallos *de cognit. per viam violen.gloss.9. numer.1.* Cenedo *canonic. quæst.45.num.39.* Salgado *de Regia protect. part.1. cap.2. à num.63. & c.8.à num.17.* Pareja *de instru. edit. tom.1. tit.2. ref.7. numer.2.* formam tradit idem Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss. 8. num. 1.* Rodericus *de annu. reddit. lib.1. quæst. 17. num.66.*

41 Sed antequam ad ulteriora transeam. Scias primò, quòd aliquando prima provisio fit absque illa clausula, *aut compareat in Regia Audientia banchum Regium informaturus*, & hoc propter aliquam magnam dignitatem ipsius Judicis Ecclesiastici delegati, ut refert ita vidisse Ferrer. *part. 3. obser. cap.271. versic. Est verum.*

42 Scias secundò, quòd primæ litteræ, quæ Judici Ecclesiastico delegato mittuntur, non debent esse præceptivæ, ut voluit Peguera *decis. 92. num.22. & in pract. crim. cap. 24. num. 8. versic. Scias præterea* sed debent esse monitoriæ, Farinac. *decis. 10. num. 28. in posthum. part.2.* Mattheu *de Regimine Reg. Valen. tom. 2. cap.7. §.1. sect.5. num.209.* & patet ex formula relata per Peguer. *in pract. crimin. cap. 23. post num.9. fol.*487. & notant Doctores Castellani *numer. 40. citati*, Sesse *de inhibit. cap.8. §.3. num. 56. in fine*, Oliba *de jure Fisci cap.11. sub num. 56.*

43 Scias tertiò, quòd in Regno Valentiæ, istæ primæ litteræ expediri debent absque pœnali comminatione, Mattheu *de Regimine Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 5. num. 209.* citans Farinac. *decis. 10. nu.28. in posthu. part.2.* Et idem in Regno Sardiniæ ad notata per Dexart. *in cap. 8. num. 4. de Episco. & Cler.* in quo Regno in supplicatione non firmatur jus, & de jure, ut notavi *dec.13. num. 68.* in nostro Principatu fit in istis primis litteris comminatio tradita *num.40.*

44 Scias quartò, quòd supplicatio nedùm offerri potest per partem privatam solam, sed etiam per solum Fisci Procuratorem, Ferrer. *part.3.observat. cap.273.versic. Quando*, & sentiunt Doctores citati *num.* 37. Oliba *de jure Fisci cap.11. num.12. & 13.*

45 Scias quintò, quòd forma tradita *num.37.* firmandi contra Judices Ecclesiasticos delegatos, nedùm observanda est in casu, quo pulsatur vassallus Regius per Judicem Ecclesiasticum delegatum, sed etiam quando pulsatur vassallus Baronis, qui debet firmare jus de jure in Regia Audientia, & potest Baro cum vassallo suo respectu jurisdictionis firmare, Oliba *de jure Fisci cap.11.num.26.*

46 Præsentatis primis litteris Judici Ecclesiastico delegato, si intra dies decem non revocat procedimenta, nec comparet in Regia Audientia ad informandum banchum Regium, offertur per partem privatam, seu per Fisci Procuratorem secunda supplicatio, qua in effectu petitur idem, quod in prima, & quod expediantur secundæ litteræ cum comminationibus solitis, & assuetis, formam refert Peguera *in pract. crimin. cap. 24. post versic. & posito, ac dato, fol. mihi* 488. vide

quam refero *dec. 13. c.63.* & facta decretatione, & Judicis provisione, forma relata per Pegueram *ubi proximè*, fiunt secundæ litteræ in Cathalonia, & Valentia cum eisdem terminis primarum litterarum, in Regno Sardiniæ intra octo cum comminatione, quòd aliàs procedetur ad occupationem temporalitatum, Ferrer. *part. 3.obser.cap.273. versic. Et si delegatus, referens se ad tradita cap. 269. & 271.* Mattheu *de Regim. Reg. Valen.tom. 2.capit.7.§.1. sect.5.nu.210.* Dexart. *in cap.8. n.4. de Episcop. & Clericis*, Peguera *decis.92. num.22.versic. Et posito*, & alii *ex citatis n. 32. & 37.* Formam secundarum litterarum tradit Peguera *in pract. crim. cap. 24. fol.mihi* 499. Vide formam quam tradidi *decis.13. sub num.63.* 47
De Regno Castellæ similem practicam scribunt Covar. *pract. cap.33. num.3. versic. Cæterùm*, Guttierez *pract. lib.1. quæst.20. num. 7.* Salgado *de Regia protect. part. 1. cap.2. à num.24.* Pareja *de instru.edit.tom.1.tit.2.resol.7. num.15.*

Scire tamen debes circa has secundas litteras, quòd 48
ipsæ sunt expediendæ cum eadem monitione, & urbanitate sicut primæ, addita solùm comminatione occupationis temporalitatum, ut dixi *dec.13. n.64.* & notant Doctores citati *num. 46.* & 47.

Scire etiam debes, quòd si Judex Ecclesiasticus de- 49
legatus (sicuti ut plurimum ita succedit, non habet temporalitates in Regno, sit in secundis litteris comminatio bannimenti, Peguera *decis.92. num.22. versic. Et posito*, Oliba *de jure Fisci cap.11. num.38. versiculo Quod si Commissarii*, & plures alii laudati *decis. 28. à numer.105.*

Si præsentatis secundis litteris Judici Ecclesiastico 50
delegato intra decem dies non revocat procedimenta, nec venit informaturus banchum Regium, offertur tertia supplicatio per Fisci Procuratorem, se per partem privatam Fisco Regio adhærente parti, qua petitur idem, quod in prima, addita comminatione, quòd si prædicta facere recusaverit, compareat in Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnam occupationis temporalitatum (si illas habet, alioquin in pœnam bannimenti,) formam hujus tertiæ supplicationis tradit Peguera *in pract.crim. cap.24. fol. mihi* 499. Vide quam refero *decis.13. n.65.* & tunc facta solita decretatione, & Judicis provisione, forma relata per Pegueram, & per me ubi proximè, fiunt tertiæ litteræ in Cathalonia, & Valentia cum eisdem terminis, (in Sardinia, cum termino quatuor dierum,) quibus idem quod in primis litteris scribitur, sin minus quòd decima die post dictarum tertiarum litterarum præsentationem, & intimationem, si feriata sit, die sequenti non feriata cum dierum continuatione compareat coram Domino Rege, seu ejus Locumtenente generali, & Regia Audientia ad videndum declarari se incidisse in pœnam occupationis temporalitatum sibi impositam; & si non habet temporalitates, se incidisse in pœnam bannimenti, Peguera *dec. 92. numer. 22. versic. Et posito ad medium, & in pract. crim. cap. 24. versic. Et posito, fol.* 490. Dexart. *in capit.8. num.4. de Episcop. & Cler.* Mattheu *de Regim. Reg. Val.tom.1.cap.7. §.1. sect. 5. nu. 210. in fine*, Oliba *de jure fisci cap.11.nu.38. versic. Quod si Commissarii*, & alii 51
ex laudatis *num.32. & 37.* Formam tertiarum litterarum tradit Peguera *in pract. crim. cap.24. fol.491.* Vide quam tradidi *dec.12. sub num.65.* De Regno Castellæ similem practicam tradunt Covar. *pract.c.33. sub num.3.* Guttier. *pract.lib.1.q.20.nu.7. in fine.*

His tertiis litteris præsentatis, si Judex Ecclesiasti- 52
cus delegatus intra decem dies nec procedimenta revocet, nec in Regia Audientia comparet offertur quarta supplicatio per Fisci Procuratorem vel per partem privativam, Regio Fisco adhærente parti, in qua petitur declarari dictum Judicem Ecclesiasticum delegatum incidisse in pœnam occupationis temporalitatum, (si quas habet,) sin minùs in pœnam bannimenti, ita Peguera *decisione 92. num.22. versic. Præterea, & in practica criminali capit. 24. versic. Post verò, folio mihi* 493. formam quartæ supplicationis tradit idem Peguera *loco proximè citato*, & vide quam refero *decis. 28. num.129.*

Declaratio ista occupationis temporalitatum, seu 53
banni-

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

bannimenti poteſt cum Judice Eccleſiaſtico delegato duobus modis practicari, ut dixi *deciſ.*28. *num.*130. primò per ſolum Judicem, ſeu relatorem cauſæ, facta concluſione in Regia Audientia abſque eo, quòd portetur proceſſus Regenti Regiam Cancellariam, forma tradita hac deciſione *num.* 14. & tradidi *deciſ.* 28. *num.*134. & 137. Secundò practicari poteſt facta proviſione per relatorem cauſæ, quòd portetur proceſſus Regenti Cancellariam, Peguera *deciſ.* 92. *num.*22. *verſic. Præterea, poſt medium*, dixi *deciſ.*28. *nu.* 131. forma tradita per eumdem Pegueram, *in pract. crim. cap.* 24. *fol. mihi* 493. & per me *ſupra deciſ.*28. *nu.* 132. & tunc defertur proceſſus Regenti Cancellariam, per quem fit declaratio occupationis temporalitatum, & ſub caſu bannimenti Peguera *deciſ.* 92. *numer.*22. *verſic. Tandem*, Oliba *de jure fiſci cap.* 11. *ſub num.* 38. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.*45. & 47. Ripoll. *de regal. cap.*11. *numer.*66. & *var. cap.*1. *num.*44. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.*4. *gloſſ.* 13. *part.* 3. *num.* 8. forma occupationis temporalitatum tradita per Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 271. *incipien. cum ſuper verſic. Nos Joannes*, & per me *deciſ.*28. *nu.* 133. & forma bannimenti tradita per Pegueram *in pract. crim. cap.* 24. *folio* 495. Vide quæ dixi *deciſ.* 28. *num.* 140. ſed qualis practica ſit melior, & magis expedita, diſputavi *dicta deciſ.*28. *à num.* 135. *ad* 140. De ſimili practica Caſtellæ, & aliorum Regnorum innumeros Pareja *de inſtru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.*7. *nu.* 16. Salgado *de reg. protect. part.* 1. *cap.* 2. *à num.*273. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 60. 61. & 62. Solorzano *de jure Indiar. lib.*3. *cap.* 27. *à num.*26. Ramirez *de lege Regia* §. 27. *à num.*7. Cevallos *de cognit. per viam violen. gloſſ.*26. *num.* 10. Vela *diſſert.* 44. *ſub num.* 46. *lib.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.*2. *cap.*7. §. 1. *ſect.*5. *num.*211. Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 26. *à num.* 30. *de jure ſpiritu. libro decimo quinto, capite decimo, numero ſexto*, Seſſe *de inhibitione capite octavo*, §. *tertio à numero quadrageſimo octavo*, Rodericus *de annu. reddit. lib.*1. *quæſt.* 17. *num.* 67. Salzedo *de lege polit. libro* 1. *capite* 10. *num.* 32.

54 Facta declaratione occupationis temporalitatum, ſeu bannimenti, illa eſt notificanda Judici Eccleſiaſtico delegato, ut tradidi *deciſ.* 28. *numer.* 143. non per intimam, ſed per litteras à Regia Cancellaria emanatas, ut dixi *deciſ.* 28. *num.* 143. Forma relata per Pegueram *in pract. crim. cap.*24. *fol. mihi* 496. *in fine*, & per me *deciſ.* 28. *nu.*144.

55 Poſt intimatam, & notificatam dictam declarationem, adhuc Locumtenens generalis, & gerens Vices generalis Gubernatoris procedens Viceregia ſolet charitativè Judicem Eccleſiaſticum delegatum monere cum charta privata & non expedita per Cancellarium, ut ab hujuſmodi oppreſſione ceſſet, revocando procedimenta per eum facta, aut comparendo in Regia Audientia de ſuis procedimentis rationem redditurus, ut tradidi *deciſ.* 28. *num.* 145. ubi cum Oliba dixi, hanc monitionem neceſſariam non eſſe, niſi ad majorem contumaciam ipſius Judicis Eccleſiaſtici delegati.

56 Expedita charitativè prædicta charta privata, ſive ſententia fuerit occupationis temporalitatum, ſive bannimenti, mittendum eſt monitorium Judici Eccleſiaſtico delegato, ut tradidi *deciſ.* 28. *num.* 146. forma monitorii bannimenti tradita *deciſ.* 28. *num.* 147. & forma monitorii occupationis temporalitatum notata dicta *dec.* 28. *nu.*153.

57 Elapſis diebus in monitorio præfixis, renuente Judice Eccleſiaſtico comparere aut procedimenta revocare expediuntur litteræ executoriales, *ut dixi dec.* 28. *num.* 149. formam executoriam bannimenti tradidi *dicta dec.* 28. *num.* 149. & formam executorialium occupationis temporalitatum tradit Ferrer, ad quem ſe refert Regens Vico *locis citatis dec.* 28. *nu.* 154. & illam tradidi *dec.*28. *num.*155.

58 Ante totalem executionem ſententiæ bannimenti, fiendæ ſunt præconizationes, & bannimenti publicationes, ut dixi *dec.* 28. *numer.* 150. forma tradita *dicta dec.* 28. *num.* 151. & facta apprehenſione occupationis temporalitatum, in continenti fieri debent præconizationes ſuper dicta apprehenſione, forma tradita per Ferrer. *loco citato dec.* 28. *num.* 156. quas refero *dicta deciſ.* 28. *num.* 157.

Si Judex Eccleſiaſticus delegatus pro executione 59
ſententiæ bannimenti extrahatur à Regno, ſi poſtea ad illud redierit, iterùm eſt extrahendus, ex regia epiſtola Dat. Matriti 29. Auguſti 1614. contra Doctorem Cabiſudo Priorem de Bonarcado, quæ legitur in libro Gubernii Regiæ Audientiæ Sardiniæ *f.* 131. & ſic videtur ceſſare inconveniens, quod conſideravit Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.*4. *gloſſ.* 13. *part.* 3. *num.*18. *in fine*.

Cæterùm hæc praxis procedendi ad declarationem 60
occupationis temporalitatum, bannimenti Judicis Eccleſiaſtici delegati, tantùm procedit, & dumtaxat locum habet reluctante, & renuente ipſo Judice Eccleſiaſtico delegato revocare procedimenta, vel comparere in Regia Audientia banchum Regium informaturus, ut Doctores tam exteri quàm noſtri uno ore conveniunt, quos ex multis citavi *n.*52. & 53.

Sed ſi Judex Eccleſiaſticus delegatus revocet proce- 61
dimenta contra laicum facta, ceſſat cognitio per viam violentiæ, Cevallos *de cognitione per viam violen. glo.* 10. Quia cùm litteræ monitoriæ, & exhortatoriæ, quæ à Curia ſæculari expediuntur, concipiantur alter- 62
nativè, ut Judex Eccleſiaſticus delegatus revocet procedimenta vel veniat informaturus banchum Regium, ut tradunt Doctores citati *num.* 6. 21. 29. 30. & 32. eſt in ejus libera voluntate, vel revocare procedimenta, vel comparere informaturus banchum Regium, ut advertunt Oliba *de jure fiſci cap.* 11. *numer.* 54. Seſſe *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *ſub num.* 7. aliis relatis Salgado *de reg. protec. part.*1. *cap.*2. *à num.*83. Pareja *de inſtru. edit. tom.*1. *tit.*2. *reſol.* 7. *nu.* 12. & ſi revocando procedimenta, dicitur Judicem Eccleſiaſticum delegatum ſatisfeciſſe, vide tradita *dec.*28. *à num.*171.

Si autem Judex Eccleſiaſticus delegatus non revo- 63
cat procedimenta, ſed eligendo ſecundam partem alternativè comparet in Regia Audientia banchum regium informaturus, tunc eo audito, relictoque proceſſu in ſua Curia actitato, juxta praxim quam refert Peguera *dec.*92. *numer.*17. Regia Audientia extrajudicialiter videt, ſi Judex Eccleſiaſticus delegatus procedit in ſuo caſu, & ſi ita eſt, illum in pace dimittit, & cauſam ipſi remittit, Fontanel. *dec.*323. *num.*5. *p.*2. & *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.*4. *gloſſ.* 13. *p.* 3. *num.*8. Oliba *de jure Fiſci c.*12. *num.*26. Leon *dec.* 2. *num.*14. *tom.*1. Ceval. *de cognit. per viam violen. glo.* 15. Pareja 64
*de inſtru. edit. tom.*1. *tit.*2. *ref.*7. *numer.*34. & aliquoties cum expenſarum condemnatione partis litigantis, quæ querimoniam propoſuit, *de quo infra à num.*103.

Et ut ne hæſites in formanda declaratione, 65
quando Judex Eccleſiaſticus delegatus procedit in ſuo caſu, & illi cauſa venit reſtituenda, en tibi concluſiones ſequentes factas per diverſos Relatores, & in diverſis Aulis.

Die Martis 18. *Auguſti* 1598. *in Regia Audientia in Aula Magnifici Regentis Cancellariam, Præſidente Magnifico Joanne Sabater Antiquiore interfuerunt Magnifici Oliba, Hieronymus Aſtor, Jacobus Pineda & Michael de Salba.*

In facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per Thomam Moriſcot Civitatis Tarraconæ, & alios procedimentis contra eos factis per Officialem Epiſcopi Ilerden. & eo nomine Conſervatorem Studii generalis dictæ Civitatis, audita informatione facta in bancho Regio per Guillelmum Raymundum Mora Juris Doctorem Officialem, & Conſervatorem dicti Studii generalis, cui fuit per Regias litteras reſcriptum, ut compareret in Regia Audientia banchum Regium ſuper his informaturus, facta relatione proceſſus coram dicto conſervatore actitati per Antonium Oliba Regiæ Audientiæ Doctorem.

Attento ex informatione facta in Regia Audientia per Guillelmum Raymundum Mora Juris Doctorem Officialem Ilerden. & eo nomine Conſervatorem Apoſtolicum Studii generalis Ilerdæ ſtudentium in eodem, Officialium & Miniſtrorum ejuſdem, cui

per

per litteras Regias fuit rescriptum, ut revocaret procedimenta per eum, ut conservatorem præfatum facta contra Thomam Morisçot, & alios Civitatis Tarraconæ, ad instantiam Joannis Ferrer Librarerii Universitatis dicti generalis studii, ut compareret in Regia Audientia banchum Regium super prædictis informaturus, ut in dictis litteris, Dat. Barcinonæ 19. Julii 1596. Hæc & alia plenius continentur, ad quas fit relatio. Et ex relatione processus actitati coram dicto Conservatore inter dictas partes facta per Antonium Oliba Regiæ Audientiæ Doctorem in causa firmæ juris per dictum Morisçot, & alios in Regia Audientia factæ procedimentis dicti Conservatoris, commissa fuit. Et aliàs constat dictum Conservatorem in casu jurisdictionis per litteras Apostolicas sibi commissas procedere. His & aliis meritis processus attentis, & aliàs fuit concluśum dictum Conservatorem in casu suæ jurisdictionis procedere, & quòd processus dictæ causæ, quam ipse Conservator posuit in posse dicti Relatoris, illi restituatur.

Die 10. Octobris 1598. in Regia Audientia in Aula Reverendi Cancellarii, Præsidente Joanne Castello antiquiore interfuerunt cum eo Magnifici Josephus Dalmau, Salvator Fontanet, Hieronymus Torner, & Hieronymus Senjust.

In facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per Vincentium Ferrer, & Spanol Subvicarium Villæ de Talam quibusdam procedimentis contra eum factis per Onofrium de Oluja Priorem Beatæ Mariæ de Galtes Ordinis Sancti Benedicti, ut observatorem Ordinis, & Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. facta relatione per Hieronymum Torner dictæ causæ Relatorem.

Attento quia constat procedimenta per dictum Priorem Oluja, ut Conservatorem dictæ Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. contra dictum Vincentium Ferrer, & Spanol subvicarium præfatum facta fuisse ratione nonnullorum procedimentorum per dictum Ferrer, & Spanol factorum adversùs, & contrà Joannem Sala presbyterum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitanen. Prioremque Ecclesiæ de Palau, & sic contra personam Ecclesiasticam, & Religiosam ordinis prædicti. His & aliis meritis processus attentis, & aliàs fuit concluśum, quòd declaretur dictum Conservatorem posse ad ulteriora procedere, non obstantibus litteris à Regia Audientia emanatis die 3. Julii proximè lapso, & dicto Conservatori præsentatis, & aliis in contrarium dictis, & allegatis.

66 Si autem è contra Judex Ecclesiasticus delegatus comparet in Regia Audientia banchum Regium informaturus, eo audito relictoque processu in sua Curia actitato juxta praxim quam tradit Peguera *decis. 92. numer. 17.* si Regia Audientia extrajudicialiter videt quòd dictus Judex Ecclesiasticus delegatus non procedit in suo casu, declarat firmæ juris factæ in Curia sæculari locum fuisse, & esse ut sentiunt Doctores citati *numer. 6. 21. 26. 30. & 32.* Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss. 21.* Leon *decis. 2. num. 14. tom. 1.*

67 Et ut similiter ne hæsites in formanda declaratione, quando Judex Ecclesiasticus delegatus non procedit in suo casu, en tibi conclusiones sequentes factas per diversos Relatores, & in diversis Aulis.

Die 11. Septembris 1603. Barcin. in Regia Audientia in Aula Reverendi Cancellarii, & eo Præsidente interfuerunt cum eo Magnifici Josephus Dalmau, Joannes Gallego Fisci Advocatus, Salvator Fontanet, Bernardus Roig, Hieronymus Torner, & Hieronymus Senjust.

In facto causæ juris firmæ in Regia Audientia per Gregorium Molina Bajulum aquarum, Joannem Gasparem Naja, Antonium Serra, & Bernardum Bruguera Regios portarios procedimentis factis, & fieri comminatis per fratrem Onofrium Olvia Conservatorem Apostolicum Monasterii, & Conventus Monialium de Junqueriis præsentis Civitatis contra dictum Gregorium Molina Bajulum aquarum & Joannem Gasparem Naja Antonium Serra, & Bernardum Bruguera Regios portarios ejus ministros illis præcipiendo, quatenus infra sex sub excommunicationis majoris pœna lata sententia revocarent, cassarent, & annullarent, revocare, cassare, & annullare facerent procedimenta omnia, & pignoramenta per eos facta contra Arnaldum Gasco, & Margaretam illius uxorem, & ejus famulum Molinerios molendini vulgariter dicti den Carbonell, quod esse dicitur Monasterii de Junqueriis, audito in bancho Regio dicto fratre Onofrio Oluja, qui vigore præcepti à Regia Audientia emanati die 30. Aprilis proximè decursi banchum Regium informavit, facta relatione per Josephum Dalmau Regiæ Audientiæ Doctorem.

Attento ex meritis processus, constat procedimenta facta per Georgium Molina Bajulum Aquarum, Joannem Gasparem Naja, Antonium Serra, & Bernardum Bruguera Regios portarios facta fuisse contra Molendinarios, & occasione molendinorum in quibus Dominus Rex, & pro eo Bajulus generalis Cathaloniæ in prima instantia est Judex competens, & prædictos Molina Maja, Serra, & Bruguera tamquam ministros Bajuliæ generalis procedimenta fecisse. His & aliis meritis processus attentis & aliàs fuit concluśum quòd deberetur juris firmæ factæ per dictos Molina, Naja, Serra, & Bruguera locum fuisse, & esse.

Die 24. Julii 1656. Barcinonæ in Aula Regentis Cancellariam Præsidente in ea Nobili Hieronymo de Codina antiquiore, interfuerunt cum eo Magnifici Raphael Vilosa, Franciscus Llunes, Nobilis Michael de Cortiada, Ludovicus Ferrer.

In facto juris firmæ factæ in Regio Concilio Bajuliæ generalis Cathaloniæ per Michaelem Malla Presbyterum procedimentis contra eum factis per Petrum Martyrem Febrer Officialem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonen. uti executorem Bullarum Apostolicarum reservationis pensionis in favorem Michaelis Joannis Osona Sanctæ Theologiæ Doctoris, Præcentoris, & Canonici Ecclesiæ Barcinonæ super fructibus, & redditibus beneficii de Regio Patronatu sub invocatione Sanctæ Spinæ in dicta Ecclesia Barcinonæ fundati, per dictum Malla obtenti, audita informatione facta in bancho Regio per dictum Petrum Martyrem Ferrer Officialem, executorem prædictum, cui fuerat per Litteras Regias rescriptum, ut compareret in Regia Audientia banchum Regium super his informaturus, & facta relatione processus coram dicto executore actitati per Ludovicum Ferrer Regiæ Audientiæ Doctorem.

Attento ex informatione facta in Regia Audientia per Petrum Martyrem Ferrer decretorum, Doctorem Officialem Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonen. cui per litteras Regias rescriptum fuerat, ut recovares procedimenta per eum uti executorem Bullarum Apostolicarum reservationis pensionis in favorem Michaelis Joannis Osona Sanctæ Theologiæ Doctoris, Præcentoris, & Canonici Ecclesiæ Barcinonæ super fructibus, redditibus, & emolumentis beneficii de Regio Patronatu sub invocatione Sanctæ Spinæ in dicta Ecclesia contra Michaelem Malla Presbyterum dictum beneficium obtinentem ad instantiam dicti Osona, ut compareret in Regia Audientia banchum Regium super prædictis informaturus, ut in dictis litteris expeditis 4. proximè præteritis latiùs continetur. Et ex relatione utriusque processus facta per Ludovicum Ferrer Relatorem infrascriptum, cui causa firmæ juris per dictum Malla interposita in Regio Concilio Bajuliæ generalis procedimentis dicti executoris, & postea ad Regiam Audientiam evocata, commissa fuit, constat contendi inter partes in dicta causa de validitate, seu invaliditate prætensi consensus præstiti per Locumtenentem Bajuli generalis Cathaloniæ die 30. Julii 1637. renuntiationi per dictum Osona fiendæ de dicto beneficio Regii Patronatus in favorem Josephi Pons Presbyteri reservata pensione annua super fructibus, & emolumentis ejusdem, & an ratificatio dicti consensus facta die 23. Februarii 1656. per Serenissimum Dominum Don Joannem ab Austria tunc Locumtenentem, & Capitaneum generalem, valides dictam reservationem pensionis

nis in præjudicium dicti Malla jam tunc dictum beneficium obtinentis, cujus articuli cognitio uti de Regalibus Regij Patrimonii pertinet ad Dominum noſtrum Regem, ſeu ad ejus Bajulum generalem in præſenti Principatu Cathaloniæ. His igitur, & aliis meritis proceſſus attentis & aliàs fuit concluſum, quòd declaretur dictæ firmæ juris factæ per dictum Michaelem Malla in dicto Regio Concilio Bajulæ generalis locum fuiſſe, & eſſe.

Bona praxis, & melior de mundo, legi tamen in illa declaratione facta per Magnificum Philippum Vinyes 23. Novembris 1633. *de qua ſuprà num. 7.* fuiſſe concluſum per hæc verba : *Quòd declaretur dictum Apoſtolicum Conſervatorem proceſſiſſe in caſu non ſuo, & conſequenter omnia per eum actitata eſſe per eumdem revocanda pro conſervatione Regiarum juriſdictionum, & regaliarum.* Similis praxis fuit anteà ſervata in illa alia declaratione facta per Antonium Vinyola 17. Junii 1631. de qua *ſuprà num. 7.*

68 Facta hac declaratione per Regiam Audientiam, tenetur Judex Eccleſiaſticus delegatus deſiſtere, & revocare omnia procedimenta contra laicum facta, Cevallos *de cognit. per viam violen. gloſſ.* 14. alioquin procedit contra illum per occupationem temporalitatum, & alia juris remedia, Fontanella *deciſ.* 323. *num.* 5. *juncto num.* 7. *part.* 2.

69 Quibus ſic brevitate poſſibili traditis. Quæro primò, quis poſſit citare Judicem Eccleſiaſticum delegatum ad informandum banchum Regium, vel eum compellere per remedia prætoria ad revocandum procedimenta? Reſpondeo quòd ſolus Dominus Rex, & eo abſente ejus Locumtenens generalis, ut tradunt ex noſtris Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 172. *verſic. In Judicibus verò delegatis*, Oliba *de jure Fiſci cap.* 11. *num.* 23. 28. & 37. Fontanel. *dec.* 316. *per totam part.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 5. *num.* 217. *in fine*, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 46. Seſſe *deciſ.* 318. *num.* 8. *part.* 2. & ex exteris Bobad. *in Politica lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 139. Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 71. *in fine*, mille alios Pareja *de inſtru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſ.* 7. *per totam*, Vela *diſert.* 44. *num.* 46. *lib.* 1. & in hoc conveniunt omnes citati *num.* 32. & dixi *deciſ.* 28. *nu-*

70 *mer.* 40. Ratio eſt, quia hæc Regalia eſt perſonaliſſima Domini Regis, & ejus oſſibus affixa, Calicius *in extrav. cur. cap.* 7. *num.* 71. Oliba *de jure Fiſci cap.* 11. *num.* 56. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 99. Fontanella *deciſ.* 316. *à num.* 20. *part.* 2. notat Mattheu *loco proximè citato*, Salgado *de ſuppli. ad Sanct. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 115.

71 Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ poteſt ſcribere Judicibus Eccleſiaſticis delegatis, ut revocent procedimenta per eos facta contra laicos, ut certa die compareant banchum Regium informaturi; & ſi non comparent, procedere ad occupandas eorum temporalitates. Exemplaria refert Ferrer. *par.* 1. *obſervat. Guber. cap.* 80. & *part.* 2. *obſerv. Gubernat. cap.* 40. Boſch. *dels titols de honor. lib.* 2. *cap.* 36. §. 12. *verſic. Poden, fol.* 241. Et quamvis Ferrer. *dicto cap.* 80. loquatur in fortioribus terminis, etiamſi Gerens Vices Gubernatoris non procedat Viceregia, id eſt etiam ſi Dominus Rex & Locumtenens generalis non ſit abſentes à Principatu Cathaloniæ : non eſt ſatis tutum hanc praxim obſervare, ſed tutiorem viam eligendam eſſe, Oliba *de jure Fiſci cap.* 11. *num.* 37. Et ideo ſolùm Gerens Vices generalis Gubernatoris poteſt citare in bancho Regio delegatos Apoſtolicos abſentibus Domino Rege, & ejus Locumtenente generali à toto Principatu Cathaloniæ procedendo Viceregia cum Doctoribus Regii Conſilii, Oliba *de jure Fiſci cap.* 11. *num.* 23. 28. 29. & 34. Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 272. *verſic. in judicibus verò delegatis*, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 46. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 5. *nu.* 219. & 220. Vide tradita *dec.* 28. *nu.* 42. & 43.

72 Gerens Vices Gubernatoris Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ poteſt citare in bancho Regio delegatos Apoſtolicos, Boſch. *dels titols de honor. lib.* 2. *cap.* 16. §. 12. *verſic. Poden. fol.* 241. intellige abſentibus Domino Rege, & ejus Locumtenente generali à Principatu Cathaloniæ, & à dictis Comitatibus Roſſelionis, & Ceritaniæ, Oliba *de jure Fiſci cap.* 11. *nu.* 30. & 31. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *nu.* 46. & 91. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 5. *num.* 221. Vide tradita *deciſ.* 28. *num.* 44. 45. 46. & 47.

Bajulus generalis Cathaloniæ, & Regius Procu- 73
rator Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ poteſt in Patrimonialibus citare in bancho Regio Bajuliæ generalis delegatos Apoſtolicos, Mieres Deſpujol, Oliba, Xammar & Cancer, *citati deciſ.* 28. *numer.* 48. intellige Domino Rege, & Locumtenente generali abſentibus à tota Provincia, Oliba, & Cancer, laudati dicta *deciſ.* 28. *num.* 49. ſecus illis præſentibus, ut fuit obſervatum die 11. Septembris 1603. in illa cauſa Molineriorum Monaſterii de Junqueriis contra Priorem Onofrium Oluja, quæ ſpectabat ad Bajuliam generalem Cathaloniæ, quam tradidi *nu.* 67. Adeò, quòd ſi abſentibus Domino Rege, & ejus Locumtenente generali à Cathalonia, & procedente Gerente Vices generalis Gubernatoris Viceregia per Bajulum generalem Cathaloniæ fuerit citatus delegatus Apoſtolicus ad informandum Regium Concilium Bajuliæ generalis, ſi poſtea contingat adventus Domini Regis, ſeu ejus Locumtenentis generalis ad Principatum cauſa evocari debet ad Regiam Audientiam, per ea quæ dixi *deciſ.* 28. *num.* 122. & 125. & *ſupra num.* 69. & 70. & fuit obſervatum in cauſa Michaelis Malla Presbyteri contra Michaelem Joannem Oſona Præcentorem, & Canonicum Eccleſiæ Barcinonæ, fuit enim per Bajulum generalem litteratoriè ſcriptum Doctori Petro Martiri Febrer Officiali Epiſcopi Barcinonæ, uti executori Apoſtolico penſionis reſervatæ in favorem dicti Præcentoris Oſona ſuper fructibus, & redditibus Beneficii ſub invocatione Sanctæ Spinæ de Regio Patronatu in dicta Eccleſia Barcinonæ fundati, ut revocaret procedimenta facta contra dictum Malla, aut compareret in Regio Concilio Bajuliæ generalis banchum Regium informaturus, & litteræ fuerunt expeditæ 24. Martii 1656. ſed cum poſtea Excellentiſſimus Marchio de Olias, Mortara, & Carreal feliciter perveniſſet ad hunc Principatum, uti Locumtenens generalis ſuæ Regiæ Majeſtatis ad inſtantiam dicti Malla, ſupplicatione oblata 4. Junii 1656. petitum fuit dictam cauſam tamquam conſiſtorialem ad Regiam Audientiam evocari, & iterùm monere dictum delegatum, & executorem Apoſtolicam, quatenus revocaret procedimenta facta contra dictum Malla, ut compareret in Regia Audientia banchum Regium informaturus, & quòd committeretur cauſa, & expedirentur litteræ cum ſolitis comminationibus juxta ſtylum, & fuerunt exhibita procedimenta in Bajulia generali facta. Poſtmodum evocata cauſa, fuit commiſſa Magnifico Ludovico Ferrer, per quem fuerunt proviſæ litteræ petitæ, & cum deinceps die 28. Junii dicti anni 1656. dictus Doctor Petrus Martir Febrer comparuiſſet in Regia Audientia cum Doctore Alexio Triſtany banchum Regium informaturus : ſecuta prorogatione 12. Julii 1656. per dies quindecim, fuit in prædicta cauſa declaratum firmæ juris in Regio Concilio Bajuliæ generalis per dictum Malla factæ locum fuiſſe, & eſſe, cujus concluſionis declarationem tradidi ſub *nu.* 67. ſcriba hujus cauſæ fuit Congoſt Notarius.

Vicarii Regii Cathaloniæ, & alii Judices ordina- 74
rii non poſſunt citare Judicem Eccleſiaſticum delegatum ad informandum banchum Regium, quia, ut dixi *num.* 70. hæc ſunt de reſervatis Principi, Oliba *de jure Fiſci cap.* 11. *nu.* 26. Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 5. *num.* 217. & 221. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 90. Etiam ſi Dominus Locumtenens generalis ſit abſens à loco, nec etiam ſub prætextu juvandi juriſdictionem Regiæ Audientiæ ut latè reſpondendo contrariis probat Fontanel. *deciſ.* 316. *qui deciſ.* 317. *numer.* 19. *deciſionem* 75
refert *part.* 2. Niſi eſſet periculum in mora, vel damnum illaturum eſſet irreparabile, ſecus ſi eſſet magnum in mora præjudicium, Fontan. *deciſ.* 316. *numer.* 12.

24. 25. & 26. *par.* 2. Vel nisi esset tempus feriarum Regiæ Audientiæ, ut in casu relato per Ripoll. *part. cap.* 1. *num.*56. *de regal. cap.* 11. *num.* 68. & 69. sed cum hoc ultimo non transeo quia etiam tempore feriarum Julii, & Augusti de quo Ripoll. loquitur; evocantur causæ ad Regiam Audientiam, & si opus est, congregatur Aula cui causa commissa est in domo Præsidentis illius, seu Antiquioris, ut vidi multoties observatum in pluribus negotiis. At si Regia Audientia esset prorogata, tunc quia periculum esset in mora, existimo doctrinam traditam à Ripoll. praticari posse. In Regno Portugalliæ particulari lege est cautum, ut possit inferior de hac Regalia cognoscere Salzedo *in pract. crim. cap.* 102. *versic. Pro quorum interpretatione*, Fontanel. *dec.*316. *num.* 23. *par.* 2. Leon *dec.*2. *nu.*10. *lib.*1.

76 Quæro 2. Si Judex Ecclesiasticus delegatus vult informare banchum Regium, an possit comparere per alium? R. quòd non, sed debet comparere eum informaturus personaliter, ubicumque suum habeat domicilium, nec potest alius pro illo vel Assessor, vel Advocatus hoc munus suscipere, Peguera *decis.* 92. *num.* 22. *& in pract. crim. cap.* 24. *vers. Scias præterea*, & paret ex Formulis relatis per Peguer. *in pract. crimin. ca.* 24. exemplare de anno 1604. refert Fontanella *de pactis nup. p. tom.*1. *claus.*4. *glo.*13. *part.* 3. *sub num.*9. & fuit sic olim observatum 13. Februarii 1637. contra Venerabilem Inquisitorem Abbad. *de qua declaratione infra decis.*30. *num.* 75. Quod secus est, quando Judex Ecclesiasticus ordinarius citatur in tertiis litteris con-
77 tentionis, ut compareat in Regia Audientia ad videndum se declarari incidisse in pœnam occupationis temporalitatum, bannimenti, seu ex quo recusat contentionem firmare: nam comparere potest per se vel suum procuratorem *prag.*4. §.4. *de conten. jurisd.* Et secus etiam est, quando Inquisitores Regni Valentiæ citantur ad banchum Regium Cathaloniæ; nam citatio fit, ut compareant per legitimum responsalem, *ut in exemplari relato decis.*30. *nu.*75. *in fine*. Ac etiam secus est in Regno Castellæ, ubi sufficit, quòd ipse Judex Ecclesiasticus, seu Notarius apud quem acta fabricantur, processum coram Senatoribus in Regio Prætorio deferat, Covar. *pract. cap.* 33. *num.* 3. *versic. Cæterum*, Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *à num.* 66. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 7. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 139. Cenedo *canonicar. quæst.*45. *num.*39. Salzedo *in prac. crim. cap.*102. Cevallos *de cog. per viam violen. gloss.* 10. Salgado *de reg. protec. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 63. *& cap.* 8. *à num.* 17. Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.*2. *resol.* 7. *num.*2.

78 Et adeò in Cathalonia verum est, etiam si Judex Ecclesiasticus delegatus sit senex, ut fuit practicatum contra Antonium Joannem Garcia Canonicum Ecclesiæ Barcinonæ, Conservatorem Hospitalis Sanctæ Crucis dictæ Civitatis, qui per Regium criminale Concilium residens in Villa Perpiniani referente Paulo Gujamet Judice Regiæ Curiæ fuit citatus banchum Regium informaturus & non obstante quòd allegabat esse ætatis octuaginta annorum, & sic quòd nullatenus poterat accedere ad dictam Villam Perpiniani, nihilominus fuit deliberatum quòd pareret Regiis mandatis, & compareret personaliter cum comminatione, quòd aliàs banniretur à præsenti Principatu, prout in effectu cum fuisset contumax, fuit declaratus bannitus 18. & 19. Junii 1635. referente Magnifico nunc Nobili Jacobo Mir Regente Regiam Cancellariam pro Nobili Regente Michaele Sala absente, Scriba Romaguera, vidi in Archivio Regio.

79 Limita si Judex Ecclesiasticus delegatus est infirmus, nam excusatur à comparendo durante infirmitate, per ea quæ tradunt Minsinger. *cent.* 4. *obser.* 85. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.*10. *nu.* 11. seu potest per alium banchum Regium informare, per ea quæ tradunt Peguera *decis.*57. *num.*18. *tom.*
80 1. Ripoll. *de regal. cap.*39. *à num.*60. Quia ubi jura generaliter statuunt quem personaliter ad aliquem actum comparere debere, non extenduntur ad casum infirmitatis, sed poterit loco sui per alium comparere, *can. si ægrotans* 5. *quæst.* 3. *can. Episcopus ad synodum can. placuit* 18. *dist.* Gail. *de pace pub. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. Clarus §. *fin. quæst.* 34. *num.* 5. Farinac. *in prax. part.*1. *quæst.*11. *nu.* 53. Ripoll. *de regal. cap.* 39. *num.* 71. Guazzin. *defen.* 12. *cap.* 1. *num.*22. Baldaxar. de Angel. *in addit. ad Foller. titu. audiantur excusatores numer.* 1. *versic. Undecimo*, latè & benè Peguera *decis.* 57. *num.* 19. *part.*1.

Sublimita ut procedat, si infirmitas est gravis, se- 81
cus si levis, Peguera *decis.* 57. *num.* 20. *tom.* 1. Ripoll. *de regal. cap.* 39. *num.* 72. Menochius *de arbi. jud. casu* 429. *num.* 14. Oddo *de restit. in integ. part.*1. *quæst.* 11. *art.* 1. *à num.*29. Guazzin. *defen.* 12. *cap.* 1. *num.*25. Giurba *cons.* 8. *num.* 4. Et an infirmitas dicatur gravis, 82
vel levis, arbitrio Regiæ Audientiæ relinquitur, Oddo *de restit. in integ. part.* 1. *quæst.* 11. *art.*8. *num.* 36. Menochius *de arb. jud. casu* 429. *num.* 15. Guazzin. *defen.* 12. *cap.* 1. *num.* 25. Giurba *cons.* 8. *numer.* 15. Quæ id Medicorum consilio, & judicio judica- 83
bit, Oddo *de restit. in integ. par.* 1. *quæst.* 11. *artic.* 8. *num.*38. Mascard. *de probat. concl.* 896. *num.* 12. Menochius *de arb. jud. casu* 429. *numer.*15. Peguera *decis.*57. *num.*20. Ripoll. *de regal. cap.* 39. *numer.* 72. Clar. §. *fin. quæst.*34. *numer.* 5. Guazzin. *defen.* 12. *cap.* 1. *numer.*23. 84
Dummodo Medici saltem sint duo, *argumento l. ubi numerus, ff. de testibus*, plures Farinac. *in prax. part.* 4. *quæst.* 127. *numer.*151. & 152. Buccaron. *de differ. inter. jud. civil. & crim. differ.*65. *num.* 2. Nisi in Civitate, & Loco non reperiatur nisi unus, quia tunc illius fides sufficit: & si Civitas, vel Locus non habeat Medicum sed Peritum, vel Chirurgum, illi soli creditur, Boer. *decis.* 323. *num.*23. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 34. *num.*5. Guazzin. *defen.* 12. *cap.*1. *num.*23. Baldaxar. de Angel. post alios *in addit. ad Foller. tit. audiantur excusatores*, *numer.* 1. *versic. Advertendum*, Farin. *in prax. part.* 4. *quæst.* 127. *num.* 153. Buccar. *de differ. inter. jud. civil. & crim. disser.*65. *num.* 3. Et 85
dummodò de Medicorum fide constet per publicum instrumentum, Jul. Clar. §. *fin. quæstion.* 34. *numer.* 5. Guazzin. *defen.* 12. *capite primo*, *nu.*23.

Benè tamen verum est, quòd Judex Ecclesiasticus 86
delegatus potest comparere in Regia Audientia ad informandum banchum Regium unà cum Assessore, vel Advovato in causa instructo, *pragmat. præterea* 5. *de conten. jurisdic.* notant Ripoll. *var. cap. num.* 45. *in fine*, Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 51. *numer.* 26. Ferrer. *part.*3. *observ. cap.* 273. *versic. Item est.* Peguera *decis.* 92. *num.* 17. exemplare refert Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *clausula* 4. *gloss.*13. *part.*3. *numer.*9. *in fine*, & vidi observatum in causa Michaelis Malla Presbyteri ex una, & Doctoris Michaelis Joannis Osona Præcentoris, & Canonici Barcinonæ ex alia, in persona Doctoris Alexii Tristany, qui uti Advocatus dicti Præcentoris Osona unà cum Doctore Petro Martire Febrer Officiali Episcopi Barcinonæ executore, & delegato Apostolico ingressus fuit ad informandum banchum Regium 28. Junii 1656. ut notavi *nu.* 73. *in fine*.

Quæro 3. Quo in loco sedere debet in Regia Au- 87
dientia Judex Ecclesiasticus delegatus veniens informaturus banchum Regium? Respondeo quòd in loco honorifico, Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *sub num.* 16. Sed qualis sit iste locus? dico quòd in Cathalonia antiquitus diversimodè observabatur; nam in Aula Reverendi Cancellarii aliquando ultimus locus, aliquando præeminentior ei concedebatur pro ratione Dignitatis: in Aula autem Regentis Cancellariam semper dabatur primus locus, post Præsidentem.

Propter quam diversitatem die 4. Augusti 1598. 88
Præsidente Excellentissimo Duce Ferrariæ Locumtenente generali intervenientibus omnibus Doctoribus Regiæ Audientiæ, proposito dubio fuit resolutum, quòd à cetero uniformiter observaretur, quòd Judex Ecclesiasticus delegatus informans banchum Regium sedeat in bancho Doctorum Regiæ Audientiæ immediatè post Juniorem, & ita fuit continuatum in dietario, & eodem die observatum per Aulam Regentis Cancellariam in personam Guillelmi Raymundi Mora decretorum Doctoris, Officialis Ecclesiastici Ilerden. Conservatoris Apostolici Universitatis dictæ Civi-

tatis informantis banchum Regium in causa relata *num.* 65. & per prædicta ita vidi observatum in personam Doctoris Petri Martiri Febrer Officialis Barcinonæ executoris, & delegati Apostolici in causa relata *num.*8. *in fine*, *& in alia relata num.* 73. *in fine*, *& num.*86. qui venit ad informandum banchum Regium 28. Junii 1656. & sedit in bancho Doctorum Regiæ Audientiæ post Juniorem, & Advocatus qui erat Doctor Alexius Tristany *in causa relata num.* 73. *in fine*, *& num.*86. sedit in scamno raso extra banchum Regiæ Audientiæ.

89 Ad pragmaticam *supplica encara* 8. *titu. de Bisbes y Prelats*, quæ tribuit Officiali Ecclesiastico primum locum post Vicecancellarium, respondebant Doctores Regiæ Audientiæ in supradicta resolutione diei 4. Augusti 1598. intelligendam esse de Officiali Ecclesiastico ingrediente Regium Concilium non vocato ad informandum banchum Regium, sed ingrediente ad exercendam jurisdictionem, seu aliàs. Quod probabant, quia dicta Regia pragmatica est post concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, postquam ordinarii Ecclesiastici non informant banchum Regium. Tunc etiam dicebant, quia dicta Regia pragmatica disponit, quòd possit accedere Notarius Officialis Ecclesiastici ad continuanda instrumenta comparitionis quod non observatur, quando informatur banchum Regium.

90 Et in eadem resolutione diei 4. Augusti 1598. fuit dictum per Doctores Regiæ, quod hæc ita observarentur nulla habita ratione Dignitatis Judicis Ecclesiastici delegati, nisi Episcopalis, aut supra.

91 In Regno Valentiæ Judici Ecclesiastico delegato informanti banchum Regium datur locus decens juxta personæ, ac Dignitatis, quam obtinet qualitatem Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.*2. *cap.* 7. §. 1. *sect.*5. *num.*209. *in fine*.

92 Quæro 4. Cùm Judex Ecclesiasticus delegatus veniens informaturus banchum Regium debeat relinquere processum in Regia Audientia, ut tradit Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.*73. *part.*3. *sub num.* 9. an debeat relinquere processum originalem in sua Curia actitatum, an autem sufficiat relinquere copiam authenticam illius? Respondeo quòd debet relinquere processum originalem, ut colligitur ex exemplari diei 18. Augusti 1598. *relato num.* 65. & fuit observatum in exemplari facto per Josephum Rull. 4. Junii 1661. *relato num.*7. & in exemplari facto per Antonium Vinyola 17. Junii 1631. *de quo supra num.*7. Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *sub num.* 54. ibi: *Quinimo recognito processu*, Peguera *dec.*92. *nu.* 17. ibi *Et processibus in bancho Regio*, quod etiam observatur in Regno Castellæ, Covar. *pract. cap.* 33. *num.* 3. *versic. Cæterum*, Guttier. *lib.* 1. *pract. quæst.* 20. *num.* 7. Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.*66. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.*139. Cenedo *canonicar. quæst.* 44. *num.*49. Cevallos *de cogni. per viam violen. glos.* 10. Salgado *de Regia protect. part.*1. *cap.*2. *à num.*63. *& cap.*8. *à num.* 17. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.*2. *res.*7. *num.*3. 12. *&* 15. Et quòd possit à Principe laico peti, ut acta originaliter edantur ad effectum cognoscendi ex eis, an violentia facta sit, tradunt Osascus *decis.* 180. *sub num.* 18. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 139. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 7. Cenedo *canonicar. quæst.*45. *sub num.* 24. Salgado *de reg. protect. part.*1. *cap.*2. *à num.*96. *ad* 100. Pereja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.*7. *n.*11.

93 Sed dubium est, an originalis processus, quem Judex Ecclesiasticus delegatus informans banchum Regium relinquit in Regia Audientia secuta declaratione, sit illi restituendus? Distinguo casus.

Primus est, quando Judex Ecclesiasticus delegatus citatur ad informandum banchum Regium pro vi illata laicis vassallis Domini Regis.

Secundus est, quando Judex Ecclesiasticus delegatus citatur ad informandum banchum Regium pro vi illata clericis, non admittendo appellationem in casu appellabili ad superiorem interpositam.

In primo casu, si declaratur per Regiam Audientiam Judicem Ecclesiasticum delegatum procedere in suo casu, illi restituitur originalis processus relictus Regiæ Audientiæ, ut in casu diei 18. Augusti 1598. relato *nu.* 65. Oliba *de jure Fisci cap.*11. *sub num.* 56. Si autem declaratur per Regiam Audientiam Judicem Ecclesiasticum delegatum in suo casu non procedere, nec originalis processus illi restituitur, nec copia traditur, & ita practicatur in Cathalonia, ut vidi observatum in exemplari diei 4. Junii 1661. relato *nu.*8. *in fine*. Et observatur in Regno Castellæ, ut notant Doctores citati *nu.* 30.

In secundo casu, processus est restituendus Judici 94
Ecclesiastico, Cevallos *de cognit. per viam violen. gl.* 15. Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.*2. *res.*7. *num.* 14. *&* 34. qui *num.*35. limitat, quando declaratur Ecclesiasticum in procedendo, & cognoscendo vim inferre, *& tit.*5. *resol.*1. *num.*89. *& tom.*2. *tit.*10. *resol.*1. *num.* 20.

Quæro 5. Infra quantum tempus debet Regia Audientia declarare Judicem Ecclesiasticum delegatum informantem banchum Regium procedere in suo casu, vel non? Respondeo quòd intra quindecim dies, postquam Judex Ecclesiasticus delegatus venit ad informandum banchum Regium alioquin lapsis dictis quindecim diebus, censetur dicta causa declarata in favorem dicti Judicis Ecclesiastici, *pragmatica præterea* 5. *de conten. jurisdic.* Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 273. *verac. Idem est*, Ripoll. *var. cap.*1. *numer.*45. *in fine*, Regnera. Vico *ad pragmat. Reg. Sardiniæ lib.*2. *tit.*51. *num.*26. In Regno Castellæ, non est tempus præfinitum in causis per viam violentiæ, sed terminandæ sunt statim, sine mora, retardatione, summa celeritate, & sine strepitu, & figura judicii, Cevallos *de cognit. per viam violen. glo.*11. Pareja *de instru. edit. tom.*1. *tit.*2. *resol.*7. *numer.*23. Sesse *de inhib. cap.*8. §. 3. *num.* 97. Et hæc declaratio fieri debet summatim, & sine aliquo novo processu, sine tela judicii, velo levato, partibus auditis, Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *sub numer.* 56. Cevallos *de cognit. per viam violen. gloss.*11. *num.*15. Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 14. *à num.* 124. Roderic. *de annu. reddit. lib.*1. *quæst.*17. *num.*66. Fermosin. *in cap. venerabilis quæst.*12. *de jud.*

Limita, si terminus quindecim dierum fuerit de 95
consensu Curiarum prorogatus, nam tunc ob lapsum dictorum quindecim dierum non censetur causa declarata in favorem Judicis Ecclesiastici, sed ob lapsum termini prorogati, ad Ripoll. & Fontanellam *quos citavi decis.*17. *num.*53. *& in confirmationem vide decis.*21. *à num.*25.

Sed dubium est, qualis, & quanta possit esse hæc 96
termini prorogatio? Respondeo quòd per alios quindecim dies, ut probavi *decis.*21. *num.*30. *&* 31. ita fuit observatum in illa causa Michaelis Malla, & Michaelis Joannis Osona Præcentoris, & Canonici Barcinonæ, *relata num.*73. 86. *&* 88. in qua cùm dictus Doctor Petrus Martir Febrer Officialis Barcinonæ, uti executor, & delegatus Apostolicus venisset ad informandum banchum Regium 28. Junii 1656. fuit illa prorogata die 12. Julii 1656. per dies quindecim, & postea declarata 24. Julii ejusdem anni, ut tradidi *nu.* 63. supplicatio quæ fuit tunc ad prorogandum oblata, tenoris sequentis.

Excellentissime Domine.

CUm propter plurimas occupationes Magnificorum Senatorum præsens causa non potuit declarari intra tempus per pragmaticam Regiam præfixum. Ideo Fisci Procurator Patrimonialis, & Procurator dicti Præcentoris Michaelis Joannis Osona supplicant dictum terminum ad declarandum prorogari, &c.

Altissimus.

Cortiada F. P. Adv.
Dicti Osona. *Tristanii Advocatus.*

Cui quidem supplicationi fuit facta declaratio sequens.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis Provisa per Reverendum Cancellarium die 12. *Julii* 1656. *Barcinonæ.*

Reart.

Provisio Judicis.

Rece-

Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia, attento partium consensu prorogat per dies quindecim.

Ferrer.

79 Quæro 6. An pro declaratione, & decisione causæ si Iudex Ecclesiasticus delegatus veniens informaturus banchum Regium procedat in suo casu vel non solvendum sit Regiæ Audientiæ salarium? Respondeo, quòd non, ut refert in utraque Aula visum 18. Januarii 1537. Ferrer. *par.* 3. *obser. cap.* 273. *in fine*, Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *sub num.* 56. & ita practicatur, & observatur, non solùm in isto casu, verùm etiam pro facienda declaratione occupationis temporalitatum, & bannimenti contra Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas nullum potest exigi, nec recipi salarium, ut dixi *decis.* 28. *num.* 141. quia hæc extrajudicialiter, & per modum defensionis naturalis peraguntur, *ut infrà numero* 100. 101. & 102.

98 Quæro 7. An à provisione, quæ fit in Regia Audientia, quòd Judex delegatus Ecclesiasticus abstineat à procedimentis futuris, & facta revocet, & annullet, aut veniat informaturus banchum Regium: & etiam an à declaratione, quæ fit, si Ecclesiasticus delegatus procedit in suo vel non: & denique, an à declaratione, occupationis temporalitatum, & bannimenti sit licitum supplicari, recurri, aut de nullitate dici? Respondeo quòd non; binas conclusiones Regiæ Audientiæ Cathaloniæ refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clau.* 4. *glo.* 13. *par.* 3. *num.* 17. ex Castellanis docent Avendaño *de exequend. mandat. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 32. *versic. Et quia provisio*, Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 73. Cevallos *de cognit. per viam violen. glo.* 7. *num.* 11. & *glo.* 9. *num.* 10. *versic. Y. en confirmacion*, Salgado *de Regia protec. par.* 1. *cap.* 4. *à. num.* 13. Pareja *de instru. edit. tom.* 2. *tit.* 10. *resol.* 1. *numer.* 21. & 22. Sed in Regno Aragonum ab hujusmodi provisionibus supplicatur, vide Molinam *in repertorio*, *verbo occupatio temporalitatum*, *vers. Ad occupationem fol.* 242. Ramirez *de lege Regia* §. 20. *nu.* 100. & 101. & casum relatum per Suelves *cons.* 48. *lib.* 1.

99 Ratio adducitur à Fontanella *loco proximè relato*, propter Regiam præeminentiam, & authoritatem, ne Iudices Ecclesiastici delegati occupantes, & impedientes Regiam jurisdictionem post mandatum eis causa cognita per Dominum Regem de revocando factum, per supplicationem, aut aliàs differendo negotium Regiæ jurisdictioni præjudicare possint.

100 Secunda ratio, quæ convenit tàm laicis, quàm Clericis oppressis adducitur ab eodem Fontanella *dicto loco*, & notatur à Cevallos *de cognit. per viam violen. glo.* 9. *n.* 10. *versic. Y. en confirmation*, quia Dominus Rex, seu ejus Regia Audientia in his violentiis illatis per Iudices Ecclesiasticos tàm laicis, quàm Clericis nullum jurisdictionis actum exercet, *argumento tex. in capite contin. gat.* 24. ubi Hostien. Zabarella *not.* 2. Ancharran. *quæst.* 1. Annan. *numer.* 4. Panormitan. *num.* 1. Felin. *num.* 1. Navar. *in* 4. *causa nullitatis num.* 3. *de rescrip.* Martha *de jurisdict. par.* 2. *cap.* 35. *num.* 2. Salgado *de suppli. ad Sanctiss. par.* 1. *cap.* 1. *à. num.* 150. & *cap.* 16. *num.* 16. & 17. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 2. *numer.* 40. 41. & 42. & *tit.* 7. *à num.* 5. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *sub num.* 84. Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 3. *numer.* 180. Suelves *cons.* 31. *sub num.* 2. *lib.* 1. Neque judicialiter

101 per modum ordinariæ cognitionis se intromittit, ut definiat causam; sed tantùm per modum extraordinariæ defensionis, & extrajudicialis instructionis, qua in cognitionem venire possit, utrùm Judex Ecclesiasticus coram se litigantes vi opprimat, vel non, Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *num.* 53. *in fine*, & 55. & *cap.* 13. *num.* 40 Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *n.* 8. & 17. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 14. *nume.* 8. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 2. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 14. *sub num.* 8. Fermosin. *in cap.* 2. *quæst.* 19. *de judiciis*, Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *à numer.* 83. Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 3. *num.* 29. *versic. Alia*, *nu.* 64. *à. num.* 166. 180. & 181. Osascus *decis.* 180. *num.* 19 Postius *de manuten. obser.* 6. *num.* 27. Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 58. & 74. Afflictis *decis.* 24. *num.* 4. Covar. *pract. cap.* 35. *num.* 3. *versic. Sexto*, & *versic Nec Regii Consiliarii*, Salzedo *de lege polit. lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. Torreblanca *de jure spirit. lib.* 5. *cap.* 10. *à num.* 28. Cutel. *de immu. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 14. *à num.* 117. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *num.* 58. & 70. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 7. *à num.* 5. Vela *dissert.* 44. *num.* 46. *versic. Ex quibus*, *tom.* 2. Salgado *de reg. protec. par.* 1. *cap.* 1. *per totum*, Cevallos *de cognit. per viam violen. in prologo à num.* 45. & *glos.* 6. §. 2. & *per* 2. *quæst. fin. numer.* 6. 102

Atque ita litteræ monitoriæ, quæ per Regiam Audientiam expediuntur Judici Ecclesiastico delegato, ut procedimenta revocet, aut veniat banchum Regium informaturus, nec apparenter continent citationem judicialem, ut notant prædicti Doctores, & explicat Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 5 1. *num.* 46. *versic. Dictum est*, Mattheu *de Regim Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 192.

Quæro 8. An Dominus Rex seu ejus Regia Audientia possit in his cognitionibus violentiæ in expensis condemnare? Distingue tres casus. 103

Primum, respectu laici indebitè conquerentis de laico vassallo Domini Regis coram Judice Ecclesiastico de re temporali, & profana, nam tunc indubitatum est, quòd potest actor in expensis per Regios Judices condemnari, Gregorius Lopez *l.* 13. *tit.* 13. *par.* 2. *glos. Nin fueraca*, Avendaño *de exequen. mandat. par.* 1. *c.* 1. *num*, 32. *versic. Nan pro violentiis*, Azevedo *l.* 2. *tit.* 6. *in fine lib.* 2. *recop.* Rodericus *de annu. reddit. libr.* 1. *quæst.* 17. *sub num.* 73. Guttierez *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *à num.* 2. Cevallos *de cognit. per viam violen. glo.* 16. *nu.* 1. & 6. Pareja *de instr. edit tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 7. *nu.* 14. Fermosinus *in cap. quæst.* 20, *à num.* 1. sed in Cathalonia nec vidi, nec legi hoc practicatum. 104

Secundum, respectu Clerici actoris facientis vim laicis, vel Clericis reis coram Judice Ecclesiastico, quo casu, etsi Azevedo, Rodericus, & alii *de judiciis*, *nu. præcedenti relati*, indistinctè velint partem indebitè conquerentem in expensis posse condemnari: contrarium respectu Clerici probat Cevallos *de cognit. per viam viol. glo.* 16. *num.* 7. 8. & 9. ubi addit, quòd potest Clericus actor isto casu in bonis mulctari, & citat Gregor. Lopez & Guttier. *& testatur ita communiter practicari*, Fermo. *in cap.* 2. *quæst.* 20. *num.* 7. *de judi.* at in Cathalonia nec vidi, nec legi Clericum actorem vim inferentem in expensis condemnatum, nec mulctatum. 105

Tertium, respectu ipsius Judicis Ecclesiastici vim inferentis, nam tunc dicunt aliqui, quòd potest quandoque in expensis condemnari, ut ex Benedicto, Gregorio Lopez, & Avendano notat Salzedo ad Bernard. Diaz *in pract. crim. cap.* 102. *Quod usque adeò*, Roder. *de annu. reddit. lib.* 1. *quast.* 17. *sub num.* 73. Aviles *cap.* 1. *præt. gloss. mandamientos*, *num.* 11. Sesse *de inhib. c.* 8. §. 3. *num.* 96. Cenedo *collect.* 37. *ad decretum nu.* 15. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 139. *littera E.* Monterroso *in praxi de Cancel. cap.* 2. *De la segunda manera de los pleitos Ecclesiasticos que se traenpor via de fuersa*, *fol.* 94. Salgado *de reg. protec. par.* 1. *cap.* 2. *à num.* 124. Pareja *de instrumento*, *edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 7. *numero* 15. 106

Sed contrarium docet, & probat respondendo contrariis Cevallus *de cognit. per viam violen. glos.* 16. *à n.* 2. *ad* 6. & *num.* 9. *versic. Tertius casus est*, Gregorius Lopez *l.* 13. *tit.* 13. *par.* 2. *glos. Nin fuersa*, Guttierez *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 6. *in fine*, Fermosinus *in ca.* 2. *q.* 20. *à num.* 7. *de judiciis*. Nisi in casu, quo Judex Ecclesiasticus sæpiùs monitus non pareret Regiis decretis, & hoc ob suam inobedientiam, & contumaciam, Guttierez *pract. lib.* 1. *quæst.* 20. *nu.* 7. *in fine* Cevallos *ubi proximè glos.* 16. *num.* 5. *in fine*, sed contrarium resolvit Fermosin. *in cap.* 2. *quæst.* 20. *num.* 10. *de judiciis*. At in Cathalonia nec vidi, nec similiter legi Judicem Ecclesiasticum vim inferentem in expensis condemnatum; & solùm existimo teneri illas solvere, quando ob suam negligentiam, contumaciam fuerunt occupatæ ejus temporalitates, & tractatur de earum restitutione illi facienda, ut dixi *decis.* 28. *num.* 178. 107

Quæro 9. Quoties procedendum est contra Judicem Ecclesiasticum delegatum ad occupationem temporalitatum 108

tatum, quæ bona sint illi occupanda; jam dixi contra Judicem Ecclesiasticum ordinarium, quid observetur in Cathalonia, *decis.* 28. *num.* 88. idemque observandum est contra Judicem Ecclesiasticum delegatum. Tum quia non debet esse deterioris conditionis delegatus Papæ, quàm ipse Judex Ecclesiasticus ordinarius, cùm in causa saltem commissa majori præfulgeat prærogativa *c. sane quia, nos, cap. Pastoralis* §. *quia verò, de off. deleg.* Tum quia in odiosis contra Judices Ecclesiasticos facienda est benignior interpretatio *c. in pœnis, de reg. jur. in 6.* Ideoque si Judex Ecclesiasticus delegatus ratione suæ Dignitatis, & beneficii habeat in Regno jurisdictiones temporales, poterit suo casu procedi contra eum ad occupationem temporalitatum, nullatenus verò procedetur ad occupationem aliorum bonorum Ecclesiasticorum etiam temporalium, sed est recurrendum ad alias pœnas usu in similibus receptas, ita Olib. *de jur. fis. cap.* 12. *n.* 5. *&* 6.

109 Proceditur etiam in Cathalonia, Valentia, & Sardinia contra Judicem Ecclesiasticum delegatum per citationem ad banchum Regium tàm respectu laici, quàm Clerici, quoties ipse Judex Ecclesiasticus delegatus aliquam Regaliam lædit, aut Regii patronatus jura frangere intendit, nam tunc Dominus Rex, seu ejus Regia Audientia illi scribit, ut procedimenta revocet, vel compareat banchum Regium informaturus, ut tradunt Belluga *in spec. Princip. rub.* 18. *num.* 6. *&* 7. Salgado *de reg. protec. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. & alii per Mattheu *de Regim. Reg. Val. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 196. Oliba *de jure fisc. cap.* 11. *per totum, & notat. cap.* 13. *num.* 39. Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 3. *num.* 197. *&* *dec.* 114. *num.* 14. *tom.* 2. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 60. Ramirez *de lege Regia* §. 20. *num.* 80. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 48. *versic. Primo, & versic.* 2. & plures citati *supra num.* 30. *&* 32 *& infrà num.* 111. ut in exemplaribus dierum 11. Septembris 1603. & 24. Julii 1656. *relatis num.* 67. Et fuit etiam observatum in facto juris firmæ per excellentissimum Dominum Marchionem Aytonæ, & fisci Procuratorem Patrimonialem procedimentis factis per Franciscum de Amigant, Canonicum Barcinonæ, Vicarium generalem, Sede vacante, ut delegatum Apostolicum in causa Abbatis, & conventus Monasterii Beatæ Virginis Mariæ Montis Serrati ex una, & Rectorem, & Collegium Societatis Iesu Civitatis Ilerdæ ex altera, die 4. Martii 1664. ad relationem Nobilis
110 Hieronymi de Codina, Scriba Preve. Dixi contra Judicem Ecclesiasticum delegatum, nam si Judex Ecclesiasticus ordinarius est, qui aliquam Regaliam lædit, aut Regii Patronatus jura frangere intendit, cum illo procedendum est forma contentionis juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, notat Oliba *de jure fisci capit.* 13. *num.* 39. Exemplaria tradidi *decisione* 6. *num.* 38. *&* *dec.* 10. *num.* 141. *&* 149.

111 Alia similis est Regalia Domini Regis, quando Judices Ecclesiastici tam ordinarii, quàm delegati vim inferunt tam laicis, quàm Clericis etiam in causis spiritualibus, nam tunc ad tollendas has violentias, & oppressiones per viam extraordinariæ defensionis se intromittere potest Dominus Rex, seu ejus Regia Audientia, donec à superiore Judicum Ecclesiasticorum inferiorum debitum præstetur juris remedium, non ut de causa cognoscat, sed videat an Judex Ecclesiasticus procedat in suo casu, vel non procedat; ut oppressus succurratur, tradunt hanc Regaliam gravissimi Doctores attestantes ita observari, & practicari in suis Provinciis, De Cathalonia Marquilles *in usatico alium namque versic. Nota bona verba, fol.* 332. *col.* 4. Oliba *de jure fisci cap.* 13. *num.* 40. *capite* 14. *num.* 100. *&* *capite* 15. *num.* 33. Ferrer. *part.* 1. *obser. capite* 22. Ripoll. *de regal. capite* 6. *à num.* 34. Fontanella *de pactis nuptialibus tomo* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *num.* 9. *&* *decis.* 316. *num.* 2. 3. *&* *dec.* 390. *num.* 1. *par.* 2. De Aragonia Portoles §. *appellatio, num.* 31. *&* §. *firma, num.* 101. *&* 172. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 1. 2. *&* 3. *&* *decis.* 114. *&* *in epistola ad Dominam Regem tom.* 2. *&* *decis.* 318. *tom.* 3. Cenedo *collect. ad decretum* 5. *num.* 3. *&* *collect. ad decretal.* 17. *num.* 2. *&* *Canonicarum quæst.* 45. Sarravia *de jurisdict. adjun. q.* 30. Suelves *cons.* 31. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Ramirez *de lege Regia* §. 20. *à num.* 80. Torreblanca *de jure spirit. lib.* 15. *cap.* 10. *à num.* 5. *&* *de magia lib.* 3. *cap.* 27. *à num.* 2. De Valentia Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 14. Regens Leon *decis.* 2. *to.* 1. Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 1. *sect.* 3. *à num.* 57. *usque ad nu.* 113. *&* *sect.* 5. *nu.* 197. De Sardinia Regens Vico *ad pragm. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *à nu.* 25. *ad* 49. De Castella Aviles *cap.* 1. *prætor. verbo mandamientos numero* 10. Avendaño *de exequend. mandat. lib.* 1. *num.* 32. *&* *libr.* 2. *cap.* 6. *num.* 12. Paz *in prax. par.* 1. *tom.* 1. *cap.* 1. *à n.* 23. Covar. *pra. cap.* 33. *num.* 3. *&* 4. Guttier. *pract. libr.* 1. *quæst.* 10. *&* *de juram. confir. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 26. Salzedo *in pract. crim. cap.* 102. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 139. Azevedo *lib.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *recop.* Cevallos *com. contr. com. lib.* 4. *qu.* 897. *&* *de cognit per viam violentiæ per totum maximè in prologo*, Narbona *l.* 80. *gloss. unica tit.* 5. *lib.* 2. *recop. fol.* 227. Avila *de censur. par.* 2. *ca.* 7. *disp.* 2. *dubit.* 5. *versic. Secundo*, Parlador. *in sesquicent. diff.* 9. §. 4. *num.* 24. Curia Philippica *par.* 1. §. 5. *numero* 34. Salgedo *de Regia protec. part.* 1. *cap.* 1. *&* *per quimque præludia, &* *de supplicat, ad Sanctis. par.* 1. *cap.* 1. *à num.* 102. Salzedo *de lege polit. lib.* 1. *ca.* 7. *&* §. 1. *per totum*, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. *&* *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 25. *&* *in polit. lib.* 5. *cap. versic. Lo decimo*, Fermosinus *in ca.* 2. *quæst.* 19. *de judiciis*, Carrasco *ad leg. recop. cap.* 6. §. 4. *à. num.* 20. *&* *tract.* 1. *de casibus Curiæ numer.* 94. Castillo *de tertiis cap.* 41. *à. num.* 163. *ad* 181. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 7. *nu.* 1. Vela *dissert.* 44. *num.* 46. *versic. Ex quibus*, De Luzitania Navar. *in cap. cum contingat, remed.* 1. *de rescript.* Pereira *de manu Regia per tot. tract. præcipuè in prælud. cap.* 1. *cum seq.* Valascus *consult.* 99. Barbosa *in l. Titia num.* 47. *in fine, versic. poterit. ff. solut. matri* De Gallecia Rodericus *de annu. reddit. libr.* 1. *quæst.* 15. *à num.* 66. Garcia *de Nobilit. glo.* 9. *num.* 51. De Neapoli Afflict. *decisione* 24. Franchis *dec.* 193. *num.* 11. Tapia *ad leg. reg. rub.* 4. *nu.* 11. *lib.* 3. Grammat. *decis.* 78. *num.* 2. Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 21. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 95. *&* *cap.* 34. *num.* 30. Thoro *in compen. decis. tom.* 1. *verbo Judex laicus, fol.* 294. Borell. *de reg. Cathol. præst. cap.* 71. *numer.* 58. 59. *&* 60. De Navarra Herrera *in probat. pro Comestali cap.* 36. *in fine*, Olanus *littara C. numer.* 34. *&* *littera I. nu.* 77. De Sicilia Car. de Gras. *de effect. Cler. effect.* 1. *à num.* 396. Cutel. *de immu. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 14. De Granata Amaja Larrea *in l.* 60. *num.* 46. *de decurion. lib.* 10. Larrea *decisione* 2. *num. decimo tertio*, De Mediolano Menochius *de retinen. remed.* 3. *nu.* 356. De Sabaudia Osascus *decis.* 180. Faber. *in suo C. lib.* 7. *tit.* 28. *de fin.* 55. Thesaurus *decis.* 82. Mastrill. *decis.* 79. *num.* 1. De Mantua, Surd. *decis.* 175. *in fine*, De Gallia Carol. de Gras. *lib.* 2. *reg. Fran. jure* 7. Rebuf. *in commentariis ad titu. de appellat. tanquam ab abusu*, Mainard. *dec.* 28. *lib.* 1. Et de aliis pluribus Regnis Cevallos *de cognit. per viam violen. in prologo à num.* 185. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *num.* 84. Leon *decisione* 2. *à num.* 6. *tom.* 1. qui innumeros alios referunt.

Plures casus hujus Regaliæ tradunt Rodericus *de* 112
annu. reddit. lib. 1. *quæst.* 17. *à num.* 66. Sesse *decis.* 114. *à num.* 5. *&* 31. *&* *decis.* 318. *tom.* 3. *&* *de inhib. cap.* 8. §. 3. *à num.* 197. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 7. *num.* 1. *&* *alii proximè laudati*. Ordinarius autem casus, quo se intromittit Dominus Rex pro tollenda violentia Judicis Ecclesiastici est, quando iste non
defert appellationi sui subditi, Covar. *pract. cap.* 33. *nu-* 113
mer. 3. Portoles §. *appellatio, num.* 31. *&* §. *firma num.* 172. Castillo *de tertiis cap.* 41. *numer.* 170. *tom.* 7. Oliba *de jure fisci c.* 11. *num.* 54. Regens Leon *decis.* 2. *num.* 10. *in fine*, Regens Vico *ad prag. reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 48. *versic. Quarto*, Sesse *de inhib. capite octavo*, §. 1. *à numero primo, &* §. 3. *à numer.* 62. *&* *decis.* 114. *tom.* 2. *&* *in epistola ad Dominum Regem à num.* 79. Suelves *consil.* 31. *numer.* 2. *lib.* 1. Salgado *de reg. protect. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 181. *&* *de suppli. ad Sanctis. par. c.* 1. §. *unico per totum*, Fontanella *decis.* 316. *num.* 13. *part.* 2. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 7. *à numer.* 1. Vela *dissert.* 44. *num.* 46. *versic. Ex quibus lib.* 2. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 89. *à num.* 111. *lib.* 4. *&* *de cognit. per viam violen. gloss.* 6. *&* 7. & alii *ex*

cata-

citatis num. 111. exemplaria Regni Valentiæ tradit Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *num.* 83. 88. 91. 94. De nostro Principatu vide exemplare *relatum infra num.* 124.

114 Sed antequam Princeps procedat ad præstandum auxilium defensionis oppresso, debet ei constare de violentia, & oppressione, Afflict. *decis.* 24. *num.* 6. quem citat Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *numero* 57. Sesse latè *in Regina epistola post tom.* 2. *decis.* 2. *à nume.* 77. *& de inhib. cap.* 8. §. 1. *numero* 4. Fontanella *decis.* 316. *numero* 28.

115 *par.* 2. Quia violentia est causa, quæ devolvit, & defert potestatem extrajudicialem Principi, ut eam tollat, Sesse *in epistola Regia tom* 2. *decis. num.* 77. *& decis.* 114. *numero* 4. *& de inhib. cap.* 8. §. 3. *numero* 62. Avendano *de exequendis mandat. parte* 1. *cap.* 1. *numero* 32. post alios Mattheu *de Regim. Reg. Vilen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *numero* 97. Atque ita quando Judex Ecclesia-

116 sticus non vult admittere appellationem ad superiorem Ecclesiasticum interpositam, ut Princeps sæcularis possit procedere ad tollendam violentiam, debet constare de appellatione, quòd sit in casu quo appellatio locum habeat, Cevallos *de cognit. per viam violentiæ glo.* 6. *nu.* 90. pro mille Vela *dissert.* 44. *num.* 46. *vers. Ex quibus,*

117 *tom.* 2. Quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 1. *numero* 4. *&* §. 2. *numero* 9. *&* 12. *& in epistola Regia tom.* 2. *decis. numer.* 83. *& decis.* 114. *numer.* 4. Suelves *cons.* 31. *num.* 2. *lib.* 1. Secus si appellatio solùm locum habeat quo ad effe-

118 ctum devolutivum, & non quo ad effectum suspensivum, idem Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 1. *numer.* 3. *&* 5. *& cap.* 2. *numer.* 8. *& in Epistola Regia tom.* 2. *decis. num.* 82. *& decis.* 114. *num.* 5. Fontanella *decis.* 316. *numero* 28. *tom.* 2.

119 Requiritur etiam secundùm aliquos, ut hæc Regalia violentiæ locum habeat, quòd Judex Ecclesiasticus superior non adesset, vel si adesset, nollet reprimere violentiam, tunc enim dicunt ad talem vim reprimendam Principem sæcularem adiri posse, *can. petimus* 11. *quæst.* 1. Oliba *de jure fisci cap.* 11. *numer.* 56. Sesse *in epistola Regia tom.* 2. *decis. num.* 87. *& decis.* 114. *num.* 2. cum aliis pluribus per Dianam *resol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 13. *vers. Sed ego*, Del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 4. *sub num.* 15. *& de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 6. *sect.* 1. *à numer.* 20. Trullench. *lib.* 7.

120 *decalogi, cap.* 13. *dubit.* 5. *num.* 6. *in fine*. Cùm hoc temperamento res extra omnem difficultatem esset; sed communis praxis tale non admittit, vel quia non adest superior, qui præstò violentiam reprimat, vel quia consuetudo introduxit, ut solùm moneat Judex Ecclesiasticus vim inferens, Sesse *in epistola Regia tom.* 2. *decis. numer.* 88. *& decis.* 114. *num.* 3. Fermosinus *in cap.* 2. *q.* 29. *num.* 22. *ad* 26. *de judi.* Castillo *de tertiis tom.* 7. *cap.* 41. *numer.* 180. & alii *ex citatis numer.* 32. *&* 111. & ob id jurisdictio Ecclesiastica deficere dicitur, ut intret Dominus Rex ad relevandos oppressos, quando Summus Pontifex longè distat à Provincia, Martha *de jurisdict. par.* 1. *cap.* 48. *à num.* 25. Fontanella *decis.* 316. *n.* 25. *par.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *num.* 107. Neque præsentia, seu existentia Nuntii Apostolici in Villa Matriti Curia Domini nostri Regis obest, quominus Dominus Rex sua potestate frua-

121 tur, & oppressus succurratur, ut sentiunt Oliba *de jure Fisci cap.* 11. *sub numer.* 56. Fontanella *decis.* 316. *num.* 25. *par.* 2. Fermosinus *in capit.* 2. *quæst.* 19. *num.* 26. *de judiciis*, & probat Mattheu *de Regimine Regni Valentiæ tomo* 2. *capite* 7. §. 1. *section.* 3. *à numero* 107. *ad* 100. maximè quando Judex Ecclesiasticus non concedit terminum oppresso ad reportandas litteras citatorias, & inhibitorias: nam quamvis adsit Nuntius in Villa Matriti, quo ad hunc effectum idem est, ac si Romæ reperiretur, ac proinde isto casu defensio interponitur, quo usque Romanus Pontifex adeatur, idem Doctor Mattheu *ubi proxime numero* 109. *in fine*, vel quando Nuntius non vult litteras citatorias, & inhibitorias concedere, nam pariter intrat Rex, ut vim tollat, & oppressum succurat ut in casu relato per eumdem Mattheu *loco citato*, & vidi sic in Cathalonia practicatum in quo Nuntius noluit inhibitorias concedere.

Si Judex Ecclesiasticus, qui vim infert Clericis, vel 122
laicis est ordinarius, procedit cum eo Dominus Rex forma contentionis juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, notat Oliba *de jure fisci cap.* 11. *sub numero* 56. *& cap.* 13. *numero* 39. *juncto numero* 40. latè exemplaria plura referens Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *à numero* 81. *ad* 99. Si verò est delegatus, procedit cum illo Dominus Rex ad vim tollendam per citationem ad banchum Regium, notat Oliba *ubi proximè*, Regens Leon. *decis.* 2. *numero* 14. *lib.* 1. latè Mattheu *de regim. reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *numero* 78. 79. 80. 81. 95. *&* 98. Etiamsi sit ordinarius, si tamen se habeat in causa ut delegatus Apostolicus, nam per citationem ad banchum Regium cum eo procedendum est, juxta exemplaria tradita *numero* 80. & si hæsitet in isto casu in forma procedendi, Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *num.* 86.

Clericus qui se opprimi prætendit per Judicem Eccle- 123
siasticum, si vult adire Principem sæcularem pro vi auferenda, non potest illum adire judicialiter, neque firmare de jure coram eo, quia non potest ad eum provocare, neque in eum consentire, Oliba *de jure fisci cap.* 11. *num.* 53.

Sed deveniendo ad praxim hujus Regaliæ delega- 124
tus Apostolicus qui nolebat appellationi deferre, Capitulo Sanctæ Ecclesiæ Ilerden. fuit citatus per Regiam Audientiam meis temporibus ad informandum banchum Regium, verùm casus erat extra difficultatem, quia non dabatur Nuntius Apostolicus in Regnis Hispaniarum, & fuit oblata supplicatio tenoris sequentis.

Serenissime Domine.

CApitulum Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Ilerdensis opprimitur, & vexatur per Doctorem Braulium Sunyer uti prætensum Judicem delegatum Apostolicum instante Doctore Josepho Sala Cive Tarraconæ, ob prætensam pensionem reservatam, ut asseritur, in favorem Raphaelis Miralles olim Canonici dictæ Ecclesiæ Ilerdensis, cujus prætensionis occasione non dubitavit dictus prætensus Judex ad ulteriora procedere, non obstante quòd pro parte dicti Capituli fuit dictum de nullitate, & simul appellatum non solum, verùm etiam antea à quadam interlocutoria provisione in qua fuerat declaratum, quòd procederetur ad ulteriora rejecta de facto excepto, defectu citationis opposita per Syndicum dicti Capituli. Et cum dictus prætensus Judex Apostolicus vim faciat, & dictum Capitulum opprimat recusando pro ut recusavit, & recusat dictis appellationibus defferre, & etiam quia minatur interdictum apponere, & alias pœnas ex quo scandalum generaretur in populo, & cum in Hispania non adsit pro nunc Tribunal Nuntii, seu Legati Apostolici, qui de causis cognoscat; negotiàque expediat, & sic causas dictarum nullitatum, appellationum introducere non possit dictum Capitulum nisi coram Summo Pontifice, quod in se habet magnas dilationes. Quapropter cum non adsit præstò superior, quiliberet dictum Capitulum à dictis oppressionibus, & sit periculum in mora, quo casu per modum extraordinariæ defensionis, ut vim repellat, repulset, & oppressum sublevet, & Judicem Ecclesiasticum quoquomodo reducat ad viam justitiæ, & vim non faciat possit V. Celsitudo ex Suprema Regalia adiri, ut in similibus est solitum fieri. Propterea, & aliàs Syndicus dicti Capituli repræsentans oppressiones prædictas, & ut de illis constet exhibens instrumentum appellationis post alias appellationes interpositas, & responsiones per dictum prætensum Judicem factæ, in qua noluit appellationi differre, ut inserantur, supplicat omni meliori modo, quatenus dignetur Celsitudo vestra rescribere dicto prætenso Judici delegato, ut appellationibus interpositis per dictum gravatum deferat quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, aut aliàs certa die per vestram Celsitudinem præfigenda compareat còram vestra Celsitudine, seu in Regia Audientia banchum Regium informaturus, ad deducendum, & allegandum causas si quas habet, ob quas dictis appellationibus defferre minimè teneatur; & præsentem causam ex sui natura consistorialem, ad se suamque Regiam Audientiam

dientiam evocare, illamque committere alicui Nobili, aut Magnifico Regio Senatori, qui de litteris juxta stylum & aliàs debitè provideat, & justitiam ministret, officio, &c.

Altissimus
Mas, & Vidal.

Cui quidem supplicationi fuit facta decretatio sequens.

Magnificus Ludovicus Ferrer recognoscat supplicata, & verbum faciat.

Provisa per Nobilem Hierònymum de Codina antiquiorem in Aula 13. Julii 1655. Barcinonæ.
Pasqual de Cadell.

Evocata causa prætextu quo supplicatur, Magnificus Ludovicus Ferrer audiat, colligat, & referat, & super supplicatis & aliis debitè provideat.

Provisa per Nobilem Hieronymom de Codina antiquiorem in Aula ex deliberatione Regiæ Audientiæ 24. Julii 1655. Barcinonæ.
Pasqual de Cadell.

Provisio Judicis

Recepta dictis die, & anno facto verbo in Regia Audientia providet, quòd inserantur producta, & rescribatur Doctori Braulio Sunyer prætenso delegato deferat appellationibus interpositis per Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Illerdensis, quo ad utrumque effectum intra dies decem, aut intra eosdem decem dies personaliter compareat, banchum Regium informaturus, & fiant addi litteræ opportunæ juxta stylum.

Ferrer.

Vigore hujus provisionis fuerunt expeditæ littere dicto prætenso Judici delegato juxta tenorem supplicationis, ac provisionis, & secundùm formam quam tradit pro delegatis Apostolicis Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *fol. mihi* 487. quibus litteris illi præsentatis, cum intra dies decem non detulisset appellationibus per Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Ilerden. interpositis nec comparuisset ad informandum banchum Regium: per Syndicum dicti Capituli fuit oblata secunda supplicatio 26. Augusti 1655. in eaque extitit provisum, quòd fierent secundæ litteræ cum comminatione bannimenti, & aliis opportunis juxta stylum. Expeditis his secundis litteris, & illi præsentatis, venerunt litteræ à Curia Romana inhibendo dictum Judicem delegatum, & sic per Syndicum dicti Capituli non fuit amplius de hac causa tractatum.

125 Sed utrùm causæ visitationis, & correctionis Religiosorum, & Monialium possit trahi ad Senatum pro tollendis Judicum violentiis; Respondeo quòd non, Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *nu.* 25. Sesse *de inhib. cap.* 30. §. 1. *nu.* 44. *& tom.* 2. *decis. in epist. ad Regem. num* 99. Salgado *de treg. protec. par.* 1. *cap.* 2. §. 5. *num.* 21. latissimè Barbosa *voto* 4. *à num.* 120. Ripoll. *de regal. cap.* 6. *à num.* 72. Cevallos *de cognit. per viam violen. in prologo num.* 206. *& glos.* 6. *à num.* 20. *& glos.* 26. *num.* 18. *versic. Rursus, & par.* 2. *quæst.* 74. *à nume.* 24. *& quæst.* 95. *à num.* 14. Fontanella *decis.* 313. *numer.*
126 26. *& decis.* 316. *num.* 27. *par.* 2. Nisi Visitator modum visitationis, & correctionis graviter excedat, Cevallos *com. cont. comun. lib.* 4. *quæst.* 2. *aliàs est* 897. *numer.* 287. *& lib.* 2. *de cognit. per viam violen. glo.* 6. *num.* 23. *& par.* 2. *quæst.* 95. *num.* 24. Solorzano *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 34. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 26. *vers. Petro, & versic. Si bien, fol.* 728. Et ad hunc effectum fuit aliquoties in Cathalonia firmata contentio juxta concordiam, & in Regno Castellæ causa delata ad Regium Concilium: & quia Visitator modum correctionis, & visitationis non excessit, fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium in favorem jurisdictionis Ecclesiasticæ, & in Regno Castellæ Visitatorem vim non facere ut tradunt Fontanella *decis.* 313. *cum. seq. & decis.* 317. *numer.* 19. *ubi decisionem refert part.* 2. quem laudat Mattheu *de Regim. Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *nu.* 42. *in fine*, Cevallos *de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 74. *à num.* 24. Barbosa *voto* 4. *num.* 127. *tom.* 1.

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter Inquisitores hæreticæ pravitatis, & Judices sæculares, & de praxi procedendi cum illis.

SUMMARIUM.

1 *Iesus Christus Dominus noster in sexta mundi ætate fuit primus Inquisitor legis Evangelicæ.*
2 *Apostolis Christi successoribus data fuit inquisitorum jurisdictio in causis fidei.*
3 *Episcopi successores Apostolorum fuerunt ordinarii Inquisitores generales in suis Diœcesibus, & soli de hæresi cognoscebant.*
4 *Inquisitores specialiter constituerunt summi Pontifices ob ingentes Episcoporum occupationes in eorum gratiam.*
5 *Sanctus Dominicus de Gusman fuit primus Inquisitor generalis.*
6 *Summi Pontifices concesserunt facultatem Generalibus, & Provincialibus Ordinum Beati Dominici, & Beati Francisci eligendi Inquisitores per suas Provincias.*
7 *Cardinales in Italia à tempore Pauli Tertii sunt Inquisitores generales totius Orbis, & illi ex Religiosis Dominicanis, vel Franciscanis de scientia Summi Pontificis speciales Inquisitores ad Provincias, vel Urbes nominant.*
8 *Inquisitor generalis in Hispania fuit à Sede Apostolica specialiter creatus precibus Catholicorum Regum Ferdinandi & Elisabeth.*
9 *Inquisitor generalis Hispaniæ à Domino nostro Rege eligitur, habetque in sua Regia Curia Supremum Concilium in quo præsidet, & potestatem eligendi, & nominandi Provinciales Inquisitores.*
10 *Inquisitor generalis in causis fidei an sit Judex ordinarius, vel delegatus Summi Pontificis, referuntur opiniones, & resolvitur esse delegatum.*
11 *Inquisitores Provinciarum ab Inquisitore generali electi an sint delegati, seu subdelegati Sedis Apostolicæ.*
12 *Inquisitores cognoscunt de causis fidei, & de omnibus hæresim sapientibus, num.* 12. *cum omnibus annexis, & connexis, incidentibus, & dependentibus illius, num.* 13.
24 *Inquisitores cognoscunt de omnibus causis fidei contra omnes, & quascumque personas quamvis dignitate Illustres, num.* 14. *Etiam contra Proreges, Gubernatores Provinciarum, & Religionum Generales, num.* 15. *Sed in Hispania quando Inquisitores procedere volunt contra personas graves, consulere debent Inquisitorem generalem, & ejus Supremum Senatum, nisi sit periculum fugæ, aut alterius gravis mali, n.* 16.
17 *Inquisitores non possunt procedere contra Papam, num.* 17. *Nuncios, & alios Officiales, Sedis Apostolicæ, num.* 18. *Archiepiscopos, & Episcopos, num.* 19. *Alios Inquisitores, num.* 20. *Nec contra Reges, & Principes laicos, num.* 21.
22 *Inquisitores cognoscunt de omnibus causis fidei cum annexis, & connexis privativè ad Judices sæculares.*
23 *Inquisitores cognoscunt de jure communi de omnibus causis fidei cumulativè ad Episcopos, n.* 23. *sed in Hispania privativè, num.* 24. *Vocatis tantùm in proferendis sententiis, & assistentibus Episcopis per se, vel eorum Vicariis, n.* 25.
26 *Jurisdictioni ordinariæ Episcoporum in causis fidei per delegatam jurisdictionem, quam Inquisitores exercent, non est omnino derogatum.*
27 *Abbates, & Priores exempti habentes jurisdictionem quasi Episcopalem concurrunt cum Inquisitoribus in causis fidei tamquam Ordinarii.*
28 *Vicarii, qui nominantur à Capitulo Sede vacante concurrunt tamquam Ordinarii cum Inquisitoribus in causis fidei.*

29 *Vica-*

29 *Vicariis residentibus in loco ubi residet Tribunal Sanctæ Inquisitionis, solent alii ordinarii committere vices suas, quamvis ipsi si volunt, ad illud accedere possunt.*

30 *Episcopi ubi cum Inquisitoribus concurrunt in Tribunali Sancti Officii, sedere debent post Inquisitorem antiquiorem.*

31 *Inquisitores, & Episcopi si discordant in infligendis pœnis, consulendus est Summus Pontifex in Inquisitione Romana, sed in Hispania consulendus est Inquisitor generalis, & ejus Supremus Senatus.*

32 *Appellato casibus in quibus interponitur ab Inquisitoribus in causis fidei appellandum est in Inquisitione Romana ad Summum Pontificem, sed in Hispania ad Jnquisitorem generalem, & ejus Supremum Senatum.*

33 *Inquisitores possunt ad sententiam procedere soli, si Episcopi ab eis vocati non potuerint accedere ad Tribunal Sancti Officii, neque vices suas committere.*

34 *Contentio, nec dubium suscitari potest cum Inquisitoribus in causis fidei.*

35 *Reus captus per Inquisitores ex causa fidei non potest manifestari, nec ad regia Tribunalia recurri per viam violentiæ.*

36 *Reus captus per Judicem sæcularem pro quocumque gravissimo crimine, si ab Inquisitoribus ex causa fidei petatur, illico tradendus illis est.*

37 *Inquisitores expedita causa fidei si reum non relaxant brachio sæculari, debent eum Judici laico restituere, ut illum puniat pro sæculari delicto, quo antea captus erat.*

38 *Inquisitores in Hispania debent declarare reum hæreticum esse, & relaxare Curiæ sæculari consulto Inquisitore generali, & ejus Supremo Senatu, & non aliter.*

39 *Judex sæcularis, quando reus per Inquisitores declaratur hæreticus, & relaxatur brachio sæculari, non potest de meritis, & viribus illius condemnationis, & sententiæ cognoscere, sed debet clausis oculis illorum sententiam exequi.*

40 *Judex sæcularis lata adversus hæreticum sententia per Inquisitores, statim eum tradit ad strangulandum, & flammis comburendum, num. 40. & quomodo practicetur in Cathalonia, & in aliis Regnis, num. 41.*

42 *Inquisitores præter causas fidei cum suis annexis, & connexis cognoscunt de causis Ministrorum Officialium, & Familiarium Sanctæ Inquisitionis.*

43 *Inquisitorum jurisdictio in causis Ministrorum, Officialium, & Familiarium Sanctæ Inquisitionis an sit Ecclesiastica, vel Regia.*

44 *Contentiones plurimæ suscitantur in causis Ministrorum, Officialium & Familiarium Sanctæ Inquisitionis, & pro illis decidendis plures initæ sunt concordiæ.*

45 *Contentiones jurisdictionis inter Inquisitores hæreticæ pravitatis, & Judices sæculares in causis Familiarium Sanctæ Inquisitionis, qualiter in Corona Aragonum, terminentur, & num. 46.*

47 *Contentiones jurisdictionis inter Inquisitores, & Judices sæculares in causis Ministrorum, & Officialium Sanctæ Inquisitionis terminantur eodem modo, quo in causis Familiarium.*

48 *Conferentiæ ad declarandas contentiones inter Inquisitores, & Judices sæculares in causis Ministrorum, Officialium, & Familiarium Sanctæ Inquisitionis habendæ sunt in domo Tribunalis Sanctæ Inquisitionis.*

49 *Inquisitor antiquior præcedit in conferentiis contentionum jurisdictionis Regenti Regiam Cancellariam & primus votum suum dat.*

50 *Jnquisitor antiquior, & Regens Cancellariam quomodo incedere debent, dum est habenda conferentia.*

51 *Conferentia pendente inter Inquisitores, & Judices sæculares nihil est innovandum, numero 51. Fallit in informationibus recipiendis super delicto, profundata qualitate attributiva jurisdictionis, quas tam Jnquisitores quam Judices sæculares recipere possunt, usque ad diem conferentiæ, numero 52.*

53 *Conferentiam si nolunt admittere Inquisitores, seu Judices sæculares etiam in casu claro, quas pœnas incurrant.*

54 *Competentiæ jurisdictionis inter Jnquisitores, & Judices sæculares, qualiter in Regno Castellæ terminentur.*

55 *Competentiæ jurisdictionis inter Jnquisitores, & Judices sæculares qualiter terminentur in Regnis Jndiarum.*

56 *Et qualiter in Regno Siciliæ.*

57 *Praxis suscitandi contentiones inter Inquisitores, & Judices sæculares in causis Officialium, & Familiarium Sanctæ Inquisitionis refertur, n. 57. & forma supplicationum, num. 58.*

59 *Relationi scribæ mandati standum est.*

60 *Jnquisitor antiquior, & Regens Cancellariam si sunt concordes, illud executioni mandant absque appellatione, seu recursu.*

61 *Remissio Familiaris ad Tribunal Sanctæ Jnquisitionis fieri debet expensis ipsius Familiaris, si bona habeat, aliàs expensis Jnquisitorum.*

62 *Notarius compelli potest originalem processum tradere Jnquisitoribus in causa remissionis Familiaris ad suum forum, nisi in illo processu alii complices delicti existant.*

63 *Remissio hæretici per Judices sæculares ad Jnquisitores facienda est expensis communibus, evacuata prius bursa Inquisitionis.*

64 *Notarius tradere debet Jnquisitoribus originalem processum in remissione hæretici, si ab Jnquisitoribus petatur.*

65 *Jnquisitores si opus habeant processu, & informationibus à Judicibus sæcularibus contra Familiares factis ad instruendum suum animum, compellere nequeunt Tabelliones per censuras, ut originalem processum illis tradant, sed tantùm ut exemplum ex originali sumptum in publica forma exhibeant.*

66 *Jnquisitor antiquior, & Regens Cancellariam si fuerint discordes, transmittere debent processus unusquisque ad suum Concilium Supremum Aragonum, & Sanctæ generalis Inquisitionis, quibus subordinantur in Cathalonia, Aragonia; & Valentia intra quindecim dies, & in Regnis Sardiniæ, & Majoricarum intra duos menses post habitam conferentiam numerandos.*

67 *Inquisitor antiquior, & Regens Cancellariam si fuerint discordes, interim excommunicati absolvuntur, & reus pro crimine gravi manet in carcere, sed pro crimine levi fidejussoribus relaxatur, num. 67. Quod est conforme juri communi, num. 68. intellige n. 69. 70.*

70 *Contentio jurisdictionis inter Inquisitores & Judices sæculares delata ad Suprema Concilia Aragonum, & generalis Jnquisitionis quomodo declaranda sit, num. 71. Et quid si Consiliarii Supremi sint concordes, ibidem, & quid si fuerint discordes, num. 72.*

73 *Contentio jurisdictionis inter Inquisitores, & Judices sæculares quomodo declaranda sit, si in uno loco resideat Tribunal Sanctæ Jnquisitionis, & in alio loco resideat Regia Audientia, n. 73. 74.*

75 *Inquisitores quoties procedunt, præter, vel contra concordata, proceditur contra eos in Cathalonia & Valentia per citationem ad banchum Regium.*

76 *Contentio jurisdictionis inter Inquisitores & Judices sæculares ut declarari possit, elicienda est probatio ex actis, quæ concludat qualitatem attributivam jurisdictionis.*

77 *Agens aliqua lege vel statuto ante omnia probare debet qualitatem ab ipsa lege, vel statuto requisitam.*

78 *Qualitas jurisdictionem tribuens primitùs, & ante omnia probanda est.*

79 *Fami-*

79 *Familiares Sancti Officii ut conveniri valeant coram Judicibus sæcularibus, ab accusatore, vel à Fiscali probanda est qualitas, quæ abdicat jurisdictionem ab Inquisitoribus.*

80 *Qualitas probanda ad obtinendum in contentionibus ut jurisdictionem inter Judices sæculares versatur circa forum personæ, causa, aut delicti.*

81 *Familiaris Sanctæ Inquisitionis quid probare debeat, ut habeatur pro tali, & gaudeat privilegio fori.*

82 *Qualitas atributiva jurisdictionis ratione causæ inter Inquisitores, & Judices sæculares multipliciter consideratur.*

83 *Fiscus sive actor sit, sive reus omnes causas ad suum forum trahit, ubi causæ Fiscales, & patrimoniales privativè tractantur.*

84 *Fiscus ad suum forum trahit causas Familiarium Sancti Officii, sicut causas Clericorum, & Ecclesiasticarum personarum.*

85 *Contentio jurisdictionis inter Inquisitores, & Judices sæculares ut decidi valeat, considerandum est, an causa sit civilis, criminalis vel mixta.*

86 *Familiares, ac alii Officiales, & Ministri Sanctæ Inquisitionis, salariati, vel non salariati licèt laici sint, fori privilegio gaudent in criminalibus, ut non possint accusari nisi coram Inquisitoribus hæreticæ pravitatis.*

87 *Inquisitorum jurisdictio in Hispania in causis Officialium, & Familiarium Sanctæ Inquisitionis est privativa ad alios judices tàm sæculares quàm Ecclesiasticos.*

88 *Inquisitores ipsi tantùm per se soli sine Episcopo, seu Ordinario causas Familiarium, & Officialium Sanctæ Inquisitionis dijudicant.*

89 *Causæ Familiarium, & Officialium Sanctæ Inquisitionis etiam extra fidem, quæcumquæ illæ sint. sive criminales, sive civiles relinquuntur Inquisitoribus, ut nec prætextu violentiæ, vel alterius urgentissimæ causæ ad Regios Judices defferri possunt.*

90 *Familiares, & Officiales Sanctæ Inquisitionis fori privilegio gaudent in criminalibus activè, & passivè in Corona Aragonum, sed contrarium est verius, num. 91.*

92 *Familiares Sanctæ Inquisitionis si habent Officium publicum, & in eo delinquant, non gaudent privilegio fori Sanctæ Inquisitionis.*

93 *Officiales, & Ministri Sancti Officii, si delinquunt in Officio publico, non gaudent privilegio fori.*

94 *Familiares, & Officiales Sancti Officii, si delinquant in officio publico, sive Regio, sive Universitatis, vel alia publica administratione, & functione sæculari, non gaudent privilegio fori Sanctæ Inquisitionis.*

95 *Familiares, & Officiales Sancti Officii, si delinquant in officio publico delictis commissionis, sive ommissionis, non gaudent privilegio fori.*

96 *Officialis quando dicatur in officio delinquere,*

97 *Familiares, & Officiales Sancti Officii, si sunt artifices alicujus artis mechanicæ, & fraudes committant in suis officiis, non gaudent privilegio fori.*

98 *Familiares, & Officiales Sancti Officii, si fraudes committant in victualibus, & provisionibus, ac in juribus Regiis, Generalitatis Regni, Civitatis, Oppidi, non gaudent privilegio fori.*

99 *Socius chiminis Familiaris Sancti Officii non gaudet privilegio fori.*

100 *Familiares Sancti Officii in delictis commissis ante familiaturam non gaudent privilegio fori.*

101 *Familiares, Famuli, Officiales, & Ministri Sanctæ Inquisitionis si arma prohibita portant extra executionem jurisdictionis Sancti Officii, per potestatem sæcularem spoliari possunt, nec illa tenetur Inquisitoribus restituere.*

102 *Familiares, Famuli, Ministri, & Officiales Sanctæ Inquisitionis possunt licitè die ac nocte arma portare.*

103 *Inquisitores quibus Familiares assistunt, habere possunt familiam laicam armatam.*

104 *Familiæ armatæ appellatione qui veniant.*

105 *Familiares, & Officiales Sancti Officii in actu exercito, & executione jurisdictionis Sancti Officii arma portare possunt.*

106 *Inquisitores procedere possunt contra Judices sæculares impedientes Familiares Sanctæ Inquisitionis pro armorum delatione in executione jurisdictionis Sancti Officii, illa eis auferendo.*

107 *Inquisitores procedere possunt contra omnes impedientes, vel turbantes eorum jurisdictionem, vel privilegia, & immunitates sibi, & suis Ministris concessa.*

108 *Familiares Sanctæ Inquisitionis arma ferre non debent, nisi cùm sunt in expeditione, vel occupantur in executione Sancti Officii, vel dum ad gerendum Officium vadunt.*

109 *Familiares in actu, & exercitio jurisdictionis Sancti Officii, & si arma prohibita deferre possint, tenentur observare Regia edicta delationis armorum circa mensuram ipsorum, ita ut ista deferre non possint in executione mandatorum Sancti Officii, nisi Inquisitores ita illi ordinaverint, & num. 110.*

111 *Familiares, & Officiales Sancti Officii in delictis delationis tormentorum manualium non gaudent privilegio fori.*

112 *Familiares Sancti Officii in delictis enormissimis non gaudent privilegio fori, & quæ illa sint.*

113 *Familiares in quolibet crimine non exceptuato delinquentes capere possunt Judices sæculares ad effectum remittendi eos ad Inquisitores.*

114 *Familiares, & Officiales Sancti Officii ferre testimonium compelluntur coram Judice sæculari.*

115 *Sodomiæ crimen à laico commissum est mixti fori.*

116 *Familiares Sanctæ Inquisitionis Sodomiæ crimen committentes in Regno Castellæ puniuntur à Judicibus sæcularibus.*

117 *Inquisitores in Regnis Coronæ Aragonum, & Luzitaniæ de crimine Sodomiæ cognoscunt, nu. 117. Vocatis Judicibus sæcularibus. n. 118.*

118 *Inquisitores non possunt declarare reum esse Sodomitam, & eum relaxare brachio sæculari, nisi sit incorrigibilis.*

120 *Judex sæcularis lata per Inquisitores sententia condemnatoria adversùs Sodomitam, cum tradit ad strangulandum, & flammis comburendum.*

121 *Familiares, Officiales, & Ministri Sanctæ Inquisitionis in Regnis Coronæ Aragonum gaudent in civilibus privilegio fori, num. 121. secus in Regno Castellæ, num. 122. & hodie secus in Regno Aragonum, num. 123.*

124 *Familiares Sancti Officii in Regnis Coronæ Aragonum gaudent privilegio fori in civilibus si sunt rei; si verò sint actores, forum rei sequi tenentur.*

125 *Officiales Sancti Officii sive rei sint, sive actores gaudent in civilibus privilegio fori, ut solùm conveniri, & convenire debitores possint coram Inquisitoribus, num. 125. Sed contrarium quod non gaudeant activè privilegio fori in civilibus, nu. 126. Sed in hoc statur consuetudini, num. 127. At in Corona Aragonum non possunt trahere activè ad suum forum, n. 128.*

129 *Familiares & Officiales Sanctæ Inquisitionis non gaudent fori privilegio in civilibus, si renuntiaverint foro proprio & se submiserint foro Judicis sæcularis, num. 129. Quod procedit, sive renuntiaverint expresè, sive tacitè, 131. nedum in civilibus, sed etiam in criminalibus num. 132.*

130 *Familiares, & Officiales Inquisitionis privilegio fori renuntiare valent.*

133 *Inquisitores in Regnis Coronæ Aragonum inter personas, quæ non sunt Fammiliares, Officiales Sanctæ Inquisitionis, non possunt eligi in Judices virtute clausularum renunciationis proprii fori & submissionis cujuscumque alterius.*

134 *Reconventio fieri potest coram Inquisitoribus, num.*

134. *nisi lis fuerit per Familiarem affectata, & procurata, num.* 135.
136 *Clericus coram Judice sæculari in civilibus reconveniri potest, num.* 136. *nisi lis fuerit contra Clericum, effecta procurata per laicum, num.* 137.
138 *Inquisitorum jurisdictio potest prorogari de causa ad causam, & de persona ad personam.*
139 *Familiares Sancti Officii extra locum ubi residet Tribunal Sanctæ Inquisitionis, in non excedentibus valorem duodecim librarum, non gaudent privilegio fori.*
140 *Familiares Familiarium Sancti Officii non gaudent privilegio fori.*
141 *Familiares tutores pro reddenda ratione administrationis tutelæ conveniri possunt coram Judice sæculari.*
142 *Fidejussor Familiaris privilegio fori Sanctæ Inquisitionis non gaudet. Fallit num.* 145.
143 *Fidejussor Clerici non gaudet privilegio fori Ecclesiastici, num.* 143. *Fallit num.* 145.
144 *Fidejussor studiosi non gaudet privilegio fori studiosorum, num.* 144. *Fallit num.* 145.
146 *Familiaris fidejussor laici conveniendus est coram Inquisitoribus.*
147 *Clericus fidejussor laici conveniendus est coram Judice Ecclesiastico.*
148 *Familiaris Sancti Officii ad instantiam temporis pro evictione citatus per Judicem sæcularem non potest ejus forum declinare.*
149 *Clericus pro evictione citatus per Judicem sæcularem ad emptoris instantiam, an possit ejus forum declinare, numero* 149. *& negativè resolvitur, num.* 150.
151 *Sententia lata ratione evictionis contra Clericum per Judicem sæcularem exequi non potest, nisi authoritate Judicis Ecclesiastici.*
152 *Fiscus pro evictione citatus an trahat causam ad suum forum, num.* 152. *& resolvitur affirmativè, num.* 153.
154 *Emptores à Fisco Judices habent Fiscales, & conventi remissionem ad Judices Fiscales petere possunt.*
155 *Processus coram ordinario factus valet remissione non petita à parte, vel à Fisco ad Judices Fiscales.*
156 *Fiscus ratione evictionis ad quid teneatur.*
157 *Clericus citatus per Judicem sæcularem ad instantiam coloni, causam trahit ad suum forum Ecclesiasticum.*
158 *Familiaris Sancti Officii succedens in bonis litigiosis litem continuare tenetur coram Judice sæculari.*
159 *Litigiosa re alienata in Familiarem Sancti Officii potest fieri executio sententiæ contra eum per Judicem sæcularem.*
160 *Sententia lata contra principalem absque novo processu potest recta via executioni demandari contra illum in quem facta est alienatio rei litigiosæ, num.* 160. *Sive tertius scierit, sive ignoraverit rem esse litigiosam, num.* 161. *Etiam si in Clericum alienatio rei litigiosæ facta sit, n.* 162.
163 *Litigiosa res quæ dicatur.*
164 *Viduæ Familiarium Sancti Officii non gaudent privilegio fori.*
165 *Viduæ Officialium Sancti Officii gaudent privilegio fori, intellige num.* 166.
167 *Viduæ Officialium, & Familiarium Sancti Officii contributiones solvere tenentur.*
168 *Uxores Familiarium & Officialium Sancti Officii gaudent privilegio fori.*
169 *Filii Familiarium, Officialium Sancti Officii gaudent privilegio fori, num.* 169. *& quid in nepotibus & pronepotibus, num.* 170.
171 *Familia laica Inquisitorum gaudet privilegio fori.*
172 *Familia laica Officialium, & Familiarium Sancti Officii non gaudet privilegio fori.*
173 *Familiares, & Officiales Sancti Officii in causis mixtis conveniendi sunt coram Inquisitoribus.*
174 *Familiares, & Officiales Sancti Officii, ut non gaudeant privilegio fori in delictis exceptuatis, sufficit quòd semiplenè de illis constet.*
175 *Dubium quando est, an causa Familiarium, & Officialium Sancti Officii pertineat ad Inquisitores, vel ad Regia Tribunalia, declarandum est in favorem Regiæ jurisdictionis.*
Captus per Judicem sæcularem pro crimine sæculari, si illum repetant Inquisitores occasione alterius delicti, cujus cognitio ad eos pertinere dicatur, non tenetur Judex sæcularis illum dimittere, sed procedere potest ad ejus punitionem, numer. 176. *etiam si Inquisitores reum repetant pro negotio Sanctæ Inquisitionis num.* 177. *Nisi talis reus esset Familiaris, & gauderet privilegio fori, num.* 178.
179 *Judex sæcularis punito reo si non morti tradat, tenetur eum relaxare Inquisitoribus illum petentibus, ut puniant, & de causa cognoscant, num.* 178. *Fallit si talis reus esset nulliter captus à Judice sæculari, num.* 180.
181 *Commissarius Apostolicus non potest compellere Notarium Regium, ut sibi tradat originalem processum penes se existentem.*
182 *Inquisitores si Fiscus Sanctæ Inquisitionis habet interesse in causa civili mandare possunt Notario Regio ut tradat originalem processum scrib. causarum civilium Sanctæ Inquisitionis.*
183 *Offendentes Officialem, aut Ministrum Sancti Officii ex causa privata, an possit ab Inquisitoribus puniri tamquam perturbans Officium Sanctæ Inquisitionis.*

DECISIO XXX.

DOminus noster Jesus Christus in sexta mundi ætate fuit primus Inquisitor legis evangelicæ; ut probat Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 2. *à numero* 29. 1

Jesu Christo Domino nostro successerunt Apostoli, ipsisque Inquisitorum jurisdictio in causis fidei data fuit ut probat idem Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 32. 2

Apostolis successerunt Episcopi, qui fuerunt ordinarii Inquisitores generales in suis Diœcesibus, & soli de hæresi cognoscebant, *cap. ad abolendam* 9. *in prin. cap. excommunicamus* 13. *quia verò, de hæret.* latè Filasecus *de sacra Episcop. author. cap.* 1. §. 5. *usque ad* 8. Azedo *de præcellen Episc. Dignit. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 35. Torreblancha *de magia lib.* 3. *cap.* 2. *à nu.* 39. *& cap.* 9. *num.* 6. Farinac. *de hæresi. quæst.* 185. *num.* 5. Molin. *de just. & jure tom.* 2. *tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 5. Castro Palao *in oper. mor. tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *puncto* 12. §. 1. *num.* 2. Carena *de Off. Sanct. Inquisit. tit.* 4. §. 1. *num.* 1. Solorzano *de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 34. Don Joseph. Vela *in cap.* 1. *num.* 83. *par.* 1. *de off. ord.* Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 2. Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 8. *resol.* 2. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 2. *cap.* 14. *dubitatione* 9. *sect.* 1. *cum sect.* 3

Sed tempore procedente ob ingentes Episcoporum occupationes in eorum gratiam Summi Pontifices specialiter Inquisitores constituerunt, *cap. per hoc de hæret. in* 6. *Clement.* 2. *de hæret.* Trullench. *lib.* 1. *decal. cap.* 3. *dubit.* 5. *num.* 2. Narbona *l.* 20. *glos.* 12. *num.* 4. *in fine tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Alzedo *de præcel. Episc. Dignit. par.* 1. *cap.* 11. *numer.* 37. Fermosin. *post titu. de foro compet. in* 1. *alleg. pro Tribun. Sanct. Officii art.* 1. *num.* 4. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *numer.* 2. Et primum Inquisitorem generalem proculdubio crearunt Christianæ fidei vindicem sanctum Dominicum de Guzman Hispanum Oxonens. Diœcesis, Religione, litteris, & Nobilitate Nobilissimi Ordinis Prædicatorum fundatorem, ut docent Azor. *instit. moral. to.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. Valdes *de Dignit. Reg. Hispan. cap.* 19. *num.* 83. Scaccia *de judi. lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 4. Carena *de Off. Sanct. Inquisit. par.* 1. *tit.* 5. §. 2. *num.* 1. quidquid dicat Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 42. 4

& 43. & *alii*, quia contra eos, & alios est verior sententia, ut tradit solutis contrariis Salelles *de Tribun. Sanct. Inquis. prolegom.* 3. *numer.* 7. & 8. sequitur Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 3. §. 3. *sectione prima, numer.* 2.

6 Post transitum Divi Patriarchæ Dominici ad cœlestia Regna, Romani Pontifices concesserunt facultatem Generalibus, & Provincialibus Ordinum Beati Dominici, & Beati Francisci eligendi Inquisitores per suas Provincias, Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæst.* 15. Farinac. *de hæresi, quæst.* 186. *num.* 30. Castro Palao *in oper. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *numer.* 3. Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 44. & 45. Salelles *de Tribun. Sanctæ Inquisit. prolegom.* 3. Mattheu *dicto* §. 3. *sect.* 1. *num.* 2.

7 Hæc Inquisitionis forma jam diu antiquata, & commutata fuit. Nam in Italia Eminentissimi Cardinales à tempore Pauli Tertii Romani Pontificis sunt Inquisitores generales totius Orbis, quod postea confirmatum reperitur per Sixtum Quintum, & illi ex Religiosis Dominicanis, vel Franciscanis speciales Inquisitores de scientia Summi Pontificis ad Provincias, vel Urbes nominant, Bordonus *de Tribunali sacro in causis fidei. capit.* 40. *numer.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *numer.* 5. Diana *resolut. moral. parte* 4. *tract.* 8. *resolut.* 54.

8 In Hispania verò precibus Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabethis fuit à Sede Apostolica impetratum, ut specialiter crearetur Inquisitor generalis, Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 46. isque institutus reperitur ab anno 1478. secundùm Garibai *lib.* 18. *histor. compen. capit.* 12. & 17. seu ab anno 1476. secundùm Illescas *in histor. Pontific. tom.* 2. *lib.* 6. *fol.* 101. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 54. *numer.* 3. Roderius Mendez Silva *in problat. gener. Hispan. in descrip. Regim. Valent. cap.* 2. vel ab anno 1443. secundùm Zuritam *lib.* 20. *anna. cap.* 49. Valdes *de dig. Reg. Hisp. cap.* 19. *num.* 88. Bleda *in Chronica Maurorum lib.* 8. *cap.* 12. *vers. Y para que se vea*, Carenam *de Officio Sanctæ Inquisit. part.* 1. *tit.* 3. §. *unico, num.* 1. & *sequ.* Salelles *de Tribun. Sanct. Inquisit. prolegom.* 4. *num.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *capit.* 7. §. 3. *sect.* 1. *numero* 3.

9 Iste Inquisitor generalis Hispaniæ à Domino nostro Rege eligitur, habetque in sua Regia Curia Supremum Concilium Inquisitionis, in quo præsidet, & potestatem eligendi, & nominandi alios Provinciales Inquisitores, ad cæteras Inquisitiones omnium Regnorum, Paramus *de orig. Sanct. Inquisit. lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 4. Morillo *in fundat. Capellæ Virginis del Pilar, tract.* 2. *pag.* 2. Torreblanca *de magia lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 46. Castro Palao *in oper. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *disput.* 8. *punct.* 12. §. 2. *numer.* 3. Salgado *de suppli. ad Sanctis. par.* 2. *cap.* 33. *numero* 52. *vers. Jusque* Bosch. *dels titols de honor lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. *vers. Los Officials fol.* 129. Salelles *de Tribun. Sanct. Inquisit. proleg.* 4. *numer.* 2. Carena *de off. Sanct. Inquisit. part.* 1. *tit.* 3. §. *unico à num.* 1. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 54. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *sub num.* 3. Barbosa *in cap. per hoc, numer.* 11. *de hæret. in* 6.

Ex his contendunt Interpretes, utrùm Inquisitores hæreticæ pravitatis in causis fidei sint Judices ordinarii vel delegati Summi Pontificis? Alii voluerunt eos esse ordinarios. Alii verò affirmarunt esse delegatos. Alii dixerunt in se, & à principio esse delegatos, accedere tamen ad conditiones ordinariorum. Alii tenuerunt esse ordinarios quoad utilitates jurisdictionis

10 delegatæ. Alii docuerunt hodie magis pro ordinariis, quàm pro delegatis existimandos esse. Verùm communis est opinio tenentium, esse delegatos, de quibus videndi sunt Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 22. *numero* 1. & *cap.* 23. *num.* 13. Paramus *de orig. Inquis. tit.* 3. *quæst.* 2. Bajard. ad Clar. *quæst.* 38. *numer.* 57. Molina *de just. & jure, tract.* 5. *disput.* 28. Petrus Barbosa *in l. cum prætor* §. 1. *à num.* 51. *ff. de jud.* Narbona *l.* 2. *gloss.* 22. *nu.* 79. *vers. planè tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Tuschus *pract. conclu. littera I. conclu.* 187. Tondutus *de prævent. judic. part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 7. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 16. *numer.* 31. Portocarrero *in allegat. super competen. jurisd. inter Inquisit. & Minist. Reg. numero* 48. latè Carena *de off. sanct. Inquis. part.* 1. *tit.* 5. §. 1. Solorzano *de jur. ind. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 24. *numer.* 34. & 67. Castro Palao *in oper. morali, tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *num.* 4. Augustin. Barb. *in cap. ne aliqui, numer.* 3. & *latè in cap. per hoc à num.* 4. *ad* 13. *de hæret. in* 6. & *in addit. ad cap. cum in jure numero* 3. *de offic. delegat.* Escobar *de purit. Sanguin. part.* 1. *quæst.* 6. §. 2. *numer.* 25. Diana *resolut. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resolut.* 1. & *in sum part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, num.* 7. Torreblanca *de magia, lib.* 3. & *de jure spirit. lib.* 15. *cap.* 3. *num.* 6. Azevedo *l.* 1. *numer.* 126. *tit.* 3. *lib.* 8. *recop.* Simanchas *de Catho. instit. tit.* 34. *part.* 3. *quæst.* 4. Fermosinus *post. titu. de foro compet. in prima allegat. pro Tribunali Sancti Officii art.* 1. *numer.* 1. Cutel. *in discur. pro concord. Siciliæ, cap.* 1. *per totum*, Salelles *de Tribun. Sanct. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 3. *regul.* 25. Bordonus *de tribun. in can. fidei cap.* 4. *sub numer.* 2. Urrutigoyti *tom.* 10. *pastor. part.* 1. *tract.* 5. *quæst.* 2. *num.* 16. Salgad. *de supplicat. ad Sanctis. par.* 2. *cap.* 33. *num.* 24. 80. & 81. Pareja *de Instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resolut.* 5. *num.* 12. & 13. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *capit.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 5. notat Don Joseph Vela *in cap.* 1. *num.* 83. *part.* 1. *de offic. ordin.* Jul. Chartar. *decis.* 57. *num.* 3. Del Bene *de immunitate Ecclesiæ, tomo secundo, capite quarto, dubit.* 9. *sect.* 1. *num.* 5. & 6.

Hæc procedunt in Inquisitore generali, nam Inqui- 11
sitores Provinciarum ab ipso electi, alii dicunt esse etiam delegatos, latè Torreblanca *de magia libro tertio, capite quinto*, Narbona *l. vigesima, glossa* 21. *numero septuagesimonono, versic. Plane, titul.* 1. *lib.* 4. *recop.* Barbosa *l. cum Prætor*, §. 1. *numer.* 65. *ff. de judic.* Diana *part.* 4. *resol. moral. tract.* 8. *resolut.* 1. Barbosa *in cap. per hoc, num.* 11. & 12. *de hæret. in* 6. alii verò affirmant esse subdelegatos Sedis Apostolicæ, ut benè perpendit Castro Palao *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *num.* 4. sequitur Mattheu *dicto cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 5. *in fine* & 22.

Cognoscunt autem Inquisitores principaliter de om- 12
nibus causis hæresis, deinde de omnibus hæresim sapientibus, ut Apostasiæ à fide, blasphemiæ hæreticalis, percussionis Sacrarum Imaginum, schismatis, maleficiorum, incantationum, superstitionum, & aliorum, quæ sigillatim referuntur *per tex.* & *Doctores in cap. ad abolendam, cap. Inquisitionis*, & *per totum titu. de hæret. in decretal.* & *in* 6. Zerola *in prax. Episc. part.* 2. *verbo Inquisitores*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 71. *à num.* 70. *ad* 78. & *numer.* 152. Farinac. *in tract. de hæresi, ferè per totum*, Torreblanca *de magia lib.* 3. *capit.* 6. *cum seq.* & *de jure spiritu. lib.* 13. *cap.* 1. *cum seq.* latissimè Sesse *dec.* 439. *cum seq. libro* 4. Don Joseph Vela *in cap.* 1. *num.* 80. *ad* 101. *part.* 1. *de offic. ordin.* Tondut. *de præven. jud. part.* 2. *capit.* 27. Jul. Chartar. *decis.* 2. 71. & 90. Sanchez *in præcept. decla. lib.* 2. *c.* 32. *num.* 37. & *cap.* 38. *num.* 92. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 24. *numer.* 26. Barbosa *in cap. accusatus*, §. *sanè à numer.* 18. & *in addit. numer.* 1. *de hæret.* 6. Mille alios Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *à num.* 1. Diana *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio à num.* 56. *ad* 103. cum omnibus annexis, connexis, incidentibus, & dependentibus illarum, Mat- 13
theu *ubi proximè num.* 6. Farinac. *de hæresi*, 186. *num.* 26. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 70. & *in sum. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 70. & *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio num.* 56. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 14. *dubit.* 9. *sect.* 13. *numer.* 4. & 5. Contra 14
omnes, & quascumque personas quamvis dignitate Illustres, sive illæ sint sæculares, sive Religiosæ seu aliàs exemptæ *juxta textum in cap. ut occium* §. *denique, de hæret. in* 6. *cap. accusatores, capit. ad abolendam, de hæret.* Molina *de just.* & *jure, tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 18. Farin. *de hæresi. qu.* 186. *num.* 28. Castro Palao *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 4. *dist.* 8. *punct.* 12. §. 2. *num.* 5. Bobad. *lib.* 2. *in polit. cap.* 19. *numer.* 13. Torreblanca *de magia, lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 10. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *numer.* 44. Carena *de Offic. Sanct. Inquis. part.* 1. *tit.* 5. §. 9. *numer.* 69. *versic. His tamen*,

Diana

Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 23. *vers. Notandum, & in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, n.* 53. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2.
15 *c.* 14. *dub.* 9. *sect.* 13. *n.* 6. Etiam contra Proreges, Gubernatores, & Rectores Provinciarum, Religionum Generales, seu Provinciales, ut post alios tradit Diana
16 *resol. moral. part.* 4. *tract.* 9. *resol.* 23. At quamvis hoc verum sit, in Hispania sancitum est Inquisitores procedere non debere contra Proreges, Religionum Prælatos, aliasvè notabiles personas ob notabilitatem, litteras, dignitatem, vel ob vitæ Exemplum inconsulto Inquisitore generali, illiusque Supremo Senatu, nisi sit periculum fugæ, aut alterius gravis mali, tradunt Simancas *de Cathol. instit. tit.* 34. *num.* 32. Molin. *de just. & jure tract.* 5. *disput.* 28. *num.* 18. Farinac. *de hæresi, qu.* 186. *num.* 28. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 3. *c.* 34. *num.* 51. & 57. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. part.* 1. *tit.* 3. §. *unico, n.* 8. & *part.* 3. *tit.* 2. *à n.* 23. Castro Palao *in oper. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *punct.* 8. *disp.* 13. §. 1. *num.* 5. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 23. & *resol.* 121. & *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, num.* 54. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 14. *dub.* 19. *sect.* 13. *n.* 7.
17 Ab hac tamen universitate personarum, Primò excipitur Papa, Carena *de Offic. Sanct. Inquis. part.* 1. *tit.* 5. §. 9. *n.* 74. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 58. & *in summa, part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, n.* 47. & *verb. Papa, n.* 6.
18 Secundò, excipiuntur Nuntii, & alii Officiales Sedis Apostolicæ, Molina *de just. & jure, tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 28. *n.* 20. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. part.* 1. *tit.* 5. §. 9. *num.* 76. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 24. & *in summa verbo Inquisitorum jurisdictio, n.* 48. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 14.
19 *dub.* 9. *sect.* 13. *n.* 15. Tertiò excipiuntur Archiepiscopi, & Episcopi de quo videndi sunt Molina *de just. & jure, tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 28. *n.* 19. Castro Palao *in oper. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *n.* 6. Carena *de Off. Sanct. Inquis. part.* 1. *tit.* 5. §. 9. *num.* 75. Cenedo *collect.* 14. *ad sextum, num.* 2. Farinac. *de hæresi, quæst.* 186. *à num.* 114. & *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 112. *num.* 14. Barbosa *in c. ut Inquisitores* 16. *de hæretic.* Escobar. *de Pontif. & reg. jurisd. in stud. general. c.* 14. §. 4. *à num.* 152. *ubi idem tradit de Magistro Scholarum Salmantino*, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 24. *num.* 55. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 21. & *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, n.* 50. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 14. *dubit.* 9. *sect.* 13. *à num.* 9. *univer. lib.* 19. Barbosa *de ju-*
20 *re Eccles. cap.* 12. *num.* 43. Quartò, excipiuntur alii Inquisitores, ut declarant Molina *de just. & jur. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 21. Castro Palao *in oper. morali, tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *n.* 8. *versic. Cæterum*, Carena *de Offic. Sanct. Inquis. part.* 1. *tit.* 5. §. 9. *n.* 77. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 25. & *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, num.* 52. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *c.* 14. *dubit.*
21 9. *sect.* 13. *à num.* 18. Quintò, excipiuntur Reges, & Principes laici, Cenedo *collect.* 14. *ad sextum, n.* 1. *in fine*, plures Solorzano *tom.* 2. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *à num.* 45. *præcipuè, n.* 50.
22 Cognoscunt etiam Inquisitores de omnibus causis fidei cum annexis, & connexis privativè ad Judices sæculares, Farinac. *de hæresi quæst.* 186. *à n.* 152. Tondut. *de prævent. jud. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 11. & *part.* 2. *c.* 27. *num.* 9. Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 2. & *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 58. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. Barbosa *in cap. ut Inquisitionibus, num.* 7. *de hæret. in* 6. Carleval *de judic. libr.* 1. *disp.* 2. *num.* 769. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 17. *à num.* 70. Sesse *de inhib. cap.* 30. §. *à num.* 2. plures alios citant Thomas del Bene, *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 2. *sect.* 2. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 24. *num.* 26. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.*
23 1. *num.* 6. Sed cumulativè quoad Episcopos, Tondut. *de prævent. judic. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 11. Diana *resolut. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 2. & *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, num.* 11. Farinac. *de hæresi, q.* 186. *num.* 38. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 9. *sect.* 1. *cum seq.* At in Regnis, & 24
Statibus Inquisitionis Hispaniæ ex recepta consuetudine, & Regio rescripto, seu, ut alii dicunt, ex privilegio Summi Pontificis, soli Inquisitores in causis hæresis privativè cognoscunt; Molina *de just. & jure, tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 13. & 14. Azor. *instit. moral. libr.* 8. *cap.* 18. *quæst.* 8. Simancas *de Cathol. instit. tit.* 23. Torreblanca *de magia, libr.* 3. *c.* 9. *à num.* 9. Bobad. *in polit. libr.* 2. *c.* 17. *num.* 72. post alios Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 24. *à num.* 37. *versic. Et quod*, Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 2. *vers. Sed consuetudine, & resol.* 47. & *in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, numer.* 12. & 16. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 19. *sect.* 3. *num.* 14. & *sect.* 4. *num.* 4. *in fine*. Vocatis tan- 25
tùm in proferendis sententiis, & assistentibus Episcopis per se, vel eorum Vicariis, Molina *de just. & jure, tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 14. Castro Palao *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 13. Carena *de offic. Sanct. Inquisit. part.* 5. *tit.* 4. §. 2. Alzedo *de præcel. Episc. Dignit. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 40. *versic. Et etiam*, Salelles *de Tribun. sanct. Inquisit. proleg.* 2. 3. & 10. Diana *resol. moral. part. quinta, tract.* 8. *resol.* 2. *vers. Sed consuetudine, & in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio, num.* 12. Barbosa *in cap. per hoc, n.* 3. *de hæret. in* 6. Thomas del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 9. *sect.* 3. *num.* 14. & *sect.* 4. *num.* 4. *in fine*, & *sect.* 8. *num.* 6. & *sect.* 11. *num.* 14. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 24. *num.* 34. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *n.* 7. *in fine*. Siquidem per delegatam jurisdictionem quam 26
Lucen. 42. Guazzinus *defens.* 6. *cap.* 1. *num.* 32. Carleval *de judic. libr.* 1. *disp.* 2. *numer.* 750. Salgado *de reg. protect. part.* 2. *cap.* 4. *à num.* 153. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 32. *num.* 29. Quod autem dictum 69 est in delictis gravibus, & atrocibus, intelligit Cutell. quem sequitur Mattheu *locis citatis numer.* 67. dummodo de delicto constet, sed lector advertat ea quæ tradit Clarus §. *fin. quæst.* 46. *numer.* 10. & post eum, & alios Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 33. *à numer.* 65. *ad* 71. Sed notandum est, quòd pendente hac 70 conferentia, reus non est strictioribus carceribus, & vinculis molestandus, Narbona *l.* 20. *gloss.* 23. *num.* 9. *&* 10. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Cevallos *de cognit. per viam violent. gloss.* 15. *numer.* 16. *in fine*, vide tradita *decis.* 22. *num.* 41.

Delata autem hac competentia ad Concilia Suprema 71 Aragonum, & Sanctæ generalis Inquisitionis, congregantur quatuor Consiliarii amborum Conciliorum, scilicet duo ex unoquoque Concilio, qui simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii cognoscunt, decidunt, & declarant ad quos causæ cognitio pertineat. Et si fuerint concordes, illud executioni mandant absque appellatione, supplicatione, vel alio recursu, & tradunt Doctores Castellani relati *n.* 54.

Quòd si isti Supremi Judices in sententia ferenda sint 72 discordes, nec tres in unum votum consenserint prout aliquando contingit, consulendus est Dominus Rex, qui jubet, quid faciendum sit remittendo causam ad Judices Regios, vel ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, à qua determinatione provocari, nec supplicari licet, ut docent Doctores citati *n.* 54. notat Fontanella *decis.* 329. *num.* 23. *part.* 2. qui scilicet dicat de suo tam antiquo tempore nullam harum controversiam, & idem asserit Dexart. *in cap.* 3. *num.* 4. *de Inquisitorib.* Tamen de meo non tam antiquo tempore dum eram Matriti plures vidi Regnorum Sardiniæ, & Majoricarum competentias terminatas, ut refert de Regno Valentiæ Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 40. & de nostro Principatu tradit Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 97.

Sed hæc praxis procedit, & locum habet, quando 73 in Cathalonia Doctor Regiæ Audientiæ Relator causæ, seu Regens Cancellariam in aliis Regnis Coronæ Aragonum reperitur in loco, ubi residet Tribunal Sanctæ Inquisitionis; aliter enim si non reperitur in loco ubi residet Tribunal Sanctæ Inquisitionis, ut in Regno Sardiniæ, in quo Regens Cancellariam habitat in Civitate Calaris, ubi celebratur Regia Audientia; Inquisitores verò habitant in Civitate Sassaris, ubi adest Tribunal Sanctæ Inquisitionis: eo tunc Curia, quæ prætendit se esse Judicem competentem, alteri scribit cum privata epistola petendo conferentiam cum omnibus rationibus ad ejus favorem facientibus; & si altera Curia non quiescit, sed prætendit causæ cognitionem ad se spectare, alia privata epistola respondet quando in ea rationes ad sui favorem facientes, & illicò censetur competentia firmata, & unaquæque suum processum ad Regiam Curiam mittere debet, *& sic vidi in eo Regno practicatum.*

Sed in Regno Valentiæ respectu Diœcesis Orcelen. 74 quæ est Inquisitionis Murciæ, res peragitur mediis Inquisitoribus Valentiæ, litteris ab Inquisitoribus Murciæ eis remissis ut refert Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *capit.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 14. Quid autem respectu Diœcesis Dertuzen. Principatus Cathaloniæ, quæ est Inquisitionis Valentiæ; Et respectu Diœcesis Ilerden. Principatus Cathaloniæ, quæ est Inquisitionis Aragonum? iste casus evenit anno 1633. occasione necis perpetratæ in Civitate Ilerdæ per Hieronymum Olivà agricolam dictæ Civitatis in persona Joannis Solet agricolæ loci de les Panelles Familiaris Sancti Officii, nam cum per Inquisitores Aragonum mandaretur Regio Vicario, & Patiariis Civitatis Ilerdæ, ut ipsis sub comminatione censurarum traderent dictum Olivà, dicti Regens Vicarius, & Patiarii Ilerdæ dederunt de prædictis notitiam Serenissimo Domino Infanti Cardinali, Locumtenenti generali in hoc Principatu, qui ex deliberatione Aularum scripsit Proregi Aragonum, ut loqueretur cum Inquisi-

toribus illius Regni, quatenus in dictis procedimentis supersederent, aliàs prætentiones suas remitterent ad Suprema respectivè Concilia Supremi Aragonum, & Sanctæ generalis Inquisitionis.

75 Verùm quoties Inquisitores procedunt præter vel contra concordata publicando in Regios Judices censuras, & alias Ecclesiasticas pœnas, proceditur contra illos per Regiam Audientiam Cathaloniæ per citationem ad banchum Regium, sicut proceditur contra delegatos Apostolicos impedientes & turbantes Regiam jurisdictionem: monentur enim quòd cassent, atque revocent procedimenta, aut compareant intra certum terminum banchum Regium informaturi, (qui isto casu esse solet trium, vel duorum dierum, seu trium horarum secundùm negotii qualitatem) sub pœna occupationis temporalitatum, & exilii, nam æquum non est, ut frangenti fidem, fides servetur, sic observatum fuit 17. Septembris 1612. ad relationem Magnifici Michaelis Rollan *in facto supplicationum oblatarum pro parte Magini Grau Vicarii Barcinonæ & aliorum suæ Curiæ Hieronymi de Ollers, Jacobi Ortoneda, & Onofrii Palau Conciliariorum Civitatis Barcinonæ, Pauli Mollet, Jacobi Aimerich, Francisci Nogues, & Stephani Monfar*. Et die 22. Septembris 1611. ad relationem dicti Magnifici Michaelis Rollan *in facto supplicationum Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ dictorum Magini Grau Vicarii Regii, Hieronymi de Ollers, & aliorum Consiliariorum Civitatis Barcinonæ*. Et die 26. Septembris 1611. ad relationem dicti Magnifici Michaelis Rollan *in facto supplicationum dictorum Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ Magini Grau Vicarii Regii, Hieronymi de Ollers, & aliorum Consiliariorum Civitatis Barcinonæ*. Et die 3. Octobris 1611. ad relationem dicti Magnifici Michaelis Rollan *in facto supplicationum dictorum Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ Magini Grau Vicarii Regii, Hieronymi de Ollers, & aliorum Consiliariorum Civitatis Barcinonæ*. Et tamdem die 19. Octobris 1611. sententia lata nomine Excellentissimi Locumtenentis generalis suæ Majestatis per Regentem Regiam Cancellariam insequendo conclusionem in Regio Consilio factam ad relationem dicti Magnifici Michaelis Rollan. *Quia Venerabiles Inquisitores Didacus Fernandez de Heredia, Don Christophorus Bernardus de Quiròs, & Don Ferdinandus de Valdès, & Lano intra dies tres prout ipsis in singulis litteris fuerat injunctum non revocarunt procedimenta facta occasione exarmationis famuli seu aurigæ Don Christophori Bernardi de Quiros, nec accesserunt ad informandum banchum Regium, fuerunt declarati banniti*. (Sed non fuit ex Regio rescripto ad executionem hujus Regiæ sententiæ deventum.) Verum est, quòd Deputati generalis Cathaloniæ per suum Legatum Don Christophorum de Queralt Canonicum, & Archidiaconum Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Tarraconæ supplicarunt suæ Regiæ Majestati, quatenus dignaretur removere impedimentum, ut dicta Regia sententia posset executioni demandari, & pro eo tollendo Doctor Franciscus Aguilo doctissimam scripsit allegationem; sed nihilominus sua Regia Majestas epistola scripta Marchioni de Almacan Locumtenenti generali Cathaloniæ, *Dat. Matriti 9. Augusti* 1613. mandavit revocare omnia procedimenta, tàm per Regium Concilium criminale facta, & quòd insequentiam, nec ad exemplum trahi possent, & quòd Inquisitores ad cautelam excommunicatos absolverent, & quòd à cætero Tribunal Sanctæ Inquisitionis, & Regium Concilium antequam deveniat ad similia procedimenta, scribant Supremis Consiliis, quibus subordinantur (Sic etiam fuit observatum 24. Octobris 1633. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet *In facto supplicationis Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ*,) sed ex Regio rescripto diei 22. Novembris 1633. non fuit ad ulteriora processum in hujusmodi causa; imò ex alio Regio rescripto ad relationem dicti Magnifici Pauli Gujamet fuerunt omnia procedimenta die 10. Decembris 1633. revocata, & cassata,) Idem resolutum fuit junctis tribus Aulis 11. Februarii 1637. *In facto propositionis factæ per suam Excellentiam, qualiter procedendum esset contra Venerabilem Dominicum Abbat, & Huerta Inquisitorem hujus Principatus occasione litterarum à Tribunali Sancti Officii emanatarum suæ Excellentiæ præsentatarum cum pœna censurarum contra eum, & citatione ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis ad videndum se declarari incidisse in dictas censuras in casu recusationis revocationis procedimentorum per Promotorem Fiscalem dicti Tribunalis prætensorum*. Sed est sciendum quòd isto casu postquam primæ, secundæ, & tertiæ litteræ cum terminis trium, duarum, & unius horarum respectivè fuerunt dicto Inquisitori Domino Abbad præsentatæ, ut prædicta procedimenta revocaret, aut veniret informaturus banchum Regium, quia renuit dicta procedimenta revocare, nec accessit ad informandum banchum Regium, sententia lata nomine suæ Excellentiæ per Regentem Regiam Cancellariam, insequendo conclusionem in Regia Audientia factam ad relationem Magnifici Josephi Masso die 13. Februarii 1637. fuit declaratus bannitus (*Sed est verum quòd hæc sententia non fuit executioni demandata, quia Inquisitor Dominicus Abbad revocavit procedimenta*,) id ipsum fuit in aliis casibus observatum, at ex Regiis rescriptis dierum 10. Augusti 1638. & 27. Februarii, & 6. Martii 1639. jussum fuit, ut competentia per ambas jurisdictiones firmaretur, & admitteretur conferentia juxta formam concordiarum. Et ante concordiam sic observatum reperio 3. Augusti 1587. in facto supplicationis Syndici Civitatis Dertuzæ, *fuit enim resolutum quòd scriberetur Inquisitoribus hæreticæ pravitatis Regni Valentiæ, injungendo eis, quatenus intra tres revocarent omnia procedimenta facta contra Procuratores Civitatis Dertuzæ circa repulsionem personæ Pauli Jorda ab officiis dictæ Civitatis, quia erat receptor Officii Sanctæ Inquisitionis Regni Valentiæ, & de revocatione fidem facerent intra viginti, vel intra eosdem comparerent in Regia Audientia, per legitimum responsalem banchum Regium informaturi*. In Regno Valentiæ sic pariter observatur, plura exemplaria tam ante quàm post concordiam refert Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 3. sect. 1. numer. 24. 25. & 26.*

Ad dirimendas, & digladiandas competentias jurisdictionum inter Tribunal Sanctæ Inquisitionis, & Tribunal sæculare. Primò advertendum est, quod ex actis eliciatur probatio, quæ concludat qualitatem attributivam jurisdictionis, ut docent Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. num.* 31. Siquidem agens aliqua lege, vel statuto ante omnia probare debet qualitatem ab ipsa lege, vel statuto requisitam, & si plures sint qualitates, debet omnes probare, aliàs non obtinebit. Cabal. *resol. crim. casu* 125. latè Narbona *l. 20. gloss. 19. per totum, tit. libr. 4. recopil.* latissimè Valenzuela *cons.* 191. *per totum libr. 2.* Tuschus *pract. conclus. littera Q. conclus.* 106. *per totam*, Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. n.* 32. Et qualitas jurisdictionem tribuens primitùs, & ante omnia probanda est *l. 2. §. sed si dubitetur, l. si quis aliena, ff. de judiciis, l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flumi. publico*, plures Suelves *cons.* 33. *num. 9. libr. 1. & alii laudati decis.* 13. *num.* 3. Atque ideo ut Familiares Sancti Officii coram Judicibus sæcularibus conveniri valeant, & non coram Inquisitoribus, ab accusatore, vel à Fiscali probanda est qualitas, quæ abdicat jurisdictionem ab eis, cum sit fundamentum suæ intentionis, post alios docet Narbona *l. 20. gloss. 19. n. 24. tit. 1. libr. 4. recop.* Valenzuela *cons.* 191. *n.* 13. *libr. 2.* remissivè Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. libr. 3. cap. 24. num.* 75.

76 77 78 79 80

Secundò advertendum est, quòd hæc qualitas probanda ad obtinendum in his contentionibus jurisdictionem versatur circa forum personæ, causæ, aut delicti, super quibus disceptatur, ut tradit Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. num.* 33.

81 Qualitas autem circa forum personæ, ut Familiares Sanctæ Inquisitionis fori privilegio gaudeant, & pro talibus habeantur, probare debent. Primò, quòd sunt Familiares Sanctæ Inquisitionis, titulum ab Inquisitoribus habentes. Secundò, quòd sunt de numero. Tertiò, quòd sunt mites, atque sedati animi, & ex mediocri conditione, non verò potentes, Clerici, nec Religiosi. Quartò, quòd sunt in matricula, & lista

lista redacti. Quintò, quòd præsentaverunt familiaturam coram Judice ordinario Civitatis, Villæ, vel loci, ubi degunt. Sextò, quòd extraxerunt fidem authenticam de præsentatione Familiaturæ, aliàs privilegio fori Sanctæ Inquisitionis non gaudent, ut cavetur in concordia anni 1512. cap. 6. *relata in pragmat.* 1. *titulo de la Sancta Inquisitio*, *cap. Curiæ* 23. *&* 26. *anni* 1599. & in concordia Eminentissimi Cardinalis Spinosa cap. 1. de qua Dexart. ad *c. Reg. Sard. fol.* 672. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 41. & de Regno Castellæ idem probat *l.* 20. *cap.* 1. 2. *&* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* ubi Narbona *glo.* 3. 4. *&* 5. Simancas *de Cathol. instit. cap.* 41. *nu.* 17. *&* 18. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *numer.* 511. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol. à num.* 34. De Regno Siciliæ Cutellus *in Cod. ad leges Martini controv.* 8. *per totam*, *fol.* 442.

82 Qualitas ratione causæ in his contentionibus jurisdictionum multipliciter considerari potest, ut ait Pareja *de instru. edit. to.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *nu.* 38.

83 Considerandum enim primò est, an causa sit Fiscalis, & de patrimonio Principis quo casu Fiscus sive actor sit, sive reus, omnes causas ad suum forum trahit, ubi causæ Fiscales, & Patrimoniales privativè tractantur, ut docent Ripoll. *var. cap.* 1. *nu.* 97. *&* *in praxi civili rub.* 4. *num.* 77. Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 16. *à num.* 42. Font. *decis.* 557. *nu.* 12. *par.* 2. Pareja *de instru. edit. tom.* 2. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 39. Carrasco *de casib. Curiæ à num.* 166. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 50. Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 34. *à numer.* 18. *& alii citati dec.* 10. *numero* 148.

84 Et sic Fiscus ad suum forum, & Tribunal trahit, & avocat causas Familiarium Sancti Officii, sicut causas clericorum, & Ecclesiasticarum personarum. Cancer *par.* 2. *var. cap.* 16. *à num.* 42. & plures alii relati *decis.* 10. *num.* 149.

85 Considerandum secundò est circa qualitatem, causæ, an causa sit civilis, criminalis vel mixta, ut inquit Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *res.* 6. *num.* 40. quæ autem dicatur causa criminalis, civilis, vel mixta, latè *decis.* 35. *à nu.* 66.

86 Nam si causa est criminalis, certum & indubitatum est, quòd Familiares, ac alii Officiales, & Ministri sanctæ Inquisitionis salariati, vel non salariati licèt laici sint, fori privilegio gaudent: Et non possint accusari nisi coram Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ut disponunt concordiæ nostræ Coronæ Aragonum, de quibus testantur, & referunt Narbona *l.* 20. *glos.* 1 *nu.* 74. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Suelves *cons.* 19. *num.* 8. *lib.* 1. Sesse *decis.* 438. *tom.* 4. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *num.* 33. quas semper fuisse in viridi observantia tradit Sesse *de inhib. cap.* 30. §. 1. *nu.* 119. Et de Regnis Castellæ, Siciliæ, Indiarum, & de jure communi *ex l.* 20. *cap.* 5. *&* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* tradunt, & variis rationibus probant Narbona *dicta l.* 20. *glos.* 1. *à num.* 9. *&* 73. *&* *glo.* 21. *à nu.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Simancas *de Catho. instit. cap.* 41. *numer.* 19. Roxas *de hæret. par.* 2. *nu.* 522. Curia Philippica *par.* 3. §. 1. *num.* 15. Villadiego *in polit. cap.* 5. §. 20. *num.* 147. Giurba *cons.* 96. *in princ.* Solorzana *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 59. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 508. 509. *&* 520. Gratian. *discep. foren. cap.* 40. *nu.* 34. *& cap.* 41. *num.* 11. Farinac. *de hæresi quæst.* 186. *num.* 38. Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *à nu.* 25. Diana *resol. moral. par. quarta*, *tract.* 8. *resol.* 55. *in prin. & in summa par.* 2. *de Inquisitorum jurisdict. nu.* 16. Carena *de Officio Sanctæ Inquisit. par.* 1. *tit.* 14. §. 5. *num.* 17. Tondutus *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 29. *numer.* 31. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *c.* 4. *dubit.* 14. *à num.* 11. Fermosinus *in cap. cum contingat qu.* 11. *num.* 3. 4. *&* *de foro compet. & in* 1. *alleg. pro Tribun. Sancti Officii art.* 1. *num.* 2. *&* 4. *cum seq.* 4. *num.* 42. Ciarlin. *controv. cap.* 120. *nu.* 1. *par.* 2. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *numer.* 46. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. *nu.* 7. *&* 26. Barbosa *de jure Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 25. Ita fuit in Regio Criminali Cathaloniæ Consilio observatum 6. Junii 1626. ad relationem magnifici Antonii Vinyola in favorem Pauli Mallol, qui fuit traditus Venerabilibus Patribus Inquisitoribus illum petentibus.

Amplia 1. Ut jurisdictio Inquisitoribus Hispaniæ 87
concessa in causis criminalibus Familiarium, & Officialium ac Ministrorum Sancti Officii sit privativè ad alios Judices tam sæculares quàm Ecclesiasticos, ut latè probant Narbona *l.* 20. *glos.* 21. *à num.* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Sesse *decis.* 438. *à num.* 12. *tom.* 4. Giurba *cons.* 96. *num.* 7. Suelves *cons.* 19. *sub num.* 8. *lib.* 4. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 32. Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 8. *resol.* 2. *in fine*, *& in sum. par.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio nu.* 12. Portocarrero *in allegat. pro jurisdic. Inquisit. num.* 49. Fermosin. *post tit. de for. competenti allegat.* 1. *pro Tribun. Sancti Officii art.* 1. *nu.* 20.

Adeò quòd Inquisitores ipsi tantùm per se soli sine 88
Episcopo, seu ordinario causas Familiarum, seu Officialium dijudicant, Roxas *de hæret. par.* 1. *num.* 444. Narbona *l.* 20. *glos.* 21. *nu.* 53. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Solorzano *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 42.

Amplia 2. Ut causæ Familiarum, & Officialium 89
Sanctæ Inquisitionis etiam extra fidem, quæcumque illæ sint, sive criminales, sive civiles, ita Inquisitoribus relinquuntur neque prætextu violentiæ, vel ulterius urgentissimæ causæ ad Regios Judices deferri possint, ita Simancas *de Catho. instit. tit.* 36. *num.* 2. Salzedo ad Barnard. Diaz. *in pract. crim. cap.* 102. *versic. Et licet*, Fermosinus *in cap. cum non ab homine quæst.* 34. *num.* 6. *de judi. & post titu. de foro compet. alleg.* 1. *pro Trib. Sancti Officii art.* 1. *num.* 55. Rodericus *de annu. reddit. lib.* 1. *qu.* 17. *num.* 75. Cevallos *de cognit. per viam violen. in prologo num.* 203. *&* *glos.* 15. *numer.* 17. *&* *com. cont. com. tom.* 4. *quæst.* 897. *num.* 281. Narbona *l.* 20. *glos.* 23. *nu.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *cum.* 33. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 90. *&* *c.* 17. *num.* 70. Azevedo *l.* 1. *num.* 118. *tit.* 3. *lib.* 8. *recop.* Cenedo *collect. ad decretal.* 17. *nu.* 4. Basilius Ponce de Leon *de matrimon. lib.* 5. *cap.* 12. §. *unico*, *sub nu.* 17. Sesse *de inhibit. cap.* 30. §. 1. *num.* 43. 44. *&* *à num.* 54. Regens Leon *decis.* 2. *à nu.* 30. *lib.* 1. Salgado *de reg. protect. par.* 1. *cap.* 2. §. 5. *à nu.* 5. *&* *de supplicat. ad Sanctis. par.* 2. *cap.* 33. *à nu.* 1. Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 54. Suelves *cons.* 19. *sub nu.* 8. *lib.* 1. Carena *de Off. Sanct. Inquisit. par.* 1. *tit.* 14. §. 4. *num.* 17. *in fine*, *& par.* 2. *tit.* 6. §. 16. *num.* 84. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *nu.* 101. *&* 104. *&* §. 3. *nu.* 8.

Amplia tertiò, ut Familiares & Officiales Sanctæ In- 90
quisitionis gaudeant privilegio fori in criminalibus in Corona Aragonum activè, & passivè, sive sint rei, sive actores secundùm Narbonam *l.* 20. *glossa prima*, *nu.* 74. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* & tradit Sesse *decis.* 438. *in princ. & num.* 14. *&* 43. *in fine*, *tom.* 4. Cæterum quid quid isti dicant, Familiares & Officiales Sancti Officii non gaudent activè in Regno Valentiæ privilegio fori, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *num.* 33. *&* 34. Nec hodie de Regno Aragonum ex foris Cu- 91
riarum anni 1646. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. to.* 2. *c.* 7. §. 3. *num.* 34. nec etiam in Cathalonia, videatur exemplare Regii Concilii criminalis ad relationem Magnifici Pauli Gujamet 24. Octobris 1633. occasione repetitionis Joannis Cosidor capti in Regiis carceribus pro jactu silicei in personam Pauli Isern loci de Crespia Familiaris Sancti Officii. Et vidi consultationem trium Aularum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ missum anno 1633. ad Dominum nostrum Regem, occasione necis perpetratæ in Civitate Illerdæ 12. Augusti 1633. per Hieronymum Oliva agricolam dictæ Civitatis in personam Joannis Soler loci de les Penelles Familiaris Sancti Officii, *de quo casu supra memini nu.* 74. *in fine* in qua quidem consultatione narratur, dicitur, & probatur Familiares Sanctæ Inquisitionis in criminalibus non gaudere activè privilegio fori. De Regno Ca- 92
stellæ idem tradunt Doctores citati *nu.* 86.

Limita 1. si Familiares Sanctæ Inquisitionis habeant officium publicum, & in eo delinquant, non gaudent privilegio fori Sanctæ Inquisitionis, ut cavetur in concordia anni 1568. Cardinalis Spinosa cap. 4. de qua Dexart. *ad cap. Reg. Sard. fol.* 674. *cap.* 3. Mattheu *de Regim.*

gim. Reg. Valen. tom. 1. *cap.* 6. §. 1. *num.* 97. De Regno Caſtellæ latè Narbona *l.* 20. *à num.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 515. De Regno Indiarum Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 60. *&* 63. *verſi. Item que los Familiares que tuvieren.* De Regno Siciliæ Giurba *conſ.* 96. quamvis ſemotis concordiis ſi Familiares in officio publico delinquant, fori privilegio gaudent, Cancer. *par.* 2. *var. cap.* 2. *nu.*
93 330. Berart. *in ſpecu. viſit. cap.* 3. *num.* 50. Suelves *conſ.* 19. 93. *ſub num.* 8. *lib.* 1.

Amplia 1. Hanc primam limitationem, in Officialibus & Miniſtris Sancti Officii, qui ſi in officio publico delinquant, privilegio fori non gaudent, ut cavetur in dicta concordia Cardinalis Spinoſa, *cap.* 4. *nu.* præ-
94 cedenti relata, & probat Narbona *l.* 20. *glo.* 20. *à num.* 131. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.*

Amplia 2. hanc primam limitationem, in Familiaribus, & Officialibus Sancti Officii delinquentibus in officio publico ſive Regio, ſive Univerſitatis, vel alia publica functione, & adminiſtratione ſæculari, nam privilegio fori Sanctæ Inquiſitionis non gaudent, *ut habetur in dicta concordia cap.* 4. & contra Paramum *in defen. juriſd. Sancti Officii cap.* 7. *à num.* 1. latè probat Narbona *l.* 20. *glo.* 20. *à numer.* 79. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Giurba *conſ.* 96. *per totum*, Cevallos *de cognit. per viam violen par.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 10. Scobar *de ratiociniis, capit.* 7. *numero* 10. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 7. *numero* 159.

95 Amplia 3. Hanc primam limitationem, ſive Familiares, & Officiales Sanctæ Inquiſitionis delinquant in officio publico delictis commiſſionis, ſive delinquant delictis omiſſionis, fori privilegio non gaudent, ut contra Narbonam *l.* 20. *gloſ.* 2. *à num.* 109. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* latè docet & probat Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *à nu.* 516. *ad* 522. ſequitur Solorzano *de jure Indiar. to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 75.

96 Quando autem quis dicatur in officio delinquere videndi ſunt Rota *deciſione diver.* 754. *&* 812. *par.* 1. Valenzuela *conſ.* 35. *nu.* 3. *& conſ.* 91. *à nu.* 28. *&* 49. Maſtrill. *de indulto, cap.* 40. *num.* 9. *&* 10. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 35. *num.* 13. *& quæſt.* 73. *nu.* 1. *&* 2. Seſſe *de inhibit. cap.* 1. §. 3. *à num.* 1. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 66. *& cap.* 8. *à nu.* 5. *& cap.* 21. *à num.* 118. Farinac. *in prax. par.* 1. *qu.* 19. *à nu.* 43. Riccius *deciſ.* 289. *num.* 5. *par.* 2. Ludoviſ. *deciſ.* 233. *nu.* 6. Thoro *in compend. deciſ. verbo officialis delinquens, par.* 1. Gratian. *diſcep. for. cap.* 184. *num.* 35. *&* 36. Menochius *de arbit. jud. caſu* 394. *num.* 99. *&* 102. Gamma *deciſ.* 35. Giurba *conſ.* 44. *&* *conſ.* 95. *num.* 47. *&* *conſ.* 72. *&* 76. Capicius Latro *conſult.* 67. *lib.* 1. remiſſivè aliis relatis Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 521. *in fine*, Suelves *conſ.* 22. *nu.* 45. *lib.* 3. & punctim Paramus *in defen. juriſdict. Sanct. Inquiſit. cap.* 7. *num.* 16. Narbona *l.* 20. *glo.* 20. *à num.* 55. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & quid in dubio, Berart. *in ſpec. viſit. cap.* 15. *nu.* 32. *ubi alios citat.*

97 Limita 2. Si Familiares, & Officiales Sancti Officii ſint artifices alicujus artis mechanicæ, & delinquant, fraudeſque committant in ſuis Officiis, ſcilicet in operibus, ponderibus, & menſuris, non gaudent privilegio fori, *Concordia anni* 1568. *Cardinalis Spinoſa cap.* 4. de qua Dexart. *ad cap. Reg. Sard. fol.* 674. *cap.* 3. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 3. *numero* 35.

98 Limita 3. Si Familiares, & Officiales Sancti Officii fraudes commiſerint in victualibus, & proviſionibus, ac in juribus Regiis, Generalitatis Regni, Civitatis, vel oppidi fori, privilegio non gaudent, *Concordia anni* 1512. *de qua in pragm.* 1. *cap.* 6. 11. 29. *&* 32. *titulo de la Sancta Inquiſitio, concordia anni* 1568. *cap.* 4. *&* 24. de qua Dexart. *ad cap. Reg. Sard. fol.* 674. *cap.* 3. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *capit.* 7. §. 2. *ſect.* 1. *num.* 35.

99 Limita 4. Si Familiares, & Officiales Sancti Officii delinquant cum alio non Familiari, nam iſte qui non eſt Familiaris, ſed ſocius criminis ipſius Familiaris fori privilegio non gaudet, ut cavetur in concordia anni 1568. Cardinalis Spinoſa *cap.* 35. de qua Dexart. *ad cap. Reg. Sard. fol.* 681. *cap.* 34. Mattheu *de Reg. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *ſect.* 1. *nu.* 45.

Limita 5. Si Familiares, & Officiales Sancti Officii 100
delicta commiſerint ante Familiaturam, fori privilegio non gaudent, *Concordia anni* 1520. *de qua in prag.* 3. *verſi. abuſos, tit. de la Santa Inquiſitio*, concordia anni 1568. Cardinalis Spinoſa *cap.* 45. de qua Dexart. *ad cap. reg. Sard. fol.* 683. *cap.* 41. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *ſect.* 1. *nu.* 42. & latè probat Narbon. *l.* 20. *gl.* 21. *à nu.* 38. *ad* 49. *tit.* 1. *l.* 4. *rec.* Reg. Vico *ad pra. reg. Sard. l.* 1. *tit.* 7. *c.* 18. *nu.* 9. vide tradita *deciſ.* 11. *nu.* 27.

Limita 6. Si Familiares, Famuli, Officiales, & Mi- 101
niſtri Sanctæ Inquiſitionis arma prohibita portent extra actum executionis & exercitium juriſdictionis Sancti Officii, per poteſtatem ſæcularem abſque metu cenſurarum ſpoliari poſſunt; nec illa teneri reſtituere Inquiſitoribus, *ut habetur in concordia anni* 1512. *de qua in pragmat.* 1. *c.* 5. *&* 16. *de la Sancta Inquiſicio*, & apertè colligitur *ex concordia anni* 1568. *Cardinalis Spinoſa capite* 13. de qua Dexart. *ad capit. reg. Sard. fol.* 675. *capit.* 19. & ſuper his fuerunt factæ illæ concluſiones in Regio Concilio Cathaloniæ occaſione exarmationis famuli, ſive aurigæ Inquiſitoris Don Chriſtophori de Quirós *relatæ n.* 75. & latiſſimè probat Doctor Franciſcus Aguilo *de allegatione pro his ſcripta concluſione* 2. *à nu.* 106. *&* *ad* 118.

Siquidem etſi veriſſimum ſit quòd Familiares, fa- 102
muli, Miniſtri & Officiales Sanctæ Inquiſitionis poſſint licitè die ac nocte arma portare, ut poſt Simancas & alios tradunt Carena *de officio Sanctæ Inquiſit. par.* 1. *tit.* 14. §. 5. *num.* 18. Barboſ. *in Clem.* 2. *num.* 9. *&* 10. *de hæret.* Ciarlin. *controv. foren. cap.* 120. *nu.* 444. *par.* 2. Baron. *de citat. tom.* 2. *in annot. ad quæſt.* 25. *num.* 5. Menochius *de arbi. jud. caſu* 393. *numer.* 73. Salzedo *in pract. crim. cap.* 140. *num.* 25. Cenedo *collect.* 7. *ad decretales, num.* 2. Decianus *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 3. *nu.* 49. Farinac. *in prax. crim. par.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 101. *& de hæreſi quæſt.* 182. *à nu.* 89. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 76. Barboſa *de jure Eccleſiaſt. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 56. Daniel de Nobilibus *controver. diſp.* 63. *nu.* 44. *& in addit. num.* 9. Narbona *l.* 20. *gloſ.* 18. *num.* 85. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Bobadilla plures laudat *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 88. Cùm ipſi 103
Inquiſitores quibus Familiares aſſiſtunt, & famulantur, habere poſſint Familiam laicam armatam, ut docent Carolus de Graſ. *de effect. clericat. effect.* 1. *numero* 130. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 107. *num.* 6. Farinac. *de hæreſi quæſt.* 182. *numer.* 90. Maceraten. *lib.* 3. *reſol.* 14. *num.* 1. Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 135. *verſi. Sed contrariam, & par.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 31. *&* *in ſum. par.* 2. *verbo Inquiſitorum juriſdictio, num.* 25. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *num.* 4. Narbona *l.* 20. *gloſ.* 11. *num.* 85. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 77. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 9. *&* 28. Barboſa *in clem.* 2. *num.* 8. *de hæret. &* *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *numer.* 27. latè Carena *de Off. Sanct. Inquiſit. par.* 1. *tit.* 14. §. *à num.* 10. *ad* 17. Sub cujus nomine veniunt Notarii, Actua- 104
rii, Scribæ, Commiſſarii, Conſultores, Advocati, Procuratores Fiſcales, Carcerarii, Birruarii, & Familiares omnes, ut ſubdunt Salzedo *in pract. crim. cap.* 140. *num.* 25. Diana *reſol. moralium, par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 135. *verſi. Sed contrariam & par.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 31. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *num.* 5. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 77. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *c.* 39. §. 4. *nu.* 28.

Illud tamen intelligendum eſt in actu, exercitio, & 105
executione juriſdictionis Sancti Officii: nam eo caſu Familiares, ac alii Officiales, & Miniſtri Sancti Officii arma portare poſſunt, ut probat, *tex. in clement.* 2. §. *fin. de hæreticis*, & poſt alios docent Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 9. *&* 28. *&* *cap.* 17. *num.* 88. Farinac. *de hæreſi quæſt.* 182. *num.* 90. *&* 93. Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 61. Daniel de Nobilibus *controv. in addit. ad diſput.* 63. *num.* 10. *verſi. Verum*, Doctor Franciſcus Aguilo *in allegat. pro his ſcripta, concluſ.* 2. *num.* 144. Et tunc Inquiſitores 106
procedere poſſunt contra Judices ſæculares impedientes

Fami-

Familiares Sanctæ Inquisitionis pro armorum delatione in executione jurisdictionis Sancti Officii illa eis auferendo, tamquam turbatores Sancti Officii, plures Narbona *l.* 20. *glos.* 21. *nu.* 85. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* cum aliis per Bobad. *polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 88. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 77. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 31. *& in sum. part.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio nu.* 25. Daniel de Nobilibus *controv. in addit. ad disput.* 663. *num.* 26. Sesse *de*
107 *inhibit. cap.* 30. §. 1. *num.* 193. Siquidem Inquisitores procedere possunt contra omnes impedientes, vel turbantes eorum jurisdictionem, vel privilegia & immunitates sibi & suis ministris concessa, Sesse *de inhibit. cap.* 30. §. 1. *nu.* 158. Fermosinus *in cap. cum venissent, quæst.* 10. *à num.* 5. *de judic.* Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 8. *resol.* 65. & 104. Narbona *l.* 20. *glos.* 22. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Farinac. *de hæresi, quæst.* 182. *num.* 74. & 81. Barbosa *in cap. ut officium, nu.* 14. *& in capite ut Inquisitionis, nu.* 10. *de hæret. in* 6. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 14.

108 Unde fit quòd Familiares Sanctæ Inquisitionis arma ferre non debent, nisi cùm sunt in expeditione, vel occupantur in executione Sancti Officii, vel dum ad gerendum Officium vadunt, ita Daniel de Nobilibus *controver. in addition. ad disp.* 63. *nu.* 10.

109 Et adhuc quando Familiares sunt in actu, exercitio, & executione jurisdictionis Sancti Officii, & si arma prohibita deferre possint: tamen observare tenentur Regia edicta delationis armorum circa mensuram ipsorum, ita ut ista deferre non possint in executione mandatorum Sancti Officii, nisi Inquisitores ita illis ordinaverint, *ut cavetur in concordia anni* 1568. *Cardinalis Spinosa cap.* 13. de qua Dexart. *ad capit. Reg. Sard. folio* 675. *cap.* 9. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 44. vide concordiam anni 1512. *c.* 16. *de qua in pragmatica prima, titulo de la Santa Inquisitio*, quæ requirit, ut Familiares possint arma portare, quòd deferant licentiam Inquisitorum, Doctor Franciscus Aguido *in allegatione pro his scripta, conclusione secunda, nu.* 115.

110 Confert benè ad propositum Narbona *l.* 10. *glos.* 21. *numer.* 50. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* ubi ait, quòd etiam in nonnullis casibus in concordia non expressis, Familiares, & alii Officiales Sanctæ Inquisitionis non gaudent privilegio fori, sed subjecti manent Judicibus ordinariis, à quibus declinatoria non obstante puniri possunt, videlicet si Familiaris violat pragmaticas Regias deferendo aliquid contra præscriptam normam, & debitam mensuram, & *num.* 51. idem dicit si Familiaris contra Regias pragmaticas ludo prohibito ludat *& num.* 52. idem resolvit, si Familiaris in Regnum introducat, aut extrahat merces prohibitas, aurum vel argentum, aut monetam. Et dat rationem *dicto nu.* 51. quia exempti observare tenentur omnia statuta, pragmaticas, & edicta Regia pro bono Regimine, sequitur Carleval *de judic. lib.* 1. *disput.* 2. *num.* 522. In ornatum addo Velam *dissert.* 44. *num.* 46. & 47. *tom.* 2. Hermosillam *to.* 2. *fol.* 11. *num.* 67.

111 Utrùm autem Familiares, & Officiales Sancti Officii gaudeant privilegio fori in delictis delationis tormentorum manualium; tractat Mattheu *de Regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *capit.* 7. §. 3. *sectione prima, numero* 38. Ciarlin. *controver. foren. cap.* 125. *numero* 45. *part.* 2. ubi negativè resolvit, & dicit in simili probare Cutellum *variis in locis* quos ipse allegat, & *num.* 39. refert concordata Regni Valentiæ, & *num.* 40. decisionem Supremorum laudat. Quod idem est in Cathalonia si arma sint parvæ mensuræ prohibita per Regia edicta, ut cavetur in dicta concordia anni 1568. Cardinalis Spinosa relata *nu.* 109.

112 Limita 7. In delictis enormissimis in quibus Familiares privilegio fori non gaudent, Gratian. *discep. foren. cap.* 340. *num.* 33. & 34. *cap.* 341. *num.* 11. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 39. *num.* 31. Narbona *l.* 20. *glos.* 22. *num.* 14. *lib.* 4. *recop.* videlicet si fuerint rei criminis læsæ Majestatis, rebellionis, seditionis, publicæ contraventionis litterarum securitatis à Rege concessarum, contumaciæ, & inobedientiæ contra Regia mandata, proditionis, violenti stupri, aut raptus mulieris, & qui fuerint publici latrones, & effractores ædium privatarum, aut Ecclesiarum, vel Monasteriorum, & qui fuerint incendiarii & qui alia crimina his majora & atrociora commiserint, & qui Judicibus sæcularibus resistunt, aut procaciter eos contemnunt, aut eis contumeliam inferunt, in quibus omnibus casibus, & his similibus, Familiares Sancti Officii Judicibus Regiis subjiciuntur, & fori privilegio non gaudent, tradunt Simancas *de Catho. instit. tit.* 41. *nu.* 19. Curia Philipica *par.* 3. §. 1. *num.* 15. Villadiego *in polit. cap.* 5. §. 20. *num.* 147. Giurba *cons.* 96. Pareja *de instru. edit. tom.* 1, *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 49. Farinac. *de hæresi quæst.* 186. *num.* 38. Solorzano *de jur. Indi. to.* 2. *lib.* 3. *c.* 24. *nn.* 60. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 17. *per totum* Roxas *sing.* 101. Paramus *de origin. Sanctæ Inquisi. lib.* 3. *quæst.* 5. *num.* 27. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 515. Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 8. *resol.* 55. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *num.* 13. & latissimè prosequitur Narbona *l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. ex glos.* 7. *ad* 20. Cutel. *in suo C. ad leg. Sicul. super. concordiis*, Castro Palao *par.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *nu.* 9. Ciarl. *contr. cap.* 120. *num.* 2. *par.* 2.

Limita 8. Ut Judices sæculares possint capere Fami- 113
liares Sancti Officii in quolibet crimine non exceptuato delinquentes, & illos captos remittere ad Inquisitores, post Simancas, Paramum, Roxas & Farin. *locis proximè citatis*, tradit. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *nu.* 12. benè Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 513.

Limita 9. & ultimò, quando Familiares, & Officia- 114
les Sancti Officii non vocantur coram Judice sæculari tamquam rei, sed ad ferendum testimonium in aliqua causa criminali, nam compelli possunt per remedia juridica ad testimonium ferendum, ut cavetur *in concordia anni* 1568. *Cardinalis Spinosa cap.* 10. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *nu.* 43.

Unum in his scire debent Judices sæculares, ne faci- 116
lè decipiantur, quòd licèt de jure communi crimen nefandum sodomiæ, & bestialitatis sit mixti fori, & puniatur in subjecto laico tàm à Judice sæculari, quàm ab Ecclesiastico ex præventione, ut post antiquos docent Clar. §. *sodomia, num.* 3. & §. *fin. quæst.* 37. *nu.* 5. Menoch. *de arb. jud. casu.* 286. *num.* 24. Farinac. *in prax. par.* 1. *qu.* 8. *num.* 129. & *par.* 4. *qu.* 148. *num.* 55. Martha *de jurisdict. par.* 2. *cap.* 15. *nu.* 1. Scaccia *de jud. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 15. Guaz. *defen.* 1. *cap.* 11. *num.* 2. plures alios laudat Jul. Chartar. *dec.* 77. *nu.* 29. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 11. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 67. Tuschus *pract. conclus. littera M. conclus.* 293. *num.* 31. Barbosa *in addit. ad cap. cum sit generale, num.* 7. *de foro compet.* Tondut. *de præven. jud. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 11. Don Joseph Vela *in cap.* 1. *numer.* 109. *par.* 1. *de off. ordin.* Et in Regno Castellæ, Familiares Sanctæ Inquisitionis nefandum crimen sodomiæ, & bestialitatis committentes puniantur à Judicibus sæcularibus, latè Narbona *l.* 20. *glos.* 8. *per totam tit.* 1. *lib. recop.* Carleval, Diana, Thomas del Bene, Regens Vico, & alii, *nu.* 112. *citati.* De Regnis Siciliæ, Cutel. *ad leg. Martini controv.* 16. *& fin. fol.* 472. Ciarl. *contr. foren. cap.* 120. *num.* 31. & 41. *par.* 2. Barbosa *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *nu.* 25.

Tamen in Principatu Cathaloniæ, & aliis Regnis 117
Coronæ Aragonum, ex Bulla Clementis VIII. & in Regno Lusitaniæ ex Constitutionibus Pii IV. & Gregorii XIII. Inquisitores hæreticæ pravitatis cognoscunt de crimine nefando sodomiæ, & bestialitatis, ut notatur in concordia Cardinalis Spinosa anni 1568. *cap.* 40. Intellige data præventione ex parte Inquisitorum, juxta plures decisiones nostri Senatus relatas *decis.* 89. *nu.* 79. & 80. *par.* 2. & probant Castro Palao *in opere morali tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *num.* 11. Cantera *quæst. crim. par.* 5. *cap.* 4. *de vitio & fragil. carnis*, §. *de sodomis num.* 69. *in fine*, Simancas *de Cathol. instit. tit.* 50. *num.* 2. Salzedo ad Bernard. Diaz *in pract. crim. cap.* 86. *aliàs* 89. *addit.* 1. *versi. Hæc equidem, circa finem*, Don Joan. Vela *de delict.* 33. *num. ultim. ad finem*, Torreblanca *de jure spirit. lib.* 13. *cap.* 2. *nu.* 24. Narbona *l.* 20. *glos.* 8. *numer.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.*

Henri-

Henriquez *lib.* 13. *cap.* 24. *numer.* 2. Aguja *fundament.* 17. *cap. de abominabili*, & *exoso flagitio in fine*, Moura *de incanta. opuscu.* 1. *sect.* 3. *cap.* 1. *num.* 16, Barbosa *de potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 40. *num.* 45. & *in addit. ad cap. cum sit generale nu.* 8. *de foro comp.* ubi Fermosinus *quæst.* 5. *num.* 4. *in fine*, Sousa *in aphoris. Inquisitor. lib.* 1. *cap.* 59. *nu.* 10. 11. 28. 29. 37. & *latiùs à num.* 48. Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 7. *resol.* 20. & *in sum. par.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio*, *nu.* 99. Salelles *de Tribun. Sanct. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 20. *regul.* 150. *nu.* 144. & *seq.* Don Joseph Vela *in cap.* 1. *p.* 1. *nu.* 110. *de off. ordin.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 24. *nu.* 26. *in fine*, Mattheu *de Rigim. Regni Va-*
118 *len. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *sub n.* 8. Sed Inquisitores in cognitione criminis nefandi sodomiæ, & bestialitatis adhibent Regium Officialem: ita ut Inquisitores cognoscant in causis nefandi criminis simul cum Regio Officiali, Castro Palao *in opere morali to.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *nu.* 11. quod fundatur in concordia Cardinalis Spinosa anni 1568. *cap.* 16. sed in Regno Valentiæ vocatur ad has causas judicandas Regens Cancellariam, refert Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *num.* 8. *in fine*, & *nu.* 21. *in fine*. In Cathalonia autem vocantur, & interveniunt tot Inquisitores, quot Consultores Sancti Officii Doctores Regiæ Audientiæ, & è contra, *ut in conclusionis referendis nu.* 120. videre licet.

119 Quando autem Inquisitores declarant reum esse sodomitam, & Curiæ sæculari relaxant, quod facere non possunt, nisi sit incorrigibilis, ut contra Mouram *loco relato num.* 117. notat Seraphin. de Freira, quem refert, & sequitur Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 7. *resol.* 20. Barbosa *in addit. ad cap. cum sit generale*, *nu.* 8. *in fine*, *de foro com.* & *voto* 116. *n.* 68. *lib.* 3. statim Judex sæcularis (ut in hæretico dixi *à n.* 38.) lata adversùs sodomitam sententia condemnatoria, eum tradit ad
120 strangulandum, & flammis comburendum. Quæ est pœna tàm de Jure, quàm de generali consuetudine practicata contra sodomitas, ut de jure probatur *in l. cum vir*, *C. ad leg. Jul. de adulter. authent. ne luxur. homin. contra naturam l.* 1. §. *removet juncta glo. ff. de postul.* §. *item lex Jul. de publ. judic.* & post antiquos docent Gomez *in l.* 80. *Tauri num.* 32. Clar. §. *sodom. nu.* 4. Menoch. *de arb. jud. casu* 226. *à num.* 15. Gail. *de pace publica lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 26. Cabal. *resol. crim. casu* 16. *nu.* 34. Farinac. *in prax. part.* 4. *quæst.* 148. *num.* 4. Jul. Chartar. *decis.* 76. *num.* 26. Cenedo *collect. ad decretal.* 130. Sesse *decis.* 475. *nu.* 1. Martha *jurisdict. par.* 2. *cap.* 15. *à num.* 8. Pichard. *in* §. *item lex Julia à nu.* 21. *de publi. judi.* Don Joan. Vela *delictis cap.* 33. *num.* 7. 8. & 11. Don Joseph Vela *in cap.* 1. *num.* 108. *de off. ordin.* & de generali consuetudine in pluribus Regnis, & Provinciis observata post alios docent Clar. §. *sodomia*, *nu.* 4. ubi Bajard. *num.* 7. Cabal. *resol. crim. cas.* 16. *numer.* 35. Sesse *decis.* 475. *nu.* 2. Farinac. *in prax. par.* 4. *quæst.* 148. *num.* 7. Peguera *decis.* 75. *num.* 2. Sanfelicius *in addit. ad decis.* 47. Et fuit observatum in Cathalonia in conclusione sequenti *Die* 6. *Februarii* 1607. *in Regio Concilio in Aula Regia*, *Præsidente Magnifico Hieronymo Torner Regente Cancellariam interfuerunt sequentes. Magnifici Josephus Benach*, *Jacobus Pineda Fisci Advocatus*, *Michael Salba & de Vallseca*, *Franciscus Bonet*, *Don Petrus Soler*, & *Michael Sala. In facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ adversùs*, & *contra Michaelem Foges*, & *Josephum Paramesano marinerios Civitatis Neapolis per Venerabiles Patres Inquisitores*, *Magnificos Hieronymum Senjust*, & *Joannem Magarola Doctores Regiæ Audientiæ sodomitas declaratos*, & *Curiæ sæculari relaxatos*, *facta relatione per Nobilem Petrum Soler fuit conclusum*, *quòd strangulentur*, & *eorum corpora comburantur*, & *in cineres convertantur*. Et similiter idem fuit observatum *die* 17. *Februarii* 1609. *contra Ferdinandum Gayta Patronum Triremis de Tripalda Regni Neapolis*, *Marchum Puig. Cultorem Civitatis Vici*, & *Fratrem Antonium de Leon Heremitam Beatæ Mariæ Magdalenæ de Ulldemolius in Archiepiscopatu Tarraconæ*.

121 Si autem causa est civilis, (ut ad institutum redeam,) certum & indubitatum etiam est in Principatu Cathaloniæ, Regnis Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, quòd Familiares, & alii Officiales & Ministri Sanctæ Inquisitionis gaudent privilegio fori, ut conveniendi sint coram Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ut tradunt Joannes Rojas *de privileg. Inquisit. numer.* 422. Narbona *l.* 20. *glos.* 1. *num.* 74. & *glos.* 6. *num.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 24. *nu.* 59. & *in polit. lib.* 4. *cap.* 24. *vers. Y por tal*, Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 8. *resol.* 55 & *in sum. par.* 2. *verbo Inquisitorum jurisdictio num.* 26. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 513. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *num.* 35. Suelves *cons.* 19. *numero* 8. *lib.* 1. Carena, *de Offi. Sanct. Inquisit. par.* 1. *tit.* 14. §. 5. *sub numer.* 17. Et de Regno Siciliæ tradit Paramus *de orig. Sanct. Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 6. *num.* 27. Quod secus est in Regnis Ca- 122
stellæ, Indiarum, & in aliis Regnis, ubi Familiares Sancti Officii in causis civilibus non gaudent privilegio fori, sed conveniendi sunt apud suos Judices ordinarios nulla obstante fori declinatoria, *ut statuitur in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* ubi Narbona *glos.* 1. *nu.* 73. & *glos.* 6. *nu.* 1. Simancas *de Cathol. instit. cap.* 41. *nu.* 18. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 40. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 59. & 60. Carleval. *de jud. lib.* 2. *disp.* 2. *nu.* 512. Thomas del Bene *de immu. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *num.* 16. *in fine*, Castro Palao *in opere morali*, *par.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *num.* 9. Diana *resol. moral. par.* 4. *tract.* 8. *resol.* 55. & *in summa par.* 2. *verb. Inquisitorum jurisdictio*, *num.* 26. Fermosinus *in cap. cum contingat quæst.* 11. *num.* 5. *de foro compet.* Ciarlin. *controv. cap.* 120. *num.* 24. *par.* 2. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *sect.* 1. *numer.* 33. Et idem hodie servatur in 123
Regno Aragonum, nam illud privilegium, quod anteà observabatur in causis Familiarium, limitatum fuit in Curiis anni 1646. ad causas criminales tantùm, ut tradit Mattheu *de Reg. Reg. Val. to.* 2. *c.* 7. §. 3. *sect.* 1. *numero* 34.

Limita primò, ut procedat quando Familiares San- 124
cti Officii sunt rei, nam tunc coram Inquisitoribus in his Regnis conveniendi sunt; secus verò si sunt actores, quo casu forum rei sequi tenentur *ut habetur in concordia anni* 1568. *Cardinalis Spinosa cap.* 27. & 33. de qua Dexart. *ad cap. Reg. Sard. fol.* 679. & 680. *cap.* 27. & 32. Fontanella *decis.* 329. *à num.* 15. *par.* 2. idem Dexart. *in cap.* 4. *per totum de Inquisit. fol.* 727. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *sect.* 3. *num.* 33. & 34.

Sublimita, ut limitatio procedat, prout loquitur in 125
solis Familiaribus, non autem in cæteris Officialibus Sancti Officii, ut Secretariis, Fiscalibus, Custodibus carcerum, & similibus: nam isti sive rei sint, sive actores fori privilegio gaudent in civilibus, ita ut solùm conveniri, & convenire debitores possint coram Inquisitoribus, ea ratione, ne Officiales qui continuo Sancti Officii ministerio incumbunt, per extranea Tribunalia propriis litibus occupati divagari cogantur & ab expeditione causarum fidei avocentur, ita Narbona *l.* 20. *glos.* 6. *numer.* 4. & *glos.* 19. *numero* 2. & *glos.* 22. *numero* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *numer.* 514. Solorzano *de jure Indiarum tomo secundo*, *libr.* 3. *cap.* 24. *numero* 59. Amat. *resol.* 52. *numero* 4. *libr.* 2. Fontanella *decis.* 329. *numero* 16. & 17. *part.* 2. Thomas del Bene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 14. *numero* 13. *in fine*, Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 55. Ciarl. *contr. cap.* 120. *numero* 4. *par.* 2.

Sed contrarium quòd Officiales Sancti Officii in ci- 126
vilibus non gaudeant privilegio fori activè, novissimè scripsit respondendo contrariis, Cutellus *in C. leg. Sicul. ad leg. Martini post cap.* 21. *de concordia inter Inquisitores*, & *officiales Regios*, *cap.* 2. *à num.* 12. benè Dexart. *in cap.* 4. *per totum de Inquisitorib. fol.* 727. Fontanella *decis.* 329. *nu.* 18. & 19. *par.* 2.

Verum est, quòd præcitati Doctores in hac contro- 127
7 competentiæ, sed potest Episcopus causas à suo Vicario generali evocare, nec illi Vicarius generalis potest se opponere tamquam æqualis, Seraphin. *dec. 948. tom. 1.* Covar. *pract. cap. 9. num. 1. versic. Primo*, Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. lib. 2. capit. 2. num. 14.* Scaccia *de jud. lib. 1. cap. 66. num. 20.* Narbona *l. 59. gloss. 1. nu. 199. tit. 4. lib. 2. recop. fol. 186.* latè Riccius *decis. 159. part. 1.* Tondut. *de præven. jud. part. 2. cap. 1. num. 34.* & idem procedit in Officiali foraneo, Rota *decis. 297. part. 2. diver.* Sbroz. *de Vicar. Episc. lib. 3. quæst. 39. à num. 1. & quæst. 40. & 42.* Postius *de manuten. obser. 52. num. 23.* latè Tondut. *de præven. de judic. part. 2. cap. 1. à num. 18.* Nisi Vicarius generalis procedat in causa sibi commissa tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, quo casu non potest Episcopus illam ad se evocare, neque de ea se intromittere, Seraph. *decis. 506. num. 3.* Sbroz *de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 135. & 136.* Genuen. *prax. Archiepis. capit. 81. sub num. 11.* Zerola *in prax. Epis. part. 1. verbo Vicarius, dub. 5. & part. 2. verbo Vicarius, §. 1.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 30.* Gratian. *discep. foren. capit. 92. à num. 5.* Garcia *de benef. part. 6. cap. 2. à num. 19.* Tondutus *quæst. benef. part. 1. cap. 1. §. 1. num. 12. & 13. & de præven. jud. part. 2. cap. 1. à num. 48.* Ripoll. *var. resol. cap. 1. à num. 445.* Alzedo *de præcel. Episcop. dignit. lib. 2. cap. 2. num. 14.* Piasec. *in prax. Episcop. par. 2. cap. 4. art. 1. num. 24.* Xammar. *de offic. jud. part. 1. quæst. 12. num. 114.*

8 Similiter si lis, & causa civilis sit inter Episcopos Suffraganeos, Archiepiscopus est eorum Judex competens, *cap. sanè, de foro comp. cap. Pastoralis, de off. ordin.* Zerola *in prax. Episcop. part. 1. verbo appellatio, versic. ad decimum sextum.* Et quando agitur
9 de re controversa inter Episcopum & Capitulum super prærogativis, cognitio devolvitur ad superiorem, qui est Archiepiscopus, ut ex Felin. Decio, Abbat. *in cap. cum venissent, de judiciis* tradit Surdus *cons. 50. num. 11. lib. 1.* Valenzuela *cons. 184. num. 73. lib. 1.*

10 Pariter si lis & causa civilis sit inter Episcopum, & Clericos ejus subditos, Archiepiscopus est adeundus tamquam Judex competens Episcopi, *can. cognovimus 10. quæst. 3. cap. solicitudinem, de appellat. capit. Pastoralis*, ubi Abbas *nu. 2. de offic. ordin.* Hostien. *in summa titu. de off. ordin. sub numer. 3.* Genuen. *in prax. Archiepisc. cap. 70. numer. 1.* Zerola *in prax. part. 1. verbo Archiepiscopus, versic. Secundo*, Gonzal. *ad reg. 8. cancel. gloss. 42. numer. 16.* Paz. *in prax. tom. 2. prælud. 1. num. 15. & 17.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 58. in princ.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 1. tit. 4. num. 27. & 28. & in c. Pastoralis nu. 4. de off. ordin.* Fermosin. *in c. 1. quæst. 1. num. 6. de foro compet.* Solorzano *de jure Ind. tom. 2. l. 3. c. 7. num. 26.* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 2. c. 14. dub. 20. sect. 1. à num. 13.* idem Barbosa *de jure Eccl. uni. l. 1. c. 7. num. 44.* intellige in civilibus causis tantùm, ut docent Doctores citati Abbas *num. 2.* Genuen. *num. 1.* Sbroz. *num. 6.* de quo Barbos. *de jure Eccl. uni. lib. 1. cap. 7. num. 46. & 47.* Intellige
11 si etiam Episcopus sit reus, & Clerici ejus subditi sint actores, nam tunc adeundus est Archiepiscopus tamquam Judex competens Episcopi, *can. si clericus 11. quæst. 1.* Genuen. *in prax. Archiepis. Neapol. cap. 70. nu. 1.* quia actor tenetur sequi forum rei, *c. quamvis, de foro compet.* Zerola *in prax. Epis. part. 1. verbo appellatio, versic. ad decimum sextum, ibi secundo si lis*, Ripoll. *var. c. 1. num. 470. & 471.* Secus verò si Episcopus sit 12
Actor, & Clerici ejus subditi rei, quo casu ad causam decidendam Arbitri sunt eligendi, *can. si Clericus 11. quæst. 1.* Capicius *decis. 237. num. 4.* Abbas *in c. Pastoralis num. 2. de offic. ordin.* Scaccia *de appellat. quæst. 8. num. 98. versiculo In hac contrarietate*, Barbosa *de jure Eccl. univer. l. 1. c. 7. num. 46. & de potest. Episc. part. 1. titu. 4. num. 28.* Maranta *de ord. jud. part. 6. de appellationib. num. 376.* Ad quos Arbitros eligendos ipse Episcopus 13
potest Clericos subditos suos cogere, *argumento c. suspicionis, de offic. deleg. c. si quis Clericus, de foro compet. gloss. 2. verbo arbiter in can. si Clericus 11. quæst. 1.* Abbas *in c. cum Apostolus num. 4. de censib.* Hostien. *in sum. titu. de offi. ordinar. §. sunt autem distinctæ, versic. Secundus casus*, Zerola *in prax. Episc. part. 1. verbo appellatio, versic. Ad decimum sextum, ibi si verò*, Ripoll. *variar. c. 1. num. 471. 472.* Et à sententia Arbi- 14
trorum non appellatur ad Archiepiscopum, sed ad Summum Pontificem, *gloss. in c. arbitris verbo appellandum, de offic. deleg.* Maranta *de ordin. jud. par. 6. de appellat. num. 376.* Scaccia *de appellat. quæst. 8. num. 107.* Zerola *in prax. Episc. part. 1. verbo appellatio, versic. Ad decimum sextum in fine*, Ripoll. *variar. cap. 1. num. 473.* Barbosa *de jure Eccl. uni. lib. 1. c. 4. num. 46. & de potest. Episc. part. 1. tit. 4. sub num. 28.*

Praxim procedendi in causa contentionis jurisdi- 15
ctionis inter Judices Ecclesiasticos ordinarios collige ex illa, quam tradam inter Judices sæculares inferiores ordinarios, *dec. 38.*

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos delegatos.

SUMMARIUM.

1 *Contentio jurisdictionis inter duos Judices Ecclesiasticos delegatos per Arbitros juris declaranda est, n. 1. vel per delegantem amborum superiorem, n. 2. ratio traditur, n. 3.*

4 *Arbitri si inter se discordant in declaranda competentia inter Judices Ecclesiasticos delegatos, tertium eligere debent, num. 4. Quòd si nolint Arbitrum eligere cogendi sunt per superiorem, vel superior illum dabit, num. 5.*

6 *Tertius ab Arbitris electus in casu discordiæ an teneatur adhærere sententiæ unius ex Arbitris.*

7 *Appellari an liceat à sententia Arbitrorum, si concordes fuerint.*

8 *Contentione jurisdictionis orta inter Judices Ecclesiasticos delegatos, tunc demum recurritur ad electionem Arbitrorum, si contentio contineat dubium probabile, secus si à notorio est frivola n. 8. Subintellige, nu. 27.*

9 *Recusationis causa pendente, non potest Judex ad ulteriora procedere, num. 9. Intellige si est justa, & notoriè vera, secus si injusta & notoriè falsa, num. 10.*

11 *Conservatores in forma communi constituti solum cognoscere possunt de injuriis notoriis, & manifestis violentiis, numer. 11. intellige ut in num. 22.*

13 *Negatio facit rem dubiam, numer. 13. Intellige si continet aliquam dubietatem probabilem numer. 14.*

15 *Judices inferiores possunt consulere superiorem, & in aliquibus casibus id facere de necessitate tenentur, num. 15. Intellige dummodo tantùm consulant super quæstione juris, nu. 16. & jus sit dubium, & ambiguum, nu. 17. secus si certum,*

*tum, & clarum, ita ut non contineat dubium probabile, nu.*18.

19 *Justitia Aragonum respondere tenetur consultationibus interpositis per Officiales, n.*49. *Intellige si dubium sit probabile, nu.*20.

21 *Prorex, & Regia Audientia Cathaloniæ respondere tenetur consultationibus Judicum inferiorum, numer.* 21. *Intellige si dubium sit probabile, num.*22.

23 *Dubium non probabile nihil relevat.*

24 *Dubium probabile seu jus dubium quod dicatur, arbitrio Judicis relinquitur, nu.*24. *& quomodo Judex debet regulare arbitrium, nu.*25.

26 *Casus clarus qui dicatur.*

28 *Contentio quando est inter Judices Ecclesiasticos delegatos, & ambo implorant auxilium brachii secularis, cui est impartiendum.*

29 *Praxis procedendi in causa contentionis jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos delegatos.*

DECISIO XXXIII.

1 UBI inter duos Judices Ecclesiasticos delegatos vertitur competentia, seu contentio super jurisdictione, & quilibet eorum se Judicem competentem esse prætendit, recurritur ad electionem Arbitrorum, ipsique Judices delegati Arbitros juris eligere tenentur, qui hujusmodi controversiam, & contentionem dirimant, *cap. Pastoralis, & ibi gloss.* Innocent. Bellamera, Zabarella, Panormitan. Felin. *num.* 4. Decius *num.* 8. *& alii omnes de rescriptis*, Felin. *in c. super litteris, num.* 35. *de rescript.* Angelus *in l.* 2. *num.* 7. *versic. sexto fallit, & versic. Octavo fallit*, Jason. *num.* 27. *ff. si quis in jus vocat. non jerit*, Angel. *in l. quidam consulebant, num.*4. *versic. Quarto quando sunt duo Judices, ff. de re jud.* Alexand. *consil.* 1. *num.* 13. *l.*5. Aufrer. *tract. de recusat. num.*45. *versic. Quod si duo*, Portoles *foro* 1. *num.*6. *&* 17. *de compet. jurisd.* Moneta *de conservat. c.* 1. *numer.* 37. Sesse *de inhib. c. q.* §.1. *num.* 24. 53. 54. Don Didacus Frances de Urrutigoyti *in Pract. reg. part.* 1. *clau.* 10. *num.*6. Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *numer.* 5. & apud nos praxim servare tradit Cancer. *part.* 3. *var. c.* 10. *nu.* 72. Martha *de jurisd. part.*2. *c.*4. *num.*13. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.*2. *resol.*6. *specie* 1. *à num.*151. *præcipuè nu.*156. Diana *resol. moral. part.*7. *tract.*10. *resolut.*5. *ver. Nec valet.*

2 Aut cognoscet delegans amborum superior, cujus sit jurisdictio, *gloss. verbo de eodem in cap. cum plures* 8. *de offic. deleg. in* 6. *l. de jure, ff. ad municipal.* Angel. *in l.* 2. *num.*7. *versic. Octavo falli, ff. si quis in jus vocatus*, Felin. *in cap. super litteris num.* 35. *de rescript.* Valenzuela *consil.* 200. *num.*57. *tom.* 2. qui *num.* 58. citat Erasm. à Cokier *tract. de jurisd. ord. in exemptos part.* 1. *quæst.* 39. *num.* 16. ubi resolvit, quòd quando plures delegati vel conservatores mutuo se impediunt, & de jurisdictione certant, recurrendum est ad Romanam Curiam, ut competentia dirimatur, & quis illorum possit procedere terminetur, & ita contigisse Collegio Societatis Jesu contra Fratres Augustinianos refert Quintilianus Mandosius *de signatura gratiæ, titulo conservatoria*, Tondutus *de præven. judic. part.* 1. *cap.*12. *num.*1.

3 Ratio est, quia ipsi Judices delegati de jurisdictione contendentes pares dignitate sunt, nec alter alterum compellere potest, cum par in parem non habeat potestatem, *cap. innotuit, de electione, l. ille à quo*, §. *tempestivum, ff. ad Trebel.* & sic recurritur ad electionem Arbitrorum, vel ad superiorem delegantem, *ita gloss. in cap. Pastoralis, verbo ambigitur*, Innocent. *num.*4. *& 7. ad medium*, Bellamera *num.* 1. *versic. Secundo quæritur*, Imola *num.*8. *versic. Item potest dici*, Decius *nu.* 7. *&* 8. *de rescript.* Portoles *foro* 1. *num.* 7. *de compet. jurisd.* Diana *res. mor. par.*7. *tract.* 10. *resol.*5. *versic. Nec valet*, Don Didacus Frances de Urrutigoyti *in pastor. regul. part.* 1. *cl.*10. *nu.*61.

4 Quòd si per Judices Ecclesiasticos delegatos recurratur pro dirimenda contentione ad electionem Arbitrorum, & Arbitri inter se discordant, tertium deeligere debent, & illius sententiæ statur, *c. Pastoralis, de rescript.* Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.*2. *resol.* 6. *specie* 1. *num.* 147. facit tex. *in l. in offerendis, C. de appellat.* conducunt Gambacurta *de immun. Eccl. l.* 6. *c.* 8. *num.*4. *versic. His suppositis*, Paz. *in prax. par.* 9. *tomo* 1. *c.*3. §.3. *num.*12. Farinac. *frag. crim. part.*2. *littera I. num.*915. Scaccia *de jud. l.*2. *c.* 2. *numer.*575. *versiculo Prima*, Cancer. *part.*1. *var. cap.*21. *num.* 36. Xammar. *de off. jud. par.*1. *quæstio* 12. *num.*4.

Sed si prædicti Judices delegati tertium eligere nolint, cogendi sunt per superiorem ad eum eligendum, vel superior illum dabit, *juxta notata per gloss. in c. suspicionis de off. delegati, & in c. cum speciali* §. 1. *de appell. & per textum in l. item si unus*, §. *principaliter de arbitris*, Paz. *in prax. part.*5. *tom.*1. *cap.*3. §.3. *num.*13. Gambacurta *de immun. Eccl. l.*3. *cap.*8. *numer.* 4. *versic. Quod si nollint*, Martha *de jurisd. part.*4. *cap.*110. *num.* 12. *&* 13. videndus Scaccia *de jud. l.*2. *c.*2. *num.*575. *versic. Prima cum seq.* 5

Tertius ab Arbitris electus in casu discordiæ an teneatur adhærere sententiæ unius ex Arbitris? Respondeo quòd quando tertius eligitur ex voluntate partium, cogitur adhærere sententiæ unius ex Arbitris, aliàs si per se faciat sententiam, est nulla, Felin. & *alii in c. suspicionis de off. deleg. in* 6. Si autem tertius eligitur ex jure communi, vel statuto, non cogitur adhærere sententiæ unius ex Arbitris, *ut notat gloss. in l. item si unus* §. *fin.* ubi Bart. & Bald. *ff. de arbitris*. Tamen ut verum fatear, sive tertius eligatur ex jure communi, sive ex partium consensu, non tenetur adhærere sententiæ unius ex Arbitris, si neutra non videatur juridica, sed potius injusta; imo potest suam proferre sententiam ab utraque Arbitrorum discedentem, & illi standum est, ut probat textus, qui sic debet intelligi *in l. item si unus* §. *principaliter, ff. de arbitris*, multos citat Parlad. *ter. quotid. in sesquicent. differen.* 43. §. 2. benè Cancer. *par.*1. *var. c.*21. *nu.*4. 6

Sed utrùm appellari liceat à sententia Arbitrorum si concordes fuerint, *vide quæ latè tradidi dec.* 25. *à num.*14. *ad* 52. *ubi negativè resolvi.* 7

Prædicta ut orta contentione jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos delegatos recurratur ad electionem Arbitrorum, procedunt, quando contentio continet dubium probabile; secus verò si prætensio alterius ex delegatis sit notoriè frivola, quo casu alter delegatus non tenetur eligere Arbitrum, sed potest ad ulteriora procedere, at post alios docet Cancer. *part.*3. *var. capit.* 10. *num.*72. *&* 85. 8

Sic & si recusationis causa pendente non possit Judex ad ulteriora in causa procedere, ut post Mieres tradit Cancer. *par.* 3. *var. c.*10. *num.*73. Mainard. *dec.* 96. *l.*1. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. l.*1. *tit.*1. *c.*22. *num.* 12. *&* 13. *&* c. 24. *in margine* cum aliis per Ripoll. *var. c.*2. *num.*5. 6. *&* 185. Lancellot. *de attentat. part.*2. *c.*6. *à num.*1. Carol. de Gras. *excep.* 24. *nu.*14. plures laudat Berart. *in specu. visit. cap.* 6. *à nu.*65. Intellige si causa suspicionis est notoriè vera, & justa, vel est dubia in jure, vel in facto; at si sit notoriè falsa, frivola, vel minùs legitima, recusatione non obstante potest Judex ad ulteriora procedere, ut docent præcitati Doctores, Cancer. *à num.* 74. Ripoll. *à nu.*194. Lancellot. *à num.*24. Carol. de Gras. *num.*12. Berart. *num.* 66. *vers. Alii sic dixerunt*, latiùs suprà *dec.*18. *num.* 66. 9

Hinc Conservatores in forma communi constituti solùm de injuriis notoriis, & manifestis violentiis cognoscere possunt *capit.* 1. *& fin. de offic. deleg. in* 6. Valascus *consult.* 152. *num.* 2. Pareja *dec.*118. *num.*15. Sesse *dec.* 425. *num.* 4. Valenzuela *consil.*84. *num.*1. Barbosa *de potest. Epis. part.*2. *alleg.* 106. *num.* 1. *&* 16. *& in cap.* 1. *à num.* 1. *qui num.* 4. Limitat, nisi aliud caveatur in litteris concessionis *de offic. deleg. in* 6. Salgado *de reg. protec. part.*1. *c.* 1. *prælud.* 2. *numer. ultimo* Ripoll. *var. c.*1. *à num.* 47. *& à numer.*66. Tondutus *de præven. jud. part.*2. *c.*59. *num.*8. ubi *à num.* 10. *cum seq.* limitat, nisi aliud in litteris conservatoriis concedatur, plures Suelves *consil.* 85. *num.* 1. *l.*1. Riccius *decis.* 258. *part.*2. Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Past. regul. part.*1. *clausi.*10. *num.*17. *& part.*2. *quæst.*1. *à num.* 9. Intellige data injuriæ notorietate, ut pluribus probat Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Pastor. reg.* 10 11 12

*part.*1.

part. 1. *claus.* 10. *à numer.* 18. at si negata notoria in uria recepta informatione negationem probabilem esse videant, non debent procedere; sed si non obstante negatione injuriam notoriam esse videant, punire debent, quia cùm probabilis non sit nihil relevat, *c.* 1. *& ibi gloss. de off. deleg. in* 6. Cancer. *part.* 3. *var.*
13 *c.* 10. *numer.* 80. Siquidem & si negotium faciat rem dubiam Guttier. *pract. l.* 3. *quæst.* 9. *numer.* 30. Castillo *decis.* 114. *numer.* 11. Valenzuela *consil.* 171. *numer.* 73.
14 Fontanella *decis.* 132. *num.* 14. *part.* 1. Procedit, quando continet aliquam dubietatem probabilem, Tuschus *pract. concl. littera D. concl. numer.* 802. *numer.* 1. *& littera S. concl.* 487. *num.* 31. Surd. *consil.* 99. *numer.* 9. Fontanella *dec.* 132. *num.* 15. *part.* 1. *& dec.* 356. *sub num.* 22. *part.* 2. Valenzuela *cons.* 42. *à num.* 24.
15 Conducit, nam etsi Judices inferiores secundùm juris dispositionem possunt superiorem consulere, & & in aliquibus casibus ita facere de necessitate teneantur, *t.* 1. 2. *&* 3. *C. de relationib. l. fin. C. de legib. c. intimasti* 68. *de appellat.* Aviles *c.* 6. *prætor. gl. notifiquen, num.* 6. Narbona *l.* 35. *gloss.* 5. *numer.* 4. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop.* Portoles §. *consultatio, numer.* 1. & 4. Barbosa *in l. eum qui temere à numer.* 1. *ff. de judic.* Lancellot. *de attentat. par.* 2. *c.* 8. *numer.* 5. Bobad. *l.* 2. *c.* 21.
16 *numer.* 202. cum pluribus aliis per Xammar. *de off. judic. part.* 1. *quæst.* 7. *à numer.* 1. Intellige dummodò tantùm consulant super quæstione juris, *l. eum qui temere*, §. *fin.* ubi Bald. *numer.* 1. *&* 2. Barbosa *à numero* 23. *ff. de judiciis, gloss. in l. Divus verbo impartire, ff. de off. Præsidis, glo. in l.* 1. *verbo consulat*, ubi Salicet. *num.* 2. *C. de relation.* Aviles *c.* 6. *prætor. gl. notifiquem, num.* 5. Bobad. *in pol. l.* 2. *c.* 21. *numero* 200. *& l.* 3. *c.* 15. *num.* 118. Narbona *l.* 35. *gloss.* 5. *à nu.* 30. *tit.* 3. *l.* 1. *recop.* Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 7. *à numer.* 6. Barb. *in l. Titia,*
17 *num.* 25. *ff. solut. matrim.* Et jus sit dubium, & ambiguum, ita ut probabile dubium contineat, Bald. *in l.* 2. *num.* 2. *in fine C. de relation.* Barbosa *in l. eum qui temerè, numer.* 22. *ff. de jud.*
18 Secus si jus sit certum, & clarum, ita ut probabile dubium non recipiat, quo casu non potest inferior consulere superiorem, nec superior consultus respondere illi tenetur, *l.* 2. ubi Bald. *numer.* 2. *in fine, C. de leg.* Decius *in cap. intimasti numer.* 2. *de appell.* Barbosa *in l. eum qui temerè*, §. *fin. à num.* 18. *de jud.* Portoles §. *consultation.* 2. *&* 5. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 7. *num.* 14.
19 Et in Aragonia ubi Officiales Justitiam Aragonum consulere debent, eisque Justitia Aragonum respondere tenetur, *forus* 1. *&* 2. *titu. quod in dub. non cras. forus* 1. *&* 2. *tit. de consultationib. forus unicus, tit. quod Justitia Aragonum*, Molinus *verbo consultatio, versic. Primo, & verbo Justitia Aragonum, versic. Justitia Aragonum tenetur*, Bardaxi *foro* 1. *quod in dub. non crassis*, Portoles §. *consultatio, num.* 1. *&* §. *Justitia Aragonum numer.* 9. Ramirez *de lege Regia* §. 20. *num.* 28. Molinos *in pract. jud. Reg. Aragon. tit. pro-*
20 *cesso super consulta, fol.* 209. Suelves *consil.* 42. *num.* 16. *l.* 2. Procedit, quando in re consultata adest probabile dubium; secus si dubium non sit probabile, Bardaxi *foro unico num.* 3. *quod in dub. non crassis*. Portoles §. *consultatio num.* 2. 4. *&* 5. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *qu.* 7. *num.* 15. Molinos *in pract. Reg. Aragon. titu. processo super consulta, fol.* 209. ubi tradit praxim illius Regni.
21 Et in hoc Principatu Cathaloniæ ubi Prorex, & Regia Audientia tenetur respondere consultationibus interpositis per Regios Officiales *constitutione unica, titulo que la Audientia haje de respondrer à les consultes dels Ordinaris*. Procedit dummodò consulta-
22 tio dubium probabile habeat; secus si probabile dubium non contineret, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *à num.* 81. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 7. *num.* 15. & pro praxi respondendi hujusmodi consultationibus vide conclusionem trium Aularum in facto consultationis interpositæ per Judices tabulæ officialium Regiorum temporalium Civitatis Barcinonæ 16. Maji 1654.
23 Ratio prædictorum est, quia dubium non probabile nihil relevat, *cap. cum contingat, de rescrip.* Canc *parte* 3. *variar., capite* 10. *num.* 69. Fontanella *decis.* 313. *num.* 16. *part.* 2. Moneta *de conservatoribus cap.* 8. *à num.* 39. & dubitationes introducendæ non sunt, ubi verba illas non recipiunt, *l. ille aut ille* 15. *l. non aliter* 62. *ff. de legat.* 3. Decius *in l. edita, num.* 49. *C. de edendo*, Portoles §. *consultatio, numer.* 6. Cancer. *part.* 3. *variar. cap.* 10. *num.* 77. nam super certo, & indubitato consilium necessarium non est, *l. ille aut ille* §. *cum in verbis, ff. delegat.* 3. Portoles §. *consultatio num* 5. *in fine*, & semper sunt superflua resecanda, *l. stipulatio*, §. *divus, ff. ut legat. nomin. cav.* Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 79. Rursus statutum de causis compromittendis, de quo *decis.* 1. *à num.* 21. *p.* 1. solùm adstringit ad compromittendum, quando adest juris dubium probabile, Ciarlin. *contr. foren. cap.* 170. *num.* 25. *in fine par.* 2.

Dubium probabile, seu jus dubium quod dicatur 24
arbitrio Judicis relinquitur, Roman. *consil.* 244. *in fine*, Tiraquel. *in l. si unquam, verbo omnia, nu.* 31. *C. de rev. donat.* cum relatis per Menochium *de arb. jud. casu* 20. *num.* 3. *de recup. posse. remed.* 1. *num.* 260. alios cumulat Gratian. *discep. foren. cap.* 170. *num.* 4. Riccius *decis.* 26. *num.* 2. *part.* 1. Castillo *dec.* 124. *num.* 10. *par.* 2. Giurba *dec.* 21. *num.* 3. Rota *diver. decis.* 57. *num.* 3. *part.* 2. Lancellotus *de attentatis p.* 2. *cap.* 17. *num.* 170. Paz. *de tenuta p.* 1. *cap.* 38. *numer.* 20. Postius *de manuten. obs.* 42. *numer.* 72. Fontanella *decis.* 325. *numer.* 24. *parte secunda*.

Debet autem Judex regulare arbitrium ut si con- 25
tentio contineat dubiam juris altercationem seu subtilitatem *adnotata per. gloss. in l.* 3. §. *idem subjungit, ff. de exhiben.* Lancellot. *de attentat. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 111. Castillo *decis.* 124 *num.* 9. *part.* 2. Postius *de manutenen. obser.* 42. *num.* 72. Plures Paz *de tenuta p.* 1. *cap.* 28. *num.* 5. Riccius *collect.* 2248. Canc. *p.* 1. *var. c.* 18. *numer.* 48. *& p.* 3. *c.* 18. *num.* 94. vel si agatur de intellectu alicujus legis, quæ varias interpretationes patiatur, Tuschus *practicar. concluf. littera D. concluf.* 802. *num.* 9. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *qu.* 4. *nu.* 64. Aut prolixiorem habeat tractatum *ad notata in l. ille à quo* §. *de testamento, ff. ad Trebel.* Cæphal. *consil.* 4. *numer.* 15. *lib.* 1. Castillo *decis.* 124. *num.* 8. *part.* 2. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 17. *numer.* 112. Postius *de manutenen. observ.* 42. *num.* 72. Fontanella *dec.* 132. *num.* 14. *&* 15. *part.* 1. vel cum pro una, & alia parte adducuntur rationes, Sola *ad constit. Sabaud. tit. de modo servan. in decis. causar. arbitrar. num.* 18. Fontanella *decis.* 356. *sub num.* 22. *part.* 2.

Et tamdem quando Doctores sunt discordes, & te- 26
nent varias, diversas, & contrarias opiniones, §. *quibus gloss. verbo certus de novo Codice faciendo*, Bart. alia jura citans *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, num.* 9. *ff. de verbor. obligat.* Daniel de Nobilibus *controver. disput.* 1. *num.* 62. Menochius *consil.* 154. *in fine*, Osascus *dec.* 153. *num.* 8. Ciarlin. *controv. foren. cap.* 169. *num.* 68. *part.* 2. Tuschus *pract. concl. littera D. concl.* 80. *num.* 7. *& littera I. conclu.* 577. *num.* 1. Postius *de manutenen. obser.* 42. *num.* 72. Intrigliol. *cons.* 29. *num.* 58. Scaccia *de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 4. *nu.* 65. cum aliis per Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. nu.* 267. quibus in casibus Judex arbitrabit dubium esse probabile.

Casus verò clarus dicitur, si adest aperta juris decisio, Salicetus *in l. à nullo, num.* 1. *C. de furtis*, ut per aperturam librorum, Jason. *cons.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. Gratian. *discep. foren. cap.* 536. *nu.* 5. & alii per Giurbam *consil.* 32. *sub num.* 27. vel si pluries definitum reperitur, vel pars sit in innegabili possessione illius juris, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *sub num.* 52. Adde quòd casus clarus etiam dicitur, quando constat per instrumentum de juribus actoris, Ciarlin. *contr. foren. c.* 170. *num.* 26. *part.* 2.

Cæterùm etsi hæc verissima sint, nihilominus po- 27
test Judex delegatus requirens movere dubium notorietatis, an scilicet dubium sit probabile, vel non, & alter Judex delegatus tenetur illud acceptare, ut latè tradidi, & comprobavi *dec.* 15. *num.* 17.

Unum in hac materia addas, quòd quando est con- 28
tentio inter Judices Ecclesiasticos delegatos, & quilibet eorum se Judicem competentem contendit, & bra-

chii

chii sæcularis auxilium implorat, Judex sæcularis non debet auxilium impartiri, quousque Judex Ecclesiasticus ordinarius judicaverit, cui illorum parendum sit, *cap. cum contingat de rescript.* Belluga *in specu. Princip. rub.* 11. §. *& quæ dict. num.* 3. *in fine*, Molin. *de brach. sæcu. lib.* 1. *c.* 6. *nu.* 14.

29 Praxim procedendi in causa contentionis jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos delegatos, collige ex illa, quam tradidi inter Judices Ecclesiasticos ordinarios, & sæculares *dec.* 13. *cum seq.*

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos ordinarios, & delegatos.

SUMMARIUM.

1 *Contentio, quando est inter Judices delegatum, & ordinarium Ecclesiasticum, non recurritur ad electionem Arbitrorum, sed delegatus cognoscit, an sua sit jurisdictio.*

2 *Delegatus Principis absolutè an sit dignior Judice ordinario.*

3 *Delegatus Principis in causa delegata est dignior & major Judice ordinario.*

4 *Judex Brevis Apostolici in Cathalonia uti delegatus cognoscit an sit sua jurisdictio.*

5 *Doctores tractantes de Judice Brevis Apostolici referuntur, & Brevia Apostolica numer.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *&* 19.

20 *Episcopus Gerunden., qui nunc est, & pro tempore fuerit, est Judex in Cathalonia, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ ad inquirendum, & procedendum contra omnes, & singulos Clericos sæculares, & quorumvis ordinum regulares, exemptos, & non exemptos, etiam in sacris, & Præsbyteratus ordinibus constitutos, committentes homicidia, assassinia, & aliæ atrocia crimina, qui postea de istis Clericis criminosis cognoscit, eosque punire potest usque ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem, etiam in dignitate Ecclesiastica constitutos, num.* 20. *fallit in causis capitularium Gerunden. nu.* 21.

22 *Episcopus Gerunden. uti delegatus Brevis Apostolici contra Clericos atrocia crimina committentes potest hujusmodi causas alii, vel aliis subdelegare.*

23 *Delegatus Principis an causas meri & mixti Imperii sibi commissas possit aliis subdelegare.*

24 *Delegatus potest causas meri, & mixti Imperii sibi commissas aliis subdelegare, quando delegans hanc sibi concessit facultatem.*

25 *Episcopus Gerundensis, & ejus subdelegatus Brevis Apostolici cognoscit & punit Clericos atrocia delicta committentes, sive ordinarii Ecclesiastici fuerint negligentes, sive non, num. vigesimosexto.*

27 *Episcopus Gerundensis, & ejus subdelegatus Brevis Apostolici solet Clericos atrocia committentes captos à Judice sæculari eos repetere, & punire.*

28 *Episcopus Gerunden. & ejus subdelegatus Brevis Apostolici punit Clericos atrocia committentes absque interventu proprii Episcopi ipsorum Clericorum.*

29 *Episcopus Gerunden. & ejus subdelegatus Brevis Apostolici adhibitis secum duobus, vel tribus Doctoribus Regiæ Audientiæ Cathaloniæ potest declarare, quæ delicta sint gravia & atrocia.*

30 *Clerici an gaudeant immunitate Ecclesiæ in casibus non exceptis.*

31 *Et quid in casibus exceptis.*

33 *Clerici in minoribus ordinibus constituti etiam habentes tenue beneficium committentes crimina atrocia non gaudent in Cathalonia, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ immunitate Ecclesiæ.*

33 *Episcopus Vicen. est Judex causarum appellationum à sententiis per Episcopum Gerunden. & ejus subdelegatum Brevis Apostolici contra Clericos in delictis attrocibus latis, intellige numer.* 34.

34 *Statuta, & constitutiones interpretationem passivam à jure communi recipiunt.*

35 *Statutum prohibens asportationem armorum an habeat locum in eo qui cum armis captus non fuerit.*

36 *Statutum Principis sæcularis prohibens delationem armorum, an comprehendat Clericos.*

37 *Clericus arma ferens contra prohibitionem sæcularem, an possit plecti à Judice laico pœnis statutis lege sæculari, sive pecuniariis.*

38 *Clericus ferens arma contra prohibitionem Principis sæcularis, an sit puniendus per Judicem Ecclesiasticum arbitrariè, vel pœna edicti sæcularis.*

39 *Episcopus Gerund. & ejus subdelegatus Apostolicus punit Clericos arma portantes iuxta formam Regii edicti contra laicos publicati.*

40 *Delictum atrox est in Clericis arma prohibita deferre, & ejus punitio pertinet ad Judicem Brevis Apostolici.*

41 *Clericus arma prohibita ferens sine alia qualitate delicti, punitur pœna bannimenti.*

42 *Affectus in homicidio, & assassinio, quomodo puniatur non secuto effectu.*

43 *Clericus emittens ictum archabusii si ictus non percusserit, relegatur.*

44 *Homicidium attrocissimum est crimen, & ejus punitio in Clericis pertinet ad Judicem Brevis Apostolici.*

45 *Clericus pro simplici homicidio, vel alio gravi delicto non qualificato non est actualiter degradandus, nec tradendus Curiæ sæculari, nisi sit incorrigibilis etiam si homicidium fuerit commissum in alium Clericum.*

46 *Clericus pro simplici homicidio de jure canonico deponitur.*

47 *Clericus pro simplici homicidio præter depositionem privatur beneficiis.*

48 *Clericus pro simplici homicidio post depositionem detruditur in Monasterium.*

49 *Vel secundùm alios, pœna perpetui carceris damnatur.*

50 *Pœna perpetui carceris in Clericos, vel detrusionis in Monasterium non est in usu.*

51 *Clericus homicida loco detrusionis in Monasterium vel perpetui carceris ex consuetudine damnatur ad triremes ad tempus, vel in perpetuum secundùm delicti qualitatem.*

52 *Clericus pro homicidio, seu alio enormi delicto qualificato, an sit degradandus, & tradendus Curiæ sæculari.*

Opinio affirmativa ibidem.

Opinio negativa, num. 53.

Opinio quæ arbitrio Judicis relinquit, num. 54.

Quid de consuetudine, num. 55.

Et quid in Cathalonia, num. 56. *& vide num.* 57. 58. *&* 59.

60 *Clericus pro conspiratione in suum Episcopum est actualiter degradandus, & tradendus Curiæ sæculari, nu.* 60.

Intellige si sit incorrigibilis, aliàs secus, numer. 61. *Sed non procedit in Clerico suum proprium Episcopum, Abbatem, seu Provincialem occidente; qui debet actualiter degradari, & Curiæ sæculari tradi, numer.* 62. *& numer.* 63. 64. 65. *&* 66.

67 *Praxis refertur degradationis verbalis, quæ propriè dicitur depositio.*

68 *Praxis traditur degradationis realis & actualis.*

69 *Episcopi quot intervenire debent in degradatione actuali, num.* 70. 71. *&* 72.

72 *Priores Ordinum mendicantium, Guardiani Minorum,*

norum, & similes qui sunt in dignitate constituti, dummodo in eodem Monasterio alium non habeant superiorem.

73 *Clericus pro gravi, & enormi delicto ut possit actualiter degradari, an sit consulendus Romanus Pontifex & num. 74.*

75 *Judex subdelegatus Brevis Apostolici an possit proferre sententiam actualis degradationis.*

Quid in Vicario generali Episcopi.

Quid in Vicario Capituli Sede vacante.

76 *Executio actualis degradationis non potest fieri nisi ab Episcopo consecrato.*

77 *Episcopus proprius executionem actualis degradationis potest alteri Episcopo committere.*

78 *Actualis traditio Curiæ sæculari post actualem degradationem non requiritur.*

79 *Clericus actualiter degradatus à Judice sæculari punitur pœnis à jure civili taxatis, etiam absque traditione facienda per Judicem Ecclesiasticum.*

80 *Judex Ecclesiasticus quando Clericum actualiter degradatam tradit Curiæ sæculari, debet efficaciter pro eo intercedere, ut non moriatur.*

81 *Judex sæcularis cui traditus est Clericus actualiter degradatus, non potest cognoscere de viribus sententiæ degradationis, intellige numer. 82.*

83 *Clericus seu Religiosus professus minorum ordinum si ultimo supplicio est puniendus à Judice sæculari, an sit actualiter degradandus.*

84 *Archidiaconus Major Gerunden. Sede vacante est Judex Apostolicus contra Clericos attrocia delicta committentes, & num. 88.*

85 *Capitulum Sede vacante non succedit in jurisdictione delegata Episcopi num. 85. Fallit in jurisdictione perpetuò delegata, num. 86.*

87 *Episcopi dignitati concessum non transit nisi in alium Episcopum.*

89 *Furtum est grave, & atrox delictum, & illius cognitio pertinet ad Judicem Brevis Apostolici, intellige si furtum sit rei magnæ, secus si rei parvæ, num. 90.*

91 *Clericus pro furto præter infamiam quam incurrit, deponitur, & beneficiis privatur, & multò magis pro furto cum fractura facto.*

92 *Clericus pro latrocinio verbaliter degradatur, & in Monasterium detruditur.*

93 *Sed de consuetudine transmittitur ad triremes ad tempus, vel in perpetuum secundùm delicti qualitatem.*

94 *Clericus pro furto commisso cum sacrilegio est deponendus, & beneficiis privandus, & multò magis si furtum cum sacrilegio commiserit in Ecclesia in cujus obsequio & servitio degerit.*

95 *Sed ex consuetudine loco detrusionis in Monasterium condemnatur ad triremes ad tempus, vel in perpetuum, nisi tales circumstantiæ concurrerent quæ delictum aggravarent, nu. 96.*

97 *Clericus pro latrociniis, & aliis delictis attrocibus multiplicatis, bis, seu ter repetitis, an dicatur enormibus immiscere, ut possit actualiter degradari, & Curiæ sæculari tradi.*

98 *Clericus receptator latronum, & hominum facinoroforum committit atrox delictum, illiusque punitio pertinet ad Judicem Brevis Apostolici.*

99 *Clericus receptator latronum, & aliorum facinoroforum hominum, qua pœna puniatur.*

100 *Fabricatio falsæ monetæ est atrox delictum, illiusque punitio pertinet ad Judicem Brevis Apostolici.*

101 *Clericus fabricator falsæ monetæ an sit degradandus, & tradendus Curiæ sæculari, vel qua pœna sit puniendus.*

102 *Falsi crimen gravissimum, & horrendum est, nu. 102. illiusque punitio pertinet ad Judicem brevis Apostolici, num. 105.*

103 *Falsi Crimen in generali abolitione delictorum non comprehenditur.*

104 *Nobilis ob falsi crimen amittit Nobilitatem, & pœnis plebejorum punitur.*

106 *Clericus pro crimine falsi qua pœna puniatur, numer. 106. & qua laicus ibidem.*

107 *Resistentia facta per Clericos Regiis Officialibus est atrox delictum illiusque punitio pertinet ad Judicem Brevis Apostolici.*

108 *Clericus resistens Officialibus Regiis qua pœna puniatur.*

109 *Judex sæcularis an possit capere Ecclesiasticos resistentes jurisdictioni sæculari, vel eam impedientes, ad effectum eos remittendi ad suum superiorem, eosque punire pœna pecuniaria in bonis suis.*

110 *Crimen læsæ Majestatis est atrox, horrendum, & immane, & Clericus illud committens punitur per Judicem Brevis Apostolici, & nu. 111.*

112 *Clericus an crimen læsæ Majestatis committat in suum Principem sæcularem, est quæstio impertinens.*

113 *Clericus committens crimen læsæ Majestatis in suum principem an possit puniri per Judicem sæcularem, an verò sit puniendus per Judicem Ecclesiasticum.*

114 *Clericus committens crimen læsæ Majestatis est degradandus.*

115 *Clericus committens crimen læsæ Majestatis an sit degradandus actualiter, seu verbaliter.*

116 *Prima opinio, quòd sit degradandus verbaliter, nisi sit incorrigibilis.*

117 *Secunda opinio, quòd sit degradandus actualiter, & tradendus Curiæ sæculari, etiam non expectata incorrigibilitate.*

119 *Tertia est opinio, quòd sit Judici arbitrarium, Clericum reum læsæ Majestatis tradere Curiæ sæculari, si facti, & personarum qualitates æggravantes id suaserint, & hæc est verior, numer. 122.*

121 *Quarta est opinio, ut de consuetudine Clericus pro tali crimine sit degradandus.*

122 *Clericus est actualiter degradandus, & tradendus Curiæ sæculari pro crimine læsæ Majestatis si circumstantiæ delicti & personæ id suadeant, numer. 122. Ubi autem circumstantiæ personæ, & delicti id non suadeant, ultra degradationem verbalem, seu depositionem, privationem beneficiorum, & detrusionem in Monasterium, loco detrusionis in Monasterium, condemnatur ad triremes.*

128 *Clericus reus criminis læsæ Majestatis reputatur incorrigibilis.*

120 *Clericus actualiter degradatur, & Curiæ sæculari traditur, quando delictum est nimis atrox, & scandalosum, pernicioſum exemplo, & valde damnosum Reipublicæ.*

124 *Delicta gravia, & atrocia quæ dicantur, arbitrio Judicis relinquitur, & generaliter de materia, num. 128.*

125 *Delicti atrocitas, & gravitas dijudicanda est ex qualitatibus, & circumstantiis facti, & personæ delinquentis, & contra quam delinquitur.*

126 *Delicti atrocitas, & gravitas ex pœnæ gravitate arguitur.*

127 *Delictum propter quod infamia incurritur, est atrox.*

129 *Clericus ad pœnam fustigationis non condemnatur.*

130 *Clericus delinquens cum armis prohibitis unica pœna est puniendus, num. 131. & 132.*

133 *Clerici Doctores, vel aliàs Nobiles ad triremes non condemnantur, & quid in crimine læsæ Majestatis, num. 134.*

Clerici ignobiles ad triremes condemnari possunt, num. 133. versic. Clericos.

134 *Nobilis in crimine lesæ Majestatis an sit suspendendus, vel decapitandus.*

135 *Clericus potest relegari sub comminatione in casu contrafactionis.*

136 *Clericus relegatus sub comminatione triremium*

casu

casu quo relegationem non servarit an possit ad triremes condemnari secuta contraventione, & num. 137. *&* 138.

139 *Subdelegatus Brevis Apostolici potest capturam Clericorum delinquentium, & receptionem testium aliis committere.*

140 *Commissarius Judicis subdelegati Brevis Apostolici capiens Clericum, si Judex ordinarius Ecclesiasticus Clerici capti procedit contra eum per censuras, potest uti duobus remediis, & quæ sint.*

141 *Judex ordinarius Ecclesiasticus potest se intromittere de causa, si delegatus excedat in sua commissione, vel contra formam commissionis procedat.*

142 *Contentio inter Judices conservatores, & ordinarios Ecclesiasticos, per quos sit decidenda, & num.*145.

143 *Conservatores an sint Judices ordinarii, vel delegati, & num.*144.

146 *Contentione pendente inter Judices conservatores, & ordinarios Ecclesiasticos nihil est innovandum.*

147 *Dictio nequaquam inducit actus nullitatem.*

148 *Praxis nominandi Arbitros pro decidenda competentia inter Conservatores Apostolicos, & Judices Ecclesiasticos ordinarios.*

DECISIO XXXIV.

1 QUando vertitur contentio, seu competentia jurisdictionis inter Judices ordinarios, & delegatos Ecclesiasticos, non recurritur ad electionem Arbitrorum, sed delegatus controversiam dirimere debet, & ipse cognoscit, an sua sit jurisdictio, necne, ut tradunt Innocentius *in cap. Pastoralis, num.* 7. *ad medium*, Bellamera *num.* 1. *quæst.* 2. Felinus *numer.* 4. Decius *numer.* 6. *&* 7. *ubi de communi testatur de rescrip.* Portoles *foro* 1. *num.* 8. *de compet. jurisdic.* Sesse *de inhib. cap.* 9. §. 1. *num.* 56. Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Pastoral. regul. par.* 1. *clau.* 10. *numer.* 7. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 88. Martha *de jurisdic. part.* 4. *casu* 120. *num.* 14. Angujan. *de legib. lib.* 3. *controver.* 33. *num.* 51. Diana *resol. moral. part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 5. *versic. Nec valet, in fine*, Merlinus *controver. jur. tom.* 2. *capit.* 64. *num.* 25. Fontanella *de pactis nup. tom.* 1. *clau.* 4. *gloss.* 13. *part.* 3. *num.* 3. *& dec.* 322. *num.* 3. *part.* 2.

2 Ratio est, quia licèt gravis sit quæstio, an delegatus Principis absolutè sit dignior Judice ordinario, de qua latè Decius *in rub. de offi. ejus à nu.* 2. Bolognet. *à num.* 23. Riminal. Jun. *à num.* 14. Mattheacius *à num.* 48. *ad* 94. Fachineus *controv. jur. lib.* 12. *cap.* 84. Angujanus *de legib. lib.* 3. *controver.* 33. *à num.* 13. Barbosa *in*
3 *l. cum prætor*, §. 1. *à num.* 386. *ff. de jud.* Tamen certissimum est, quòd delegatus Principis in causa delegata est dignior, & major Judice ordinario, *cap. sanè* 2. *de off. deleg. cap. Pastoralis*, §. *præterea, de off. ordin.* Decius *in rub. de off. ejus, sub numer.* 4. *versic. Et diligenter*, Bolognet. *num.* 23. Riminal. Jun. *num.* 76. Mattheacius *à num.* 74. Gambacurta *de immu. Eccl. lib.* 6. *cap.* 8. *sub num.* 5. Merlin. *controv. jur. lib.* 2. *cap.* 64. *num.* 24. Vela *in cap.* 1. *part.* 2. *numer.* 18. *de offic. ordin.* Fermosin. *post titu. de foro comp. in prima allegat. pro Tribun. Sancti Officii art.* 1. *num.* 2. Xammar. *de Offic. jud. part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 78. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. Molinus *de brachio sæcu. lib.* 1. *cap.* 6. *numer.* 12. *discep. foren. cap.* 111. *à num.* 65. Guttierrez *de matrim. cap.* 63. *num.* 29. Ripoll. *ver. cap.* 1. *num.* 453. Fachineus *conrov. jur. lib.* 12. *cap.* 85. & notant Portoles, Cancer. Fontanella, & Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *in Pastoral. regul. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 20. *& quæst.* 16. *num.* 16. & latè *de intrusi. quæst.* 74. *à num.* 3. *num.* 1. *relati.*

4 Hinc proposito dubio in Tribunali Judicis Brevis Apostolici per Doctorem Franciscum Pejoan Archidiaconum, & Canonicum Sanctæ Ecclesiæ Gerunden. Judicem subdelegatum Brevis Apostolici, postea electum Episcopum Gerunden. meritissimum, an Judex Brevis Apostolici possit declarare, an sua sit jurisdictio ad procedendum contra quasdam Moniales, fuit conclusum die 15. Octobris 1655. ad eum pertinere de dicto dubio cognoscere, & illud decidere.

De jurisdictione Judicis Brevis Apostolici tractant 5 Oliba *de jure fisci cap.* 14. *num.* 151. Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 95. 96. *&* 97. Bosch. *dels titols de honor lib.* 2. *capit.* 2. §. 2. *versic. Lo Tribunal. fol.* 129. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 68. Sed quia isti Doctores Breviter se expediunt, ideo in hac decisione de illa agere decrevi.

Et in primis sciendum est, jurisdictionem Judicis 6 Brevis Apostolici in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ originem, & principium habuisse à concessione Romani Pontificis Clementis Septimi Federico Episcopo Seguntino tenoris sequentis.

Charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum, & Hispaniarum Regi Catholico in Imperatorem electo.

CLemens Papa Septimus, Charissime in Christo Fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecit Majestas tua, quòd cum Venerabilem fratrem Federicum Episcopum Seguntinum, cujus providentia, & in rebus agendis dexteritas sunt tibi experimento nota in Cathaloniæ Principatu, ac Rossellionis, & Ceritaniæ Comitatibus pro illorum regimine statuque tranquillo in generalem Locumtenentem elegeris, sitque dictus Episcopus his rebus, quæ sanguinis pœnam contingunt absque irregularitatis macula se immiscere posse, & in eodem Principatu adeò in Clericis primæ tonsuræ, & minorum ordinum delinquendi pullulet audacia, ut nulla ferè homicidia & alia horrenda facinora committantur, quorum aliquis Clericus consilio, favore, vel auxilio, aut malefactor non existat, quod ex uno evenire creditur, quoniam dicti Clerici delinquentes cum per Curiam sæcularem coerceri, & à Judicibus Ecclesiasticis sanguinis vindicta affici nequeant, pro excessuum quantitate impuniti remaneant.

Verùm si præfato Federico Episcopo facinorosos Clericos hujusmodi puniendi licentia per Nos concederetur, procul dubio dicti Principatus paci, & tranquillitati non parum consuleretur. Quare tam pro parte tuæ Majestatis, quàm dicti Federici Episcopi supplicatum extitit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui justis tuis petitionibus quantum cum Deo possumus libenter annuimus, & attendentes quòd pernicioSum hujusmodi genus hominum nisi puniatur censura graviori, quæ sacrorum Canonum mansuetudo permittit, possent aliquod in Dei Ecclesiam scandalum generare, ac volentes desuper de opportuno remedio providere, necnon præfatum Federicum Episcopum à quibusvis irregularitatibus, aliis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis si forsan negotiis pœnam sanguinis contingentibus contra laicos, vel simplices Clericos se hactenus immiscuerit, harum serie absolventes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem Federico Episcopo de cujus providentia specialem in Domino fiduciam obtinemus, ut per se vel alium seu alios, quos ad id quoties sibi videbitur deputandos duxerit in Principatu, ac Comitatibus prædictis contra quascumque personas mundanas, ac verò Clericos præfatos facinorosos, & delinquentes postquam delictum denuntiatum fuit, & Ordinarii contra delinquentes procedere neglexerint, etiam usque ad vindictam sanguinis, ultimique supplicii pœnam inclusivè per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, pro ut aliàs juxta leges sæculares, vel municipalia instituta fuerit de jure faciendum, & deputando, seu ab eo deputandis, ut præfertur, absque alicujus irregularitatis, vel infamiæ macula, seu nota procedendi plenam, & liberam tenore præsentium Apostolica authoritate licentiam concedimus, ac etiam facultatem, non obstantibus generalis Concilii, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus privile-

vilegiis quoque, indultis ac litteris Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decimanona Julii anno 1525. Pontificatus nostri anno secundo. Evangelista.

Sed ad tollendam difficultatem si ordinarius Ecclesiasticus fuerat negligens, vel non, idem Romanus Pontifex Clemens Septimus concessit eidem Federico Episcopo Seguntino aliud Breve tenoris sequentis.

Charissimo in Christo filio nostro Carolo, Hispaniarum Regi Catholico, in Romanorum Imperatorem electo.

CLemens Papa Septimus. Charissime in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecit Serenitas tua, quòd licèt in Clericis, qui in Domini sorte censentur electi morum honestas, vitæque exemplaris candor splendere debeant, ut personæ sæculares, eorum sequentes vestigia discant in semitibus Domini ambulare, tamen in Principatu Barcinonen. & Ceritaniæ, ac Comitatu Rossellionis adeò in eisdem Clericis delinquendi inolevit licentia, cum per sæcularem coerceri Curiam, & per Ecclesiasticam vindicta sanguinis affici nequeant, quòd nedùm Clerici horrenda perpetrant facinora, sævaque committunt assassinia, verùm etiam extorribus, & exulibus, ac grassatoribus sæcularibus personis asylum, & receptaculum sunt, ex quo innumeræ suboriuntur cædes, direptiones, vastationes, & assassinia, aliaque plura damna, quæ Principatus, & Comitatuum prædictorum tranquillum perturbant statum, quod proindè, ac maturè considerans felicis recordationis Leo Papa Decimus Prædecessor noster per quasdam suas in forma Brevis litteras bonæ memoriæ Alphonso ab Aragonia Archiepiscopo Cæsaraugustanen. tunc eorumdem Principatus, & Comitatuum Gubernatori, ut contra huiusmodi facinorosos, & delinquentes etiam usque ad degradationem, vindictamque Sanguinis, ultimique supplicii pœnam procederet, in mandatis dedit, pro ut in dictis litteris Leonis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expressis pleniùs continetur. Quare supplicari nobis fecit Serenitas tua, ut Venerabili Fratri nostro Federico Episcopo Seguntino, tuo in dictis Principatu, & Comitatibus Gubernatori, cujus prudentia, dexteritasque jam diu tibi erant explorata, & cui etiam nos dudum ad tuæ Serenitatis supplicationem, ut contra Clericos primæ tonsuræ in dictis Principatu, & Comitatibus existentibus certo modo procederet per nostras in forma Brevis litteras commisimus contra hujusmodi Clericos facinorosos, etiam si Presbyteratus, & aliis sacris Ordinibus constituti, seu cujusvis ordinis Regulares, aut exempti existant procedere etiam usque ad degradationem, vindictamque sanguinis, ultimique supplicii pœnamque possit, & valeat committere, & mandare, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui justis tuis supplicationibus quantum cum Deo possumus libenter annuimus ac volentes desuper de opportuno remedio providere, litterasque prædictas eidem Federico concessas præsentibus pro expressis habentes, eidem Federico Episcopo quatenus postquam delicta infrà dicenda per spatium unius mensis à die, quo in locis in quibus perpetrata fuerint, nota erunt computandi ex negligentia Ordinariorum & aliorum Superiorum impunita remanserint, per se, vel alium, seu alios, quos ad id quoties sibi videbitur duxerit deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis contra omnes & singulos Clericos sæculares, aut cujusvis Ordinis Regulares exemptos, & non exemptos, etiamsi in sacris sint ordinibus constituti, quos homicidii, assassinii, vel atrocium criminum reos fore sibi constiterit, etiam ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, & aliàs juxta formam juris auctoritate nostra procedere absque alicujus suæ, & deputandorum hujusmodi irregularitatis, seu infamiæ macula possit & valeat, plenam, & liberam tenore præsentium licentiam concedimus, ac facultatem, non obstantibus generalis Concilii, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis; & indultis, ac litteris Apostolicis exemptis, & sæcularibus personis hujusmodi, & eorum Ordinibus, Monasteriis, Congregationibus, & Superioribus concessis, confirmatis innovatis, etiam mare magnum, aut aliàs nuncupatis cum quibuscumque clausulis, irritantibusque decretis, quorum omnium forma continentias, & tenores, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quævis alia expressio, aut alia exquisita forma servanda foret præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 7. Septembris anno 1525. Pontificatus nostri anno secundo. Evangelista.

Verùm cùm nova perpetrarentur delicta, & causæ negligentia Ordinariorum, & spatium unius mensis post eorum notorietatem, solùm ad impediendam illorum punitionem servirent, præfatus Romanus Pontifex Clemens Septimus absque aliquo verbo negligentiæ Ordinariorum absolutè commisit dicto Federico Episcopo Seguntino cognitionem, & punitionem, atrocium criminum per aliud Breve tenoris sequentis. 8

Charissimo in Christo Filio nostro Carolo Romanorum, & Hispaniarum Regi Catholico in Imperatorem electo.

CLemens Papa Septimus. Charissime in Christo fili noster, salutem & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecit Serenitas tua, quòd licèt in Clericis, qui in Domini sorte censentur electi, morum honestas vitæque exemplaris candor splendere debeant, ut personæ sæculares eorum sequentes vestigia discant in semitis Domini ambulare; tamen in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, adeò in Clericis delinquendi inolevit audacia, cum per sæcularem coerceri Curiam, & per Ecclesiasticam vindicta sanguinis affici nequeant, quòd nedùm ipsi horrenda perpetrant facinora, sævaque committunt assassinia, verùm etiam extorribus, & exulibus, ac grassatoribus sæcularibus personis asylum, & receptaculum sunt, è quo innumeræ suboriuntur cædes, direptiones, vastationes, & assassinia, aliaque plurima damna, quæ Principatus, & Comitatuum prædictorum tranquillum perturbant statum, quod proindè ac maturè considerans fœlicis recordationis Leo Papa Decimus prædecessor noster per quasdam suas in forma Brevis litteras bonæ memoriæ Alphonso de Aragonia Archiepiscopo Cæsaraugustanen. tunc eorumdem Principatus, & Comitatuum Gubernatori, ut contra hujusmodi facinorosos, & delinquentes etiam usque ad degradationem, vindictamque sanguinis, ultimique supplicii pœnam procederet, in mandatis dedit, ut in dictis Leonis litteris quarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expressis, pleniùs continetur. Quare supplicari nos fecit eadem Serenitas tua, ut Venerabili fratri Federico Episcopo Seguntino, tuo in dictis Principatu, & Comitatibus Gubernatori, cujus prudentia dexteritasque jam diu tibi erant explorata & cui etiam Nos dudum ad tuæ serenitatis supplicationem, ut omnia contra Clericos primæ tonsuræ in dictis Principatu, & Comitatibus existentibus certo modo procederet per nostras in forma Brevis litteras commisimus contra hujusmodi Clericos facinorosos, etiam si in Presbyteratus, & aliis sacris ordinibus constituti, seu cujusvis ordinis Regulares, aut exempti existant, procedere etiam usque ad degradationem, vindictamque sanguinis, ultimi supplicii pœnam possit, & valeat committere, & mandare,

re, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui juſtis tuis ſupplicationibus quantum cum Deo poſſumus libenter annuimus, ac volentes deſuper de opportuno remedio providere, litteraſque præfatas eidem Federico Epiſcopo, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios Clericos, quos ad id quoties ſibi videbitur duxerit nominandos in Principatu, & Comitatibus prædictis, contra omnes, & ſingulos Clericos ſæculares, & cujuſvis ordinis Regulares, exemptos, & non exemptos, etiamſi in ſacris ſint ordinibus conſtituti, quos hujuſmodi aſſaſſinii vel atrocium criminum reos dumtaxat fore conſtiterit, ſibi etiam ad eorum actualem degradationem, & Curiæ ſæculari traditionem per denuntiationem, accuſationem, inquiſitionem, aut ex mero officio, & aliàs juxta formam juris auctoritate noſtra procedere abſque alicujus ſuæ, & deputandorum hujuſmodi irregularitatis, ſeu infamiæ macula poſſit, & valeat, plenam, & liberam tenore præſentium licentiam concedimus, & facultatem. Non obſtantibus generalis Concilii, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis, & indultis, ac litteris Apoſtolicis exemptis, & ſæcularibus perſonis hujuſmodi, & eorum Ordinibus, Monaſteriis, Congregationibus, & Superiotibus conceſſis, confirmatis, & innovatis, etiam mare magnum, aut aliàs nuncupatis, cum quibuſcumque clauſulis irritantibuſque decretis, quorum omnium firmas continentias, & tenores, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales id importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut alia exquiſita forma ſervanda foret, præſentibus pro expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Hortamur autem eumdem Federicum Epiſcopum, ut talem ſe deſuper habeat, ne ad Nos contra eum querimoniæ deferantur, quibus Noſtro & hujus Sanctæ Sedis honori conſulere litteraſque noſtras præſentes revocare cogamur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annullo Piſcatoris, die 27. Octob. 1525. Pontificatus noſtri anno 2. Evangeliſta.

Et quia ab aliquibus dubitabatur, utrùm Federicus Epiſcopus Seguntinus in executione dictorum Brevium procedere poterat contra Eccleſiaſticos delinquentes, ex quo in eorum diſpoſitiva prædicta licentia expreſſa non erat idem Romanus Pontifex Clemens Septimus dicto Epiſcopo Federico aliud Breve conceſſit tenoris ſequentis.

Venerabili Fratri Federico Epiſcopo Seguntinen.

VEnerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudùm ſiquidem pro parte Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Caroli; Romanorum Regis Illuſtris, in Imperatorem electi nobis expoſito quòd in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſellionis, & Ceritaniæ adeò in Clericis delinquendi inolevit audacia, quòd nedum ipſi horrenda perpetrare facinora, ſævaque committere aſſaſſinia, verùm etiam bannitis exulibus, ac graſſatoribus ſæcularibus perſonis auxilium, conſilium, favorem; & receptaculum præſtare præſumebant, unde innumerabiles hominum cædes, rapinæ, direptiones, vaſtationes aliaque plurima ſcandala, quæ Principatus, & Comitatuum prædictorum tranquillum perturbabant ſtatum, in dies ſuboriebantur, & denique pro parte ejuſdem Caroli Regis nobis humiliter ſupplicato, ut tibi tunc ſuo in dictis Principatu & Comit. Guber. contra hujuſmodi Cler. facinor. etiam ſi in Presbyteratus, & aliis ſacris ordinibus conſtituti ſeu cujuſvis ordinis Regulares, aut exempti exiſterent, etiam uſque ad degradationem, vindictam ſanguinis, ultimique ſupplicii pœnam procedere, liberè & licitè poſſes, & valeres committere, & mandare, aliàſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, quatenus per te vel alium, ſeu alios Clericos ad id quoties tibi videbitur duceres deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis, contra omnes, & ſingulos Clericos ſæculares, aut cujuſvis ordinis Regulares exemptos, vel non exemptos, etiamſi in ſacris & Presbyteratus ordinibus forent conſtituti, quos homicidii, aſſaſſinii, vel atrocium criminum reos dumtaxat fore conſtiterint, etiam ad actualem degradationem, & Curiæ ſæculari traditionem per denuntiationem, accuſationem, inquiſitionem, aut ex mero officio, & aliàs juxta formam juris Apoſtolica authoritate procedere, abſque alicujus tuæ, & deputandorum hujuſmodi authoritate, irregularitatis ſeu infamiæ macula poſſis & valeas, dedimus in mandatis, ac plenam, & liberam ad id licentiam conceſſimus, & facultatem per alias noſtras litteras pro ut in illis pleniùs continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat pro eo quid inadvertenter in concluſione, & diſpoſitione dictarum litterarum, non fuerunt repetita verba, videlicet quòd contra dictos Clericos delinquentes, etiam in Presbyteratus, & aliis ſacris ordinibus conſtitutos pro ut ſuperiùs expreſſum fuerat procedere poſſes à nonnullis dubitetur, utrùm tu per te, vel ad id deputandos Clericos vigore litterarum earumdem contra eoſdem delinquentes, etiam in Presbyteratus ordinibus conſtitutos, aliàs juxta formam dictarum litterarum procedere poſſis; Nos qui, ut accepimus delicta hujuſmodi, ex eo quòd delinquentes præfati etiam de criminibus hujuſmodi notoriè convicti ad evadendum tantorum exceſſuum emendam, cauſaſque in longum protrahendum plerumque recuſationes, appellationes & alias adversùs Judices querimonias per ſubterfugia, & cavillationes interponere ſtudent, nonnunquam impunita remanſiſſe in præmiſſis opportunè providere volentes fraternitati tuæ per præſentes committimus, & concedimus, tu per te vel alium, ſeu alios ad id per te deputandos Clericos delinquentes, ut præfertur, etiam in Presbyteratus, & aliis ſacris ordinibus conſtitutos procedere poſſes expreſſum fuiſſet, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 1. menſis Junii 1626. Pontificatus noſtri anno 3. Be. El. Raneñu.

Cæterùm cum ad faciendam actualem degradationem numerus Epiſcoporum à jure requiſitus non ſine magna difficultate congregari poſſet in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſellionis, & Ceritaniæ, idem Romanus Pontifex Clemens Septimus dedit formam actuali degradationi per aliud Breve commiſſum Federico Epiſcopo Seguntino tenoris ſequentis.

Venerabili Fratri Federico Epiſcopo Seguntinen.

CLemens Papa Septimus. Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quòd aliàs poſtquam Chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus, Romanorum Rex in Imperatorem electus, qui inter alia etiam Aragonum Rex, & Princeps Cathaloniæ, ac Comes Roſſellionis extitit pro pacifica, & tranquillitate Principatus Cathaloniæ & Comitatus Roſſellionis te Gubernatorem Principatus, & Comitatus hujuſmodi conſtituerat, & deputaverat. Nos ad ipſius Caroli Regis ſupplicationem tibi etiam in quoſcumque Clericos ſæculares & quorumvis ordinum Regulares tunc, & pro tempore delinquentes, & facinoroſos, etiam in ſacris, & Præsbyteratus ordinibus conſtitutos, etiam Notarios Apoſtolicæ Sedis, & alios exemptos ſuper exceſſibus, criminibus, & delictis hujuſmodi juxta illorum qualitates, & circumſtantias inquirendi, aut aliàs procedendi, & culpabiles repertos condigna pœna puniendi, illoſque Curiæ ſæculari præmiſſa degradatione tradendi, & remittendi omnimodam facultatem, & poteſtatem per alias noſtras litteras conceſſeramus, tu per te, vel alium ſeu alios ad id per te deputandos,

dos, servata forma litterarum earumdem nonnullos Clericos sæculares, & forsan regulares in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutos; quorum nomina, cognomina, titulos, dignitates, illorumque, ac excessuum, & dictorum hujusmodi qualitates præsentibus pro expressis haberi volumus super nonnullis excessibus, & criminibus tunc expressis inquisitos, accusatos, vel denuntiatos, ac de illis convictos degradari, & Curiæ sæculari tradi Judicialiter ac ritè procedendo mandasti: cùm autem sicut eadem expositio subjungebat, ad degradationem hujusmodi actualiter faciendam in partibus illis numerus Episcoporum à jure requisitus qui hujusmodi degradationi interesse habeant, non sine maxima difficultate congregari, seu conveniri possit, & propterea tantorum excessuum, & delictorum emenda dimorata hactenus remanserit, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut degradationem tàm convictorum, quàm dannatorum prædictorum, & aliorum quorumcumque Clericorum in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutorum quosvis demeritis exigentibus in posterum Curiæ sæculari tradi mandari contingat, etiam si numerus Episcoporum prædictorum minimè interfuerit fieri mandari, aliàsque in præmissis justitiæ ministerio providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos attendentes quòd propter hujusmodi dilationes plerumque delicta remanserunt impunita; fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, quatenus tu per te, vel alium quem ad hoc duxeris deputandum Catholicum Antistitem, gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, assistentibus tibi, vel sibi duobus Abbatibus ad actualem tàm ipsorum convictorum, & condemnatorum, quàm aliorum Clericorum in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutorum, quos de cætero de similibus, vel dissimilibus excessibus, & criminibus condemnari, & Curiæ sæculari tradi mandari contigerit ad degradationem procedas, seu idem per te deputandus Antistes, unà cum aliis duobus Abbatibus procedat, aliàs autem servata forma in similibus servari solita, non obstantibus præmissis ac quibusvis Apostolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis edictis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque indultis exemptionibus, immunitatibus, ac litteris Apostolicis in favorem ipsorum delinquentium forsan concessis, quibus illorum omnium tenores, etiam pro expressis habentes, hac vice dumtaxat illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23. mensis Decembris anno 1526. Pontificatus nostri anno 4. Be. El Reneñu.

Et cum dubitaretur, quinam essent casus atroces, & crimina gravia, idem Romanus Pontifex Clemens Septimus concessit Federico Episcopo Seguntinen. licentiam & facultatem illos declarandi, & interpretandi adhibitis secum duobus, vel tribus Doctoribus Regiæ Audientiæ Cathaloniæ suo Brevi tenoris sequentis.

Charissimo in Christo filio nostro Carolo Quinto Imperatori semper Augusto.

CLemens Papa Septimus. Charissime in Christo Filii noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Expositio aliàs pro parte Majestatis tuæ, quòd in Principatu Cathaloniæ, ac Comitatibus Rossellionis & Ceritaniæ adeò in Clericos inoleverat licentia, cum per sæcularem coerceri Curiam, & per Ecclesiasticam vindicta sanguinis affici nequirent quòd nedùm ipsi horrenda perpetrabant facinora, sævaque committebant assassinia, verùm etiam extorribus, exulibusque ac grassatoribus, sæcularibus personis asylî, & receptaculi loco erant, ex quo innumeræ suboriebantur cædes, direptiones, vastationes, & assassinia, aliaque plurima damna, quæ Principatus, & Comitatuum prædictorum tranquillum perturbabant statum, Nos tunc ad tuæ Majestatis supplicationem Venerabili Fratri Episcopo Seguntin. tuo in dictis Principatu, & Comitatibus Gubernatori, ut per se, vel alium, seu alios Clericos, quos ad id quoties sibi videretur duceret deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis contra omnes, & singulos Clericos sæculares, aut cujusvis ordinis Regulares, exemptos, & non exemptos, etiam si in sacris essent ordinibus constituti, quos homicidii, assassinii, vel atrocium criminum reos, dumtaxat fore constitisset, etiam ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, & aliàs juxta formam juris absque alicujus suæ, & deputandorum hujusmodi irregularitatis, seu infamiæ macula authoritate nostra procedere posset, & valeret, plenam, & liberam concessimus licentiam, ac etiam facultatem, prout in dictis litteris quarum tenores, ac si de verbo ab verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expresso plenius continetur. Cùm autem per Oratorem tuæ Majestatis apud nos existentem intellexerimus, dum contra hujusmodi delinquentes, & facinorosos proceditur, quinam sint casus atroces, & crimina gravia; nonnunquam dubitari contingere pro parte tuæ Majestatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad vestræ ambiguitatis dubium, è medio tollendum hujusmodi supplicationibus inclinati præfato Episcopo, de cujus prudentia & dexteritate specialem in Domino fiduciam obtinemus, adhibitis secum duobus, vel tribus Rotæ, seu Parlamenti Civitatis Barcinonæ juris Canonici, & civilis Doctoribus quæcumque dubia super præmissis atrocibus, & gravibus casibus deinceps suboriri contigerit, & pro ut juris fuerit interpretandi plenam, & liberam authoritatem authoritate Apostolica tenore præsentium licentiam concedimus, ac etiam facultatem. Nos enim quæ per eumdem Episcopum unà cum dictis Doctoribus declarata, & interpretata fuerint, inviolabiliter observari debere decernimus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 6. Junii 1531. Pontificatus nostri anno octavo. Evangelista.

Promoto Federico Episcopo Seguntin. ad Archiepiscopatum Cæsaraugustæ, cum à nonnullis dubitaretur, an procedere posset contra Ecclesiasticos delinquentes, Romanus Pontifex Paulus Tertius eamdem facultatem concessit eidem Federico suo Brevi Apostolico tenoris sequentis.

Venerabili Fratri Federico Archiepiscopo Cæsaraugustanen.

PAulus Papa Tertius. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Aliàs pro parte Charissimi Filii nostri in Christo Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Hispaniarum Regis Catholici fœlicis recordationis Clementi Papæ Septimo prædecessori nostro exposito quòd licèt Clerici qui in sortem Domini sunt electi; debuissent saltem ab atrocibus criminibus abstinere, tamen in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, præfato Carolo Imperatori, & Regi subjectis, tanta in Clericis insurrexerat licentia delinquendi, seu potiùs insolentia, ut jam ferè nulla in Principatu, & Comitatibus prædictis homicidia, rapinæ, assassinia, aliaque atrocia crimina committerentur, quorum aliquis Clericus consilio, favore, vel auxilio particeps non extitisset, quàm quòd ipsi Clerici bannitis, exulibus, ac grassatoribus sæcularibus personis receptaculum præstare non exponebant, idem Clemens prædecessor accepto per eum quòd præmissa ex eo procedere credebantur, quòd dicti Clerici cum per Curiam sæcularem coerceri, & à Judicibus sæcularibus vindicta sanguinis affici nequirent, juxta delicti exigentiam non puniebantur, & sic per impunitatis audaciam crescebat in dies peccandi libido, & cum facilitas veniæ incentivum præbeat delinquendi, alii ejusdem impunitatis exemplo ad similia facinora perpe-

tranda incitabantur, præfati Caroli Imperatoris supplicationibus inclinatus; tibi nunc Episcopo Seguntin. in Principatu, & Comitatibus præfatis pro eodem Carolo Imperatore Vices gerenti per te, vel alium, seu alios Clericos, quos ad id quoties tibi videretur duceres deputandos in Principatu & Comitatibus prædictis contra omnes, & singulos Clericos sæculares, aut cujusvis ordinis Regulares, exemptos, vel non exemptos, etiamsi in sacris, etiam Presbyteratus forent ordinibus constitutos, quos tunc expressorum criminum reos fore comperisses per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, vel aliàs juxta formam juris absque alicujus tuæ, & per te ad id deputandorum hujusmodi irregularitatis, seu infamiæ maculæ ad debitas pœnas, etiam usque ad actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem ubi de jure id faciendum esset procedere posses, & valeres per varias in forma Brevis litteras confectas plenam, & liberam licentiam concessit, ac etiam potestatem, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cùm autem sicut pro parte præfati Caroli Imperatoris, & Regis nobis nuper expositum fuit pro eo quod tu postea ex Ecclesia Seguntin. prædicta, ad Ecclesiam Cæsaraugustan. cui nunc præes translatus fuisti, à nonnullis revocetur in dubium an tu si licentia, & potestate tibi, ut præfertur, data uti posses; & propterea idem Carolus Imperator, & Rex nobis humiliter supplicari fecit, ut circa hoc opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos volentes ne si tu ob nimiam super præmissis dubitatum scrupulositatem ab usu dictarum litterarum abstinens delinquentes prædicti debitas pro eorum delictis pœnas non reportent, sicque alii ad peccandum proniores reddantur, volumus, & Apostolica authoritate concedimus tibi, ut litteris prædictis uti omniaque, & singula in eis contenta juxta ipsarum litterarum tenorem facere, & exequi posse in omnibus, & per omnia, perinde ac si tu tempore, quo litteræ præfatæ emanarunt Cæsaraugustan. & non Seguntin. prædictæ Ecclesiæ præfuisses, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus aliis quæ dictus Clemens prædecessor in dictis litteris voluit non obstare cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ adud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die vigesimasexta Junii 1536. Pontificatus nostri anno secundo. Blosius.

13 Similiter nonnullis hæsitantibus, an d. Federic. Arch. Cæsaraugust. uti posset licentia, & facultate sibi data ad procedendum contra Ecclesiast. delinquentes præsertim quo ad causas ante mortem Romani Pontificis Clemen. VII. nondum cæptas, Romanus Pontifex Paulus Tertius concessit dicto Federico aliud Breve tenoris sequentis.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Cæsaraugustæ pro Catholico in Christo filio nostro Carolo, Romanorum Imperatori semper Augusto, & Hispan. Regi Catholico illi Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ Locumtenenti generali.

PAulus Papa Tertius. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Aliàs pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli, Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Hispaniarum Regis Catholici fœlicis recordationis Clem. Papæ VII. prædecessori nostro exposito quòd licèt Clerici, qui in sortem Domini sunt electi; debuissent saltem ab atrocibus criminibus abstinere, tamen in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, tanta in Clericis insurrexerat licentia delinquendi, seu potius insolentia, ut jam nulla ferè in Principatu, & Comitatibus prædictis homicidia, rapinæ, assassinia, aliaque atrocia crimina committerentur, quorum aliquis Clericus consilio, favore, vel auxilio particeps non extitisset, quàm quòd ipsi Clerici bannitis, exulibus ac gravatoribus sæcularibus personis receptaculum præstare non expavebant, idem Clemens prædecessor accepto per eum quòd præmissa ex eo procedere credebantur, quòd dicti Clerici cum per Curiam sæcularem coerceri, & à Judicibus Ecclesiasticis vindicta sanguinis affici nequirent, juxta delicti exigentiam non puniebantur, & sic per impunitatis audaciam crescebat in eis in dies peccandi libido, & cum facilitas veniæ incentivum præbeat delinquendi, alii ejusdem impunitatis exemplo ad similia facinora perpetranda incitabantur, præfati Caroli Imperatoris supplicationibus inclinati tibi tunc Episcopo Seguntin. in Principatu, & Comitatibus præfatis pro eodem Carolo Imperatore Vices gerenti, per te, vel alium, seu alios Clericos, quos ad id quoties tibi videretur duceres deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis contra omnes & singulos Clericos sæculares, aut cujusvis Ordinis Regulares, exemptos, & non exemptos, etiam si in sacris, etiam Presbyteratus forent ordinibus constituti, quo certorum tunc expressorum criminum reos fore comperiisses per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, aut aliàs juxta formam juris, absque alicujus tuæ, & per te ad id pro tempore deputandorum hujusmodi irregularitatis, seu infamiæ macula ad debitas pœnas, etiam usque ad actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem ubi de jure id faciendum esset procedere posses & valeas per varias in forma Brevis litteras confectas, plenam, & liberam licentiam concessit, ac etiam potestatem, pro ut singulis litteris prædictis pleniùs continetur. Cum autem sicùt pro parte præfati Caroli Imperatoris, & Regis nobis expositum fuit pro eo, quòd tu postea ex Ecclesia Seguntin. prædicta, ad Ecclesiam Cæsaraugust. cui nunc præes translatus fuisti à nonnullis hæsitetur, an tu licentia, & potestate, tibi, ut præfertur, data, præsertim quo ad causas ante mortem dicti Clementis prædecessoris cæptas uti posses & propterea idem Carolus, & Imperator Rex nobis humiliter supplicari fecerit, ut circa hoc opportunè de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui ideo præfatum Clementem prædecessorem licentiam, & facultatem prædictam tibi dedisse credimus, ut tu de cujus persona, tum propterea, quia Ecclesiastica est, tum propterea, quia de tua probitate, & integritate valdè confiderabat Principatum, & Comitatus prædictos malis hominibus purgare posses. Volentes in hoc mentem, & intentionem præfati Clementis prædecessoris sequi; volumus, & Apostolica authoritate concedimus, quòd litteris præfatis, ac licentia, & facultate tibi per ipsas litteras, ut præfertur, concessis, juxta ipsarum litterarum tenorem, etiam quoad causas non cæptas, ut præfertur, uti in omnibus, & per omnia possis, & valeas perinde ac si tu tempore, quo litteræ præfatæ emanarunt Cæsaraugustan. & non Seguntin. prædictæ Ecclesiæ præesses, profuisses, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Clemens prædecessor in dictis litteris voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annullo Piscatoris die 25. Maii 1537. Pontificatus nostri anno tertio. Blosius.

Secuta morte Federici Archiepiscopi Cæsaraugust. quia Marchio de Lobay Locumtenens generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ, non poterat punire Ecclesiasticos delinquentes, unde oriebantur homicidia, & alia enormia delicta, Romanus Pontifex Paulus Tertius, suo Brevi Apostolico. Dat. Romæ 5. Julii 1540. concessit Joanni Episcopo Gerunden. eamdem licentiam, & facultatem procedendi contra Ecclesiasticos delinquentes, quæ cum aliis litteris Apostolicis in forma Brevis dicto Federico Archiepiscopo Cæsaraugastæ fuerat concessa, de hoc Brevi fit mentio in Brevibus subsequentibus Julii Tertii, & Pii Quinti.

Cum autem Clerici continuassent atrocia delicta committere, & in plurimorum scandalum, ac pernicioſum exemplum perturbare non cessassent tranquillum statum Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, Romanus Pontifex Julius Tertius Breve Apostolicum per Summum Pontificem Paulum Tertium Episcopo Gerunden. concessum, & alia Brevia Apostolica suprà relata approbavit, & Moderno, & pro tempore existenti Episcopo Gerunden. de

novo

novo concessit per Breve Apostolicum tenoris sequentis.

Venerabili Fratri Moderno, & pro tempore existenti Episcopo Gerunden.

JUlius Papa Tertius. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum fœlicis recordationis Clementi Septimo, & deinde Paulo Tertio Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, pro parte Charissimi in Christo nostri, tunc eorum Filii Caroli, Romanorum Imperatoris semper Augusti, Hispaniarum Regis Catholici, exposito quòd licèt Clerici, qui in sortem Domini sunt electi, debuissent saltem ab atrocibus criminibus abstinere, tamen in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ præfato Carolo Imperatori, & Regi subjectis, tanta in Clericis inoleverat delinquendi audacia, ut nulla ferè in Principatu, & Comitatibus præfatis homicidia, rapinæ, assassinia, aliaque atrocia crimina committerentur, quorum aliquis Clericus auctor, vel particeps non existeret, ac bannitis existentibus, & grassatoribus sæcularibus receptaculum præstare non expavescebant, & præmissa ex eo procedere credebatur, quòd dicti Clerici cum per Curiam sæcularem coerceri, & à Judicibus Ecclesiasticis pœna sanguinis affici nequirent, juxta delicti exigentiam non puniebantur, & sic per impunitatis audaciam crescebat in eis in dies peccandi libido, ac facilitas veniæ incendium delinquendi præbebat, & alii impunitatis hujusmodi exemplo ad similia facinora perpetranda incitabantur. Prædecessores præfati ipsius Caroli Imperatoris, & Regis supplicationibus in ea parte inclinati, bonæ memoriæ Federico, tunc in humanis agenti Episcopo Seguntino, & postea ad Ecclesiam Cæsaraugustanen. assumpto, ut per se, vel alium, seu alios in dignitate Ecclesiastica constitutos, contra omnes, & singulas personas Ecclesiasticas sæculares, & regulares dictorum Principatus, & Comitatuum etiam in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutas, exemptas & non exemptas, quas assassiniorum, ac homicidiorum & aliorum atrocium criminum reas certis modis, & formis tunc expressis absque alicujus irregularitatis, inhabilitatis, vel infamiæ macula, sine pœnæ incursu, etiam usque ad degradationem, & Curiæ sæculari traditione, si qualitas delicti id exigeret, & aliàs prout juris esset procedere posset, per diversas eorum in forma Brevis litteras licentiam, & facultatem concesserunt, pro ut in singulis litteris prædictis plenius continetur, eodem Federico Archiepiscopo posteà ab humanis exempto, præfatus Paulus prædecessor ad dicti Caroli supplicationem tibi, ut contra personas Ecclesiasticas Principatus & Comitatuum hujusmodi assassiniorum, homicidiorum, & aliorum atrocium delictorum prædictorum reas, ut præmittitur, absque irregularitatis, vel inhabilitatis, aut alterius pœnæ incursu, & aliàs juxta tenorem dictarum litterarum perindè ac si tibi directæ fuissent justitia mediante procedere posses, licentiam, & facultatem concessit, prout in ejusdem Pauli prædecessoris litteris etiam in forma Brevis expeditis plenius continetur. Cùm autem sicut idem Carolus Imperator, & Rex nobis nuper exponi fecit ipsorum Clericorum continua insolentia, etiam nunc perseveret, ac Principatus, & Comitatuum prædictorum tranquillum statum perturbare non desinant in plurimorum scandalum, & pernicioſum exemplum, ac propterea excessus hujusmodi non immeritò fræno justitiæ sunt coercendi, & comprimendi, præfatus Carolus Imperator nobis humiliter supplicari fecit, ut pro eorumdem Principatus, & Comitatuum quieto, & tranquillo statu singulas litteras prædictas, quæ usu receptæ reperiuntur approbare, & innovare, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur singularum litterarum prædictarum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, singulas litteras prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & innovamus, tibique ut tam prædictarum, quàm præsentium litterarum vigore, per te, vel alium, seu alios ad id juxta ipsarum litterarum tenorem pro tempore deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis contra omnes, & singulos Clericos sæculares, & quorumvis ordinis regulares exemptos, & non exemptos, etiam in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutos quos homicidii, & assassinii, & atrocium criminum reos fore constiterit, etiam ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, & ad Procuratoris Fiscalis instantiam, & aliàs juxta juris formam, & litterarum ipsarum tenorem, absque alicujus tui, & deputandorum hujusmodi irregularitatis, aut infamiæ macula, vel incursu auctoritate nostra procedere. Nec non accitis, & in hoc tibi, & per te ad id deputandis Episcopis, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentibus, assistentibus, si numerus Episcoporum ad id de jure requisitus commodè haberi non poterit, duobus Abbatibus ad dictorum delinquentium actualem degradationem, aliàs in similibus servari solita servata forma similiter procedere, liberè, & licitè valeatis plenam, & liberam per easdem, & præsentes facultatem, & potestatem impartimur, non obstantibus præmissis ac generalis Concilii, & quibusvis aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, exemptis, & sæcularibus, ac regularibus personis hujusmodi, eorumque Ordinibus, Monasteriis, Congregationibus, ac Superioribus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam irritatis vicibus innovatis, & concessis, & approbatis, quibus illorum omnium formas, continentias, & tenores, etiam si de illorum totis temporibus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus, ac omnibus illis quod ipsi prædecessores in singulis eorum litteris prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Hortamur autem eamdem fraternitatem tuam, ut talem te desuper habeas, ne ad Nos contra te querimoniæ deferantur, quibus nostro, hujusmodi Sanctæ Sedis honori consulere, ac nostras præsentes litteras revocare cogamur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 18. Martii anno 1551. Pontificatus nostri anno secundo. Rom. Amaratus.

Verùm cùm adhuc Clerici perseverassent atrocia delicta committere, Romanus Pontifex Pius V. eamdem facultatem concessit Episcopo Gerunden. prædictasque litteras, & Brevia Apostolica confirmavit, ac etiam disposuit, quòd appellationes causarum committerentur Archiepiscopo, seu alicui ex Episcopis hujus Principatus qui teneretur procedere usque ad sententiam definitivam inclusivè cum voto duorum Doctorum Regiæ Audientiæ suo Brevi tenoris sequentis. 15

PIus Papa V. ad futuram rei memoriam. Exponi nuper fecit Charissimus in Christo Filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, quòd aliàs fœlicis recordationis Clementi VII. & deinde Paulo III. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris pro parte claræ memoriæ Caroli V. Romanorum Imperatoris, & Hispaniarum Regis Catholici ipsius Philippi Regis genitoris, exposito quòd licèt Clerici, qui in sortem Domini sunt electi, saltim ab atrocibus criminibus abstinere deberent, tamen in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ præfato Carolo Imperatori, Regi tunc subjectis, tanta in eis inoleverat delinquendi licentia, seu potiùs insolentia, ut nulla ferè in Principatu, & Comitatibus prædictis homicidia, rapinæ, assassinia, aliaque atrocia crimina committerentur, quorum aliquis Clericus auctor, vel particeps non existeret, ac ipsi Clerici bannitis, exulibus, & grassatoribus sæcularibus receptaculum præsta-

re non expaveſcebant, præmiſſa autem procedere ex eo credebatur, quòd dicti Clerici cum per Curiam ſæcularem coerceri, per Judices Eccleſiaſticos pœna ſanguinis, juxta illorum delictorum exigentiam non puniebantur, ideo per impunitatis audaciam creſcebat in eis peccandi libido, & facilitas veniæ incentivum delinquendi præbebat, & alii impunitatis hujuſmodi exemplo ad ſimilia facinora perpetranda incitabantur: Iidem prædeceſſores ipſius Caroli Imperatoris, & Regis ſupplicationibus in ea parte inclinati, bonæ memoriæ Federico, tunc in humanis agenti Seguntinen. Epiſcopo, poſtea ad Eccleſiam Cæſarauguſtanen. aſſumpto, ut per ſe vel per alium, ſeu alios in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos contra omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, ſæculares, & regulares dictorum Principatus, & Comitatuum, etiam in ſacris, & Presbyteratus ordinibus conſtitutas, exemptas, & non exemptas, aſſaſſiniorum, & homicidiorum, & aliorum atrocium criminum reas certis modis, formis tunc expreſſis abſque alicujus irregularitatis, & inhabilitatis, vel infamiæ macula, ſine pœnæ incurſu, etiam uſque ad degradationem, & Curiæ ſæculari traditionem, ſi qualitas delicti id exigeret, & aliàs prout juris eſſet procedere poſſet per eorum in forma Brevis litteras facultatem conceſſerunt eodem Federico Archiepiſcopo, poſteà ab humanis exempto, præfatus Paulus prædeceſſor ad dicti Caroli ſupplicationem, tunc Epiſcopo Gerunden. ut contra perſonas Eccleſiaſticas Principatus, & Comitatuum hujuſmodi aſſaſſiniorum, & homicidiorum, & aliorum atrocium criminum prædictorum reas, ut præmittitur abſque irregularitatis, vel inhabilitatis, aut alterius pœnæ incurſu, aut aliàs juxta tenorem prædictarum litterarum, perindè ac ſi ibi directæ fuiſſent juſtitia mediante procedere poſſet, licentiam, & facultatem conceſſit. Deinde verò fœlicis recordationis Julius Papa III. prædeceſſor noſter. Expoſito ſibi pro parte dicti Caroli Imperatoris, & Regis ipſorum Clericorum continuam inſolentiam eo tunc perſeverare, & quia ipſi Principatus, & Comitatuum prædictorum tranquillum ſtatum perturbare non deſinebant in plurimorum ſcandalum, & pernicioſum exemplum; & propterea exceſſus hujuſmodi non immeritò freno juſtitiæ coercendi, & comprimendi erant pro ipſorum Principatus, & Comitatuum quieto, & tranquillo ſtatu, ſingulas litteras ipſorum Clementis, & Pauli prædeceſſorum cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis auctoritate Apoſtolica approbavit, & innovavit, ac eidem Epiſcopo, ut tàm prædictorum, quàm ipſius Julii prædeceſſoris litterarum vigore; per ſe, vel alium, ſeu alios ab eo deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis, contra omnes, & ſingulos Clericos prædictos, quos homicidii & aſſaſſinii, & aliorum atrocium criminum reos fore conſtiterit, ad eorum actualem degradationem, & Curiæ ſæculari traditionem per denuntiationem, & accuſationem, inquiſitionem, aut ex mero officio, & Procuratoris Fiſcalis, ſeu partium inſtantiam, ac aliàs juxta juris formam ac litterarum ipſarum tenorem, abſque alicujus Epiſcopi, vel deputandorum hujuſmodi irregularitatis, aut infamiæ macula, vel incurſu, auctoritate Apoſtolica procedere, nec non accitis in hoc ſibi, & per ad id deputandis Epiſcopis, gratiam, & communionem à Sede Apoſtolica habentibus aſſiſtentibus, at ſi numerus ipſorum ad id à jure requiſitus commodè haberi non poſſit, duobus Abbatibus ad dictorum delinquentium actualem degradationem, aliàs in ſimilibus ſolita ſervata forma ſimiliter procedere liberè & licitè, poſſet, & valeret, conceſſit, ac licentiam, & facultatem dedit, prout in ipſorum Clementis, & Pauli, ac Julii prædeceſſorum litteris, quorum tenores, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum inſererentur pro expreſſis habentes pleniùs dicitur contineri. Cùm autem ſicut nobis pro parte dicti Philippi Regis expoſitum fuit, ipſorum Clericorum inſolentia adhuc perſeveret, ac ipſi Principatum, & Comitatus prædictos perturbare non deſinant, & quod deterius eſt, latis contra eos juſtis ſententiis ſuper eorum criminibus; & delictis hujuſmodi pro ipſorum delinquentium condemnatorum parte ab illis appellationes interponantur, cauſasque appellationum hujuſmodi certis Judicibus ab eis affectatis, & ut plurimum juris ignaris committere faciant, ipſique Judices aut avaritia moti, ſeu ignorantia errantes, omnes delinquentes hujuſmodi per eorum nullas, & injuſtas ſententias abſolvant; unde ſequitur quòd ferè omnes ex delinquentibus hujuſmodi licèt gravia, & enormia delicta commiſerint, impuniti evadant, & propterea delinquentium multitudinem eſſe. Ideò præfatus Philippus Rex nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis de opportuno remedio de benignitate Apoſtolica providere dignaremur. Nos igitur juſtis petitionibus ipſius Philippi Regis in ea parte annuere cupientes, omnes, & ſingulas litteras prædictas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, approbamus, nec non moderno Epiſcopo Gerunden. ut ſine incurſu alicujus pœnæ & irregularitatis, & infamiæ nota ad executionem litterarum prædictarum, & omnium in eis contentarum, juxta illarum formam, & tenorem, ac ſi ſibi directæ fuiſſent per ſe, vel alium, ſeu alios procedat committimus, & mandamus, ſibique ſuper omnibus, ſingulis in dictis litteris contentis facultatem, & auctoritatem damus, & concedimus, nec non cauſæ appellationum à ſententiis per dictum Epiſcopum, aut ab eo deputandos contra præfatos delinquentes pro tempore lati, non alicui alteri, niſi præfato Epiſcopo, aut alicui alteri Principatus, & Comitatuum hujuſmodi Archiepiſcopo, & Epiſcopo committi poſſint, nec debent, quam quòd Archiepiſcopus, aut Epiſcopus cui cauſa appellationis hujuſmodi commiſſa fuerit de voto duorum Doctorum Rotæ Civitatis Barcinonæ, & non aliàs aliter, nec alio modo, uſque ad ſententiam inclusivè procedere debeat, ac omnibus, & ſingulis ad quos pertinet per præſentes committimus & mandamus ne aliquas commiſſiones, niſi, ut præfertur, dictis Archiepiſcopo, & Epiſcopis directas ſignare, & reſcripta expedire audeant, vel præſumant, ac eis ſpecialiter, & expreſsè inhibemus, & ſi contigerit aliquas commiſſiones, & reſcripta, aliaſque; ut præfertur, ſignari, & expediri, illaſque, & illa irritas, nullaſque, & nulla, ac nullius roboris, & momenti fore, eſſe nullamque juriſdictionem Judicibus, quibus directè fuerint dare, & tribuere, & ſic, & non aliter per quoſcumque Judices & Commiſſarios, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, irritumque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus aliis, quæ in præfatis litteris præfatorum prædeceſſorum noſtrorum non obſtante voluerint, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 6. Octobris 1567. Pontificatus noſtri anno ſecundo Cæ. Glorierius.

Cæterùm cùm Sereniſſimus Dominus Rex Philippus Secundus multa his malis remedia adhibuiſſet, ad ejus ſupplicationem Summus Pontifex Gregorius Decimus tertius ſupradictas litteras approbavit, & confirmavit, ac etiam creavit & deputavit Epiſcopum Gerunden. Judicem Eccleſiaſticorum in delictis gravibus, & atrocibus ſuo Brevi tenoris ſequentis.

GRegorius Papa Decimus tertius. Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Aliàs fœlicis recordationis Julio Papæ Tertio prædeceſſori noſtro, pro parte claræ memoriæ, Caroli Romanorum Imperatoris, & Hiſpaniarum Regis Catholici, expoſito quòd antea Clemens Septimus, & ſucceſſivè Paulus Tertius Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ad obviandum inſolentiæ, & delinquendi licentiæ, quæ in Clericorum animos in Principatu Cathaloniæ, & Roſſellionis, & Ceritaniæ Comitatibus, tunc Carolo Imperatori, & Regi prædicto in temporalibus ſubjectis perſeverat, bonę memorię Federico, tunc in humanis agenti Seguntinen. Epiſcopo, deinde verò ad Eccleſiam Cæſarauguſtanam tranſlato, ut per ſe, vel alium, ſeu alios in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, contra omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, ſæculares, Regulares

dicto-

dictorum Principatus, & Comitatuum, etiam in sacris Presbyteratus ordinibus constitutos, exemptas, & non exemptas, quas assassiniorum, & homicidiorum, & aliorum atrocium criminum reas, certis modis, formis tunc expressis, absque alicujus irregularitatis, inhabilitatis, vel infamiæ macula, sive pœnæ incursu, etiam usque ad degradationem, & Curiæ sæculari traditionem, si qualitas delicti id exigerit; & aliàs prout juris esset procedere posset per diversas eorum forma Brevis litteras licentiam & facultatem concesserant, prout in illis latiùs explicatur. Eodemque Federico Archiepiscopo postea vita functo prædictus Paulus prædecessor contra personas Ecclesiasticas Principatus & Comitatuum hujusmodi assassiniorum, & homicidiorum atrocium delictorum prædictorum reas, ut præfertur, absque alicujus irregularitatis, aut pœnæ incursu, aut aliàs juxta tenores dictarum litterarum, perindè, ac si tunc & pro tempore existenti Episcopo dictæ tuæ Ecclesiæ directæ fuissent justitia mediante procedere posset, licentiam & facultatem concesserat, pro ut in ejusdem Pauli prædecessoris litteris etiam latiùs exprimitur, quòdque etiam tunc ipsorum Clericorum continua insolentia perseverabat, quæ Principatus, & Comitatuum prædictorum tranquillum statum perturbabat. Propterea idem Julius prædecessor tranquillitati eorumdem Principatus, & Comitatuum studens singulas litteras prædecessorum prædictorum, quæ usu receptæ reperiebantur, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis approbavit, & innovavit, prædictoque tunc, & pro tempore existenti Episcopo dictæ tuæ Ecclesiæ, ut tàm suorum prædecessorum, quàm suarum litterarum vigore, per se, vel alium seu alios ad id juxta ipsarum litterarum tenorem pro tempore deputan. in Principatu, & Comitatibus prædictis, contra omnes, & singulos Clericos, & quorumvis Ordinum Regulares exemptos, & non exemptos, etiam in sacris & Presbyteratus ordinibus constitutos, quos homicidii, & assassinii, ac atrocium criminum reos constitisset, etiam ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem, per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, vel ad Procuratoris Fiscalis, seu partium instantiam & aliàs juxta juris formam, & litterarum earumdem tenorem, absque alicujus tunc, & pro tempore existentium Episcoporum dictæ tuæ Ecclesiæ, vel deputatorum hujusmodi irregularitatis aut infamiæ macula, vel incursu authoritate Apostolica procedere, nec non accitis, & in hoc eidem, tunc & pro tempore dictæ tuæ Ecclesiæ Episcopo, per eum ad id deputandis Episcopis, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus assistentibus, & si numerus Episcoporum ad id à jure requisitus commodè haberi non potuisset duobus Abbatibus ad dictorum delinquentium actualem degradationem, aliàs in similibus servari solita similiter procedere, liberè & licitè valerent plenam, & liberam per suas litteras facultatem impartitus fuerat. Cùm autem sicut nobis nuper Charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, qui dicto Carolo Imperatori, & Regi in Principatu, & Comitatibus prædictis successit. Exponi fecit ipse Philippus Rex multa his malis remedia adhibuerit, tamen ob locorum illarum partium asperitatem, vel ob propinquitatem Provinciæ Galliæ, ex qua plurimi delinquentes in ipsis Principatu, & Comitatibus confluunt, & ibi commissis per eos latrociniis, & aliis gravibus delictis in loca tuta repente se recipiunt, ita ut Magistratibus, eorumque familiam ipsos persequentes facilè eludant, & frustrentur, propterea quòd dum ministri justitiæ sæculares ipsos persequuntur illi statim confugere soliti sint unde aut extrahi non possunt, vel extracti immunitatem Ecclesiæ prætendentes, in eumdem, ex quo extracti sunt locum restitui obtinent. Quidam verò non contenti se prima tonsura initiatos esse, non ut divinis inserviant, sed ut judicium sæculare faciliùs effugiant malitiosè, & fraudulenter aliquod tenue beneficium Ecclesiasticum sibi conferri procurant, nec tamen in habitu Clericali incedunt, aut aliquibus Clericalibus funguntur muneribus, verùm habitu sæculari induti vagantur liberiusque delinquunt, nullaque in eis Ecclesiastica animadversio exercetur quoniam laici existimantur, a justitia verò sæculari deprehensi, statim tamquam Clerici, & beneficium Ecclesiasticum habentes dimittuntur ad vindictam in eos, qui ipsos persecuti sunt, & ad graviora scelera se accingentes, quibus rationibus impulsi nos latrones, & facinorosos hujusmodi, illorumque fautores, & receptatores, etiam Clericos, & quatuor minoribus insignitos, etiam beneficium aliquod tenue obtinentes, cum hujusmodi genus hominum immunitate Ecclesiastica gaudere valdè indignum sit, ab Ecclesiis, & aliis locis sacris evelli per Judices sæculares licere concessimus, seu permisimus; ita tamen ut dicti sæculares Judices facinorosos ipsos à locis prædictis extractos Judici Ecclesiastico ad causas contra personas Ecclesiasticas in Principatu, & Comitatibus atrocia crimina committentes, aliàs à prædicta Sede Apostolica deputatos pro justitia in eos administranda consignare teneretur, pro ut etiam in nostris desuper, etiam in forma Brevis confectis litteris pleniùs continetur. Quare idem Philippus Rex nobis humiliter supplicari fecit, ut pro eorumdem Principatus, & Comitatuum tranquillo statu singulas litteras singulorum prædecessorum prædictorum approbare, & innovare, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur singularum litterarum prædictarum tenores, & in eis contenta quæcumque præsentibus pro expressis habentes, illasque, & earum singulas, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, & decretis, & aliis quibuscumque etiamsi expressionem exigerent individuam, & magis specialem potiori pro cautela denuò, & iterum approbantes, confirmantes, item omnibus, & singulis causis in dictis litteris prædecessorum prædictorum, tunc & pro tempore existenti Episcopo dictæ tuæ Ecclesiæ concessis, licèt jam tu tenore dictarum litterarum in illis subrogatus existas, nec non latronum, & facinorosorum hujusmodi, illorumque fautorum, & receptatorum, etiam Clericorum, & quatuor minorum ordinum insignitorum, & beneficium aliquod tenue obtinentium quos ab Ecclesiis, & aliis locis sacris per Judices sæculares avelli posse concessimus, & permisimus authoritate Apostolica præsentium litterarum serie Judicem constituimus, & deputamus tibique ut tàm prædictarum, quam præsentium litterarum vigore per te, vel alium, seu alios ad id juxta ipsarum litterarum tenorem pro tempore deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis, contra omnes, & singulos Clericos sæculares & quorumvis Ordinum Regulares, exemptos, & non exemptos, etiam in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutos, quos homicidii, & assassinii & atrocium criminum reos esse constiterit, etiam ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem, nec non eos, quos (ut præfertur) ab Ecclesiis, & aliis locis sacris avelli posse concessimus, & permisimus, Judici Ecclesiastico ad causas, & contra personas Ecclesiasticas, atrocia crimina committentes cognoscendum à Sede Apostolica deputato deferri volumus per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, vel ad Procuratoris Fiscalis, seu partium instantias, & aliàs juxta juris formam, & litterarum prædictarum tenorem, absque alicujus tui, vel deputandorum hujusmodi irregularitatis, aut infamiæ macula, vel incursu, authoritate nostra procedere liberè & licitè valeatis, plenam, & liberam per easdem, & præsentes facultatem, & authoritatem impartimur, inhibentes omnibus, & singulis locorum etiam exemptorum, ordinariis, & eorum officialibus, & quibuscumque aliis Judicibus Ecclesiasticis, vel sæcularibus, ne te super præmissis quolibet impedire, molestare, aut perturbare audeant, vel præsumant, ac decernentes præsentes litteras de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu quovis alio defectu notari, vel impugnari ullo umquam tempore nullatenus posse, sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis authoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & deffiniri debere irritum quoque & inane quidquid secùs super à quo-

quoquam quavis authoritate ſcienter, ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac generalis Concilii, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & ordinarionibus Apoſtolicis, privilegiis quoque indultis, & exemptionibus, etiam ſæcularibus, & regularibus perſonis, Ordinibus, Monaſteriis, Eccleſiis, & aliis locis ſacris, nec non Congregationibus, & Superioribus eorumdem ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus, & aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus innovatis, conceſſis & approbatis, quibus omnibus, & illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice, dumtaxat ad effectus præſentium ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteris contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die ſecundo Octobris milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri anno primo. Cæ. Glorierius.

Deinde ad ſupplicationem ejuſdem Domini Regis Philippi II. Romanus Pontifex Gregorius XIII. aliud Breve conceſſit Epiſcopo Gerunden. tenoris ſequentis.

GRegorius Papa XIII. venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum Nos nuper per alias noſtras in forma Brevis litteras ad providendum quieto, & tranquillo ſtatui Principatus Cathaloniæ, & Roſſellionis, & Ceritaniæ Comitatuum, Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo, Hiſpaniarum Regi Catholico, in temporalibus ſubjectorum Magiſtratibus ſæcularibus, ejuſdemque Regis officialibus, & miniſtris, latrones, & facinoroſos homines in flagranti crimine deprehenſos ad Eccleſias, & loca alia privilegiis ſuffulta confugientes, & Clericos in minoribus ordinibus dumtaxat conſtitutos; & ſi illi beneficium aliquod parvi valoris obtinerent ab Eccleſiis, locis præfatis in eoſdemque ſententiam etiam ultimi ſupplicii pœnam continentem ferendi, aut aliàs animadvertendi, alios verò etiam Clericos, ſicut præfertur, qualificatos non in flagranti crimine deprehenſos ex dictis Eccleſiis, & locis præfatis extrahendi, dummodo ad eorum Judices competentes per eoſdem Magiſtratus, & alios miniſtros remitterentur facultatem conceſſerimus, pro ut in litteris deſuper confectis pleniùs continetur. Sicut autem nobis nuper pro ejuſdem Philippi Regis parte exhibita petitio continebat, impunitas atrocium delictorum per Clericos commiſſorum ex eo plerumque ſequatur, quòd interpoſitis appellationibus à ſententiis per Judicem Eccleſiaſticum ad cauſas contra perſonas Eccleſiaſticas in Principatu, & Comitatibus prædictis atrocia crimina committentes, aliàs a Sede Apoſtolica in illis partibus delegatum latis diverſis rationibus Clerici etiam in ſacris ordinibus conſtituti delictorum rei, earumdem cauſarum deciſionem protrahere curant. Unde prioris ſententiæ per appellationem executione diù ſuſpenſa judicia contra eoſdem inſtituta, non rarò evaneſcunt aliquando, & delictorum rei efractis carceribus fugam arripiunt, plerumque etiam hi, quorum intereſt ſumptibus, & diuturnis laboribus in lite ſuſtinenda fatigatis inſtantiam deſerunt, Idcircò nobis humiliter ſupplicari fecit idem Philippus Rex, ut aliquem ex ordinariis locorum dictorum Principatus, vel Comitatuum in Judicem appellationum cauſarum hujuſmodi inſtituere exigentibus hoc juſtitiæ rationibus dignaremur. Nos igitur volentes delicta ſub interpoſitarum appellationum prætextu impunita non remanere, ac de tuo erga juſtitiam zelo, necnon in rectum, honeſtumque ſtudium plurimum in Domino confiſi hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitatem tuam in omnibus, & ſingulis appellationum cauſis præfatis à delegato Apoſtolico interpoſitarum Judicem excluſivè quoad alios omnes ad quos de jure, vel conſuetudine, aut privilegio appellandum eſſet eadem authoritate conſtituimus, & deputamus. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis Judicibus quavis authoritate etiam delegata, vel Apoſtolica fungentibus, etiam in cauſis appellationum prædictarum per ſignaturam noſtram juſtitiæ, aut per aliud à Romana Curia reſcriptum deputatis, ne eorum prætextu, vel vigore præmiſſas appellationum cauſas cognoſcere, aut eorumdem reſcriptorum vigore, niſi illa manu noſtra ſignata fuerint, eidemque fraternitati tuæ, ullatenus quovis quæſito colore inhibere, aut expeditionem cauſæ coram te pendentis impedire quoquomodo audeant, vel præſumant, ſed eaſdem appellationum cauſas per te ipſum, dumtaxat liberè, & abſque ullo impedimento cognoſci permittant, & patiantur, præſenteſque litteras, & in eis contenta quæcumque de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu, aut aliàs impugnari, ſeu notari minimè poſſe, & ſic per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, interpretandi authoritate, & facultate judicari, interpretari, & deffiniri debere, ac quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane decernimus, non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Apoſtolicis, ac Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis, edictis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac locorum videlicet Principatus, & Comitatuum prædictorum, & juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis locorum Ordinariis, illorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis quomodolibet conceſſis, quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteris contrariis quibuſcumque. Dat. Tuſculi ſub annulo Piſcatoris die tertio Octobris milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri anno primo. Cæ. Glorierius.

Quia adhuc perſeverabat prædictorum Eccleſiaſti- 17
corum delinquendi audacia, Romanus Pontifex Sixtus Quintus cum narrativa, & attendentiis prædictorum Brevium Apoſtolicorum, cauſas appellationum commiſit Epiſcopo Vicen. ſuo Brevi tenoris ſequentis.

SIxtus Papa Quintus, ad futuram rei memoriam. Exponi nobis fecit Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus, Hiſpaniarum Rex Catholicus, quòd aliàs felicis memoriæ Clementi Septimo, & deinde Paulo Tertio Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris pro parte, claræ memoriæ Caroli Quinti, Romanorum Imperatoris, & Hiſpaniarum Regis Catholici ipſius Philippi Regis genitoris; expoſito quòd Clerici qui in ſortem Domini ſunt electi, ſaltem ab atrocibus criminibus abſtinere deberent, tamen in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſellionis, & Ceritaniæ prædicto Carolo Imperatori Regi tunc ſubjectis tanta in eis inoleverat delinquendi licentia, ſeu potiùs inſolentia, ut nulla ferè in Principatu, & Comitatibus prædictis, homicidia, rapinæ, aſſaſſinia, aliàque atrocia crimina committerentur, quorum aliquis Clericus auctor, vel particeps non exiſteret, ac ipſi bannitis, exulibus, ac graſſatoribus receptaculum præſtare non expaveſcebant. Præmiſſa autem procedere ex eo credebantur, quòd dicti Clerici cum per Curiam Eccleſiaſticam coerceri, & per Judices Eccleſiaſticos pœna ſanguinis, juxta illorum delictorum exigentiam non puniebantur. Ideò per impunitatem audacia creſcebat, & peccandi libido, & facilitas delinquendi, alii impunitatis hujuſmodi exemplo ad ſimilia facinora perpetranda incitabantur: iidem prædeceſſores ipſius Caroli prædeceſſoris, & Regis ſupplicationibus in ea parte inclinati, (bonæ memoriæ) Federico, tunc in humanis agenti Seguntin. Epiſcopo, & poſtea ad Eccleſiam Cæſarauguſtanam aſſumpto, ut per ſe, vel alium, ſeu alios in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, contra omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, ſæculares, & Regulares dictorum Principatus, & Comitatuum,

etiam

etiam in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutos exemptos assassiniorum, & homicidiorum, & aliorum atrocium criminum reos certis modis, & forma, tunc expressis, absque alicujus irregularitatis, inhabilitatis, vel infamiæ macula sine pœnæ incursu, etiam usque ad degradationem, & Curiæ sæculari traditionem, si qualitas delicti id exigeret, procedere posset per eorum in forma Brevis litteras facultatem concesserunt eodemque Federico Archiepiscopo, postea ab humanis exempto prædictus Paulus prædecessor ad dicti Caroli Imperatoris supplicationem, tunc Episcopo Gerunden. ut contra Ecclesiasticas personas Principatus, & Comitatuum hujusmodi assassiniorum, & homicidiorum, & aliorum atrocium dilectorum prædictorum reas (ut præfertur) absque irregularitatis, vel inhabilitatis, aut alterius pœnæ incursu ac aliàs juxta tenorem dictarum litterarum, perinde, ac si sibi decreta fuissent, justitia mediante, procedere posset licentiam, & facultatem concessit. Deinde verò (fælic. recor.) Julius Papa Tertius prædecessor noster, exposito sibi pro parte dicti Caroli Imperatoris, & Regis ipsorum Clericorum continuam insolentiam tum perseverare, ac ipsi Principatus, & Comitatuum prædictorum, tranquillum statum perturbare non desinebant in plurimorum scandalum, & pernicioſum exemplum, & propterea excessus hujusmodi non immeritò fræno justitiæ coercendi, & comprimendi erant per ipsorum Principatus, & Comitatuum, quieto & tranquillo statu, singulas litteras ipsorum Clementis, & Pauli prædecessorum cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, authoritate Apostolica approbavit, & innovavit, ac eidem Episcopo, ut tàm prædictarum, quam ipsius Julii prædecessoris litterarum vigore, per se, vel alium, seu alios ab eo deputandos in Principatu, & Comitatibus prædictis, contra omnes, & singulos Clericos prædictos, quod homicidii, & assassinii, ac atrocium criminum reos fore constiterit, etiam ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem, denuntiationem, & accusationem, inquisitionem, aut ex mero officio, & Procuratoris Fiscalis, seu partium instantiam, ac aliàs juxta juris formam, ac litterarum ipsarum tenorem, absque alicujus ipsius Episcopi, vel deputandorum hujusmodi irregularitatis, aut infamiæ macula vel incursu authoritate Apostolica procedere, nec non accitis, & in hoc sibi, & per eum ad id deputandis Episcopis, gratiam, & communionem ab Apostolica Sede habentes assistentibus, & si numerus Episcoporum ad id à jure requisitus commodè haberi non posset, duobus Abbatibus ad dictorum delinquentium actualem degradationem, aliàs in similibus servari solita servata forma similiter procedere, liberè, & licitè posse, & valere concessit, licentiam, ac facultatem dedit. Postea verò (fœl. recor.) Pio Papæ Quinto etiam prædecessori nostro, per eumdem Philippum Regem exposito Clericorum prædictorum, insolentiam adhuc durare, ac ipsos Principatum, ac Comitatus prædictos perturbare non cessare, & quod deteriùs, erat laxis contra eos justis sententiis super eorum criminibus, & delictis hujusmodi pro ipsorum delinquentium condemnatorum parte ab illis appellationes interponerentur, causasque appellationum hujusmodi certis Judicibus ab eis affectatis, & ut plurimum juris ignaris committi facerent, ipsique Judices, aut amicitia mori, seu ignorantia, errantes omnes delinquentes hujusmodi per eorum nullas, & injustas sententias absolverent, unde sequebatur quod ferè omnes delinquentes hujusmodi, licèt gravia, & enormia crimina committerent impuniti evaderent, & propterea delinquentium multitudinem esse. Ideò idem Pius prædecessor ejusdem Regis, supplicationibus inclinatus, omnes & singulas litteras confirmavit, & approbavit, necnon moderno tunc existenti Episcopo Gerunden. ut sine alicujus incursu pœnæ, aut irregularitatis, seu infamiæ nota ad executionem litterarum prædictarum, & omnium in eis contentorum, juxta illarum formam, & tenorem, ac si sibi decreta forent, per se, vel alium, seu alios procedere commisit, & mandavit sibi super omnibus, & singulis in dictis litteris contentis, facultatem, & authoritatem dedit, & concessit. Nec non causæ appellationum à sententiis per dictum Episcopum aliter ab eo deputañ. contra prædictos delinquentes pro tempore latis, non alicujus alteri, nisi prædicto Episcopo, aut alicui alteri Principatus, & Comitatuum hujusmodi Archiepiscopo committi possint, nec debent, quòdque Archiepiscopus, aut Episcopus, cui causa appellationis hujusmodi commissa foret de voto duorum Auditorum Rotæ Civitatis Barcinonen. & non aliàs aliter nec alio modo, usque ad sententiam inclusivè procedere deberet, ac omnibus, & singulis ad quos spectabit, commisit, & mandavit, ac præcedenti signatura commissionum, nec non Auditori, & Correctori justitiæ litterarum contradictarum, nec aliquas commissiones, nisi (ut præfertur) dictis Archiepiscopo, & Episcopis directas signare, & rescripta expedire auderent vel præsumerent, ac eis specialiter, & expressè inhibuit. Et si contigerit aliquas commissiones, & rescripta, aliàs quàm (ut præfertur) signari, & expediri, illas & illa irritas, nullas, & nulla, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse nullamque jurisdictionem Judicibus, quibus directa forent dare, & tribuere voluit, cum de sic judicando, & aliis clausulis, pro ut in ipsorum Clementis, Pauli, Julii & Pii prædecessorum litteris, quarum tenores, ac si præsentibus de verbo ad verbum insererentur pro expressis habemus, pleniùs continetur. Cùm autem sicut etiam nobis, idem Philippus Rex, exponi fecit Ecclesiasticorum prædictorum delinquendi audacia, adhuc perseveret, nobis humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis de opportuno remedio, de benignitate Apostolica providere dignaremur. Nos igitur justis ejusdem Philippi Regis petitionibus, hac in parte annuere volentes, omnes, & singulas litteras prædictas, illarumque vigore gesta, & inde secuta quæcumque authoritate Apostolica tenore præsentium, confirmamus, & approbamus; nec non moderno, & pro tempore existenti Episcopo Gerunden. ut ad executionem omnium, & singulorum in eis contentorum, juxta illarum formam, & tenorem per se, vel alium seu alios procedat, committimus, & mandamus, sibique super omnibus, & singulis in dictis litteris contentis facultatem; & authoritatem damus, & concedimus (exceptis tamen causis Capitulorum Ecclesiæ Gerunden.) per alias nostras in forma Brevis litteras ex causis inibi expressis Episcopo Viceñ. sub Dat. vigesimo octavo Januarii millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, commissis appellationum authoritate causis à sententiis, per dictum Dominum Episcopum Gerunden. aut ab eo deputañ. contra prædictos delinquentes pro tempore latis Vicen. tantùm Episcopo committi mandamus, ita ut in illis, usque ad sententiam inclusivè, illiusque totalem executionem procedere possit, & valeat, & sic non aliter, per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus aliis quæ in dictis litteris prædicti prædecessores nostri non obstare voluerunt, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, Nona Martii anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, Pontificatus nostri anno tertio. Thom. Gualterucius.

Romanus Pontifex Paulus Papa IV. cùm à Romana Curia fuissent expeditæ litteræ inhibendo Episcopum Gerunden. Judicem delegatum Brevis ac procederet contra Jacobum de Villanova, & Ferdinandum Vallero Clericos Episcopatus Elnen. qui per dictum Episcopum Gerunden. pro delictis atrocibus per eos commissis capti detinebantur, suis litteris Apostolicis. Dat. Romæ 23. Junii 1590. tollendo dictam inhibitionem mandavit Episcopo Gerunden. uti Judici delegato Brevis, quatenus procederet ad ulteriora in cognitione causæ contra dictum Villanova & Vallero, pro ut juris fuisset. 18

Eodem modo Romanus Pontifex Clemens Octavus, suis litteris. Dat. Romæ 21. Junii 1601. mandavit

Episcopo Gerunden. uti Judici delegato Brevis Apostolici, quatenus procederet contra Narcisum Balle Canonicum Elnen. impetitum de delicto homicidii, non obstante quòd per Episcopum Elnen. absolutus fuisset.

19 Denique Romanus Pontifex Paulus Quintus ad supplicationem Serenissimi Domini Regis Philippi Tertii creavit, & deputavit Episcopum Gerunden. Judicem delegatum Ecclesiasticorum in delictis gestationis, detentionis, seu fabricationis armorum prohibitorum per Regia edicta duobus Brevibus Apostolicis tenoris sequentis.

PAulus Papa Quintus, ad futuram rei memoriam. Charissimi in Christo filii nostri Philippi, Hispaniarum Regis Catholici nomine nobis nuper expositum fuit ipsum Philippum Regem cupientem atrocissimis delictis, quæ in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ ob delationem tormentorum bellicorum, quæ archibusia ad rotam dicuntur obviare, & hujusmodi armorum genus ex Principatu, & Comitatibus hujusmodi penitùs tollere quoddam proclama, seu edictum edi, & publicari curasse, pro quo ob bonum publicum, & quietem in dictis Principatu, & Comitatibus conservandam, & ad evitanda inconvenientia, & occasionem delinquendi in offensam Dei, & proximi inde provenire solita prædictorum archibusiorum non solùm usus, sed etiam detentio domi, aut in aliis locis palam aut clam ac artificibus illa ulterius fabricandi, aut jam fabricata aptandi facultas, sub pœnis gravissimis expresè prohibetur. Cùm autem sicut in eadem expositione subjunctum fuit parum prodesse præmissa arma laicis prohibere, si fas esset Clericis, & personis Ecclesiasticis illa detinere, vel fabricare, & ideò ipse Philippus Rex cupiat ipsis etiam Clericis & personis Ecclesiasticis eorumdem armorum usum, detentionem, & fabricationem Apostolica authoritate prohibere. Nos attendentes talia arma, quæ laicis minimè convenire visa sunt ab Ecclesiasticis tantò magis rejicienda, & abhorrenda esse, quantò ipsos Ecclesiasticos, vitæ ac morum exemplo laicos magis præcellere decet, ac propterea ejusdem Philippi Regis honestis votis, ac justis nobis super hoc porrectis precibus annuentes, omnibus, & quibuscumque Ecclesiasticis, & Clericis, etiam in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutis, tàm sæcularibus, quàm cujusvis ordinis, etiam militarium, ac Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani regularibus, etiam quantumvis exemptis, ac nobis, & Apostolicæ Sedi subjectis, ac sub nostra & Beati Petri protectione immediatè receptis, & quocumque privilegio suffultis, & quacumque authoritate, dignitate, & præeminentia fulgentibus, eorumque familiaribus, servientibus, & ministris in dictis Principatu, & Comitatibus consistentibus præsentibus, & futuris, ne simili archibusiorum ad rotam genere quovis modo uti, aut illa publicè, vel occultè detinere, aut fabricare, vel fabricari facere, quoquomodo audeant, vel præsumant authoritate Apostolica, tenore præsentium, ad nostrum & Sedis Apostolicæ beneplacitum prohibemus. Ac venerabili Fratri Episcopo Gerunden. nunc, & pro tempore existenti committimus, & mandamus, ut contra personas Ecclesiasticas prædictas, etiam quoad exemptas, tamquam noster, & Apostolicæ Sedis delegatus, quæ hujusmodi archibusia gestaverint, detinuerint, aut quoquo modo habuerint, vel fabricaverint, aut fabricari fecerint per pœnas gravissimas, juxta proclamatas, & edicti Regis, contra laicos publicati formam (citra tamen pœnam ultimi supplicii) per se, vel alium, tàm per viam accusationis, vel denuntiationis vel simplicis querelæ, quàm ex mero officio inquirat, & procedat, ac in eas pœnas prædictas exequatur, ac executioni debitæ demandari curet, & faciat auxilium, etiam brachii sæcularis ad id, si opus fuerit invocando, super quibus omnibus, & singulis ipsi Episcopo plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & authoritatem concedimus per præsentes, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus, edictis, ac quorumcumque Ordinum, ac Militiarum, & dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis specialibus, vel generalibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum valeat quomodolibet impediri, ac aliis eorumdem Principatus, & Comitatuum statutis, & consuetudinibus in contrarium quomodolibet facien. Quæ omnia nolumus cuiquam adversùs præmissa in aliquo suffragari. Ut autem præsentes litteræ faciliùs ad notitiam perducantur, volumus, ut earum exempla, etiam impressa manu Notarii publici subscripta, & sigillo Prælati Ecclesiastici obsignata, eamdem prorsus in judicio, & extra illud fidem faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima octava Novembris millesimo sexcentesimo septimo, Pontificatus nostri anno tertio. Scipio Cabellutius.

PAulus Papa Quintus, ad futuram rei memoriam. Charissimi in Christo filii nostri Philippi, Hispaniarum Regis Catholici nomine, nobis nuper expositum fuit ipsum Philippum Regem, cupientem atrocissimis delictis, quæ in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ ob delationem instrumentorum bellicorum, quæ archibusia ad rotam dicuntur, obviare, & hujusmodi armorum genus ex Principatu, & Comitatibus hujusmodi penitùs tollere, quoddam proclama, seu dictum edi, & publicari curasse, per quod ad bonum publicum, & quietem in dictis Principatu, & Comitatibus conservandam, & ad evitanda inconvenientia, & occasionem delinquendi in offensam Dei, & proximi inde provenire solita prædictorum archibusiorum, non solùm usus, sed etiam detentio domi, aut in aliis locis palam, aut clam, ac artificibus illa ulterius fabricandi, aut jam fabricata aptandi facultas, sub pœnis gravissimis expresè prohibetur. Cùm autem sicut in eadem expositione subjunctum fuit, parum prodesset præmissa arma prohibuisse laicis, si fas esset Clericis, & personis Ecclesiasticis illa detinere; vel fabricari, ideòque ipse Philippus Rex cupiat ipsis etiam Clericis, & personis Ecclesiasticis eorumdem armorum usum, detentionem, & fabricationem Apostolica authoritate prohibere. Nos attendentes illa arma, quæ laicis convenire minimè visa sunt, ab Ecclesiasticis tantò magis rejicienda, & abhorrenda esse, quantò ipsos Ecclesiasticos vitæ, ac morum exemplo laicos magis præcellere decet, ac propterea ejusdem Philippi Regis honestis votis, ac justis nobis super hoc porrectis precibus annuentes omnibus, & quibuscumque Ecclesiasticis, & Clericis, etiam in sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutis, tàm sæcularibus, quàm cujusvis ordinis, etiam Militarium, ac Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani regularibus, etiam quantumvis exemptis, ac nobis, & Apostolicæ Sedi subjectis, ac sub nostra & Beati Petri protectione immediatè receptis, & quocumque privilegio suffultis, & quacumque dignitate, authoritate, & præeminentia fulgentibus, eorumque familiaribus, servientibus, & ministris in dictis Principatu, & Comitatibus consistentibus, præsentibus, & futuris, ne simili archibusiorum ad rotam genere, quovis modo uti, aut illa publicè, vel occultè detinere, aut fabricare, vel fabricari facere, quoquomodo audeant, vel præsumant authoritate Apostolica, tenore præsentium, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum prohibemus. Ac venerabili Fratri Episcopo Gerunden. nunc, & pro tempore existenti, committimus, & mandamus, & tamquam noster, & Apostolicæ Sedis delegatus, contra personas Ecclesiasticas prædictas, etiam privilegiatas, & exemptas, quæ hujusmodi Archibusia gestaverint, detinuerint, aut quoquo modo habuerint, vel fabricaverint, aut fabricari fecerint, per pœnas contra similia facientes à jure, sacris Canonibus comminatas, & inflictas, seu alias arbitrarias, & sibi benè visas, citra tamen ultimi supplicii, per se vel alium, tàm per viam accusationis, vel denuntiationis, vel simplicis querelæ, quàm ex mero officio inquirat, & procedat, ac in easdem personas Ecclesiasticas,

etiam

etiam privilegiatas, & exemptas pœnas prædictas exequatur, ac executioni debitæ demandari curet, ac faciat, auxiliumque brachii sæcularis ad id, si opus fuerit, invocari. Nos enim dicto Episcopo, præmissa omnia, & singula faciendi, & exequendi, nec non etiam pœnas prædictas pro delicti gravitate aggravan. & reaggravan. plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & authoritatem concedimus per præsentes, non obstantibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus edictis, constitutionibus, & ordinationibus, nec non quorumcumque Ordinum, & Militiarum, etiam dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, privilegiis, & indultis, ac litteris Apostolicis specialibus, vel generalibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum valeat, quomodolibet impediri, ac aliis eorumdem Principatus, & Comitatuum statutis, & consuetudinibus in contrarium facien. quæ omnia nolumus cuiquam adversùs præmissa in aliquo suffragari. Ut autem præsentes litteræ faciliùs ad notitiam perducantur, volumus, ut earum exempla etiam impressa manu Notarii publici subscripta, & sigillo Prælati Ecclesiastici subsignata, eamdem prorsus in judicio, & extra illud fidem faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die vigesimo tertio Novembris millesimo sexcentesimo decimo tertio, Pontificatus nostri anno nono. Scipio Cobellutius.

20 Ex quibus Brevibus Apostolicis colligo primò, quòd Episcopus Gerunden. qui nunc est, & pro tempore fuerit, est Judex in Cathalonia, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ ad inquirendum, & procedendum contra omnes, & singulos Clericos sæculares, & quorumvis ordinum regulares, exemptos, & non exemptos, etiam in sacris, & Presbyteratus Ordinibus constitutos committentes homicidia, assassinia, & alia atrocia crimina; qui postea de istis Clericis criminosis cognoscit, eosque punire potest usque ad eorum actualem degradationem, & Curiæ sæculari traditionem, *ut habetur in Brevibus Apostolicis relatis n.* 14. 15. 16. 17. *&* 19. tradunt Oliba *de jure Fisci cap.* 14. *numer.* 151. Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 95. *&* 96. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 68. Bosch. *dels titols de honor, l.* 2. *cap.* 2. §. 1. *versic. Lo Official a qui està atribuida.* Amplia etiam si hujusmodi Clerici sæculares, vel regulares sint in dignitate Ecclesiastica constituti, tùm ex generalitate dictorum Brevium, tum ex exceptione Capitularium Gerundæ, ita fuit observatum in Tribunali Brevis Apostolici contra Don Joannem ab Aragonia Abbatem Monasterii de Solsona. *Vide litteras expeditas* 22. *Februarii* 1582. *in regestro fol.* 1. & contra Hieronymum Paulum Garcès Canonicum Ilerden. *Vide litteras expeditas* 1. *Junii* 1595. *regestro fol.* 49. & contra Fratrem Don Petrum Joannem de Sant. Joann. Abbatem Monasterii Sancti Laurentii del Munt Ordinis Sancti Benedicti, *vide litteras expeditas* 29. *Decembris* 1591. *in regestro fol.* 61. & contra Mattheum Botaller Camerarium Sedis Dertuzæ, *vide litteras expeditas* 10. *Junii* 1591. *in regestro fol.* 66. & contra Felicem Taverner Archidiaconum Andorræ Sedis Urgellen. *vide conclusionem infrà relatam, num.* 78. *& litteras expeditas* 13. *Augusti* 1611. *in regestro, fol.* 8. & contra Benedictum Ros Decanum, & Augustinum Boquet Canonicos Urgellen. *vide litteras ex-*
21 *peditas* 26. *Septembris* 1615. *in regestro fol.* 53. & contra Melchiorem Mascaro Canonicum Solsonæ, vide infrà *num.* 123. Limita in causis Capitularium Gerunden. nam de istis non cognoscit Episcopus Gerundæ, sed Episcopus Vic. ut in Brevi Sixti Quinti relato *numer.* 16.

22 Colligo secundò, quòd Episcopus Gerunden. uti delegatus Brevis Apostolici contra Clericos atrocia crimina committentes potest hujusmodi causa, prout sibi videbitur alio, vel aliis subdelegare, ex Brevibus
23 Apostolicis relatis, *num.* 14. 15. 16. 17. *&* 19. Et de jure an delegatus Principis possit subdelegare causas meri, & mixti Imperii sibi commissas, videndi sunt Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 15. *numer.* 10. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 41. *versic. In delegato*, ubi Bajard. *num.* 8. Sanchez *de matrim. l.* 3. *disp.* 31. *numer.* 1. Farinac. *cons.* 83. *numer.* 8. Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 5. *num.* 26. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 282. Barbosa *in l. à Judice num.* 5. *Cod. de jud.* Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 105. *&* 106. Covar. *var. libr.* 3. *cap. fin. n.* 5. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 1. *cap.* 6. §. 5. *n.* 108. latè Menochius *de arb. jud. quæst.* 54. Mattheacius *in l.* 1. *à num.* 154. *ff. de offic. ejus*, Fachineus *controv. jur. l.* 1. *cap.* 47. Et utrùm delegatus possit subdelegare hu- 24
jusmodi causas, quando delegans (qui est casus noster) hanc sibi concessit facultatem, latè disputat Fachineus *controv. jur. libr.* 1. *cap.* 45. sed vera, & communis opinio est affirmativa, etiam in delegato ordinarii, *cap. is cui gloss. fin. de offic. ord.* 6. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 15. *n.* 9. Barbosa *in cap.* 1. §. 1. *num.* 8. *de procurat. in* 6. plures laudat Sanchez *de matrim. libr.* 3. *disp.* 31. *num.* 6. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 1. §. 5. *à n.* 109. & ita practicatur, semper enim Episcopus Gerundæ habet subdelegatum unum, vel plures ad præfatas causas in loco ubi residet Regia Audientia, prout sibi videtur.

Colligo tertiò, quòd etsi in Brevi Clementis Septi- 25
mi Dat. Romæ 19. Julii 1625. *relato num.* 5. concessa sit Federico Episcopo Seguntino jurisdictio limitativè in casibus atrocibus, postquam delictum denuntiatum fuerit ordinariis Ecclesiasticis, & isti contra delinquentes procedere neglexerint, & disponit Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reform. cap.* 20. *versic. Legati quoque*, & in alio Brevi Clementis Septimi. Dat. Romæ, 7. Septembris 1625. *relato, num.* 6. ad tollendum dubium si ordinarii Ecclesiastici erant negligentes, vel non, eodem Federico Episcopo Seguntino concessa sit jurisdictio limitatè in casibus atrocibus, casu quo perpetrato atroci delicto, ordinarii Ecclesiastici circa cognitionem, & punitionem illius negligentes fuerint. Tamen in tertio Brevi Clementis Septimi Dat. Romæ 27. Octobris 1525. *relato, num.* 7. & in aliis Brevibus subsequentibus *relatis à num.* 8. *ad* 19. nullum reperitur verbum de negligentia ordinariorum, sed absolutè committebatur dicto Federico Episcopo Seguntino, & nunc Episcopo Gerunden. commissa est jurisdictio, cognitio, & punitio Clericorum, & Ecclesiasticarum personarum atrocia delicta committentium in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ: & signanter in Brevi Gregorii Decimitertii. Dat. Romæ 2. Octobris 1572. *relato, num.* 16. inhibentur omnes, & singuli locorum, etiam exemptorum ordinarii; & quicumque alii Judices Ecclesiastici, vel sæculares, ne dictum Episcopum Gerunden. in cognitione, & punitione dictorum delictorum atrocium impedire, molestare, aut perturbare audeant, vel præsumant.

Unde fit, quòd hodie Episcopus Gerundensis & ei 26
subdelegatus in dictis Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ cognoscit, & punit Clericos, & Ecclesiasticas personas atrocia crimina committentes sive ordinarii Ecclesiastici fuerint negligentes, sive non; etsi ordinarii Ecclesiastici in suis carceribus captos detineant, solet Judex Brevis Apostolici illos repetere, & punire, ut fuit observatum contra Thomam Angles Beneficiatum Dertuzæ, qui captus detinebatur per Episcopum Dertuzæ in carceribus Episcopalibus dictæ Civitatis propter asportationem archibusii parvi, qua de causa per Judicem subdelegatum Brevis Apostolici die 30. Maji 1621. fuit data commissio Josepho Miralles Regio Algutzirio extraordinario ad inquirendum contra dictum Thomam Angles mandando cum illa omnibus Officialibus, qui dictum Angles captum habebant, quatenus illum dicto Miralles traderent, & liberarent. *Vide dictam commissionem in processu dicti Angles, & in regestro fol.* 85. & quamvis postea per dictum Judicem subdelegatum Brevis Apostolici sub die 7. Junii 1621. essent expeditæ litteræ Episcopo, & Vicariis generalibus Dertuzæ, quatenus sub censuris, & pœnis in eis contentis dictum Angles traderent, & liberarent dicto Josepho Miralles, *vide prædictas litteras in regestro fol.* 86. non tamen reperio fuisse has litteras executioni demandatas,

datas, forsan ex eo quia dictus Josephus Miralles in executionem suæ commissionis die 3. Junii 1621. (& sic ante expeditionem proximarum litterarum) fuit constitutus personaliter coram Episcopo Dertuzæ, & ab eo petiit, ut sibi traderet, & liberaret dictum Angles, interim eum benè custoditum haberet nomine Brevis Apostolici ad pœnam quingentorum ducatorum auri, & in subsidium excommunicationis, (voluit dicere ingressus Ecclesiæ;) verum est die 6. Septembris 1621. per dictum Episcopum Dertuzæ fuit prolata sententia contra dictum Thomam Angles, in qua fuit condemnatus ad exilium à Civitate Dertuzæ, & quinque leucis in circuitu per quinquennium; & in casu contraventionis ad pœnam triremium, seu majoris exilii per tempus benè visum. Sed deinde dictus Thomas Angles se constituit in Regiis carceribus Barcinonæ nomine Brevis Apostolici; & exacta ab eo depositione die 13. Novembris 1621. ac publicata inquisitione die 15. prædictorum mensis, & anni, dictus Angles 16. Novembris 1621. opposuit de dicta sententia Episcopi Dertuzæ, & petiit à carceribus relaxari. Sed prædicta oppositione non obstante, per Judicem subdelegatum Brevis Apostolici fuit lata sententia 19. Novembris 1621. in qua fuit declaratum, quòd dictus Thomas Angles relaxaretur à carceribus ad effectum ut adimpleret sententiam contra se latam per Episcopum Dertuzæ, & pœnam in ea sibi impositam, *Vidi hæc omnia in processu dicti Thomæ Angles*. Idem etiam fuit observatum in causa Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Monasterii de Banyoles qui etsi essent inquisiti, & capti per Præsidentem suæ religionis propter necem perpetratam in personam Fratris Antonii de Cartellà Abbatis dicti Monasterii, fuerunt traditi Judici Brevis Apostolici (non inveni, si fuerunt petiti verbo vel litteratoriè, sed solùm quòd Commissarius dicti Judicis subdelegati Brevis Apostolici firmavit Apocham de personis illorum) & non obstante, quòd per illos fuisset oppositum Judicem dicti Brevis Apostolici non procedere in suo casu, quia non dabatur negligentia sui ordinarii, nihilominus per dictum Judicem Brevis Apostolici fuerunt condemnati pœnis infrà referendis *à num. 62.* & antiquitùs fuit ita observatum contra Genesium Ribesaltes Cleri, cum conjugatum, qui captus detinebatur per Episcopum Barcinonæ. *Vide litteras expeditas 7. Octobris 1551. in regestro illius anni circa principium*, & modernè iste casus fuit valdè disputatus anno 1659. occasione capturæ duorum Ecclesiasticorum factæ per Episcopum Barcinonæ, & nihilominus mandavit Dominus noster Rex, quòd cum Judex subdelegatus Brevis Apostolici declarasset illorum delicta atrocia, & sic procederet in suo casu, concederetur ei auxilium per Regios Ministros, quod necessarium visum fuisset ad executionem eorum, quæ per dictum Judicem subdelegatum Brevis Apostolici fuisset provisum. *Vide hanc Regiam epistolam die 22. Octobris 1659. quæ in hac materia est omninò semper memoriæ tenenda.*

Ex prædictis nota, quòd si Clerici atrocia committentes sint capti ab Ordinariis Ecclesiasticis, etiamsi Ordinarii Ecclesiastici illos condemnent, intrat nihilominus jurisdictio Brevis Apostolici, & de illorum delictis cognoscit, ut ex prædictis Brevibus tradit Bosch. *dels titols de honor libr. 2. c. 2. §. 1. versic. Lo Tribunal, fol.* 129. Videatur Breve Clementis Octavi expeditum 21. Junii 1601. & exemplare Thomæ Angles *relatum num. 26.* & aliud contra Petrum Pujol Rectorem de Mataro, qui non obstante sententia absolutoria lata 25. Junii 1612. per Officialem generalem Episcopi Barcinonæ, fuit deinde captus per Judicem subdelegatum Brevis Apostolici, & in carceribus detentus usque ad diem 8. Augusti 1612. quo fuit cum manulenta relaxatus.

27 Si Clerici atrocia committentes sint capti à Judice sæculari, solet Episcopus Gerunden. & ejus subdelegatus Brevis Apostolici litteris præceptivis eos repetere, & postea punire. Ripoll. *de regal. capit. 12. numero 69.* & fuit observatum contra Bajulum de Vilaredona, qui captum habebat fratrem Ludovicum Orginista Monasterii Sanctæ Matronæ dictæ Villæ die quinta Maji anni 1628. *Vide in regestro folio 78.*

Colligo quartò, quòd licèt in Concilio Tridentino 28
sess. 14. de reformat. cap. 8. exprimatur certa forma procedendi contra Clericos in delictis atrocibus. Tamen quia in Brevibus supra relatis nulla fit mentio de tali forma, sed absolutè Episcopo Gerunden. & ejus subdelegato committitur cognitio delictorum atrocium contra Clericos, & Ecclesiasticas personas, ideò Episcopus Gerunden. de illis cognoscit absque interventu proprii Episcopi ipsorum Clericorum, *ut colligitur ex dicto cap. Curiæ 73. anni 1599.* & ita practicatur.

Colligo quintò, quòd Episcopus Gerunden. & ejus 29
subdelegatus adhibitis secum duobus, vel tribus Doctoribus Regiæ Audientiæ Cathaloniæ potest declarare dubia quæcumque suboriri contigerit, quæ delicta sint gravia, & atrocia, & quæ per dictum Episcopum unà cum dictis Doctoribus Regiæ Audientiæ declarata fuerint, inviolabiliter observanda sunt, ut habetur in Brevi Clementis Septimi, Dat. Romæ 6. Junii 1531. *relato num. 10.* & ita practicatur nam dispositio *capitis Curiæ 74. anni 1599.* ut scriberetur suæ Sanctitati, quatenus exprimeret casus spectantes ad Judicem Brevis Apostolici, non habuit effectum,

Colligo sextò, quòd licèt grave dubium sit, an Cle- 30
ricus delinquens, & ad Ecclesiam confugiens gaudeat illius immunitate, *de qua latè in 2. par. mearum decisionum*. Interim tamen sciendum est, quòd in Catha- 31
lonia Clerici in minoribus ordinibus constituti etiam habentes aliquod tenue beneficium committentes latrocinia, & alia gravia crimina, seu fautores, & receptatores latronum, aliorumque facinorosum criminum non gaudent immunitate Ecclesiæ, imò ab ea per Judices sæculares extrahi possunt, qui eos Judici Brevis Apostolici consignare tenentur, ut illos debitis pœnis puniant, ut habetur in Brevi Greg. XIII. Dat. Romæ 2. Octobr. 1572. relato *num. 16.* Et fuit observatum contra 32
Maginum Costa Clericum in minoribus de Jorba, qui fuit extractus ab Eccles. SS. Justi, & Past. Civit. Bar. & deinde condemnatus pœnis infrà contentis *n. 43.* aliud exemplare laudat Ferrer. *part. 3. observ. cap. 265.*

Adde quòd Episcopus Vicen. qui est Judex causarum 33
appellationum à sententiis latis per Episcopum Gerunden. vel ejus subdelegatum contra Clericos in delictis atrocibus, debet procedere in causa appellationis usque ad sententiam inclusivè de voto duorum Doctorum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ut habetur in dicto Brevi Pii Quinti, juncto Brevi Sixti Quinti ibidem relatis, & ita observatur.

Colligo 7. quòd Episc. Vicen. est Judex causarum 34
appellationum à sententiis per Episc. Gerunden. vel ejus subdelegatum contra Cler. in delictis atrocibus latis, ut habetur in Brevi Sixti V. Dat. Romæ 9. Martii 1688. *relato, n. 17.* ut fuit observatum in causa Joan. Ferrer. & Santmarti de qua infrà *num. 41. in fine*, & in causa Benedicti Jover de qua infrà *num. 57.* per quod fuit innovatum Breve Pii V. Dat. Romæ 6. Octobr. 1567. *relatum num. 15.* In quantum autem hæc Brevia supponunt posse appellari ab istis sententiis latis per Episc. Gerund. seu ejus subdeleg. intelligenda sunt pro ut de jure, in illis casibus, quibus licita est appellatio, ut innuit *const. unic. tit. del commissari del Breu*, siquidem statuta, & constitutiones interpretationem passivam à jure communi recipiunt, Giurba *decis. 64. n. 14.* Masc. *de gen. stat. interp. conc. 2. à num. 1.* Jul. Chartar. *decis. 94. num. 154.* Suelves *cons. 2. num. 17. & cons. 14. n. 10. l. 1.* Cancer. *part. 3. var. cap. 18. num. 114.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. part. 6. num. 46.* in illis verò casibus, in quibus non est licita appellatio, ei non defertur, sed sententia executioni demandatur, & ita practicatur casus in quibus appellatio est prohibita, tradidi remissivè *dec. 25. num. 43.*

Colligo 8. quòd licèt quæstio sit, an edictum, seu sta- 35
tutum prohibens asportationem armorum habeat locum in eo, qui cum armis captus, & apprehensus non fuerit, & utrùm prohibitio se extendat ad eum, qui cum armis visus fuerit, vel domi retinuerit, *de quo decis. 71. numer. 26. part. 2.* Licèt etiam dubium sit, an 36
edictum,

edictum, seu statutum Principis sæcularis prohibens delationem armorum comprehendat Clericos, de quo videndi sunt Clar. §. *fin. quæst.* 36. *versic. Ulterius quæro*, Covar. *pract. cap.* 23. *num.* 7. *& libr.* 2. *var. cap.* 20. *post num.* 28. *versic.* 36. Guttier. *pract. libr.* 1. *quæst.* 12. *num.* 4. Peguera *decis.* 56. *à num.* 11. *tom.* 1. Molinus *de brachio sæcul. cap.* 4. *à n.* 10. Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 7. Menoch. *de arbitr. jud. casu* 394. *num.* 72. Vela *dissert.* 44. *num.* 47. *tom.* 2. Jul. Chartar. *decis.* 70. *à numer.* 58. Xammar. *def.* 99. *num.* 5. *part.* 2. & alii plures
37 citati *decis.* 24. *num.* 133. licèt pariter dubium sit, an Clericus arma ferens contra prohibitionem sæcularem, possit à Judice laico plecti pœnis statutis sæculari lege, sive corporalibus, sive pecuniariis, de quo videndi sunt Doctores proximè citati, Clarus *versic. Ulterius quæro*, Covar. *dicto cap.* 33. *num.* 7. *& dicto cap.* 20. *post num.* 28. Guttier. *à num.* 4. *versic. Redeundo*, Menoch. *num.* 32. Martha *num.* 15. *&* 16. Vela *num.* 47. *versic. Alterum est*, Jul. Chartar. *num.* 46. Peguera *numer.* 15. *&* 16. Cabal. *resol. crim. casu* 9. *numer.* 14. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *post num.* 96. *& part.* 3. *qu.* 108. *num.* 24. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 8. *cap. unico*, *num.* 7. Cenedo *collect. ad decretum* 37. *num.* 17. Azevedo *l.* 1. *num.* 3. *tit.* 6. *libr.* 6. *recop.* Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 862. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 16. *num.* 17. latè Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *à num.* 69. Tondutus *de prævent. jud. part.* 1. *cap.* 29. *numer.* 49. Sarmiento *libr.* 7. *select. cap.* 8. *numer.* 2. *&* 3.
38 Licèt denique dubium sit, an Clericus ferens arma contra prohibitionem Principis sæcularis sit puniendus per Judicem Ecclesiasticum arbitrariè vel pœna edicti sæcularis, videndi sunt Covar. *pract. cap.* 33. *numer.* 7. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *vers. Ulterius quæro*, Surdus *cons.* 301. *à num.* 39. Caballus *resol. crimin. casu* 9. *numer.* 15. Guttier. *pract. l.* 1. *quæst.* 12. *num.* 5. *vers. Rursus*, Sarmiento *select. l.* 7. *cap.* 8. *n.* 2. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 96. *part.* 3. *quæst.* 180. *num.* 23. Azevedo *l.* 1. *num.* 3. *tit.* 6. *l.* 6. *recop.* Bobad. *in polit. l.* 2. *cap.* 18. *sub num.* 70. Martha *de jurisdictione part.* 4. *casu* 7. *numer.* 7. Peguera *decis.* 56. *num.* 16. Jul. Chartar. *dec.* 70. *numer.* 68. Menoch. *de arbitr. jud. casu* 394. *num.* 32.
39 Tamen Episcopus Gerunden. & ejus subdelegatus in Cathalonia, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ procedit, & inquirit contra omnes, & quoscumque Ecclesiasticos, etiam in sacris, ac Presbyteratus ordinibus constitutos, tàm sæculares, quàm cujusvis ordinis regulares, etiam, Militares, ac Hospitales Sancti Joannis Hierosolymitani, quamtumvis exemptos, ac Sedi Apostolicæ subjectos, qui publicè, vel occultè gestaverint, detinuerint, aut quoquomodo habuerint, aut fabricaverint, fabricari fecerint tormenta bellica, quæ archibusia ad rotam dicuntur per pœnas gravissimas juxta formam Regii edicti, seu proclamatis contra laicos publicati, ut habetur in duobus Brevibus Pauli Quinti relatis *n.* 19.
40 Sed scias, quòd etsi gestatio, detentio, seu fabricatio archibusiorum magnorum, sive parvorum vulgo pedrenals, seu pistoles sit in Clericis atrox delictum, ut probat etiam de jure communi Jul. Chartar. *dec.* 70. *à num.* 70. illiusque cognitio, & punitio ad Judicem Brevis Apostolici pertineat, & spectet, ut fuit pluries declaratum in Tribunali Brevis Apostolici 15. Aprilis 1617. contra Joannem Ferrer, & Santmarti aliàs lo Vicari de Ripollet, & 27. Martii 1654. contra Josephum Lacren Clericum, 19. Junii 1656. contra Josef-
41 phum Clossa Subdiaconum Ilerden. & mille aliis. Tamen Clericus gestans, ferens, asportans, seu detinens archibusia etiam parva vulgo pistoles non punitur pœna contenta in Regio edicto, sed pœna arbitraria bannimenti à Principatu, & Comitatibus per tempus benè visum, ut fuit observatum in Tribunali Brevis Apostolici 23. Januarii 1621. contra Michaelem Roura Presbyterum Vicen. qui fuit bannitus à Principatu, & Comitatibus per tempus quinque annorum. Et 2. Maji 1628. contra Don Ludovicum à Peguera, qui fuit bannitus à Principatu, & Comitatibus per septennium. Et 27. Martii 1654. contra Josephum Lacreu. Et 19. Junii 1656. contra Josephum Clossa, qui fuerunt banniti per triennium. Et cum die 19. Maji 1617. per Judicem subdelegatum Brevis Apostolici Joannes Ferrer. & Santmarti, aliàs lo Vicari de Ripollet, quia frequenter incedebat in habitu inhonesto, & deferebat instrumenta manualia vulgo pistoles, fuisset condemnatus ad remigandum in Regiis triremibus per septennium; nihilominus per Episcopum Vicen. Fra. Don Andream à Sancto Hieronymo Judicem causarum appellationum, fuit pœna mitigata, & commutata ad exilium per triennium.

Pariter etsi gravissimæ pœnæ sint positæ in Regiis 42
edictis contra laicos, qui emiserint, seu projecerint ictum archibusii contra personam aliquam, sive ictus percusserit, sive non, de quibus, & aliis similibus statutis, & illorum interpretatione, & quando puniatur affectus, etiam non secuto effectu videndi sunt Jul. Clar. & ad eum Bajard. §. *fin. qu.* 92. latissimè Menochius *de arbitr. jud. casu* 360. Cevallos *com. cont. comm. qu.* 540. *&* 901. Mastrill. *dec.* 155. *l.* 2. *& dec.* 293. *lib.* 3. Thesaurus *dec.* 243. *& l. quæst. forens.* 25. Osascus *decis.* 19. Cenedo *collect.* 26. *ad sextum*, *n.* 1. Sesse *dec.* 475. *tom.* 4. Riccius *dec.* 70. *par.* 1. *& collect.* 1363. *& in praxi dec.* 589. Guttier. *l.* 3. *pract. qu.* 7. latissimè Farinac. *in praxi part.* 4. *quæst.* 123. *à num.* 77. *& quæst.* 124. *per totam*, Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 10. *&* 30. ubi Laynez *numer.* 11. *&* 31. Peguera *decis.* 7. pro mille Guazzin. *defens.* 33. *cap.* 24. Julius Chartar. *decis.* 1. *à numer.* 286. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 5. *part.* 2. *num.* 20. Regens Vico *ad pragm. Regn. Sardin. l.* 2. *tit.* 30. *cap.* 9. Cutell. *de immun. Eccles. l.* 1. *qu.* 4. *&* 18. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 4. *&* 18. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 20. *sect.* 9. *& dub.* 21. *sect.* 4. Tamen si Clericus proje- 43
cerit, seu emiserit ictum archibusii in aliquem, si ictus non percusserit, non punitur pœna edictorum Regiorum, sed alia mitiori, ut fuit observatum in Tribunali Brevis Apostolici 3. Julii 1597. contra Maginum Costa Clericum de Jorba in Ecclesia Villæ Cervariæ Beneficiatum, qui fuit relegatus in Insulam Sardiniæ ad septennium; & casu quo relegationem non servaverit, ad serviendum Regiis triremibus remigando irremissibiliter per triennium.

Ultra gestationem, & asportationem archibusiorum, 44
homicidium atrocissimum, & gravissimum crimen est, ut patet *ex can. miror.* 50. *dist. cap. cum contingat de foro compet.* Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 3. *in princ.* Cevallos *com. cont. commun. qu.* 564. *in princ.* Guttier. *canonicar. l.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. Fermosinus *in cap. cum non ab homine*, *quæst.* 27. *n.* 32. *de judiciis*, & de illius gravitate Decian. *tract. crim. lib.* 2. *c.* 17. Farinac. *in prax. par.* 4. *qu.* 119. *n.* 1. *&* 2. Molinus *de sacra immun. antelud.* 1. Jul. Chart. *dec.* 82. *n.* 20. & per Clericum commissum, ejus cognitio & punitio pertinet in Cathalonia ad Judicem Brevis Apostolici, ut in Brevibus Clementis VII. Dat. Romæ 19. Julii 7. Septembris 1625. Julii 3. Dat. Romæ 18. Martii 1651. Gregorii Decimitertii Dat. Romæ 2. Octobris 1572. *relatis*, *n.* 5. 6. 14. *&* 16. & fuit declaratum in Tribunali Brevis Apostolici 31. Augusti 1600. contra Fratrem Antonium Staper conventualem Monasterii Fratrum Prædicatorum Ordinis Sancti Dominici Sedis Urgelen. Et 26. Novembr. 1609. contra Petrum Canals Presbyterum Rectorem Parochiæ de Monfrarrer, & 26. Octobris 1610. contra Joannem Soler Presbyterum Rectorem de Vilaphana. Et 11. Junii 1611. contra Fratrem Bartholomæum del Puig Camerarium Monasterii Sancti Martini de Canigo Ordinis Sancti Benedicti. Et 14. Januarii 1631. contra Benedictum Jover Clericum Barcinonen.

Clericus autem, vel Religiosus pro simplici homi- 45
cidio, vel alio gravi delicto, non tamen qualificato, non est actualiter degradandus, nec tradendus Curiæ sæculari, nisi sit incorrigibilis, Pichard. *in* §. *item lex Cornelia à num.* 12. *de pub. jud. cap. cum non ab homine de judiciis*, plures citat Farinac. *in praxi part.* 1. *qu.* 8. *num.* 80. Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 23. *numer.* 1. *de judiciis*, alios laudant Guazzin. *defens.* 39. *cap.* 1. *num.* 3. Jul. Chartar. *dec.* 65. *num.* 33. Sed de jure 46
canonico deponitur, *cap. cum non ab homine, de jud. cap. tuæ, de pœnis in* 6. *cap. inquisitionis in princ. de accusat. cap. sicut dignum*, §. *Clericos*, *de homicid. can. si quis*

homi-

homicidium, *can. si quis viduam*, *can. si Episcopus* 50. *dist. can. Presbyter* 81. *dist.* Diaz *in pract. crim. c.* 88. *num.* 1. Clar. §. *homicidium num.* 16. *vers. De jure autem canonico*, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *n.* 80. *& part.* 4. *quæst.* 119. *num.* 46. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 564. *n.* 1. Guttier. *canonicar. l.* 2. *c.* 5. *num.* 3. Barbosa *in cap. cum non ab homine*, *num.* 4. *de jud.* ubi Fermosinus *qu.* 27. *num.* 32. Ciarlin. *controv. forens. c.* 207. *num.* 13. *part.* 2. Jul. Chartar. *dec.* 29. *num.* 5. *& dec.* 66.

47 *num.* 35. Præter depositionem privatur etiam beneficiis, Diaz *dicto cap.* 88. *vers. Item etiam*, Clar. *dicto* §. *homicidium vers. de jure autem canonico*, alios refert Farinac. *dicta quæst.* 119. *num.* 58. Jul. Chartar. *dicta decis.* 29. *num.* 6. Guttier. *dicto l.* 2. *cap.* 5. *à num.* 6. Ric-

48 cius *decis.* 122. *part.* 2. Et in arctum Monasterium ad agendam pœnitentiam detruditur, *cap. cum non ab homine*, *de judic. cap. tuæ*, *de pœnitent. cap. sicut dignum* §. *Clericos*, *de homicid. can. si Episcopus* 50. *dist.* Diaz *dicto cap.* 88. *post num.* 1. *versic. & post depositionem*, Farinac. *dicta quæst.* 8. *num.* 80. *& quæstio* 119. *num.* 48. Guttier. *dicto l.* 2. *cap.* 5. *post num.* 3. Jul. Chartar. *dicta decis.* 29. *num.* 7. *& decis.* 66. *num.* 36. Molinus *de sacra immun. antelud.* 1. *num.* 7. Guazzin. *defens.* 39. *ca-*

49 *pit.* 1. *num.* 5. Vel secundùm alios pœna perpetui carceris damnatur, *ut ex cap. novimus*, *de verbo signif. cap. penultimo de hæret. cap. quamvis*, *de pœnis in* 6. probant Placa *de delict. l.* 1. *c.* 11. *num.* 16. Guttier. *dicto l.* 2. *capit.* 5. *num.* 5. videndus Farinac. *in prax. part.* 4. *quæst.* 119. *à num.* 49. Jul. Chartar. *decis.* 66. *num.* 37. Guaz-

50 zin. *defens.* 39. *cap.* 1. *num.* 5. At cum pœna detrusionis, in Monasterium, vel perpetui carceris non sit in usu, teste Claro §. *fin. quæst.* 70. *vers. Pœna*, *& vers. Sunt etiam*, Jul. Chartar. *dec.* 68. *num.* 123. Ciarlin. *controv. forens. c.* 207. *num.* 28. *part.* 2.

51 Hodie Clericus homicida loco detrusionis in Monasterium, vel perpetui carceris ex consuetudine damnatur, & transmittitur ad triremes, vel ad tempus, vel in perpetuum secundùm qualitatem delicti, Farinac. *in praxi*, *part.* 4. *quæst.* 116. *num.* 55. exemplaria refert Guazzin. *defens.* 9. *cap.* 1. *num.* 5. *&* 25. sequuntur Jul. Chartar. *decis.* 29. *num.* 8. *& decis.* 68. *num.* 38. 53. *in fine*, 124. *&* 125. Vermigliol. *cons.* 68. *num.* 8. Ciarlin. *controv. forens. c.* 207. *num.* 14. *part.* 2. Quæ pœna procedit, & locum habet, etiamsi per Clericum homicidium fuerit commissum in alium Clericum, seu aliam personam sacram, quidquid dicant Bobad. *in polit. l.* 2. *c.* 18. *n.* 75. Diana *resol. moral. part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 52. *vers. Verum*, *ibi*; *Quod si roges*, exemplaria referunt Guazzin. *defens.* 39. *cap.* 1. *numer.* 4. Jul. Chartar. *dec.* 66. *num.* 34. *&* 53. *versic. Hæc igitur*. Ita fuit observatum in Tribunali Brevis Apostolici 11. Februarii 1661. contra Isidorum Granyo Presbyterum, qui propter homicidium commissum in Ecclesia Parochiali Villæ de Belpuig. in personam Francisci Alzina Presbyteri, & Capellani majoris dictæ Ecclesiæ fuit condemnatus, ut degradaretur verbaliter, & privaretur Beneficiis Ecclesiasticis, & ad servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum. Verum est, quòd duo Regii Consiliarii illum condemnaverunt ad degradationem actualem, & Curiæ sæculari traditionem, sed prævaluit aliud votum, ut dixi, fuit enim illud homicidium commissum ex occasione ibidem orta, & non constitit de qualitate proditionis, insidiarum, nec animi deliberati.

52 Pro homicidio autem, seu alio delicto enormi, & qualificato commisso per insidias, ac proditorie, seu per assassinium, aliisque similibus delictis an Clericus sit degradandus & tradendus Curiæ sæculari? quidam affirmant etiam nulla expectata incorrigibilitate, quos referunt Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 81. *vers. Contrarium*, Capicius *dec.* 161. Bobad. *in polit. l.* 2. *cap.* 18. *num.* 75. *littera D.* Guazzin. *defens.* 39. *capit.* 1. *num.* 6. plusquam sexaginta Doctores citat Jul. Chartar. *dec.* 66. *num.* 1. quibus addendi sunt alii quos laudant Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 4. *num.* 6. *dub.* 5. *sect.* 1. *num.* 1. Diana *resol. mo-*

53 *ral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 129. *vers. Sed aliquis*. Quidam negant, nisi sit incorrigibilis, quos citant Farinac. *in praxi part.* 1. *q.* 8. *num.* 81. Fachin. *controv. jur. l.* 9. *c.* 29. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 564. plusquam triginta Doctores cumulat Jul. Chartar. *decis.* 66. *à numer.* 48. *& à num.* 58. quibus addendi sunt, quos laudat Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 5. *num.* 6. *&* 7. *& dub.* 5. *sect.* 1. *cum seq.* Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 22. *&* 23. *& quæst.* 25. *à num.* 11. *de jud.* Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 129. *vers. Respondeo*, *& part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 11. §. 5. Alii 54 arbitrio Judicis relinquunt inspectis loci, temporis, & personarum qualitatibus, Covar. *libr.* 2. *var. cap.* 10. *numer.* 7. *versic. Quibus ipse*, Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *vers. Pariter etiam*, Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 82. *vers. Ego*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 75. *post medium*, cum relatis per Jul. Chartar. *decis.* 66. *numer.* 32. *&* 81. Alii denique existimant, ho- 55 die consuetudine recepta etiam nulla expectata incorrigibilitate sit degradandus, & tradendus Curiæ sæculari, ut docent Narbona *de ætate anno decimo cum dimidio qu.* 10. *numer.* 10. Laynez in addit. ad Gomez *tom.* 3. *var. capit.* 3. *numer.* 6. *versic. Quid si Clericus*, & alii plures quos cumulat Thom. del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *capit.* 6. *dubit.* 5. *sect.* 3. *à num.* 13. exemplaria referunt Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 39. *versic. Pariter etiam*, Franchis *decis.* 571. Diaz *in pract. crim.* 69. Gregor. Lopez *l.* 61. *verbo homicidio*, *tit.* 6. *par.* 1. Placa *de delict. capit.* 22. *numer.* 43. Cevallos *com. cont. com. quæst.* 247. Martin. del Rio *disquis. mag. l.* 5. *sect.* 16. Molinus noster *de sacra hom. imm. amit. num.* 138. quos alios cumulat Jul. Chartar. *dec.* 66. *num.* 1. quibus addendi sunt Avila *de censur. part.* 4. *dist. unica*, *dub.* 3. *concl.* 5. Grivel. *decis.* 30. *à n.* 7. *versic. Dubitatum fuit*, Thoro *in compend. decis. part.* 1. *verbo Nobilitas an per ingressum*, *fol.* 359. Intellige si delictum est nimis atrox, & scandalosum, ut notant plures ex Doctoribus citatis & dicam, *num.* 120.

In Principatu Cathaloniæ nulli dubium est, quòd Ju- 56 dex Brevis Apostolici nedum pro homicidio, & alio enormi delicto qualificato, sed etiam pro simplici homicidio potest Clericum, vel Religiosum actualiter degradare, & Curiæ sæculari tradere, *ut habetur in Brevibus Apostolicis suprà relatis à n.* 5.

Verùm aliquando talis Clericus, seu Religiosus pro 57 homicidio condemnatur in Cathalonia in pœnam triremium ad tempus, ut in conclusione sequenti.

Die Martis 14. *Mensis Octobris anno* 1631.

Convocato, & congregato Concilio Curiæ Brevis Apostolici in domibus infrascripti Domini subdelegati, in quo interfuerunt Illustris, & admodum Reverendus Dominus Franciscus Mijavila Franquesa J. U. & Regiæ Audientiæ Cathaloniæ Doctor, Presbyter, Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ, Judex, & Commissarius Apostolicus subdelegatus.

Magnifici Franciscus Ferruz, Jacobus Mir, Raymundus Rubi de Marimon Doctores Regii Concilii.

Benedictus Angleselll J. U. D. Assessor, & Joannes Martinus Rull. J. U. D. Fisci Advocatus.

In facto Fisci Procuratoris Curiæ Brevis Apostolici contra Benedictum Jover minorem, Clericum obtinentem Capellaniam, seu Beneficium in Ecclesia Parochiali Sancti Stephani Villæ Cranullariorum Diœcesi Barcinonæ, delatum, & inculpatum de nece per eum ictu instrumenti manualis vulgo dicti pedrenal perpetrata in personam Josephi Paloma Scriptoris Barcinonæ die decima Julii anni 1630. *in vico vulgo dicto de la Palla Civitatis Barcinonæ, facta relatione per Magnificum Benedictum Angleselll J. U. D. & dictæ Curiæ Assessorem, meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quòd dictus Benedictus Jover condemnetur, quod forma per Sacros Canones, & alias canonicas sanctiones & statuta degradetur verbaliter, & privetur Beneficiis quibuscumque per eum obtentis, & prævia degradatione verbali condemnetur ad servitium Regiarum triremium remigando per septennium.*

Verum tamen est, quòd dictus Benedictus Jover appellavit ab ista sententia ad Episcopum Vicen. Judicem appellationum harum causarum, qui tunc erat Don Petrus à Magarola, & die 14. Maji 1633. fuit dicta sententia moderata, & commutata, & dictus Jover condemnatus, quòd banniretur à Principatu Cathaloniæ, &

Comi-

Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ per quinquennium. Idque factum fuit, quia non constabat de hujusmodi homicidio eo modo quo de jure.

58 Aliquando autem condemnatur hujusmodi Clericus, vel Religiosus in pœnam triremium in perpetuum, ut in conclusione sequenti.

Die 2. mensis Novembris anno 1607.

Convocato, & congregato Concilio Brevis Apostolici in domibus propriæ habitationis Illustris, & admodum Reverendi Domini Pauli Pla Archidiaconi Pœniten. & Canonici Ecclesiæ Barcinonæ, sitis ante Ecclesiam Barcinonæ subdelegati Brevis Apostolici, in quo interfuerunt.

Illustris, & admodum Reverendus Dominus Paulus Pla Archidiaconus Pœniten. & Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ subdelegatus Brevis Apostolici.

Magnifici Hieronymus Astor, Josephus Pineda, Joannes Magarola, & Joannes Mijavila Franquesa Doctores Regii Concilii.

Franciscus Gamis Assessor, & Hieronymus Rubio Fisci Advocatus.

In facto Fisci Procuratoris Curiæ Brevis Apostolici adversus & contra Josephum Vergoniòs Clericum & Beneficiatum in Ecclesia Villæ Tarregæ Diœcesis Celsonen. delatum, & inculpatum de nece per ipsum una cum aliis proditorie, & per insidias perpetrata in personam Ortentii Olivart Villæ prædictæ Tarregæ pluribus ictibus tormentorum manualium, & ictibus pugionum, die 14. Mensis Maji anni 1605. in Regio itinere, quo itur à Villa Tarregæ ad Villam Angulariæ, sive de Anglesola, fuit conclusum, quòd dictus Josephus Vergoniòs privetur Beneficiis Ecclesiasticis, quæ nunc obtinet, & condemnetur ad servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum.

Sed quia aliqui dubitabant, an forsan constaret de tali homicidio, perquisivi processum, & inveni, quòd contra dictum Clericum Vergoniòs, & alios socios laicos de hujusmodi homicidio, & qualitatibus proditionis, & insidiarum per plures testes de visu plenè constabat.

59 Aliquando etiam talis Clericus degradatur actualiter, & Curiæ sæculari traditur, ut in casu relato per nostrum Molin. *de immun. Ecclesiæ num.* 138. & in casu conclusionis sequentis.

Die 11. mensis Septembris 1608.

Convocato, & congregato Concilio Brevis Apostolici in domibus propriæ habitationis Illustris, & admodum Reverendi Pauli Pla Archidiaconi Pœniten. & Canonici Ecclesiæ Barcinonæ, subdelegati Brevis Apostolici, quæ sitæ sunt ante Ecclesiam Barcinonæ in qua convocatione, & congregatione interfuerunt sequentes.

Illustris, & admodum Reverendus Dominus Paulus Pla Archidiaconus Pœniten. & Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ subdelegatus Brevis Apostolici.

Magnifici Jacobus Pineda, & Joannes Magarola Doctores Regii Consilii.

Franciscus Gami, Assessor, & Hieronymus Rubio Fisci Advocatus.

In facto Fisci Procuratoris Curiæ Brevis Apostolici adversùs, & contra Matthæum Balasch Presbyterum Rectorem Parochialis Ecclesiæ de les Onoves Episcopatus Urgelen. delatum, & inculpatum quòd die 7. mensis Maji anni 1604. armatus tormento manuali vulgo dicto pedrenal grassatus fuit in Regio itinere, quo itur à Villa de Organià ad Villam de Oliana in ponte de Massana in ingressu dels pluvins itinerantes per dictum Regium iter pecunias, res, & vestes; una cum aliis publicis latronibus, & facinorosis hominibus similibus tormentis manualibus armatis, quos per plures dies ante perpetratum latrocinium in sua propria Rectoria receptaverat, nec non etiam de valida resistentia facta Joanni Verdeny Commissario Brevis Apostolici, qui illum obsessum habebat in domo Franciscæ Rocamadora cum qua per aliquos annos luxuriosè vivebat, & de nece in eadem resistentia per eum perpetrata quadam ictu archibusii tempore suæ capturæ in personam Joannis Sans de Familia Commissarii, & quod apprehendendo per collarium Joannem Roquer suum Parochianum dum genibus flexis ante altare Parochialis Ecclesiæ de les Onoves orabat eumdem pugno, & postea quodam baculo percussit, & incontinenti nulla præcedente confessione Sacramentali Missam celebravit in maximum populi scandalum, & de pluribus aliis gravibus, & enormibus criminibus, & delictis, fuit conclusum; quòd dictus Matthæus Balasch uti indignus omni officio, & Beneficio Ecclesiastico illis privetur, & verbaliter & actualiter deponatur, & degradetur, & degradatione reali, & actuali præmissa Curiæ sæculari tradatur servata forma dictæ commissionis, & Brevis Apostolici.

Eademmet die fuit in his facta conclusio sequens.

Dicta die 11. mensis Septembris 1608.

Convocato, & congregato Concilio in Palatio Episcopali Reverendissimi Domini Episcopi Barcinonæ in quo interfuerunt.

Admodum Illustris, & Reverendissimus Dominus Raphael de Rovirola Episcopus Barcinonæ Commissarius subdelegatus ab admodum Illustri, & Reverendissimo Domino Gerunden. Episcopo delegato Brevis Apostolici.

Illustres, & admodum Reverendi Don Michael Aymerich Abbas Sancti Cucuphatis Valle Angelus Ivaller Abbas Sancti Martini de Canigò.

Reverendi Honofrius Coll. Archidiaconus major Sedis Barcinonæ, Josephus Ivallar Præcentor Ecclesiæ Ilerden. Michael Joannes Fivaller Archidiaconus de Vallseca, & Canonicus Ecclesiæ Tarraconæ, Raphael Duran Archidiaconus de Andorra, & Canonicus Ecclesiæ Sedis Urgelen. Josephus Bergadæ Canonicus & Clericus major Ecclesiæ Vicem, Petrus Paulus Cassador Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ, Franciscus Pons Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ, Matthias amell Canonicus Sedis Barcinonæ, Vicarius generalis Reverendissimi Episcopi Barcinonen. Petrus Magarola Archipresbyter Ecclesiæ Collegiatæ sæcularis Beatæ Mariæ de Vilabertran Episcopatus Gerunden. & Officialis Reverendissimi Barcinonen. Episcopi. Magnifici Michael Calba, & de Vallseca, Franciscus Bonet Doctores Regii Concilii Consultores.

Franciscus Gamis Assessor, & Hieronymus Rubio Fisci Advocatus.

In facto Fisci Procuratoris Curiæ Brevis Apostolici contra Matthæum Balasch Presbyterum Rectorem Parochialis Ecclesiæ de les Onoves Episcopatus Urgelen. facta relatione per dictum Magnificum Franciscum Gamis Assessorem, meritis processus attentis, & conclusione die præsenti facta in Concilio Brevis Apostolici præsidente in eo Illustri, & admodum Reverendo Paulo Pla subdelegato dicti Brevis Apostolici à Reverendissimo in Christo Patre Gerunden. Episcopo delegato Apostolico, in & cum qua fuit conclusum dictum Matthæum Balasch esse realiter, & actualiter deponendum, & degradandum, & degradatione reali, & actuali præmissa sæculari potestati, seu Regiæ Curiæ tradendum servata forma dictæ commissionis, & Brevis Apostolici, fuit conclusum, quòd per dictum admodum Illustrem, & Reverendissimum Dominum Barcinonen. Episcopum subdelegatum à dicto Reverendissimo Gerunden. Episcopo delegato Apostolico præfato dicta conclusio effectuetur, & exequatur, & pro illius executione, & effectuatione dictus Matthæus Balasch verbaliter, & actualiter deponatur, & degradetur, servata forma dicti Brevis Apostolici. De isto tacito nomine meminit Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 97.

Pro conspiratione in suum Episcopum Clericus 60
actualiter degradandus est & tradendus Curiæ sæculari, *can. si quis sacerdotum* 11. *qu.* 1. Bossius *de foro compet. n.* 135. Barbosa *in c. cum non ab homine n.* 11. *de judic.* Ambrosin. *de immun. Eccles. c.* 17. *num.* 39. Avila *de censur. part.* 4. *disp. unic. dub.* 3. *concl.* 5. idem Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 110. *n.* 11. *in fine*. Quod 61
intellige si sit incorrigibilis; aliàs secus, quia durum esset pro simplici convitio in Prælatum actualiter Clericum degradari, & Curiæ sæculari tradi, *sicuti notarunt gloss. verbo mox in can. si quis sacerdot.* 11. *quæst.* 1. *gloss. verbo vituperatores in can. qui sunt* 2. *quæst.* 7. *gloss. verbo tradatur in cap. novimus, de verb. signif. gloss. fin. in cap. cum non ab homine, de jud.* Clar. §. *fin. quæst.* 36. *vers. Hinc infertur*, Scaccia *de jud. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 60. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 78. Martha *de jurisdict. part.* 4. *casu* 130. *n.* 4. Jul. Chattar. *dec.* 66.

num. 52.

num. 52. *verſ. Neque*, *& num.* 53. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 6. *dubit.* 5. *ſect.* 1. *num.* 9. *verſic. Neque*, *& num.* 10. *& ſect.* 2. *num.* 35. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 110. *num.* 12. Diana *part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 11. §. 6. Fermoſinus *in cap. cum non ab homine quæſt.* 26. *numer.* 2. *de judiciis*. Sed cùm hæc ratio
62 ceſſet in nece perpetrata in ſuum Epiſcopum, vel in ſuum Abbatem, ſeu Provincialem, qui loco Epiſcoporum ſunt, Clericus ſeu Religioſus pro hujuſmodi homicidio actualiter degradatur, & Curiæ ſæculari traditur, ut probant, & obſervatum referunt Gregor. Lopez *l.* 61. *verbo homicidio tit.* 6. *part.* 1. Diaz *in pract. crim. c.* 90. *aliàs* 96. Plaça *de delictis c.* 22. *num.* 43. Jul. Chartar. *dec.* 66. *num.* 1. *verſ.* Gregor. Lopez, *& verſ.* Diaz *in pract.* Diana *reſ. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 129. *verſic. Reſpondeo in fine*, Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 6. *dubit.* 5. *ſect.* 3. *ſub num.* 18. *& dubit.* 9. *ſect.* 1. *num.* 8. Dian. *reſol. moral. part.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 52. *verſ. Verum*, *ibi cenſerem autem*, Bobadilla *in polit. libr.* 2. *cap.* 10. *n.* 75. Fermoſinus *in cap. cum non ab homine quæſt.* 26. *numer.* 2. *de judiciis*, Jul. Chartar. *dec.* 66. *num.* 53. *verſ. Et præterea in fine*, ut in ſequenti ſententia.

Jeſu Chriſti ejuſdem Immaculatæ Virginis Matris Mariæ nominibus humiliter invocatis.

NOs Frater Petrus Sanxo Dei, *& Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterii Sanctæ Mariæ de Ripoll. Ordinis S. Benedicti*, *Judex*, *& Commiſſarius ſubdelegatus Brevis Apoſtolici ab illuſtri*, *& admodum Rever. Domino Nobili Bernardo à Cardona U. J. D. Archidiacono majore Eccl. Gerunden. & ex præeminentia ſuæ Dignitatis Gerente vices Epiſcopi Sede vacante*, *& ea ratione Judice*, *& Commiſſario Apoſt. deleg. in Principatu Cathal. & Comitatibus Roſſellion. & Ceritaniæ*, *vigore Brevis Apoſt. ad ſupplicationem Sacræ Catholicæ*, *& Reg. Majeſt. per Sanctiſſ. & Beatiſſ. Dominum noſtrum Clementem VII. & Julium III. & alios Summos Pontifices Dignitati Epiſc. Gerunden. conceſſi*, *adversùs*, *& contra omnes*, *& ſingulos Clericos ſæculares*, *aut cujuſvis Ordinis regulares exemptos*, *& non exemptos*, *etiam in ſacris*, *& Presbyteratus ordinibus conſtitutos*, *crimina atrocia & alia in d. litteris Apoſt. contenta committentes*, *viſa denuntiatione Fiſci Procuratoris Brevis Apoſt. facta adversùs*, *& contra Fratres Ludovicum Deſcall. Monachum profeſſum Ordinis S. Benedicti*, *& Sacriſtam Monaſterii S. Stephani de Banjoles*, *& Hier. Serrauta ejuſdem Monaſt. Monachum profeſſum delatos*, *& inculpatos de conſpiratione facta*, *& tractatu habito cum aliis de nece perpetranda in perſonam Rever. Fr. Ant. de Cartellà Abbatis præd. Monaſt. S. Stephani de Banjoles*, *& Præſidis totius Releg. S. Benedicti Provinciæ Tarraconæ*, *& quòd diabolica ſuggeſtione ſeducti præſtiterunt conſenſum*, *& dederunt operam*, *auxilium*, *& favorem quòd die Dominico* 24. *menſis April. proximè decurſi de nocte inter* 2. *&* 3. *horas ante auroram appoſitis quibuſdam ſacco*, *& dolio plenis pulvere ſulphureo intus ſtabulum domus Rever. Fr. Ant. de Cartellà Abbatis prædict. Monaſt. B. Stephani de Banjoles*, *& ſubtus Cubiculum in quo D. Reverend. Abbas jacebat*, *& igne accenſis d. dolio*, *& ſacco*, *magno impetu demoliretur totum d. cubiculum*, *& d. Rever. Abbas proprius præd. Monaſt. paſtor. occideretur*, *uti cum d. demolitione & ruina d. Rever. Fr. Ant. de Cartellà requieſcens in lecto fuit occiſus*, *& cum tegulis*, *lapidibus*, *& trabibus quæ ſuper eum ceciderunt*, *fuit ſuffocatus & obcæſus*, *& de pluribus aliis criminibus*, *& delictis enormibus*, *quæ per ipſos*, *& quemlibet ipſorum ſunt judicialiter confeſſa. Viſa inquiſitione contra d. Fr. Ludovicum Deſcall*, *& Hier. Serrauta Monachos profeſſos d. Monaſt. S. Steph. de Banjoles formata*, *ac ipſorum*, *& teſtium dictis & depoſition. viſa inquiſitionis publicatione cum licentia Advoc. & Procur. & defenſionum termino*, *viſis defenſionibus datis*, *& illarum publicatione*, *viſa aſſignatione ad ſententiam facta ad quam iterum cum præſenti aſſignamus*, *viſo denique toto proceſſu*, *& viſis videndis*, *Sacroſ. Dei Evangeliis coram poſitis*, *& illis reverenter inſpectis*, *inſequendo concluſionem in Concilio D. Brevis Apoſt. factam ſententiamus*, *pronunciamus*, *& declaramus in modum ſequentem.*

Et quia per merita præſentis proceſſus, *& aliàs legitimè conſtat de intentione Fiſci Procuratoris Brevis Apoſtolici contra dictos Fratres Ludovicum Deſcall. & Hieronymum Serrauta Monachos profeſſos dicti Monaſterii S. Stephani de Banjoles dicti Ordinis*, *& Religionis Sancti Benedicti*, *propterea*, *& aliàs auctoritate Apoſtolica prædicta pronuntiamus*, *ſententiamus*, *& declaramus*, *prædictos Fratres Ludovicum Deſcall. & Hieronymum Serrauta uti indignos omni officio*, *& Beneficio Eccleſiaſtico*, *& habitu Monachali fore*, *& eſſe privandos*, *ac verbaliter*, *& actualiter deponendos*, *& degradandos*, *& præmiſſa degradatione reali*, *& actuali*, *Curiæ ſæculari tradendos ſervata forma dictæ commiſſionis*, *& Brevis Apoſtolici*, *ut illis cedat in pœnam*, *cæteris verò in exemplum.*

Frater Petrus Sanxo Abbas Rivipulli Subdelegatus Apoſtolicus.

V. Michael Carreres, *J. U. D. Aſſeſſor.*

V. de Paz Fiſci Advocatus.

Lata, & promulgata fuit hujuſmodi ſententia in quodam atrio ſive catafal ad dictum effectum conſtructo in platea de les cols Civitatis Gerundæ die vigeſima octava Maji milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, paulò poſt horam quintam poſt meridiem, præſentibus genibus flexis, & dictam ſententiam ferri, & promulgari audientibus ut moris eſt dictis Fratribus Ludovico Deſcall, & Hieronymo Serrauta, &c.

Poſt factam publicationem prædictæ ſententiæ, Fiſci 63
Procurator Curiæ Brevis Apoſtolici petiit cum ſupplicatione ad ſententiam degradationis aſſignari, illaque commiſſa Aſſeſſori Brevis Apoſtolici per Reverendiſſimum Don Joannem Sentis Epiſcopum Barcinonæ, cui erat delegata poteſtas degradandi dictos Monachos, & conceſſa licentia exercendi Pontificalia in Epiſcopatu Gerundenſi, eodem die per Aſſeſſorem fuit facta aſſignatio ad ſententiam, illaque poſt factam intimam fuit publicata in modum ſequentem.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

NOs Don Joannes Sentis, *Dei*, *& Apoſtolicæ Sedis gratia Barcinonenſis Epiſcopus de Concilio Sacræ Catholicæ*, *& Regiæ Majeſtatis*, *Judex Commiſſarius*, *ac executor Apoſtolicus ſubdelegatus ab Illuſtri*, *& admodum Reverendo Domino Nobili Bernardo a Cardona U. J. D. Archidiacono majori Eccleſiæ Gerundenſis*, *ex præeminentia ſuæ dignitatis Gerente Vices Epiſcopi Sede vacante*, *& ea ratione Judice*, *& Commiſſario Apoſtolico delegato in Principatu Cathaloniæ*, *& Comitatibus Roſſellionis*, *& Ceritaniæ vigore Brevis Apoſtolici ad ſupplicationem Sacræ Catholicæ*, *& Regiæ Majeſtatis per Sanctiſſimum*, *& Beatiſſimum Dominum noſtrum Clementem VII. Julium III. & alios Pontifices fœlicis recordationis*, *Dignitati Epiſcopi Gerundenſi conceſſi adversùs*, *& contra omnes*, *& ſingulos Cleric. ſæculares ac cujuſvis ordinis regulares exemptos*, *& non exemptos etiam in ſacris*, *& Presbyteratus ordinibus conſtitutos*, *& crimina atrocia*, *& alia in dictis litteris Apoſtolicis contenta committentes. Viſo proceſſu inquiſitionis actitato in Curia Brevis Apoſtolici coram admodum Reverendo Fratre Petro Sanxo Abbate Monaſterii Sanctæ Mariæ de Ripoll. Ordinis Sancti Benedicti*, *ſubdelegato primo in ordine ad infraſcripta ab eodem Illuſtri & admodum Reverendo Don Bernardo à Cardona Archidiacono majori dictæ Eccleſiæ Gerundenſis contra Fratres Ludovicum Deſcall*, *Monachum profeſſum Ordinis Sancti Benedicti & Sacriſtam Monaſterii Sancti Stephani de Banjoles & Hieronymum Serrauta ejuſdem Monaſterii Monachum profeſſum. Viſa ſententia per dictum Reverendum Petrum Sanxo Abbatem ſubdelegatum prædictum contra dictos Fratres Ludovicum Deſcall*, *& Hieronymum Serrauta Monachos profeſſos legitimo præeunte proceſſu die præſenti lata*, *& in eum qua cauſis*, *& rationibus in dictis proceſſu*, *& ſententia contentis pronuntiavit & declaravit dictos Fratres Ludovicum Deſcall*, *Hieronymum*

64

nymum Serrauta esse verbaliter, & actualiter deponendos, & degradandos, ac Curiæ sæculari (præmissa reali, & actuali degradatione) tradendos Visis videndis Visa assignatione ad sententiam ad diem præsentem facta, ad quam etiam cum præsenti ad cautelam assignamus, Sacrosanctis Evangeliis coram positis, & illis reverenter inspectis ut de vultu Dei Judicium nostrum procedat, insequendo conclusionem per nos super dicto negotio factam pronuntiamus, & declaramus in hunc qui sequitur modum.

Quia nobis constat evidenter, & legitimè per confessiones factas judicialiter d. Fr. Ludovicum Descall, & Hieron. Serrauta Monachos professos dicti Monasterii Sancti Stephani de Banjoles talia crimina commisisse, quæ non solum grandia, sed etiam damnosa, ac damnabilia sunt, & ideo enormia, quòd exinde non tantùm divina Majestas offensa seu etiam universa provincia commota est, & de hoc indigni habitu Monachali dicti Ordinis, ac omni Officio, & Beneficio Ecclesiastico sunt redditi: Idcircò nos auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & nostra (adhibitis, & assistentibus nobis ad id Reverendis Fratribus Josepho Ivallar Abbate Monasterii S. Martini de Canigo Ord. S. Bened. & Vinc. Ferrer Abb. Monast. S. Petri de Galligans ejusdem Ordinis, tum etiam Reverendo Fratre Don Michaele de Alentorn Abbate Monasterii Beatæ Mariæ de Amer, & de Roses, prædicti Ordinis, Reverendo Fratre Raphaele Ubach Guardiano Monasterii Sancti Francisci de Observantia, Reverendo Fratre Jacobo Pons Priore Monasterii Sancti Augustini, Reverendo Fratre Joanne Carbonell Præsidente Monasterii Beatæ Mariæ de Mercede Reverendo Anticho Nagrell U. J. D. & Visitatore generali Episcopatus Barcinonensis, Reverendo Fratre Francisco de Caspe Rectore Collegii Sancti Martini Societatis Jesu, Reverendo Fratre Joanne Serrano Custode Ordinis S. Francisci de Observantia,) vigore dicti Brevis Apostolici dictos Fratres Ludovicum Descall, & Hieronymum Serrauta Monachos professos habitu Monachali, & omni officio, & beneficio Ecclesiastico sententialiter perpetuò in his scriptis privamus, illosque ab illis verbo deponimus, & pronuntiamus realiter, & actualiter secundùm traditionem Canonum, & Commissionem Apostolicam nobis factam deponendos, & degradandos esse.

Jo. Episcopus Barcinon. Subdelegatus Apostolicus.

Frater Josephus Ivaller Abbas Sancti Martini de Canigo.

Frater Vincentius Ferrer Abbas Sancti Petri de Gallicantus.

Frater Don Michael de Lenton Abbas Sanctæ Mariæ de Amer, & Roses.

Frater Raphael Ubach Guardianus Monasterii Sancti Francisci.

Frater Jacobus Pons Prior Monasterii Sancti Augustini.

Frater Joannes Carbonell Præsidens Monasterii Beatæ Mariæ de Mercede.

Antonius Nagrell J. U. D. Visitator præfatus.

Pater Franciscus de Caspe Rector Collegii Sancti Martini Societatis Jesu.

Frater Joannes Serrano Custos præfatus.

Lata, &c. in quodam atrio ligneo sive catafal ad dictum effectum constructo in platea de les colls Civitatis Gerundæ die 28. Maji 1622. hora septima post meridiem, &c.

64 Qua lata sententia, illicò idem Reverendissimus Episcopus Barcinonæ pro illius executione degradavit dictum Fratrem Ludovicum Descall à Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu, quatuor minoribus Ordinibus, & à Prima Clericali tonsura, & dictum Fratrem Hieronymum Serrauta à Prima Clericali tonsura, qua tantùm erat insignitus, servata in omnibus respectivè forma, ac ritu Pontificalis, præsentibusque ibidem dictis Abbatibus, Prioribus, & Guardianis prædictis, & exutis dictis Fratribus Ludovico Descall, & Hieronymo Serrauta à vestibus Sacerdotalibus, Clericalibus, & Monachalibus, quibus ad effectum prædictum induti respectivè erant, fuerunt induti vestibus laicalibus, & sic induti, fuerunt traditi, & liberati Curiæ sæculari. Et incontinenti Don Bernardus de Cabrera alter ex Regiis Alguziriis ordinariis ibidem repertus eosdem Ludovicum Descall, & Hieronymum Serrauta sic depositos, & degradatos in ipsorum libertate repertos nomine Regio capturavit, præsentibus pro testibus &c. & nihilominus dictus Don Bernardus de Cabrera firmavit apocham fisci Procuratoris Brevis Apostolici de personis supradictorum Ludov. Descall, & Hieronymi Serrauta, forma solita.

Deindè cum eodem processu actitato in Curia Brevis 65
Apostolici, & sine formatione alterius novi processus, sed ex eisdem actis juxta praxim, quam post alios tradunt Sanfelicius *decis.* 139. *num.* 1. & *dec.* 139. *n.* 3. Pareja *de instrum. edit. in addit. ad* 1. *tom. positis in fine tom.* 2. *pag.* 296. *col.* 2. eodem die 28. Maji 1622. petiit cum supplicatione Fisci Procurator Regiæ Curiæ publicationem processus, & datis reis defensionibus, illisque publicatis forma solita, factaque assignatione ad sententiam: per Regium criminale Concilium ad hunc effectum in Civitate Gerundæ repertum ad relationem Magnifici Monserrati Ramon Judicis Regiæ Curiæ die 30. Maji ejusdem anni 1622. dicti Ludovicus Descall, & Hieronymus Serrauta fuerunt declarati rei mortis, & condemnati, quòd ducerentur ad locum supplicii, & ibi strangularentur per collum, sic quòd naturaliter morerentur.

Verum est quòd aliquibus annis transactis, Frater 66
Petrus Antonius Descall. Presbyter Monachus professus Ordinis Sancti Benedicti, & Infirmarius Monasterii Sancti Stephani de Banjoles delatus & inculpatus in prædicta nece perpetrata in personam dicti Abbatis Fratris Antonii de Cartellà, per subdelegatum Brevis Apostolici intervenientibus quatuor Consultoribus Doctoribus Regii Consilii, Assessore, Fisci Advocato die 6. Octobris 1628. fuit depositus, & privatus habitu Monachali dicti Ordinis Sancti Benedicti, officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis, & verbaliter degradatus, ac etiam in perpetuum condemnatus in arcem per dictum subdelegatum nominandum.

Ex his sententiis seu delegationibus, Noto primò 67
praxim degradationis verbalis, quæ propriè dicitur depositio, *relatam num.* 57. 58. 59. 62. & 67. probatur, *in cap. proximus de verb. signif. can. accedens* 50. *dist. can. Episcopus* 11. *quæst.* 3. *cap. veritatis de dolo, contum.* & illam ponit Speculator *tit. de accusat.* §. 2. *sub numer.* 7. Bertachin. *de Episc. in* 3. *part.* 8. *part. libr.* 4. *n.* 1. Ambrosin. *de immunitate Ecclesiæ cap.* 17. *num.* 33. & alii *ex proximè citandis.*

Noto secundò praxim degradationis realis, & actua- 68
lis *relatam num.* 63. *de qua in cap. degradatio de pœnis in* 6. Speculat. & Bertachin. *ubi suprà*, Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 17. *num.* 38. ad quem refert Cutell. *de immun. Eccles. libr.* 2. *quæst.* 24. *num.* 31. *versic. Nec huc, in fine*, Zerola *in prax. Episcop. part.* 1. *verbo degradatio*, Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 11. *numer.* 7. Clarus §. *fin. quæst.* 74. plures alios Cenedo *collect. ad decret. al.* 65. *num.* 3. Gambacurta *de immun. Eccles. libr.* 7. *cap.* 14. *num.* 5. Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 814. Scaccia *de jud. libr.* 1. *capit.* 11. *num.* 75. Guazzin. *defens.* 39. *cap.* 1. *numer.* 9. Barbosa *in cap. cum non ab homine, n.* 11. *de judic. & de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 110. *num.* 4. Carleval *de jud. disp.* 2. *num.* 773. *in fine.*

Noto tertiò, quòd licèt de jure ad degradationem 69
Episcopi cum Metropolitano, ad degradationem Presbyteri requirantur sex, ad degradationem Diaconi, & Subdiaconi tres & ad degradationem Clerici in minoribus ordinibus constituti sufficiat proprius Episcopus, *ut probatur in can. si quis tumidus, can. fœlix* 15. *quæst.* 7. & in aliis juribus & glossis relatis per Marantam *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 11. *num.* 71. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 17. *num* 27. Clar. §. *fin. quæst.* 74. *num.* 4. *versic. Sed quæro*, Avila *de censur. disp. unic. dub.* 4. *concl.* 2. *part.* 4. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 110. *num.* 22. Sed quia summa difficultate tot 70
Episcopi poterant congregari, idcirco Gregorius Nonus *in cap.* 1. *de hæret. in* 6. definivit, quòd in crimine hæresis solus Episcopus Clericum in quibuscumque Sacris Ordinibus constitutum degradare posset convocatis

catis Abbatibus, aliisque Prælatis, & Religiosis personis, Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 11. *num.* 71. *in fine*, Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 17. *numer.* 37. *Verum*, & hodie ex Concilio Tridentino *sessione* 15. *de*
71 *reform. cap.* 4. Potest solus Episcopus degradare actualiter Clericum in Sacris etiam Presbyteratus ordinibus constitutum adhibitis, & sibi assistentibus totidem Abbatibus usum Mitræ, & Baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in Civitate & Diœcesi reperiri, & commodè interesse possint, alioquin aliis personis in Ecclesiastica Dignitate constitutis ætate gravibus, juris scientia commendabilibus, Diaz *in pract. crim. cap.* 3. *num.* 7. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 74. *num.* 4. *versic. Sed quæro in fine*, notarunt Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 17. *num.* 37. *versic. Verum in fine*, Zerola *in prax. Episcop. verbo degradatio*, *num.* 2. Cenedo *collect. ad decretal.* 65. *numer.* 3. Diana *resol. moral. parte* 10. *tract.* 11. *resol.* 51. *vers. Quarto*, Avila *de censur. part.* 4. *disp. unica dubit.* 4. *concluf.* 2. cum relatis per Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 110. *num.* 23. Fermosin. *in cap.* 4. §. *de adulteriis*, *part.* 18. *num.* 4. *de jud.* quod & definitum est in Brevibus Apostolicis Clementis Septimi *relato numer.* 9. & Julii III. *relato num.* 14. quorum forma fuit servata in casibus *relatis*
72 *num.* 59. *vers. dicta die*, & 63. Et quòd Priores Ordinum Mendicantium, Guardiani Minorum, & similes sint in Dignitate constituti, dummodo in eorum Monasterio alium non habeant Superiorem, probat Thomas del Bene *de immunitate Ecclesiæ tom.* 2. *capit.* 14. *dubit.* 15. *à num.* 39.

73 Nota quartò ex dictis *n.* 63. & 64. quòd licèt aliqui existiment Clericum pro enormi delicto non esse actualiter degradandum, nec tradendum Curiæ sæculari, nisi prius consulto Romano Pontifice, ut volunt Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *n.* 81. *vers. Ego*. Et alii quos citat Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *res.* 129. *vers. Respondeo, & part.* 10. *tract.* 11. *resol. in fine*, Torreblanca *de jure spirit. libr.* 15. *c.* 4. *num.* 55. Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *cap.* 9. *dub.* 5. *sect.* 3. *num.* 17. & 18. & *dubit.* 6. *sect.* 1. *num.* 8. ut in casibus relatis per Scalen. *in tract. de depos. & degradat. capit.* 14. Caball. *resol. crimin. casu* 60. *num.* 23. Macerat. *va-*
74 *riar. libr.* 3. *resol.* 2. Diaz *in pract. crimin. cap.* 97. Hoc tamen intelligendum est, ubi hæsitaretur, an ex criminis atrocitate Clericus esset degradandus; ubi verò jura essent clara pro Clerici degradatione, potest Clericus degradari actualiter, etiam non petita licentia à Summo Pontifice, ita Cutellus *de immun. Eccles. libro* 2. *quæst.* 24. *num.* 32. *vers. Hinc*, Gregorius Lopez *l.* 61. *verbo homicidio*, *tit.* 6. *part.* 1. quem refert Jul. Chartar. *dec.* 66. *vers.* Gregor. Lopez; & licèt tutius sit consulere Pontificem Romanum, id in praxi non observatur, ut tradit Martinus del Rio *disquisit. magic. libr.* 5. *sect.* 6. *vers. Si quæras*, quem refert Jul. Chartar. *decis.* 66. *num. vers.* Martin. del Rio, sed non adhæret Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 129. *in fine*. In Cathalonia hoc est extra difficultatem, cum in prædictis Brevibus Apostolicis per plures Romanos Pontifices concessa sit licentia Judici Brevis Apostolici procedendi ad degradationem actualem in casibus, & delictis atrocibus.

75 Nota quintò ex dictis *num.* 59. 62. & 63. quòd sententia actualis degradationis potest fieri à Judice subdelegato Brevis Apostolici, & de jure fieri potest à Vicario generali Episcopi Concil. Trident. *sess.* 13. *de reform. cap.* 4. ac etiam à Vicario Capituli Sede vacante, Avila *de censur. part.* 4. *disp. unic. dub.* 2. *concluf.* 4. Vega *in cap.* 4. §. *de adulteriis*, *n.* 28. *de judic.* Diana
76 *resol. moral. par.* 10. *tract.* 11. *resol.* 51. Executio autem actualis degradationis non potest fieri nisi ab Episc. consecrato, *c. degradatio*, *de pœnis in* 6. *gloss. verbo de talibus in cap. transmissam*, ubi Abbas *num.* 4. *de elect.* Avila *de cens. part.* 4. *disp. unic. dub.* 2. *concl.* 3. plures
77 Diana *resol. moral. part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 50. Potest tamen ea per proprium Episcopum alteri Episcopo committi, ut contra Bonacinam tradunt Suarez, Layman, Machadus, & Castrus Palaus, quos refert, & sequitur Diana *resol. moral. part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 50. qui *resol.* 51. addit sententiam degradationis posse fieri à Vicario Capituli Sede vacante, & actualem ab Episcopo cui ipse commiserit.

Nota 6. ex dictis *num.* 46. & 65. quòd post actualem 78
degradationem non requiritur actualis traditio Curiæ sæculari, Avila *de censur. part.* 4. *disp. unica*, *dubit.* 4. *concl.* 4. sed Clericus actualiter degradatus punitur à Ju- 79
dice sæculari pœnis à jure civili taxatis, *cap.* 2. *de pœn. in* 6. Bossius *de foro compet. num.* 140. & alii per Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 71. cum relatis per Thomam del Bene *de immun. Eccles. tom.* 1. *c.* 6. *dub.* 5. *sect.* 3. *num.* 19. Ambrosin. *de immun. Eccles. c.* 17. *num.* 7. Diana *resol. moral. part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 11. §. 2. etiam absque alia traditione per Judicem Ecclesiasticum facienda, Clar. §. *fin. quæst.* 36. *vers. Scias autem*, Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 11. *n.* 72. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *à num.* 71. Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 8. *num.* 73. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 17. *num.* 35. Avila *de censur. part.* 4. *disp. unica*, *libr.* 4. *concluf.* 4. Guazzin. *defens.* 39. *cap.* 1. *num.* 10. *in fine*. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 38. & 74. Gail. *de pace pub. libr.* 1. *cap.* 1. *num.* 24. Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 44. *num.* 1. *de judic.* Franchis *dec.* 571. *num.* 10. Debet tamen Judex Ecclesiasticus, quando Cleri- 80
cum actualiter degradatum tradit Curiæ sæculari efficaciter, & non fictè pro eo intercedere, ut non moriatur, Avila *de censur. part.* 4. *disp. unic. dub.* 4. *concl.* 4. Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 11. *num.* 72. Giachar. ad Clar. §. *fin. quæst.* 74. *littera A.* Guazzin. *defens.* 39. *cap.* 1. *numer.* 11. Narbona *l.* 20. *gloss.* 11. *num.* 57. *titul.* 1. *libr.* 4. *recop.* Barbosa *in capit. novimus per illum textum de verborum signif.* Franchis *dec.* 571. *numer.* 6. 10. 11.

Nota septimò ex dictis *num.* 65. quòd Judex sæcula- 81
ris, cui fuit traditus Clericus actualiter degradatus, non potest cognoscere de viribus sententiæ degradationis, neque novum formare processum, sed solùm imponere pœnam condignam, Martha *de jurisd. part.* 1. *c.* 51. *à num.* 16. & *part.* 4. *casu* 131. & 132. Carleval *de jud. disp.* 2. *n.* 773. Laynez ad Gomez *var. tom.* 3. *c.* 3. *n.* 6. *in fine*, latissimè Fermosin. *in cap. cum non ab homine qu.* 43. *de jud.* Dumtaxat intellige, quoad proces- 82
sum degradationis, de quo non potest Judex sæcularis cognoscere, aut ejus sententiam in dubium revocare; secus quoad pœnæ impositionem, quoad quam sæcularis manet Judex competens, & eam imponit, ut sibi Justum videtur, Franchis *decis.* 571. *à num.* 9. Aviles *cap.* 20. *prætor gloss. usurpan. num.* 20. Curia Philippica *cap.* 3. §. 3. *num.* 18. Diaz *in pract. crim. c.* 139. & 141. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 175. latè, & Decian. *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 9. *à num.* 121. & *libr.* 5. *capit.* 25. Carleval *de jud. disp.* 1. *num.* 774. Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 34. *à num.* 22. ubi Barbosa *num.* 68. & 69. *de judic.* Sanfelicius *decis.* 139. *à numer.* 1. & *dec.* 239. *num.* 3. Thoro *in compend. decis. in supplemento verbo Judex sæcularis fol.* 315. Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 2. *resol.* 8. *à num.* 26. *ad* 31. Potest tamen Judex sæcularis juxta leges Imperiales pœnam mortis naturalis imponere Clerico actualiter degradato, Clar. §. *fin. quæst.* 36. *num.* 42. *vers. Sed an Judex*, Franchis *dec.* 571. *num.* 12. Bobad. *in polit. libr.* 2. *c.* 18. *num.* 74. *in fine* Fermosinus *in c. cum non ab homine quæst.* 44. *de judic.* Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 813. Sanfelicius *decis.* 139. *num.* 6. non tamen illius corpus dividere in frusta ratione reverentiæ pristini Sacramenti, Franchis *dec.* 571. *in fine*, Thoro *in compend. dec. tom.* 1. *verbo pœna laicis*, *fol.* 390. Verùm si pro delicti qualitate, vel ex defectu probationum Clericus degradatus minori pœna esset puniendus, potest Judex sæcularis minori pœna illum punire, ac etiam absolvere, Decian. *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 9. *n.* 123. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *à n.* 228. Thoro *in compend. dec. part.* 1. *verbo Clericus degradatus*, *fol.* 97. & *in supplemento verbo Judex sæcularis*, *fol.* 316. Sanfelicius *dec.* 139. Pareja *in addit. ad* 1. *tom. positis in fine tom.* 2. *de instrum. edit. pag.* 296. *col.* 2. qui addunt quòd si visum fuerit expedire, quòd testes aliqui de novo recipiantur, potest Judex sæcularis illos, examinare facere.

Nota 8. ex dictis *num.* 65. quòd Clericus, seu Reli- 83
giosus

giosus professus minorum Ordinum ubi amittit privilegium fori, & ultimo supplicio est à Judice sæculari puniendus, necessaria est degradatio, Gail. *de pace pub. lib. 1. cap. 11. num. 22.* alios laudat Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. capit. 6. dub. 9. sect. 2. num. 1.* cum relatis per Barbosam *de potest. Episc. part. 3. alleg. 110. num. 8.* sed contrarium, quòd non debeat degradari docet Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 8. nu. 57. & 119.* alios citat Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. capit. 6. dub. 9. sect. 1. num. 2.* saltem de consuet. Co. *pr. c. 32. num. 3.* Paz. *in pr. tom. 2. prælud. 2. num. 8.* Cut. *de imm. Eccl.*
84 *l. 2. qu. 24. num. 31.* Thom. del Bene *ubi sup. sess. 2.* Nota nonò, & ultimò quòd Archidiaconus major Sedis Gerundæ Sede vacante est Judex, Commissarius, & executor Apostolicus contra omnes, & quoscumque Clericos, etiam in Sacris, & Presbyteratus ordinibus constitutos, sæculares, & regulares exemptos, & non exemptos atrocia crimina committentes in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Et licèt de anno 1622. existente tunc Archidiacono Majori Don Bernardo à Cardona, postea meritissimo Gerunden. Episcopo fuisset oppositum in vim exceptionis de incompetentia judicii in illa causa Monachorum de Banjoles *relata num. 62. & 63.* eo motivo, quia Archidiaconus major Gerundæ, & si vices gerat Episcopi Sede vacante, intelligendum est respectu jurisdictionis ordinariæ, non tamen respectu jurisdictionis delega-
85 tæ: Ad similitudinem Capituli Sede vacante, quod succedit in jurisdictione ordinaria Episcopi, ut dixi *dec. 8. num. 30.* non tamen in jurisdictione delegata, Roman. *cons. 506. num. 24.* Sanchez *de matr. l. 8. disput. 2. num. 10.* Maranta *de ord. jud. part. 4. dist. 5. numer. 71.* Garcia *de ben. part. 5. c. 7. num. 42. & part. 6. c. 2. numer. 46.* Seraphin. *dec. 816. numer. 1.* Valenzuela *consil. 107. num. 11.* Riccius *in prax. var. resol. 118. num. 2.* Grilenzon. *consil. 119. num. 6.* Augustin. Barbosa *de jure Eccl. uni. l. 1. c. 32. à numer. 104. & in c. 2. num. 26. ne Sede vacante*, Petrus Barbosa *in l. quia tale. num. 1. ff. fol. matri* Cenedo *collect. 4. ad 6. num. 6.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. l. 3. c. 13. à num. 4.* Diana *resol. moral. part. 8. tract. 4. resolut. 2. & in sum. part. 1. verbo Capitulum Sede Vacante, num. 2.* Urrutigoyti *in Pastor. reg. p. 1. quæst. 10. nu. 42. & qu. 20 num. 22.* Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom. 2. c. 24. dub. 9. num. 13.* Tum etiam, quia prædicta
86 Brevia Apostolica committunt Episcopo Gerundæ, qui nunc est, & pro tempore fuerit sub nomine dignitatis cognitionem, & punitionem Clericorum atrocia delicta committentium, notat Oliba *de jure Fisci c. 15. num. 151.* Ripoll. *de regal. c. 12. num. 95.* Et quando
87 aliquid Episcopo conceditur sub nomine Dignitatis, talis potestas non transit nisi in alium Episcopum, Valenzuela *cons. 107. num. 8.*

88 Sed prædicta exceptione ex defectu jurisdictionis non obstante, per subdelegatum à dicto Archidiacono majori Sedis Gerundæ Delegato Apostolico fuerunt dicti Monachi de Banjoles condemnati pœnis relatis *num. 62. & 63.* quia hæc jurisdictio per Sedem Apostolicam perpetuò concessa fuit Episcopo Gerunden. tunc, pro tempore existenti. Et quando aliquid jurisdictionis in perpetuum committitur Episcopo ex delegatione Sedis Apostolicæ, ut ex officio deinceps competat Episcopis successoribus, eo tunc Capitulum Sede vacante etiam succedit in hujusmodi jurisdictione in perpetuum muneri Episcopali delegata, ut contra Sanchez *de matr. l. 2. disput. 8. num. 10.* Garciam *de benef. part. 5. c. 7. à num. 44.* Saraviam *de jurisd. ad junct. qu. 17. num. 8.* Barbosam *de jure Eccl. uni. l. 1. c. 32. n. 105. & 206.* probabilius docent Molina *de just. & jure tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 8. & 9.* Barbosa *de jure Eccl. l. 1. c. 32. n. 107. & de potest. Episc. part. 3. alleg. 133. num. 21.* Tamburin. *de jure Abbatissar. disp. 14. quæst. 5.* Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom. cap. 19. dub. 7. sect. 1. num. 5.* Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Pastor. regul. part. 1. qu. 10. num. 57. & quæst. 20. num. 53.* Nec mirum cum talis jurisdictio ordinaria sit, ex quo talis dicitur quando ex speciali privilegio non personæ, sed Dignitati perpetuò datur, ut post alios docet Covar. *l. 3. var. c. 30. numer. 6. in initio*, plures Sanchez *de matrim. l. 2. disp. 40. nu. 14.* Saravia *de jurisd. adjunct. quæst. 17. num. 14. & quæst. 32. num. 6.* Tamburin. *de jure Abbatissar. disp. 14. quæst. 4. n. 1.* maximè quia hæc opinio est in practica recepta ex his quæ dicebam *dec. à num. 41. & dec. 25. num. 33.* Est enim Archidiaconus major Gerunden. in possessione, seu quasi exercendi jurisdictionem istam delegatam Brevis Apostolici Sede Episcopali vacante contra Clericos atrocia committentes in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ. Nam per mortem Don Bernardi Torma Episcopi Gerunden. Doctor Jacobus de Agullana Archidiaconus major Gerunden. per se, & suum subdelegatum in fine anni 1583. & in principio anni 1584. exercuit dictam jurisdictionem. Et idem Archidiaconus major Agullana per mortem Don Jacobi Cassador Episcopi Gerunden. per se, & suum subdelegatum anno 1597. eamdem exercuit jurisdictionem. Et per mortem Don Francisci Arevalo de Suaco Episcopi Gerund. idem Archidiaconus major Agullana à die 7. Februarii 1611. usque ad diem 17. Januarii 1612. per se, & suum subdelegatum prædictam exercuit jurisdictionem. Et Don Bernardus à Cardona Archidiaconus major Gerunden. per mortem Don Onofrii Reart Episcopi Gerunden. exercuit Sede vacante per se, & & suos subdelegatos prædictam jurisdictionem Brevis Apostolici à fine anni 1621. anno 1622. & in principio anni 1623. Et idem Archidiaconus major Don Bernardus de Cardona per obitum Don Francisci Senjust Episcopi Gerunden. per se, & suum subdelegatum exercuit dictam jurisdictionem à mense Maii 1627. usque ad mensem Julii 1628. Et per promotionem Don Ægidii Manriquez Episcopi Gerunden. ad Episcopatum Barcinonæ vacavit Sedes Gerunden. & dictus Archidiaconus major Gerunden. Don Bernardus à Cardona exercuit dictam jurisdictionem Brevis Apostolici anno 1634. Et dictus Archidiaconus major Gerunden. Don Bernardus à Cardona Sede vacante per promotionem Don Gregorii Parcero Episcopi Gerunden. ad Episcopatum Dertuzæ exercuit dictam jurisdictionem Brevis Apostolici per se, & suos subdelegatos anni 1655. & 1656.

Ex quibus Sede Episcopali, & Archidiaconatu majori Gerunden. vacantibus, fuit resolutum in Regia Audientia junctis tribus Aulis die 5. Januarii 1659. Capitulum Gerunden. succedere in jurisdictione perpetuò delegata Brevis Apostolici, & posse subdelegare, sicque observatum fuit, & subdelegatus Capituli Gerunden. Sede & Archidiaconatu majoris vacantibus exercuit dictam jurisdictionem Brevis Apostolici usque ad mensem Augusti 1659. quo Doctor Franciscus Pejoan provisus de Archidiaconatu majori Gerunden. accepit illius possessionem, qui statim subdelegavit. Et cum dictus Doctor Pejoan electus Episcopus Gerunden. mense Novembris 1659. obiisset, Capitulum Gerunden. Sede Episcopali, & Archidiaconatu majori Gerunden. vacantibus iterùm subdelegavit. De illa simili propositione facta in Regia Audientia videndus Ferrer. *part. 3. obser. cap. 68.* Adde, quòd visis ibidem dictis, vacante Sede Episcopali Vicen. per mortem bonæ memoriæ Fratris Don Francisci Crespi de Valdaura, fuit resolutum junctis tribus Aulis Regiæ Audientiæ Cathaloniæ die 5. Junii 1662. Doctorem Franciscum Gou Archidiaconum majorem Vicen. Gerentem vices Episcopi Sede vacante succedere in jurisdictione perpetuò delegata Episcopo Vic. causarum appellationum, quæ interponuntur à sententiis latis per Episcopum Gerunden. seu ejus subdelegatum Judicem Brevis Apostolici.

Furtum est atrox, grave & enorme delictum, Fari- 89
nac. *in praxi part. 1. quæst. 8. sub numer. 59. & de furtis q. 165. num. 1.* Gambacurta *de immun. Eccl. l. 5. c. 21. nu. 1.* Vico *ad prag. Reg. Sard. l. 1. tit. 7. c. 12. num. 12.* Cavalcan. *de brac. Reg. part. 1. nu. 63. in fine.* Sanfelicius *dec. 13. nu. 18.* Fermosin. *in cap. cum non ab homine q. 27. num. 1. de jud.* Diana *res. mor. part. 10. tr. 11. res. 52. versic. Verum.* Imò est majus delictum quàm homicidium, Surd. *de alimen. tit. 8. privileg. 39. num. 3.* Castillo *de aliment. tom. 8. c. 62. num. 3.* Ciarlin. *controver. foren. cap. 207. num. 17. part. 2.* Et à Clerico commissum, illius cognitio, & punitio pertinet in Cathalonia ad Judicem Brevis Apostolici, ut fuit observatum 26. Octobris 1610. in Tribunali Brevis Apostolici contra Salvadorum

Mariſcot Presbyterum olim Rectorem Sanctæ Eulaliæ Emeritæ extra muros Barcinonæ. Intellige ſi furtum ſit rei magnæ, nam ſi ſit rei parvæ, dicitur leve delictum, Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.* 5. *cap.*
90 21. *num.* 1. Riccius *dec.* 12. *num.* 7. *part.* 2. Ubi ad inferendam torturam cuidam Clerico, furtum quinque ducatorum fuit judicatum leve delictum, idem Riccius *in prax. deciſ.* 597. *part.* 1. Fermoſin. *in c. cum non ab homine qu.* 27. *num.* 5. *de jud.* Benè Ciarlin. *controv. foren. cap.* 207. *nu.* 17. *&* 18. *part.* 2.

91 Clericus pro furto præter notam infamiæ quam incurrit, *c. fin. de furtis*, *can. conqueſtus*, *de foro compet. can. infamis* 6. *quæſt.* 1. Farinac. *de furt. quæſt.* 167. *num.* 10. *& frag. crim. part.* 1. *littera C. num.* 320. deponitur, & beneficiis privatur, *can. de his* 50. *diſt. can. Presbyter. & ibi gloſſ. verbo cap.* 81. *diſt. can. ſi quis Clericus* 17. *quæſt.* 4. *c. tuæ*, *de pœnis*, Diaz. *in pract. crim. c.* 90. *num.* 1. Majol. *de irregular. l.* 5. *c.* 28. *num.* 1. Menochius *de arb. jud. caſu* 295. *num.* 23. Farinac. *de furtis quæſt.* 167. *num.* 9. *& frag. crim. p.* 1. *littera*, *C. num.* 116. Barboſa *in cap. cum non ab homine num.* 3. *de jud. & in cap. tu*, *num.* 2. *de pœnis*, Julius Chartar. *dec.* 11. *num.* 11. Ciarlin. *controv. foren. c.* 207. *num.* 16. *p.* 2. & multò magis pro furto cum fractura facto, Farinacius *de furtis qu.* 167. *num.* 29. pro latrocinio autem degradatur verbaliter, & in arctum Monaſterium ad agendam pœnitentiam detruditur, *cap. tuæ*,
92 *de pœnis*, Diaz. *in pr. cr. c.* 90. *ſub nu.* 1. Farinacius *de furtis qu.* 167. *num.* 9. *in fine*, *& fr. cr. p.* 2. *littera C. nu.* 317. 318. *&* 319. Jul. Chartar. *dec.* 66. *nu.* 51. Fermoſinus *in cap. cum non ab homine q.* 27. *de judic.* Ciarlin. *cont. for. c.* 207. *à num.* 20. *p.* 2. ſed cùm pœna detruſionis in Monaſterium non ſit in uſu, ut dixi *num.* 50. Clericus pro latrocinio, loco detruſionis in Monaſterium
93 tranſmittitur ad triremes, vel ad tempus, vel in perpetuum ſecundùm qualitatem delicti, ex traditis per Julium Chartar. *dec.* 11. *nu.* 13. *verſic. jure*, *conducunt tradita*, *nu.* 51. ita fuit obſervatum in Cathalonia per Tribunal Brevis Apoſtolici die 15. Martii 1595. contra fratrem Antonium Ravella Deodatum Monaſterii Beatæ Mariæ de Monte ſerrato delatum, & inculpatum de variis latrociniis, qui fuit condemnatus ad ſerviendum in Regiis triremibus remigando per tempus ſex annorum. An pro ſimplici furto non habente qualitatem, quæ mutet ſpeciem, poſſit Clericus ad triremes damnari? vide Ciarlin. *controv. foren. capit.* 207. *per totam p.* 2.

94 Clericus autem pro furto commiſſo cum ſacrilegio multò magis deponendus eſt, & beneficiis privandus, *c. venerabilem ver. Numquid*, *de elect. cap. quemadmodum*, *de jurejuran. can. ſi quis Presbyter* 50. *diſt.* Diaz. *in pr. cr. c.* 90. Farinacius *de furtis qu.* 172. *num.* 18. *& fr. cr. p.* 1. *littera*, *C. num.* 321. Julius Chartar. *dec.* 66. *à numer.* 54. & in arctum Monaſterium ad agendum pœnitentiam detrudendus, Diaz. *in pr. cr. c.* 90. *nu.* 1. *verſ. Quæ pœna*, Farinac. *fr. cr. p.* 1. *littera C. num.* 321. Et eo magis puniri debet, ſi furtum cum ſacrilegio commiſerit in illa Eccleſia in cujus obſequio, & ſervitio degerit, Diaz *in pr. cr. c.* 90. *ſub num.* 1. Farinacius *fr. cr. p.* 1. *littera C. num.* 322. Julius Chartar. *dec.* 66. *à num.* 92. ſed ut, dixi, *nu.* 50. *&* 92. pœna detruſionis in Monaſterium
95 non eſt in uſu. Et ideo Clericus pro furto cum ſacrilegio commiſſo deponitur, & ad pœnam triremium damnatur, vel ad tempus, ut in caſu relato per Riccium *dec.* 293. *p.* 2. vel in perpetuum, ut in caſu conſultationis relato per Julium Chartar. *dec.* 66. *à num.* 54. *uſque ad finem*, ita fuit obſervatum per Tribunal Brevis Apoſtolici die 13. Maii 1596. contra Fratrem Paulum Alomar, conventualem Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Labion delatum, & inculpatum de quodam maximo furto, & ſacrilegio in dicto Monaſterio perpetrato furando, & ſecum aſportando per diverſas partes Cathaloniæ cruces, vaſa aurea, & argentea, margaritas, gemmas, & alia pretioſa in Sacriſtia dicti Monaſterii ſub ejus fide recondita, & deſtinata ad ornatum Eccleſiæ, eaque conterendo, & frangendo, aſſociando ſibi pro dicto crimine committendo famulos dicti Monaſterii, alias perſonas ſæculares, & etiam de apoſtaſia dimittendo habitum, & tonſuram, *qui fuit condemnatus*, *quòd deponeretur à Sacris Ordinibus*, *& ad ſerviendum in Regiis triremibus remigando in perpetuum*, quidquid dicat Franchis *deciſ.* 571. quem etiam reprobat Guazzinus *defen.* 39. *cap.* 1. *nu.* 3. *in fine.*

Cæterùm ſi tales circumſtantiæ concurrerent, dic- 96
tum aggravarent ratione rei ſacræ furatæ de loco ſacro, & qualitatis facti, poſſet Clericus pro tali delicto actualiter degradari, Curiæque ſæculari tradi, & ita pœnam mortis pati, per ea quæ tradunt Boer. *deciſ.* 254. Clarus §. *ſacrilegium*, *num.* 3. ubi Bajardus *numer.* 9. Menochius *de arb. jud. caſu* 389. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 5. *num.* 11. ubi Laynez *num.* 12. Riccius *dec.* 293. *p.* 2. *& in pr. reſ.* 409. Peguera *deciſ.* 24. *à numer.* 15. Barboſa *in cap.* 2. *num.* 3. *de privil.* Farinacius *de furtis*, *qu.* 172. *à num.* 11. *cum pluribus ſeq.* Vela *in c.* 1. *p.* 1. *num.* 52. *&* 53. *de off. ordin.* alter Vela *de delictis cap.* 30. *numer.* 9. Julius Chartar. *dec.* 66. *à num.* 82.

An autem Clericus pro latrociniis, & aliis deli- 97
ctis atrocibus multiplicatis, bis ſeu ter repetitis, dicatur enormibus ſe immiſcere, ut poſſit actualiter degradari, & Curiæ ſæculari tradi, videndi ſunt Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18 *num.* 95. Clarus §. *fin. q.* 36. *num.* 23. Covarruvias *pr. c.* 32. *nu.* 3. Farinacius *in pr. qu.* 1. *q.* 8. *à nu.* 53. Ambroſin. *de immu. Eccleſ. c.* 17. *à nu.* 12. Diana *reſ. mor. p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 24. *&* 129. Cutellus *de immun. Eccl. lib.* 2. *q.* 24. Thomas del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *c.* 6. *dub.* 5. *ſect.* 2. *à num.* 36. Julius Chartar. *dec.* 58. Sanfelicius *deciſ.* 13. idem Diana *part.* 7. *tract.* 1. *reſ.* 11. vide caſum relatum *n. quinquageſimo & nonageſimotertio.*

Clericus autem receptator latronum, bannitorum, 98
& aliorum facinoroſorum hominum committit atrox delictum, *ex his quæ tradunt Doctores mox allegandi*, illiuſque cognitio, & punitio pertinet, & ſpectat ad Judicem Brevis Apoſtolici, ut habetur in Brevi Clementis VII. & aliis relatis *à num.* 6. & fuit declaratum in Tribunali Brevis Apoſtolici 27. Auguſti 1609. contra Fratrem Montſerratum Betta Monachum, & Camerarium Monaſterii Beatæ Mariæ de Amer Ordinis Sancti Benedicti, & 26. Octobris 1610. contra Franciſcum Jalonch Presbyterum.

Sed qua pœna puniatur Clericus receptator latro- 99
num, bannitorum, & aliorum facinoroſorum hominum, videndi ſunt Clar. §. *finali q.* 90. *nu.* 9. ubi Bajard. *à num.* 32. Gomez *tom.* 3. *var. c.* 3. *numer.* 16. ubi Laynez *num.* 17. Gail. *de pace pub. lib.* 2. *c.* 10. Menochius *de arb. jud. caſu* 348. Peguera *dec.* 25. Riccius *dec.* 292. *num.* 5. *p.* 2. Farinacius *in pr. p.* 4. *q.* 133. *à nu.* 259. *& q.* 133. *à nu.* 75. *& q.* 168. *à nu.* 56. Theſaurus *quæſt. foren. lib.* 4. *qu.* 11. Cabal. *reſol. crim. caſu* 287. Giurba *conſil.* 28. Maſtrill. *deciſ.* 216. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 8. *à num.* 133. in Cathalonia die 18. Novembris 1616. per Tribunal Brevis Apoſtolici, Ludovicus Codina Presbyter, & Rector Eccleſiæ Parochialis Sancti Pauli Dordal delatus, & inculpatus de receptatione famoſorum, & publicorum latronum fuit relegatus in Inſulam per ſubdelegatum Brevis Apoſtolici nominandam per tempus quinque annorum ſub pœna caſu quo dictam relegationem non ſervaverit ſerviendi in Regiis triremibus remigando per triennium. Et iterum per Tribunal Brev. Apoſtolici die 15. Junii 1564. Balthazar. Sans Presbyter, & Rector Eccleſiæ Parochialis Sancti Saturnini de Monte major delatus, & inculpatus de receptatione facinoroſorum hominum vulgo Michelets, fuit relegatus ad Inſulam per ſubdelegatum Brevis Apoſtolici nominandam per tempus ſex annorum ſub pœna caſu quo dictam relegationem non ſervaverit, ſerviendi in Regiis triremibus remigando per ſimile tempus ſex annorum.

Fabricatio falſæ monetæ eſt atrox, & grave deli- 100
ctum, *l.* 3. *C. de Epiſcop. aud.* Gambacurta *de immu. Eccleſ. lib.* 5. *c.* 21. *num.* 1. *in fine*, & ex his quæ tradunt Peguera *deciſ.* 46. *à nu.* 7. *& in pr. cr. c.* 16. Ripoll. *de regal. c.* 15. *à num.* 29. Menochius *de arbit. jud. caſu* 316. Farinacius *in praxi*, *p.* 4. *q.* 115. *& conſ.* 48. *per totum*, Sanfelicius *deciſ.* 59. illudque à Clerico commiſſum, illius cognitio, & punitio pertinet, & ſpectat in Cathalonia ad Judicem Brevis Apoſtolici, ut fuit declaratum per Tribunal Brevis Apoſtolici die 26. Octobris 1610. contra Franciſcum Jalonch Presbyterum.

Sed

101 Sed utrùm Clericus fabricator falsæ monetæ sit actualiter degradandus, & tradendus Curiæ sæculari, tractant Diaz. & Farinacius qui negativè resolvunt, *ille in prax. crim. cap.* 117. *versic. Sed an puniatur, & iste in prax. crim. part.* 4. *qu.* 115. *num.* 33. & 34. Qua igitur pœna puniendus, Riccius *decis.* 294. *part.* 2. tradit, per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam quemdam Clericum in cujus posse reperta fuit non modica quantitas pecuniæ falsæ, cujus quantitatem notabilem expenderat, fuisse ad triremes condemnatum per spatium quinque annorum.

102 Crimen falsi gravissimum, abominabile, & horrendum est ut post alios docent Clarus §. *falsum*, *num.* 1. ubi Bajardus *num.* 1. Menochius *de arbitr. jud. casu* 306. *num.* 1. & 13. Marchus *dec.* 710. *num.* 1. *part.* 1. Cened. *collect. ad decretales* 26. *num.* 2. Riccius *decis.* 279. *num.* 6. *part.* 2. Cabal. *resol. crim. casu* 165. *num.* 2. Farinac. *de falsitate qu.* 150. *numer.* 12. & 13. Et propter ejus atrocitatem in generali abolitione, & gratia delictorum non comprehenditur, ut tradunt aliis citatis Menochius *de arb. judicum casu* 306. *num.* 11. Afflict. *dec.* 404. *num.* 22. Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 59. *num.* 98. & 102. Cenedo *collect. ad decretales* 26. *num.* 2. Riccius *decis.* 279. *num.* 7. *part.* 2. Peguera *dec.* 80. *nu.* 1. Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 54. & *de falsi-*
103 *tate qu.* 150. *nu.* 14. Et Nobilis ob id Nobilitatem amittit, pœnisque plebejorum punitur, Afflict. *decis.* 404. Tiraquel. *de pœnis temperan. casu* 21. *num.* 23. Peguera *dec.* 80. *num.* 3. Menochius *de arb. jud. casu* 306. *nu.* 13. Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 98. *num.* 118. & *de falsitate, qu.* 150. *num.* 15. Cabal. *res. crim. casu* 165. *num.* 7. Genuen. *in prax. Archiep. c.* 29. *num.* 2. Riccius *dec.* 279. *num.* 4. *part.* 2. Sesse *decis.* 11. *num.* 16. qui *num.* 20. *decisum refert. part.* 1. Et etiam propter ejus enormita-
105 tem, multa alia habet specialia, de quibus Riccius *decis.* 279. *à numer.* 4. *part.* 2. Peguera *dec.* 80. *à numer.* 1. Cenedo *collect. ad decret.* 26. *num.* 2. & 3. Menochius *de arbit. jud. casu* 306. *à num.* 1. remissivè Bajard. ad Clar. §. *falsum à num.* 1. Farinac. *de falsitate qu.* 250. *à num.* 12. *ad* 18. Taleque delictum à Clerico commissum, illius cognitio, & punitio pertinet, & spectat in Cathalonia ad Judicem Brevis Apostolici, ut fuit declaratum per Tribunal Brevis Apostolici 8. Martii 1605. contra Michaelem Angelum Serra Clericum Barcinonen. Et idem est in Clerico persuadente, seu corrumpente Notarium, ut fabricaret falsum instrumentum, hujus delicti cognitio pertinet ad Judicem Brevis Apostolici, ut fuit declaratum in Tribunali Brevis Apostolici die 16. Novembris 1627. contra Nicolaum Mir Clericum Villæ Bisulduni. Similiter spectat cognitio, & punitio ad Judicem Brevis Apostolici, quando Clericus cum apochis, seu polisis falsis extrahit à bancho Civitatis Barcinonæ, seu exigit aliquas pecuniæ quantitates, ut fuit declaratum in Tribunali Brevis Apostolici prima Junii 1627. contra Fratrem Franciscum Maines Religiosum Sancti Augustini Civitatis Barcinonæ.

106 Sed quæ sit pœna falsi in Clerico omissis opinionibus de quibus Farinac. *de falsitate qu.* 150. *num.* 43. & 44. Veritas est, quòd sit depositio, privatio beneficiorum, & detrusio in Monasterium, *Can. si Episcopus* 30. *dist.* Fermosin. *in cap. cum non ab homine quæst.* 27. *à num.* 18. *de jud.* Ciarlin. *controv. foren. c.* 207. *num.* 58. *part.* 2. & *vide dec.* 88. *num.* 25. *part.* 2. Decius *in c. at si Clerici, num.* 241. *de jud.* Diaz. *in pract. crim. c.* 107. Boer. *dec.* 291. *num.* 2. Marcus *dec.* 667. *part.* 1. Menochius *de arb. jud. casu* 306. *numer.* 7. Grivel. *dec.* 101. *num.* 7. Farinac. *de falsit. quæst.* 150. *num.* 44. Jul. Chartar. *decis.* 11. *à numer.* 4. videndus Riccius *dec.* 70. *par.* 1. Ubi refert decisum, fuisse condemnatum quemdam Clericum pœna extraordinaria ad exulandum per quadriennium, ex quo præsentavit apochas falsas bancho, sed non exigit pecuniam, Genuensis *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 29. *num.* 2. ubi testatur anno 1597. fuisse condemnatum ad triremes quemdam Nobilem Clericum, ex quo cum apochis falsis furatus fuerat à bancho certam pecuniæ quantitatem, de quo casu testatur etiam Riccius *dec.* 279. *num.* 4. *part.* 2. Jul. Chartar. *dec.* 10. & 11. ubi refert quemdam Sacerdotem falso scribentem in libro Missarum se Missæ sacrificium celebrasse, extorquentemque pecunias pro ipsarum celebratione, ultra privationem beneficiorum, depositionem ab ordine, ac detrusionem in Monasterium potuisse damnari ad remigandum in Regiis triremibus ad aliquod præfinitum tempus, & forsan etiam in perpetuum, sed indulgendo ejus senili ætati condemnatum fuisse ad restitutionem pecuniarum ab eo indebitè extortarum, & in pœnam privationis beneficiorum, suspensionis à Divinis, & exilii à Civitate, & Diœcesi Mediolani ad beneplacitum Archiepiscopi. Et qua pœna puniatur laicus præsentans falsas litteras tabulæ, seu bancho Barcinonæ, sed non extrahit pecuniam, Sanfelicius *decis.* 58. & quid quando pecuniam extrahit, Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 360. Despujol ad Mieres *verbo furti pœna.* Xammar. *de privileg. Barcinonæ*, §. 19. *nu.* 18.

Resistentia facta per Clericos Regiis Officialibus in 107
actu capturæ, seu executionis alicujus provisionis, vel sententiæ est atrox delictum, ex his quæ tradunt Cagnol. *in l. unica*, §. *is videtur post num.* 27. *ff. si quis jus dic.* Eugenius *cons.* 31. *num.* 2. 8. & *à num.* 28. Menochius *consil.* 230. *à num.* 82. *lib.* 3. latè Jul. Chartar. *dec.* 96. *num.* 15. 16. & 17. Narbona *l.* 20. *gloss.* 17. *titu.* 1. *l.* 4. *recop.* Riccius *dec.* 31. *part.* 1. Illiusque cognitio, & punitio pertinet in Cathalonia ad Judicem Brevis Apostolici. Ut fuit decisum in Tribunali Brevis Apostolici 6. Maii 1596. contra Mattheum Sercos Presbyterum, & Rectorem Ecclesiæ Parochialis Villæ Acrimontis, & alios Clericos ejusdem Villæ. Et die 7. Junii 1603. contra Fratrem Petrum Balle, & alios Religiosos Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Villæ de Vallibus. Et die 16. Julii 1615. contra aliquos Clericos Ecclesiæ Sedis Barcinonæ, & die 21. Februarii 1616. contra Fratrem Antonium Jonc Subpriorem, & alios Religiosos Monasterii Sancti Augustini Civitatis Barcinonæ, & die 21. Julii 1628. contra Fratrem Faus Præsidentem, & alios Religiosos Monasterii Sancti Francisci de Paula. Et die 21. Junii 1654. contra Fratrem Franciscum Torres conventualem Sancti Francisci Civitatis Barcinonæ.

Clericus resistens Officialibus Regiis, seu eos im- 108
pediens in executione capturæ, vel sententiæ, puniendus est pœna extraordinaria Judicis Brevis Apostolici arbitrio juxta facti, & personarum qualitatem, potestque illum punire pœna bannimenti, & relegationis, ut ex Farinac. & Jul. Chartar. dixi *decis.* 27. *num.* 20. & 21. Ita fuit observatum in Tribunali Brevis Apostolici 2. Maii 1628. contra Don Didacum à Peguera Clericum Beneficiatum Civitatis Minoriss, qui propter resistentiam cum violentia, & armis factam Iosepho Mulet Subbajulo Regio dictæ Civitatis Minoriss, & asportationem instrumenti manualis parvi, fuit bannitus à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossellionis, & Ceritaniæ per tempus septem annorum, videndus Riccius *dec.* 204. *part.* 2. & *dec.* 31. *part.* 1.

An autem Judex sæcularis possit capere Ecclesiasti- 109
cos resistentes jurisdictioni sæculari, vel eam impedientes ad effectum illos remittendi ad suum Superiorem, eosque punire pœna pecuniaria in suis bonis, videndi sunt Bob. *in pol. l.* 2. *c.* 18. *num.* 84. Villadiego *in poli. c.* 5. *num.* 77. Esse *de inhib. capit.* 9. §. 1. *à num.* 60. Megalius *part.* 3. *libr.* 3. *capit.* 11. *num.* 22. Sanchez *in opusc. tom.* 1. *libr.* 3. *cap. unic. dubit.* 31. *num.* 2. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 79. & *in sum. par.* 1. *verbo Judex laicus, num.* 2. Thomas del Bene *de immu. Eccl. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 55. *sect.* 4. *vide suprà dec.* 28. *n.* 27.

Crimen læsæ Majestatis humanæ est grave, & atrox, 110
l. 3. *C. de Epis. And.* Gambacurta *de immun. Eccl. lib.* 5. *c.* 21. *num.* 1. *in fine*. Imò gravissimum, & horrendum, ut post alios docet Farinac. *de crim. læs. Majest. qu.* 112. *num.* 1. Ac etiam immane Franchis *decis.* 691. *numer.* 1. Cabreros *de metu l.* 2. *c.* 30. *num.* 1. de cujus atrocitate latè Jul. Clar. & ad eum Bajard. §. *læsæ Majestatis*, Gomez. & ibi Laynez. *var. tom.* 3. *capit.* 2. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *capit.* 1. *cum seq.* Faber. *in suo C. libro* 9. *titul.* 6. Narbona *l.* 20. *gloss.* 7. *tit.* 1. *libr.* 4. *recop.* Azevedo *l.* 1. *cum seq. tit.* 18. *l.* 8. *recop.* Farinac. *de crim. læs. Majest. quæst.* 112. *cum sequ.* Vela *de delict.*

111 *c.*21. Et Clericus illud atrociſſimum crimen committens ejus cognitio, & punitio pertinet, & ſpectat in Cathalonia ad Judicem Brevis Apoſtolici, ex traditis per Ripoll. *de regal. cap.*12. *à num.*75. *junctis num.* 89. *&* 95. Ita fuit declaratum in Tribunali Brevis Apoſtolici 18. Junii 1655. contra Didacum N. Presbyterum, & beneficiatum Eccleſiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barcinonæ. Et eodem die contra Bartholomæum N. Canonicum, & Sacriſtam Sedis Urgelen. Et die 4. Octobris 1655. contra Fructuoſum N. Canonicum Eccleſiæ Minoriſſæ. Et die 5. Octobris 1555. contra Antonium N. Presbyterum Villæ Calidarum de Monte Bovino 21. Februarii 1655. contra Doctorem Melchiorem Maſcaro Canonicum, & alios Clericos & Religioſos Civitatis Solſonæ. Et die 8. Julii 1656. contra Clementem N. Rectorem de Madrona.

112 Unde impertinens videtur illa difficultas, an Clericus in ſuum Principem ſæcularem commirtat crimen læſæ Majeſtatis, ut tradit Diana *reſolut.moral. part.*7. *tract.* 1. *reſol.* 10. §.3. notarunt Farinacius *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.*28. Ambroſinus *de immunitate Eccleſiæ cap.* 17. *num.*4. *verſic. Quam rationem*, de qua quidem difficultate Julius Clarus §. *læſæ Majeſtatis num.* 6. *&* 7. ubi Bajardus *num.*14. *&* 15. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 2. *num.* 10. ubi Laynez *num.* 11. *verſic. non ſubditus*, Narbona *l.* 20. *gloſſ.* 7. *num.* 115. *titulo ſecundo*, *lib.* 4. *recop.* Azevedo *l.* 1. *à num.* 44. *tit.* 18. *lib.* 8. *recop.* Decianus *tractatu criminal. lib.* 7. *cap.* 8. *à num.*5. Faber *in ſuo C. lib.* 9. *titu.* 6. *def.* 10. *&* 11. Farinacius *deciſ.* 241. *num.* 6. *poſt tom.* 2. *conſil.* Solorzan. *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *nu.*26. *&* 27. Thoro *in ſupplemento deciſionum verbo crimen*, *fol.* 123. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 114. Farinacius *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *à num.* 28. *&* *de crimine læſæ Majeſtatis*, *quæſt.* 112. *à numer.* 231. *cum pluribus ſeq.* Anſald. *de juriſdict. part.*2. *tit.*11. *cap.*3.

113 Unde etiam ceſſare videtur in Cathalonia illa alia difficultas an Clericus committens crimen læſæ Majeſtatis in ſuum Principem puniri poſſit per Judices ſæculares, ex his quæ tradit Ripoll. *de regal. cap.* 12. *num.* 89. *juncto num.* 95. in qua pro affirmativa multos citant Ramirez *de lege Regia*, §. 17. *num.* 11. Bobadilla *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 114. & latè probant, & exemplaria referunt Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 3. Cutellus *de immunitate Eccleſiæ lib.* 2. *quæſt.*20. pro negativa autem quæ verior eſt, Peſantius *de immunitate Eccleſiæ diſputatione* 13. Salzedo ad Bernard. Diaz. *in pract. crimin. cap.* 119. *littera B.* Solorzano *de jure Indiarum tomo* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *nu.* 10. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 133. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 72. Ponte *deciſione* 9. Franchis *deciſ.* 691. Ambroſinus *de immunitate Eccleſiæ cap.* 17. *num.* 3. *&* 4. Farinacius *in prax. part.* 1. *qu.* 8. *à num.* 28. *&* *de crimine læſæ Majeſtatis*, *qu.* 112. *num.* 233. Riccius *in prax. part.* 1. *deciſ.* 365. Fermoſinus *in cap. cum non ab homine quæſtione* 20. *in fine de jud.* Thoro *in compen. deciſ. verbo Clericus ob crimen*, *fol.* 97. *tom.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 269. *num.* 15. *libro tertio*, Ripoll. *de regal. capite* 12. *numer.* 89. cum mille aliis quos laudant, & exemplaria adducunt Diana *reſol. moralium part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 19. *&* *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 30. *&* *part.* 7. *tract.* 2. *reſolut.*10. *&* *in ſum. par.* 1. *verbo Judex laicus num.* 4. Thomas del Bene *de immunitate Eccleſiæ tomo* 1. *cap.* 6. *dub.* 4. *per totam*.

114 Clericus ob crimen læſæ Majeſtatis eſt degradandus, *can. ſi quis laicus* 22. *quæſt.* 5. Romanus *conſ.*565. Capicius *deciſ.*130. *num.* 75. Farinacius *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 32. Cutellus *ad immunitate Eccleſiæ lib.* 2. *qu.*20. *num.*14.

115 Sed de qua degradatione intelligatur, an de verbali, an verò de actuali, & ſic de traditione Curiæ ſæculari.

116 Prima eſt opinio, quòd intelligatur de degradatione verbali, niſi Clericus fuerit incorrigibilis, ita Boſſius *de foro compet. numer.* 137. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *num.*27. *verſic. Sed Nunquid*, Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 8. *num.* 32. *verſic. Altera*, *&* *de crim. læſæ Majeſt. quæſt.*112. *num.*231. *&* *deciſ.*241. *numer.*8. *tom.*2. *conſil.* Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 116. *littera*, *A.* Barboſa *in can. ſi quis laicus* 22. *quæſt.* 5. Salzedo ad Bernard. Diaz. *in pract. crim. cap.*119. *littera C.* Fermoſinus *in cap. cum non ab homine quæſt.* 20. *à num.* 3. *de judiciis*, Fachineus *controv. jur. lib.* 9. *capite* 29. *verſic. quintum argumentum*, Diana *reſol. moral. part.* 3. *tractat.*1. *reſol.* 16. *&* *in ſum. part.*1. *verbo Clericus n.* 25. Thomas del Bene *de immunitate Eccleſiæ*, *tom.* 1. *cap.*6. *dubit.* 5. *ſect.*1. *à num.*1. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.*3. *alleg.* 110. *num.*13.

Secunda eſt opinio, quòd intelligatur de degrada- 117
tione actuali, & ſic de traditione Curiæ ſæculari, etiam nulla expectata incorrigibilitate, Abbas *in c. at ſi Clerici num.*41. *de judic. & in c. novimus num.* 5. *in fine de ſent. excom.* Capic. *dec.* 130. *num.*75. Gigas *de crimine læſæ Majeſtatis libro* 1. *rubr. qualiter & à quibus quæſt.*63. *num.*1. *in fine*, Decian. *tractatu criminali*, *lib.*4. *cap.*9. *num.* 7. *& lib.*7. *cap.*38. *num.*11. Farinacius *in prax. part.*1. *quæſt.*8. *num.*32. *verſ.una*, *&* *de crimine læſæ Majeſtatis part.*4. *qu.*112. *num.*232. Gregorius Lopez *l.*61. *gl.*3. *verbo homicidio ante finem*, *tit.*6. *par.*1. 118
Curia Philippica *part.*3. §.2. *num.*27. Anſaldus *de juriſdic. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 3. Theſaurus *libr.* 4. *quæſt. foren.*22. Roitius in addit. ad Franchis *dec.* 571. nam in crimine læſæ Majeſtatis non expectatur incorrigibilitas, cum Clerici criminis læſæ Majeſtatis rei incorrigibiles reputentur, ut tradit Cutellus *de immunitate Eccleſiæ lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.*18. qui citat Ponte *dec.*9. Tapiam *in conſtit. reg. tit. de perſonis num.* 10. Genuen. *in pract. Archiepiſc. Neapol. cap.*72. Franchis *dec.*691. Riccium *reſ.*301. *part.*2. *&* *collect.*1466. Thoro *in compend. verbo Clericus*, *folio* 97. *tomo* 1. Maſtrill. *deciſione* 269. *nu.*15. *lib.*3.

Tertia eſt opinio, ut ſit judici arbitrarium Cleri- 119
cum læſæ Majeſtatis reum tradere Curiæ ſæculari, ſi facti, & perſonarum qualitates aggravantes id ſuaſerint, ita Placa *delict. cap.* 22. *in fine*, Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.*20. *num.*7. *paulò ante verſic. Tandem*, Clarus §. *fin. qu.*36. *num.* 27. *verſic. Quæro nunquid in fine*, Farinacius *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 32. *ver. in hac*, Bobadilla *in polit. lib.*2. *cap.*18. *num.*116. *littera B.* 120
Nam quando delictum eſt nimis atrox, & ſcandaloſum, pernicioſum exemplo, & valde damnoſum reipublicæ, tunc Clericus degradatur actualiter, & traditur Curiæ ſæculari, ne alioquin privilegium immunitatis Eccleſiæ in honorem, & favorem ſtatus Clericalis conceſſum, in ejus indecorem, & infamiam convertatur, ut docent aliis relatis Avila *de conſ. part.* 4. *diſput. unica*, *dub.*3. *concl.*5. *verſic. Denique*, Ambroſ. *de imm. Eccl. c.*17. *num.*40. *verſ. Si verò*, Villalobos *in ſum. par.*1. *tractat.*18. *dif.*12. *num.*12. *in fine*, Thomas del Bene *de immunit. Eccl. tom.*1. *c.*6. *dubit.*5. *ſect.*3. *à numer.*13. Caſtro Palao *tom.*6. *diſp.*4. *punct.ult. num.* 13. Diana *reſol. mor. part.*10. *tract.*11. *reſ.*52. *verſic. Verum*, Bobad. *in polit.* 2. *cap.*18. *nu.*75.

Quarta eſt opinio, ut de conſuetudine intelligatur 121
de degradatione actuali, & traditione Curiæ ſæculari, Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *c.*6. *dub.* 5. *ſect.*3. *à num.*13. & alii ſuprà *num.*55. intellige ſi delictum eſt nimis atrox, & ſcandaloſum, ut dixi, *n.*120.

In Cathalonia extra difficultatem eſt, quòd Judex 122
Brevis Apoſtolici pro crimine læſæ Majeſtatis poteſt Clericum, vel Religioſum actualiter degradare, & Curiæ ſæculari tradere, ex his quæ dixi *num.* 56. attentis circumſtantiis perſonæ, & delicti, ex traditis *num.*119. videndus omninò Theſaurus *lib.* 4. *quæſt. foren.* 22. qui latiſſimè hæc tradit Thoro *in compend. deciſ. part.*1. *verbo Clericus*, *fol.*97. Riccius, & alii citati *num.* 118. Ubi autem circumſtantiæ perſonæ, & delicti id non ſuadent, Judex Brevis Apoſtolici Clericum, vel Religioſum reum læſæ Majeſtatis ultra degradationem verbalem, ſeu depoſitionem, privationem beneficiorum, & detruſionem in Monaſterium, Farinacius poſt alios *de crimine læſæ Majeſt. part.* 4. *quæſt.* 112. *num.* 231. *&* 236. Loco detruſionis in Monaſterium poteſt illum condemnare in carcerem perpetuum, vel ad tempus ut in caſu relato contra quemdam Monachum per Thoro, & alios Doctores citatos *num.* 118. vel ad triremes, ut in caſu relato per Bobadillam

dillam *in polit. lib.2. cap.18. sub num.116.* Ita fuit observatum in Cathalonia per Tribunal Brevis Apostolici 7. Julii 1656. contra Melchiorem Mascaro Presbyterum, Sanctæ Theologiæ Doctorem, & Canonicum Selsonen. qui fuit privatus ut indignus omni officio, & beneficio Ecclesiastico, depositus, & verbaliter degradatus, condemnatusque in perpetuum in arcem ad partes Africæ per Judicem subdelegatum Brevis Apostolici nominandam. Et 17. Septembris 1656. contra Jacobum Jalmar Subdiaconum Ecclesiæ Solsonen. qui fuit privatus beneficiis, verbaliter degradatus, & condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per quinquennium.

124 Quæ autem alia delicta dicantur gravia, & atrocia, arbitrio Judicis relinquitur, *secundùm gloss. in l. 1. verbo parte, ff. de custod. reor. & in cap. pervenit, de sentent. excomm. & in cap. cum illorum verbo membrorum, de sentent. excomm.* Menoch. *de arbit. jud. casu 266. numer. 2.* Clarus §. 1. *versic. Sunt etiam in princ.* ubi Bajard. *num. 9.* Oddo *de restit. in integ. part.2. quæst. 80. num. 1.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 8. num. 59. & quæst. 18. num. 62.* Paz. *in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. numero 65.* Ambrosin. *immun. Eccles. cap. 17. sub numer. 34.* Guazzin. *defens. 33. cap. 24. num. 2.* Narbona *l. 20. gloss. 17. num. 15. tit. 1. lib. 4. recop.* Diana *resol. moral. part. 10. tract. 11. resol. 52. sub ver. Verum, ibi, quod si Reges,* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. cap. 5. dubit. 5. sect. 2. à num. 36.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 10. part. 1. num. 59. & decis. 259. num. 18. part. 1.*

125 Debet autem Judex delicti atrocitatem, & gravitatem dijudicare ex qualitatibus, & circumstantiis facti & personæ delinquentis, & contra quam delinquitur, *juxta l. aut facta, §. pœna gravior, ff. de pœnis,* Fontanella *de pac. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 10. part. 1. num. 59.* Castillo *decis. 171. num. 10. tom. 2.* latè explicat, & declarat Farinac. *in prax. part. 1. quæst.*

126 *18. à nu. 63. ad 83.* Et his deficientibus ad cognoscendum gravitatem, & atrocitatem delicti recurrere debet ad pœnam, quæ pro eo à jure imponitur, ut si ea sit gravis, & atrox, grave etiam, & atrox delictum esse censeatur, ita Bart. *in l. levia, ff. de accusat.* Clar. §. 1. *versic. Sunt etiam* Paz. *in prax. part. 6. tom. 1. cap. 3. num. 55. & 66.* Farinac. *in prax. part. q. 18. num. 83.* Cabal. *resol. crimin. casu 197. nu. 5.* Valenzuela *consil. 143. à num. 173. lib. 2.* Castillo *decis. 171. num. 26. tom. 2.* Jul. Chartar. *decis. 46. num. 78. & dec. 94. num. 158.* Fontanella *de pac. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 10. à num. 121. vide decis. 71. num. 12. part. 2.* Connumera-

127 bit etiam inter delicta atrocia, omnia illa per quæ delinquens infamiam incurrit, *can. infames 3. quæst. 7.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 8. sub num. 59. & quæst. 18. num. 102.* Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 12. num. 21.* Sanfelicius *decis. 13. numer. 18.* Ferrer. *part. 3. observ. cap. 183.* ubi de delicto violentiæ in personam cujusdam mulieris, quod fuit declaratum atrox.

128 Et generaliter pro explicatione totius materiæ gravium, & atrocium delictorum, videndi sunt Clar. §. 1. *versic. Sunt etiam,* Menochius *de arbitr. jud. casu 266.* Oddo *de restit. in integ. part.2. qu. 80. à num. 1.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 8. num. 59. & quæst. 18. à num. 61.* Paz. *in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. à numer. 53.* Narbona *l. 20. gloss. 17. tit. 1. lib. 4. recop.* Diana *resolut. moral. part. 10. tract. 11. resolut. 52. ver. Verum,* Thomas del Bene *de immun. Eccles. tom. 1. cap. 5. dubit. 5. sect. 5. à numero 36.* Cavalcan. *de brachio Reg. part. 1. à numer. 63.* Gambacurta *de immun. Eccl. lib. 5. cap. 20. 21. & 22.* remissivè Laynez ad Gomez *tom. 3. var. cap. 3. numer. 42. in fine.*

129 Nunquam tamen vidi per Tribunal Brevis Apostolici Clericos condemnatos, ad fustigandum more laicorum, quia pœna fustigationis more laicorum Clericis imponi non potest, Clar. §. *fin. quæst. 70. nu. 2.* Salzedo ad Bernard. Diaz. *in pract. crimin. cap. 135.* Guazzin. *defens. 39. cap. 1. sub num. 15.* Farinac. *in prax. part. 4. qu. 147. num. 65.* latè probat Riccius *in praxi par. 1. resol. 355. & decis. 105. part. 2.* contrariis respondit Genuen. *in prax. Archiepisc. Neapol. cap. 73.* etiam contra Clericos actualiter degradatos, & Curiæ sæculari traditos, ut fuit observatum in Regio criminali Concilio Cathaloniæ 20. Junii 1567. contra Galcerandum Vilaformiu olim Presbyterum Diœcesis Barcinonæ, qui fuit condemnatus ad strangulandum, & non obstantibus pluribus latrociniis non fuit fustigatus, prout in latronibus est fieri solitum.

Nec etiam vidi Clericos delinquentes cum archi- 130
busiis, & aliis armis prohibitis, per Tribunal Brevis Apostolici condemnatos duplici pœna, scilicet delatonis armorum, & vulneris, seu homicidii, Riccius *decis. 57. num. 4. in fine, part. 2.* Siquidem delinquens cum armis prohibitis non punitur duplici pœna, vulneris scilicet, seu homicidii, & delationis armorum, sed unica tantùm pœna, *gloss. communiter recepta in l. qui de crimine, verbo plurima, C. de accusat.* Clar. §. *fin. quæst. 80. nu. 4. versic. Alius est casus,* Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 19.* cum relatis per Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 22. numer. 20. & 21. & part. 3. quæst. 108. num. 166.* plures Cabal. *resol. crimin. 158. numer. 7.* Riccius *in prax. part. 1. decis. 356. & decis. 57. à num. 1. part. 2.* Regens Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 30.* 131
cap. 10. numero 10. Quod procedit, sive pœna vulneris sit major, quàm pœna delationis armorum, sive pœna delationis armorum sit major, quàm pœna vulneris, quia semper minor pœna cum majori confunditur, Cephal. *consil. 240. à num. 42. lib. 1.* quidquid reclament Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst. 84. num. 25. & 26.* Riccius *in prax. part. 1. dec. 356. num. 2. & decis. 57. nu. 5. part. 2.* Cabal. *resol. crimin. casu 158. à num. 13.* Farinac. *in praxi, part. 3. q. 108. num. 168.* quia contra eos est verior sententia, ut per Guazzin. *defens. 29. capite 2. num. 18.* Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom. 2. tit. 30. cap. 10. num. 10.* qui *num. 11.* Advertit, quòd dispensatus 132
in delatione armorum, si cum illis delinquat, non solùm incurret pœnam illati vulneris, sed punietur quoque pœna delationis armorum, citat Bajard. ad Clar. §. *fin. q. 8. n. 75.* Vide Guazzin. *defens. 29. cap. 2. n. 19.*

Nec tamdem vidi Clericos Doctores, vel aliàs No- 133
biles per Tribunal Brevis Apostolici condemnatos ad triremes, ut tradunt Genuen. *in pract. Archiep. Neap. cap. 29. num. 1.* qui *num. 2.* limitat in crimine falsi, *& numer. 3.* limitat in causis Sanctæ fidei, idem tradit Riccius *dec. 216. num. 1. part. 1. & dec. 19. decis. 93. dec. 232. decis. 278. & dec. 279. part. 2. & in praxi dec. 346. & 360. & in addit. ad Franchis decis. 569. in fine,* sequitur Thoro *in compend. decis. Curiæ Archiep. Neapol. verbo Nobiles Clerici pro causis, verbo Nobiles Clerici non aliter, & verbo Nobilitas in crimine falsi, fol. 50.*

Clericos autem ignobiles pluries legi, & vidi per Tribunal Brevis Apostolici ad triremes condemnatos fuisse, nam etsi pœna triremium in Sacerdotibus aliquibus displiceat, ut Diaz. *in pract. crim. cap. 143.* Clar. §. *fin. qu. 70. num. 5.* latè, & pulchrè Carena *de offic. Sanctæ Inquisit. part. 3. tit. 13. §. 3. à num. 33.* benè Ciarlin. *controv. forens. cap. 207. à num. 47. hac part. 2.* Lezana *q. regul. tom. 1. capit. 16. num. 32.* Farinac. *in praxi par. 1. p. 19. num. 14.* Et Curia Archiepiscopalis Neapolitana pro posse conetur non condemnare ad triremes Clericos ignobiles, sed si habent, unde se alant, condemnet ad carceres, ex quo magna est Dignitas Clericorum, & soleant simpliciores scandalizari conspiciendo Clericos maximè Sacerdotes remigando in triremibus, Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 29. num. 3.* Et ex constitutione Papæ Urbani VIII. Clerici sive regulares, sive sæculares jam non damnentur ad triremes, sed recludantur in ergastulo ejus jussu constructo, Jul. Clar. *decis. Archiep. Mediol. 66. num. 38. & 125.* Cæterum quòd pœna triremium sit in usu, non solùm in laicis, sed etiam in Clericis, & quòd Clerici sive sæculares, sive regulares etiam Sacerdotes possint de consuetudine pro gravibus delictis ad triremes condemnari, Navarr. *in can. nullam, numer. 52. 18. quæst. 2.* Diaz, & ibi Salzedo *in pract. crimin. cap. 143.* Jul. Clar. §. *fin. qu. 70. num. 5.* Cabal. *resol. crim. casu 87. num. 6.* Guazzin. *defens. 33. cap. 4. sub num. 8. & defens. 39. cap. 1. numer. 15.* Jul. Chartar. *decis. Archiep. Medior. 66. numer. 124. & 125.* Villalobos *in sum. par. 1. tract. 18. dif. 12. num. 6.* (ubi quòd verberans Clericum ad triremes con-

condemnatum non incurrit in excommunicationem, de quo vide Diana *resol. moral. part. 9. tract. 4. resol. 17.*) Riccius *decis. 94. & 95. part. 2. & in praxi fori Ecclesiastici decis. 690. part. 1.* & latè in praxi *var. resol. 204.* Et plures casus in quibus ita fuit practicatum, referunt Clar. §. *fin. qu. 70. numer. 5.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. 29. num. 2. & 3.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 18. nu. 116.* Riccius *decis. 179. part. 1. decis. 279. num. 4. & decis. 293. num. 6. & decis. 294. num. 3. part. 2.* Farinac. *in praxi part. 4. quæst. 119. num. 55. & consil. 143. in fine, lib. 2.* Guazin. *defen. 39. cap. 1. num. 4. vers. Et ita, & num. 5. & 14.* Jul. Chartar. *decis. Archiep. Mediol. 1. in fine, versic. Ex quibus, & decis. 29. nu. 8. & decis. 66. num. 38.* idem Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. capit. 64. num. 2.* ubi de Sacerdote eodem die duas Missas celebrante ex avaritia pro pecunia, qui fuit ad triremes per triennium condemnatus, & suspensus à celebratione Missæ, de quo Farinac. *frag. crim. part. 1. littera C. num. 311.* Riccius *in praxi fori Ecclesiast. dec. 351. in fine, part. 1.* Jul. Chartar. *decis. 25. num. 12.* Cabal. *resol. crimin. casu 87.* ubi de Clerico Diacono, qui Vicarium generalem sui Episcopi ense evaginato insultavit, qui fuit ad triremes per triennium condemnatus, de quo Riccius *in praxi variar. resol. 132.* late Ciarlin. *controv. fores capit. 207. à num. 45. ad 51.* Intellige Clericos esse condemnandos ad remigandum in Regiis triremibus, Jul. Chartar. *decis. 11. num. 13. versic. Jure*, & ex Navarr. *in can. nullam 19. quæst. 2. num. 52.* notant Salzedo ad Bernard. Diaz *in pract. crim. capit. 143.* Riccius *in praxi var. resol. 104. num. 1. versic. Adde*, exemplare refert idem Jul. Chartar. *decis. 66. num. 53. versic. Hæc igitur*, Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 7. can. 10.* Et fuit observatum in Tribunali Brevis Apostolici in casibus relatis, *num. 57. 58. 93. 95.* & 123. debet tamen præcedere degradatio verbalis, Jul. Chartar. *decis. 88. num. 124.* Riccius *in praxi var. resol. 104. num. 3.* plures Ciarlin. *controv. foren. cap. 207. num. 54. part. 2.* ut in decisionibus traditis *num. 57. 95. & 123.*

Ad torturam pro habenda veritate aliquando Clerici etiam Presbyteri fuerunt condemnati per Tribunal Brevis Apostolici, ut fuit observatum 2. Augusti 1596. contra Benedictum Viader Presbyterum, qui propter homicidium ad torturam extitit condemnatus. De quo an & quando Clerici, vel Religiosi, etiam in Sacris ordinibus constituti possint ex indiciis absque diffamatione torqueri, & an indicia requirantur graviora, & urgentiora ad torquendos Clericos, quàm laicos, & an tortura debeat esse in Clericos ita severa sicut in laicis, & an Clerici torqueri possint à laicis de mandato Episcopi, videndi sunt Bossius *titul. de Ind. num. 103.* Clar. §. *fin. quæst. 64. num. 24.* Paz. *in prax. part. 5. tom. 1. cap. 3. §. 12. num. 49.* Cabal. *resol. crimin. casu 84. à num. 18.* Boer. *decis. 163.* Cevallos *com. con. commun. quæst. 619.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 55. num. 12. versic. Et ut obiter, & num. 13. & c. 66.* Riccius *decis. 72. part. 1. & decis. 200. part. 2. & in praxi decis. 369. num. 1. versic. Ex quibus*, Granut. *theorem. 18.* Guazzin. *defens. 30. cap. 4. num. 28. & cap. 10.* Farinac. *in praxi part. 1. qu. 41. à num. 2. ad 16. & cons. 38. num. 16.* Jul. Chartar. *dec. 12. num. 13. versic. His relatis, & num. 30. & 31. & decis. 88. num. 52. & decis. 94. num. 156.* Barbosa *in cap. 1. num. 7. de deposito, & in cap. universitatis, num. 3. de sentent. excomm.* Diana *part. 9. tract. 5. resol. 30.*

Solùm vidi dubitatum, an Clericus Doctor, seu aliàs Nobilis reus læsæ Majestatis possit ad triremes condemnari, & fuit visum quòd non in illa causa Doctoris Mascaro *relata num. 123.* & Franchis *decis. 569.* & Riccio *decis. 279. num. 3. part. 2.* Et licèt ob atrocissima delicta aliquando Nobiles suspensos, & ad triremes condemnatos fuisse refert Aponte *de potest. Proreg. titul. primo, de provisi fieri solitis, §. 2. à num. 1.* sequuntur Visconti ad Franchis *decis. 569. in fine*, Pascal. *de pat. potest. part. 4. cap. 2. numer. 64.* Garcia *de Nobilit. gloss. 1. num. 13. & 14.* Azevedo *l. 3. num. 9. titul. 23. lib. 8. recop.* Covar. *libr. 2. var. cap. 9. numero 4. versic. Quinimo*, Guttier. *pract. lib. 4. q. 16. num. 2. 17. & 18.* latè Sesse *decis. 11. à num. 15. libr. 1.* Sanfelicius *decis. 56. à num. 18.* & loquendo in crimine læsæ Majestatis Covar. *lib. 2. var. cap. 9. numer. 4. versic. Quinimò*, Farinac. *in prax. part. 3. quæst. 100. num. 124.* Guttier. *pract. lib. 4. qu. 16. num. 11. 12. & 13.* Roitius in addit. ad Franchis *dec. 569.* Sesse *decis. 11. sub num. 14. & sub num. 15.* Thoro *in compend. dec. part. 1. verbo Nobilitas in crimine fol. 359.* Tamen in Hispania Nobiles pro isto delicto non puniuntur pœnis ignobilium, & sic non suspenduntur, sed decapitantur, ut tradunt Doctores citati, Covar. *num. 4. versic. Siquidem apud Hispanos*, Farin. *num. 124. in fine*, Guttier. *num. 14. 15. 16.* Sesse *nu. 5.* Baeca *de inope debit. cap. 16. num. 16.* Azevedo *l. 3. à num. 5. titul. 23. lib. 8. recop.* Narbona *l. 71. gl. 1. nu. 12. tit. 4. lib. 2. recop. fol. 217.*

Dubium tamen est, an Clericus possit relegari & 135
banniri adjecta aliqua pœna in casu contrafactionis; Respondeo quòd sic, Riccius *decis. 93. num. 1. 2. & 3. part. 2. & in praxi decis. 588. n. 1. 2. & 3. part. 1.* sic legi, & vidi pluries observatum in Tribunali Brevis Apostolici.

Sed difficultas restat, an Clericus possit relegari 136
banniri sub comminatione triremium, casu quo bannimentum, seu relegationem non servaverit, & ad talem pœnam secuta contraventione condemnari possit? iste casus fuit disputatus in Tribunali Brevis Apostolici 4. Maii 1600. occasione sententiæ latæ 3. Junii 1598. contra Maginum Costa Clericum in Ecclesia Villæ Cervariæ Beneficiatum, qui fuit relegatus in Insulam Sardiniæ per septennium, & in casu contraventionis ad serviendum in Regiis triremibus remigando irremissibiliter per triennium, ut tradidi *num. 43.* & cum dictam relegationem non servasset, duo ex Dominis Consultoribus Doctoribus Regii Concilii, qui in ea causa intervenerunt, voti fuerunt, quòd dictus Maginus Costa condemnaretur ad servitium Regiarum triremium remigando per triennium. Quod & practicatur in Cathalonia in Regio crimi- 137
nali Concilio etiam in casu, quo reus acceptat voluntariè bannimentum, seu relegationem, nam secuta contraventione sibi imponitur pœna conventa fustigationis, vel triremium, ut dicam *dec. 86. n. 23. par. 2.*

Sed contrarium in casu proposito fuit decisum in 138
Tribunali Brevis Apostolici per Dominum Episcopum Gerundæ Judicem delegatum adhærendo voto sui Assessoris, & dicto Magino Costa tantùm fuit duplicata relegatio, & in terminis ita pariter fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, ut testatur Riccius *decis. 93. tom. 2.* quia bannitus, vel relegatus ad tempus minus decennio si frangit fines exilii, vel relegationis solùm duplicatur ei relegatio, seu auxilium pro tempore, quod supererit, *l. aut damnum, §. quisquis, ff. de pœnis, ut dicam dec. 86. à nu. 13. part. 2.* quare cum reperiatur indicta pœna relegationem frangentibus, non est propterea inducenda nova pœna, & sic comminationis triremium in casu contraventionis, quia in pœnis benigna est facienda interpretatio, & in odiosis non habet locum extensio, *vulgatis juribus*, ita Riccius *dicta decis. 93. num. 4. part. 2. & in praxi ref. 588. nu. 4. p. 1.* sed hæc ratio salva pace casui nostro non est applicabilis, siquidem solùm procedit, quando simpliciter reus bannitur, seu relegatur absque comminatione in casu contraventionis, secus verò quando quis relegatur, seu bannitur cum comminatione, casu quo non servaverit relegationem, seu bannimentum, ut dicam *dec. 86. nu. 20. part. 2.*

Subdelegatus Brevis Apostolici capturam Clericorum 139
delinquentium crimina atrocia, receptionem testium, ac informationem aliis committere potest, ex his quæ tradunt Felin. *in cap. fin. §. ult. vers. 4. limita de off. deleg.* Navarr. *cons. 6. de off. deleg.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 27. n. 43.* Menoch. *cons. 17. num. 11. lib. 1.* Diana post alios *res. mor. part. 4. tract. 8. res. 18.* & ita practicatur, nam in Civitate ubi residet Curia Judicis Brevis Apostolici, informationes recipit Assessor ordinarius Brevis Apostolici; extra Urbem quotidie subdelegatus illas recipiendas, & capturam committit tàm Clericis, quàm laicis, quibus ipse vult, & colligitur *ex cap. Curiæ 73. & 76. anni 1599.*

Si

140 Si laicus Commissarius Judicis subdelegati Brevis Apostolici capiat Clericum, & Judex Ecclesiasticus ordinarius Clerici capti procedat censuris contra prædictum Commissarium, iste potest uti duobus remediis. Primò firmare jus, & de jure in Regio criminali Concilio in forma contentionis juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & firmata contentione inter Regium criminale Concilium, & Judicem Ecclesiasticum ordinarium dicti Clerici capti, declaratur per Cancellarium firmæ juris factæ in Curia sæculari locum esse, ita fuit declaratum per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Ramon, & Gujumet 24. Aprilis 1627. inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ in vim litterarum subsidiariarum Archidiaconi majoris Vicen. Sede vacante cum Regio criminali Concilio, his verbis : *sententiat, pronuntiat, & declarat firmæ juris factæ per dictos Michaelem Rodò Regium Alguizirium extraordinarium, & Josephum Malet subbajulum Regium Civitatis Minorissæ in dicta Curia sæculari Regii Consilii criminali locum fuisse, & esse, & consequenter procedimenta facta contra eos per Curiam Ecclesiasticam Vicen. fore, & esse revocanda.* Deinde fuit dictum : *Quo verò ad restitutionem instatam per dictam Curiam Ecclesiasticam Vicen. personæ dicti Don Didaci à Peguera (qui captus detinetur per dictum Judicem subdelegatum Brevis Apostolici) sententiat, pronuntiat, & declarat repetitioni prædictæ locum non esse.* Idem fuit declaratum eisdem verbis per Cancellarium Erill, Consultoribus Rubi de Marimon, Magarola, Josa, & Maffo 11. Julii 1634. *inter Curiam Ecclesiasticam Archidiaconi Majoris Vicen. Sede vacante, & Curiam sæcularem Judicis ordinarii Vicen. super repetitione personæ Pauli Capforc. Diaconi Vicen.* Secundo remedio potest uti prædictus Commissarius, ut ipse, seu Fisci procurator Curiæ Brevis Apostolici compareat cum supplicatione coram Judice subdelegator dicti Brevis Apostolici, per quem scribitur litteratoriè Judici ordinario Ecclesiastico dicti Clerici capti ne per censuras procedat contra dictum Commissarium aliàs compareat coram dicto Judice subdelegato ad deducendum suas prætensiones cum comminatione procedendi per censuras in secus agendis. Ita fuit observatum per Tribunal Brevis Apostolici in facto supplicationis oblatæ per Fisci Procuratorem Curiæ Brevis Apostolici contra Doctorem Michaelem Torres Canonicum Ilerden. Vicarium generalem, & Officialem Sede vacante 19. Octobris 1655. his verbis : fuit conclusum, quòd scribatur dicto Doctori Michaeli Torres, ne contra Doctorem Josephum de Sabata, & Castellis Ilerdæ popularem, ut Commissarium præsentis Curiæ procedat per censuras, nec aliàs, etsi forsitan procedimenta aliqua contra ipsum actitata fuerint, illa casset, revocet, & annullet, atque à suis regestris deleat, & casu quo dictus Vicarius Generalis Torres hæsitaverit prætendens cognitionem delicti perpetrati per Josephum Closa Subdiaconum Ilerden. ad dictum subdelegatum Brevis Apostolici non pertinere, compareat coram eodem Judice subdelegato ad deducendum, & allegandum suas prætensiones cum comminatione procedendi in secus agendis per censuras, & aliàs ut juris fuerit, & ad id expediantur litteræ opportunæ juxta stylum. Et eodem die fuerunt prædictæ litteræ expeditæ, *vide illius in regestro*. Ex his duobus remediis primum magis placet.

141 Sed ad propositum redeundo, licèt orta contentione jurisdictionis inter Judices delegatum, & ordinarium Ecclesiasticos, Judex delegatus uti major, & dignior Judice ordinario in causa delegata cognoscat, an sua sit jurisdictio, ut dixi *nu.* 1. 2. & 3. Tamen Judex Ecclesiasticus ordinarius potest se intromittere de causa, si Judex Ecclesiasticus delegatus excedat in sua commissione, vel contra formam commissionis procedat benè Belluga *in spec. princ. rub.* 11. §. *& quæ dicta, nu.* 4. *& rub.* 38. §. *conqueruntur, num.* 5. Portoles §. *deputati, num.* 33. *in fine*, Ripoll. *var. capite primo, à nu.* 45. adde alios quos laudavi *decis.* 27. *num.* 111. & Don Didacum Frances Urrutigoyti *in Pastor. regul. part.* 1. *clauf.* 11. *num.* 6.

142 Dubium tamen est, qualiter decidendæ sint contentiones jurisdictionis inter Judices Conservatores Apostolicos, & ordinarios Ecclesiasticos; Et videtur dicendum, hujusmodi contentiones decidendas esse per ipsos Judices Conservatores Apostolicos, eo quia ubi contentio jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos delegatos, & ordinarios vertitur, per delegatos solos decernenda est ut dixi, *num.* 1. 2. & 3. *vide constit. Gregor. XV. incipien. Sanctissimus, vers. Si qua verè inter Judices, publicata* 20. *Septembris* 1621. de qua latè Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *in past. re-* 143 *gular. part.* 1. *clauf.* 10. Et Judices Conservatores Sedis Apostolicæ secundùm communem opinionem delegati sunt, *gl. in cap.* 1. *verbo Conservatores in princ. de off. deleg. in* 6. ubi Archidiaconus *num.* 1. Joan. Andr. *numer.* 2. Franch. *num.* 3. Gemin. *num.* 5. Navar. *consil.* 3. *num.* 1. Barbosa *num.* 7. *& in addit. num.* 1. *de off. deleg.* plures laudat Narbona *l.* 59. *gl.* 1. *num.* 208. *& l.* 60. *gloss. unica à numer.* 71. *tit.* 3. *lib.* 2. *recop.* Cevallos *de cognit. ver. viam violen. part.* 2. *qu.* 121. cum relatis per Escobar *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. cap.* 19. *num.* 5. Urrutigoyti *in Pastor. regul. part.* 2. *clauf.* 10. *num.* 9. Molina *de justitia, & jure tom.* 6. *tract.* 5. *disput.* 29. *num.* 2. Pareja *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 106. *num.* 2. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 5. *nu.* 15. Tondut. *de præven. jud. part.* 2. *cap.* 59. *num.* 30. atque ut tales tractantur in Cathalonia, plura exemplaria cumulavi *dec.* 29. *num.* 7. & 8. Ob idque litteras suarum commissionum, seu rescripta conservatoria pro fundanda jurisdictione activa exhibere, & ostendere tenentur, Fuscus *de visit. lib.* 2. *c.* 23. *num.* 3. Maceraten. *var. lib.* 1. *resol.* 19. *num.* 1. 2. 3. & 4. Farin. *decis.* 214. *num.* 1. & 2. *in recentior. part.* 2. Narbona, & Pareja, *ubi proximè ille num.* 72. *iste num.* 17. Barbosa *in addit. ad cap.* 1. *nu.* 1. *de offic. deleg. in* 6. Quamvis secundùm alios, in ali- 144 quibus æquiparentur ordinariis, quos referunt Narbona, & Pareja *locis relatis, primus, num.* 77. *secundus, num.* 16. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 14. *num.* 25. Escobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. in stud. general. cap.* 19. *num.* 9. Salgado *de supplicat. ad Sanctis. part.* 2. *cap.* 11. *à num.* 90. Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Pastor. reg. part.* 2. *gloss.* 10. *num.* 10. æquiparationes, convenientias, & differentias, *refert gl. in cap.* 1. *de offic. deleg. in* 9. notat Valascus *consult.* 152. *num.* 6. remissivè Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 89.

Sed his non obstantibus veritas est in contrarium, 145 quòd ubi orta fuerit contentio super jurisdictione inter Judices Conservatores Apostolicos, & ordinarios Ecclesiasticos, illa non est decidenda per Judices Conservatores, sed per Arbitros in forma juris electos, ut disponit Concilium Tridentinum, *sess.* 14. *de reform. c.* 5. ibi : *Aut si qua inter ipsos Judices, Conservatorem, & ordinarium, controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit : nequaquam in causa procedatur, donec per Arbitros in forma juris electos super suspicione, aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum*, latè Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Pastor. reg. part.* 1. *clau.* 10. *nu.* 1. 2. 3. *& à nu.* 12. cui addendi sunt Guttier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 9. *num.* 2. Cevallos *con. cont. com. quæst.* 893. *à num.* 741. *& de cognit. per viam violen. part.* 2. *q.* 80. *num.* 13. Pareja *in addit. ad* 1. *tom. post tom.* 2. *de instrum. edit. ad pagin.* 183. Salgado *de supplicat. ad Sanctiss. part.* 2. *c.* 10. *num.* 74. Suelves *cons.* 85. *numer.* 5. *tom.* 1. Cancer. *part.* 3. *var. c.* 10. *num.* 89. Moneta *de conservat. c.* 9. *à nu.* 76. Fermosinus *in c. si Clericus, quæst.* 12. *num.* 41. *de foro compet.* quidquid involvat idem Fermosinus *in c. fin. qu.* 4. §. 7. *nu.* 3. *de libelli oblat.* Fontanella *de pactis nup. tom. clausula* 4. *gl* 13. *part.* 3. *num.* 4. Ubi hæc limitat ex eodem Concilio Tridentino in fine, in locis regularium, & aliis in eo expressis, quæ à prædicta dispositione eximit, & minimè comprehendi vult, atque testatur ita semper solere procedere per Præsidentes Ordinis Sancti Benedicti, quousque est paritum mandatis Apostolicis, non obstantibus litteris quibuscumque emanatis ab ordinariis, etiam cum electione Arbitrorum, propter antiquissima exemplaria, quæ habet Religio, quibus probat veterem usum, & consuetudinem antiquam circa limitationem quam tradit Fontanella, quoad locum regularium, & alia expressa in Concilio Tridentino, videtur hodie sustineri non posse

propter constitutionem Gregorii XV. quæ de illis expresè loquitur, & tamquam jus novum observanda est, Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *in pastor. regul. part.* 1. *gloss.* 12. *per tot.*

146 Ex prædictis verbis Concilii Tridentini *numero præcedenti relatis*, clarè infertur, quòd orta contentione super jurisdictione inter Conservatores, & ordinarios Ecclesiasticos, nihil est innovandum, sed interim supersedendum in causa principali, & si ad ulteriora processerint, erit nullum & attentatum, ex vi verbi *nequaquam*. Quod inducit actus nulli-
147 tatem, si contrarium fuerit attentatum, *l. etiam*, §. *si quis absentis*, *ff. de pet. hæred. l. Julianus*, §. *sed cum in facto*, *ff. de actionib. empti*, Tiraq. *in l. si unquam*, *verbo omnia*, *num.* 24. *C. de rev. donat.* Barbos. *diction.* 112. *nu.* 1. & in terminis ponderant Cevallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæst.* 80. *numer.* 12. 13. & 14. Pareja *in addit. ad* 1. *tom. post tom.* 2. *de instrum. edit. ad pag.* 183.

148 Praxim eligendi Arbitros pro declaranda competentia jurisdictionis inter Conservatores Apostolicos, & Judices Ecclesiasticos ordinarios, Cevallos *com. cont. com. q.* 897. *à num.* 776. Fermosinus *in c. si Clericus*, *qu.* 12. *num.* 41. *de foro compet.* & post alios Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Past. regul. par.* 1. *claus.* 10. *num.* 29.

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter Regiam Audientiam civilem, & criminalem, seu inter judicium civile, & criminale.

SUMMARIUM.

1 *Contentio inter Regiam Audientiam civilem, & criminalem frequentius in Cathalonia, & Sardinia oriri solet.*

2 *Causa an sit civilis, vel criminalis plurimùm refert scire, ut quis sit futurus Judex.*

3 *Judex criminalis, seu Regium Concilium criminale tantùm cognoscere potest de causis criminalibus, & non de civilibus, num.* 3. *aliàs processus est nullus, numer.* 4. *Etiamsi in Judicem criminalem ex consensu partium fuerit jurisdictio prorogata, numero* 5. *Ac etiam in causis criminalibus civiliter intentatis, numer.* 6.

7 *Limita, ut procedat quando principaliter agitur de causa civili; secus quando incidenter, nam tunc Judex criminalis de articulo civili incidenti cognoscere potest ratione connexitatis.*

8 *Judex criminalis, qui de furto cognoscit, non solùm condemnat reum ad pœnam pro furto debitam, sed etiam incidenter ad restitutionem rerum furto subtractarum, nu.* 8. *Sive Judex criminalis procedat ex officio per Inquisitionem num.* 9. *Sive per viam accusationis, num.* 10. *Imò tenetur id facere etiam parte non petente, num.* 11. *Aliàs si hoc facere neglexerit, peccat mortaliter, num.* 12. *Et de suo in solidum parti tenetur, num.* 13.

14 *Accusans criminaliter aliquem pro falsis testibus contra se ministratis, potest etiam petere rescindi sententiam eorum prætextu latam.*

15 *Judex criminalis non cognoscit de articulo civili incidenti, quando articulus civilis incidens tangit aliam personam, contra quam Judex criminalis non habet jurisdictionem.*

16 *Judex criminalis cognoscens incidenter de articulo civili, tunc demùm potest condemnare reum ad interesse partis, quoties de delicto constat per confessionem ipsius rei; secus si per contumaciam, vel per testes, num.* 16. *Sed contrarium, quòd reus per contumaciam convictus possit condemnari ad interesse partis, num.* 17. &
18. *Et contrarium, quòd reus per testes convictus possit condemnari ad restitutionem rei furto subtractæ, num.* 19.

20 *Judex criminalis ita demùm cognoscens incidenter de articulo civili potest condemnare reum ad interesse partis, quando condemnat illum ad pœnam ordinariam, & est confessus, vel convictus; secus si non est confessus, vel convictus, etiam si illum condemnet ad aliquam pœnam extraordinariam, n.* 20. *Nisi pœnam extraordinariam imponat propter beneficium minoris ætatis, num.* 21. *Vel nisi reus fateatur delictum putà homicidium, & dicat illud fecisse ad sui defensionem, num.* 22.

23 *Judex criminalis post latam sententiam criminalem, super interesse pronuntiare non potest.*

24 *Judex criminalis absolvens reum à criminali, non potest civiliter eum condemnare ad interesse partis.*

25 *Judex criminalis reum non condemnans nec expresè absolvens, an possit pronunciare super actione civili ex crimine descendente.*

26 *Judex criminalis an possit cognoscere de actione civili ante sententiam, si pars super hoc institerit.*

27 *Instantia perempta, an possit de novo coram Judice criminali intentari actio civilis rei ablatæ.*

28 *Indultatus pro furto potest conveniri civiliter pro re furto subtracta, num.* 28. *Limita ut procedat, quando indulgentia sit parte non concordata secus si indulgentia fuerit concessa cum consensu, & voluntate partis damnificatæ, num.* 29.

30 *Judex civilis, seu Regia Audientia civilis tantum potest cognoscere de causis civilibus, & non potest se intromittere de criminalibus, num.* 30. *alias judicium redditur ipso jure nullum, etiam si prorogatum fuerit, num.* 31.

32 *Limita primò, quando Judex civilis cognoscit de aliquo crimine civiliter.*

33 *Limita secundò, ut Judex civilis possit incidenter cognoscere de criminali, numer.* 33. *Dummodo causa criminalis incidens sit talis, ut sine ea civilis terminari non possit, num.* 34.

35 *Judex civilis punit falsos testes coram eo ministratos, n.* 35. *pœna scilicet extraordinaria, n.* 36. *Fallit in Cathalonia, num.* 37.

38 *Clericus falsum deponens coram Judice sæculari an possit de falso ab eo puniri.*

39 *Opinio affirmativa.*

40 *Opinio distinguens.*

41 *Opinio negativa, quæ verior est.*

42 *Judex sæcularis de falsitate depositionis Clerici cognoscere potest ad effectum expediendi causam principalem.*

43 *Clericus pro falsa depositione coram Judice sæculari facta, puniri potest per Judicem Ecclesiasticum.*

44 *Judex sæcularis an possit punire Clericum coram se falo testificantem, si Judex Ecclesiasticus illum non puniat.*

45 *Causa constituitur in triplici differentia, nempè civilis, criminalis, & mixta.*

46 *Causa civilis, & criminalis, quæ dicatur.*

47 *Causa civilis, quæ dicatur, prima opinio refertur.*

48 *Secunda opinio traditur.*

49 *Tertia Opinio adducitur.*

50 *Quarta opinio approbatur.*

51 *Causa civilis est, si pœna pecuniaria applicatur privatæ, numero quinquagesimo primo, etiam si applicetur tertio, n.* 52.

53 *Causæ pecuniariæ appellatione venit causa civilis, non criminalis.*

54 *Causa criminalis quæ dicatur, prima opinio refertur.*

55 *Secunda opinio traditur.*

56 *Tertia opinio adducitur.*

57 *Quarta opinio approbatur, & n.* 58. & 59.

60 *Causa mixta quæ sit, à n.* 60. *ad* 65.

66 Cau-

66 *Causæ mixtæ cognitio ad Judicem criminalem spectat.*
67 *Pœna quando applicatur Fisco, & parti, tota debet solvi Fisco, & ipse debet dare parti privatæ.*
68 *Causa interdicti interim est civilis, & coram Judice civili tractanda, numero 68. Nisi daretur violentia cum armis, quo casu Judex criminalis de ea cognoscere potest, remissa causa interdicti interim ad Judicem civilem, num. 69.*
70 *Sequestrum apponitur cum inter partes contenditur de possessione vacante, & timetur, ne partes veniant ad arma, dummodo de suspicione armorum priùs in actis per summarias informationes Judici constet.*
71 *Sequestrum non dabet apponi, quando certus est possessor, quamvis adsit timor armorum, num. 71. Sed assistentia, & manutenentia est danda primo possessori, n. 72.*
73 *Causa spolii quando sit criminalis, vel civilis, n. 73. 74. 75. & 77.*
76 *Violentia quando dicatur illata cum armis.*
78 *Actio criminalis ut evitetur ex spolio commisso cum armis, quid pars facere debet.*
79 *Causa damni dati an sit civilis, vel criminalis.*
80 *Causa habilitationis, seu inhabilitationis, vel privationis officii an sit civilis, vel criminalis.*
81 *Causa habilitationis, & inhabilitationis, seu privationis officii privati est civilis.*
82 *Causa habilitationis, & inhabilitationis, seu privationis officii publici est civilis, n. 82. Intellige, ut n, 83.*
84 *Causæ syndicatus etsi criminales dicantur, ac in eis procedatur more criminali, numero 84. Tamen quando à sententiis seu declarationibus syndicatorum recurritur, & appellatur, causa recursus seu appellationis tractanda est in Regia Audientia civili, n. 95.*
86 *Causa est civilis, quando agitur ad removendum tutorem tamquam suspectum.*
87 *Causa est civilis, quando agitur de privanda uxore sua dote ob adulterium.*
88 *Causa est civilis quando agitur ad pœnam conventionalem pacis, & treugæ factæ.*
89 *Causa contrabanni, & fraudum duanæ, sive gabellarum an sit civilis, vel criminalis.*
90 *Causa in qua agitur ad pœnam ex contractu illicito, an sit civilis, vel criminalis.*
91 *Causa ruptæ salvaguardiæ est criminalis.*
92 *Pœna frangentis salvaguardias est capitalis, vel arbitraria juxta delicti qualitatem.*
93 *Rex an possit procedere contra Clericos non servantes salvaguardias per eum concessas.*
94 *Remissiones in causis criminalibus non possunt esse conditionales, & numero 95. Limita si à Principe fuerint confirmatæ, numero 97. Sublimita si Princeps non habet potestatem legis condendæ, num. 98,*
96 *Pœna corporalis non potest oriri ex pacto.*
99 *Prorex Siciliæ habet potestatem legis condendæ.*
100 *Prorex Neapolis habet potestatem condendi legem.*
101 *Prorex Cathaloniæ non habet potestatem condendi legem.*
102 *Senatus noster non habet authoritatem condendi legem.*
103 *Edicta quæ facit Prorex cum deliberatione Concilii, an sint perpetua, & quid in Cathalonia.*
104 *Dubium quando est, an causa sit civilis, vel criminalis, remittenda est ad Judicem causæ civilis.*
105 *Contentio an causa sit civilis, vel criminalis, dupliciter oriri solet, & n. 106.*
106 *Contentio inter judicium civile, & criminale, qualiter formetur, & n. 107.*
108 *Forma supplicationis ad firmandum dubium, an causa sit civilis, vel criminalis refertur remissivè.*
109 *Prorex in Cathalonia pro decidendo dubio, an causa sit civilis, vel criminalis, nominat duos Doctores Regiæ Audientiæ civilis, & duos Doctores Regii Concilii criminalis, & ibi traditur, quid observetur in Regnis Valentiæ, & Sardiniæ.*
110 *Doctores Regiæ Audientiæ. & Regii Consilii nominati in Cathalonia pro decidendo dubio, an causa sit civilis, vel criminalis, quo in loco sint congregandi, & quid in Regno Sardiniæ.*
111 *Dubium an causa sit civilis, vel criminalis intra quantum tempus est declarandum in Cathalonia, & Regnis Valentiæ, & Sardiniæ.*
112 *Provisio qua declaratur dubium, an causa sit civilis, vel criminalis, traditur remissivè.*
113 *Salarium pro declaratione dubii, an causa sit civilis, vel criminalis, non exigitur.*
114 *Declarationi majoris partis Doctorum nominatorum pro decidendo dubio, an causa sit civilis vel criminalis, standum est.*
115 *Prorex votum suum præbet in Cathalonia data paritate votorum inter Doctores nominatos pro declaratione dubii, an causa sit civilis, vel criminalis.*
116 *Quid in Regno Sardiniæ.*
117 *Prorex in Cathalonia tam in civilibus, quàm in criminalibus votum suum præbet, quando Senatores sunt æquales in pari numero votorum, & quid observetur in aliis Regnis, & quomodo soleat votum suum dare.*
118 *Appellatio, supplicatio, recursus, vel restitutio in integrum non datur à declaratione dubii, an causa sit civilis, vel criminalis.*
119 *Dubio pendente, an causa sit civilis, vel criminalis, nihil est innovandum, & numero* 120. & 121.
122 *Dubio declarato, an causa sit civilis, vel criminalis, potest pars, quæ succubuit ab evocatione causæ criminalis supplicare.*
123 *Dubium an causa sit civilis, vel criminalis, potest firmare, qui conquestus est de evocatione causæ criminalis, & si in causa supplicationis succubuerit.*
124 *Judex criminalis non potest adiri, quamvis dubium sit declaratum pro antea factis.*
125 *Vidua fraudem committens in confectione inventarii bonorum mariti, non dicitur de eis committere furtum, & consequenter non est accusanda coram Judice criminali.*
126 *Causa criminalis quando faciat cessare civilem, & è contra, & an ambæ simul concurrere possint.*

DECISIO XXXV.

SOlet in Cathalonia, & Sardinia, frequentiùs oriri contentio, an pertineat ad Regiam Audientiam civilem, vel criminalem, Ripoll. *post pract. civil. Pegueræ rub. 32. num. 3.* Fontan. *dec. 313. num. 14. par. 2.* [& si Regno Valentiæ rarò contingat, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 5. num. 7. in fin.*) Ideoque plurimum refert scire, an causa sit civilis, vel criminalis, ut colligatur, quis sit futurus Judex, an Regia Audientia civilis, vel criminalis, ut tradit Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. proœm. 1. num. 5.* quem refert Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. numero 41.* 1

Sed antequam ad institutum deveniam, Suppono primò, quòd Regium Concilium criminale, seu Judex criminalis tantùm cognoscere potest de causis criminalibus, & non potest se intromittere de articulo, vel actione civili, seu de causis civilibus *l. solemus, §. latrumculator, ff. de jud.* Menochius *de arb. jud. quæst. 82. num. 7.* Farinac. *in prax. par. 1. q. 1. nu. 62. & cons. 40. num. 27. lib. 1.* Rota *diversor. decis. 445. nu. 7. part. 1.* Cabal. *resol. crim. casu 82. num. 1.* Scaccia *de jud. lib. 1. cap. 14. num. 4.* Guazzin. *defens. 1. cap. 12. numer. 1.* 3

plures

plures Thoro *in compend. decis. part.* 2. *verbo nullitas fol.* 382. Buccaron. *de differ. inter ius civil. & crim. differ.* 127. *num.* 2. Capi. latro *consult. 6. num.* 252. *lib.* 1. Ramon. *cons.* 52. *num.* 6. Fontan. *dec.* 562. *par.* 2. de jure nostro *constit. com. per la bona administratio* 12. *tit. de la electio deis Doctors de la Audientia, constit. fin. eod. tit.* Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 9. *num.* 14. de Regno Sardiniæ, Regia nova pragmatica fundationis Aulæ criminalis *cap.* 6. *Dat. Matriti* 4.

4 *Julii* 1651. Aliàs processus est nullus ex defectu jurisdictionis, ut post Vantium docent Farinac. *cons.* 40. *nu.* 27. *lib.* 1. Guazzin. *defen.* 2. *cap.* 12. *num.* 1. *in fine*. Etiamsi jurisdictio ex consensu partium fuerit prorogata in Regium Concilium criminale seu in Judicem crim:nalem, non potest cognoscere de causa civili, *l. testamenta omnia*, udi Bald. *C. de testament.* Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 1. *num.* 62. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. Merlinus *controvers. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 3.

6 Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 1170. Buccaron. *different.* 127. *num.* 4. Ac etiam de causis criminalibus civiliter tantùm intentatis Regium Concilium criminale, vel Judex, criminalis non est competens, Menochius, *de arbit. jud. quæst.* 82. *num.* 1. Farin. *in praxi part.* 1. *q.* 1. *num.* 62. *in fine*, Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 3. Ita fuit in Regio criminali Cathaloniæ Consilio declaratum 9. Maji 1597. contra Joannem Ros & Didacum Pellicer I. V. D. ut *infrà num.* 69. & die 18. Mart. 1595. contra Jonnem Baurich. ut *infr. n.* 75.

7 Limita ut procedat, quando principaliter agitur de causa civili, secus quando incidenter: nam tunc Regium Concilium criminale, seu Judex criminalis potest de articulo civili incidenti cognoscere ratione connexitatis, *l. sed & loci*, §. *si dicantur*, *ff. finium regum.* Bartol. communiter receptus *in l. interdum, qui furem, num.* 4. *ff. de furtis*, Menochius *de arbit. jud. q.* 182. *à num.* 10. *& quæst.* 91. *num.* 8. *& de adipiscen. remed.* 3. *à num.* 352. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. Novar. *de gravam. vassal. tom.* 2. *grava.* 114. *num.* 3. Fachineus *controv. jur. lib.* 9. *cap.* 2. *versic. Sed istud*, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 63. *& part.* 3. *quæst.* 100. *nu.* 152. *& consil.* 11. *num.* 68. *& cons.* 69. *num.* 2. *lib.* 1. Clar. §. *fin. q.* 2. *num.* 2. ubi Bajard. *num.* 8. Cabal. *resol. crim. casu* 82. *à num.* 2. Franchis *decis.* 460. Carol. de Gras. *de effect. cler.* 1. *n.* 1155. Bucar. *de differ. int. jud. civil. & crim. differen.* 127. *num.* 5. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 4. Capici. Latro *consul.* 6. *num.* 253. *lib.* 1. *& decis.* 187. *num.* 12. *lib.* 2. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 114. Merlinus *controv. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 7. *& cap.* 19. *num.* 5. Riccius *collect.* 1298. Sanfelicius *decis.* 226. *num.* 2. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 23. *num.* 12. Barbos. *in l. si ab hostibus*, §. *fin. num.* 46. *ff. solut. matrim.* Vermigliol. *cons.* 274. *num.* 1. Amat. *resol.* 65. *num.* 30. *lib.* 1. ex nostris Peguera *decis.* 27. *in addit.* Cancer. *in* 1. *resp. post* 1. *part. var. resol. num.* 123. *& part.* 3. *cap.* 11. *num.* 174. Ramon. *cons.* 52. *num.* 11. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 349. *& in addit.* ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 32. *num.* 14. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *q.* 9. *nu.* 245. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 2. *part.* 9. *num.* 54. *& decis.* 330. *num.* 4. *& decis.* 562. *num.* 6. *part.* 2. & de Regno Sardiniæ *cap.* 6. *Regiæ novæ pragmaticæ relatæ nu.* 3.

8 Inde Regium Concilium criminale, seu Judex criminalis, qui de furto cognoscit, non solùm condemnat reum ad pœnam pro furto debitam, sed etiam incidenter ad restitutionem rerum furto subtractarum, ita Bart. *in l. interdum*, §. *qui furem*, *num.* 4. *ff. de furtis* plures Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *num.* 70. Buccaron. *de different. inter jus civile*, *& crim. different.* 127. *num.* 5. cum aliis per Farinc. *in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 64. Cabal. *resol. crim. casu* 82. *num.* 3. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 6. Peguer. *decis.* 27. *in addit. versic. Ultra*, *& versic. Atque ubi testatur vidisse pluries servatum, & practicatum in nostro Regio Consilio*, & tenent omnes citati *num.* 7. Sic etiam observatum in Regio criminali Cathaloniæ Consilio 23. Januarii 1592. contra Ludovicum Lamosi. Et die 13. Martii 1595. contra Petrum Clauset. Et die 26. Martii 1624. ad relationem Magnifici Michaelis Carreres contra Sigismundum Torres. Et die 24. Aprilis 1642. ad relationem Magnifici Ludovici Besturs contra Antonium Bosserich. Et die 10. Septembris 1624. ad relationem Magnifici Michaelis Carreres contra Germanum Roig. Et die 6. Octobris 1625. ad relationem Magnifici Antonii Vinyola, contra Joannem Prats. Et die 27. Aprilis 1627. ad relationem Magnifici Ludovici Besturs, contra Hyacintum Duram, & Raphaelem Romeu. Et die 11. Januarii 1628. ad relationem Magnifici Ludovici Bestrurs contra Hyacintum Garau. Et die 26. Januarii 1628. ad relationem Magnifici Antonii Vinyola, contra Paulum Serra. Et 14. Decembris 1626. ad relationem Magnifici Antonii Vinyola, contra Petrum Forcada. Et die 23. Junii 1632. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet contra Jacobum Corbera. Adde alia exemplaria, quæ tradidi *dec.* 106. *num.* 55. 56. 57. 58. 59. 60. *&* 61. *& decis.* 107. *num.* 37. 38. *&* 39. *& dec.* 104. *num.* 4. *part.* 2. Fontanella *decis.* 562. *num.* 7. *part.* 4. Ita fuit observatum in Regio criminali Concilio Cathaloniæ 8. Februarii 1620. ad relationem Magnifici Francisci Ferruz *contra Petrum Stany aliàs Roqueta*. Et die 15. Januarii 1621. ad relationem Magnifici Montserrati Ramon, contra Michaelem Roca. Et die Julii 1622. ad relationem Magnifici Montserrati Ramon, contra Joannem Querol. Et die 31. Maji. 1623. contra Joannem Trullas Villæ de Tarrassa, *& in mille aliis casibus quos consultò omittò.* 9

Sive Judex criminalis procedat ex officio per inquisitionem, Clar. §. *fin. quæst.* 1. *num.* 7. Farinac. *part.* 1. *q.* 12. *num.* 64. *in fine*, Cabal. *resol. crim. casu* 82. *num.* 4. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. Sive per viam accusationis, & si à parte non fuerit petitum, Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 2. *num.* 7. *in fine*, 10 *& q.* 93. *num.* 3. *vers. Item adde*, Cabal. *resol. crim. casu* 82. *num.* 4. *&* 10. Ramon. noster. *cons.* 51. *num.* 1. *in fine*. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *q.* 9. *num.* 245. cum relatis per Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 9. Imò tenetur, & debet id facere, etiam parte non 11 petente, Merlinus *controv. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2. Novar. *grava.* 115. *tom.* 2. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *casu* 1. *num.* 119. Franchis *dec.* 333. *&* 460. Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 93. *num.* 5. & pluribus probat Farinac. *cons.* 20. *num.* 3. *lib.* 1. Fontanella *decis.* 562. *num.* 8. *part.* 2. Et licèt in his non desint contradictores, ut est apud Surd. *cons.* 266. *num.* 18. *lib.* 2. Farinac. *part.* 1. *qu.* 12. *n.* 67. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12 12. *num.* 8. *&* 10. In Cathalonia tamen ubi proceditur per inquisitionem, observatum intrepidè, quòd rei condemnantur ad restitutionem rerum furto subtractarum, sive adsit pars, sive non, ut testatur Fontanella *decis.* 562. *num.* 9. *&* 10. *part.* 2. Aliàs Judex si hoc facere neglexerit, peccat mortaliter, Navar. *in Manuali cap.* 37. *num.* 136. Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 2. *num.* 8. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 12. Et tenetur de suo in solidum parti, Clar. §. *fin. qu.* 2. *num.* 7. *in princ.* Cabal. *resol. crim. casu* 82. *numero* 13 6. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 11.

Inde etiam fit, ut si quis aliquem criminaliter ac- 14 cuset pro falsis testibus coram se ministratis, potest etiam incidenter petere sententiam eorum prætextu latam rescindi, Roland. *cons.* 30. *num.* 4. *lib.* 2. Cabal. *resol. crim. casu* 82. *à num.* 9. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 14. Fontanella *decis.* 562. *num.* 11. *par.* 2. Idque possem aliis pluribus illationibus confirmare.

Sublimita 1. ut procedat, quando articulus civi- 15 lis incidens tangit solùm eamdem personam, contra quam agitur criminaliter, & contra quam Judex criminalis habet jurisdictionem, quo casu Judex criminalis potest incidenter de articulo, & interesse civili cognoscere; secus verò quando articulus civilis incidens tangit aliam personam, contra quam Judex criminalis non habet jurisdictionem, quo casu Judex criminalis de articulo civili non potest incidenter cognoscere: imò Judex competens ipsius tertii est adeundus, & ad eum, & non ad alium spectat jurisdictio, juxta doctrinam Bartol. *in l. interdum*, §. *qui furem num.* 5. *ff. de furtis*, Berthazol. *cons. crim.* 232. *nnm.* 3. *lib.* 1. Farin. *cons.* 21. *in addit. littera B.* quos citat, & pluribus probat Fontanella *decis.* 563. *à nu.* 1.

qui

1. qui *decis.* 564. *votum decisivum duodecim Doctorum Regii Concilii per Deputatos consultorum refert part.* 2. sequitur Ripoll. *in addit. ad Peguer in pract. civi. rub.* 32. *num.* 15.

16 Sublimita 2. ut tunc demum Judex criminalis cognoscendo incidenter de causa civili possit reum ad interesse partis condemnare quoties de delicto constat per propriam confessionem ipsius rei reum esse delinquentem; secus si per contumaciam, vel per testes; nam tunc non potest Judex criminalis reum condemnare ad interesse partis, Bald. *in l. qui crimen, num.* 23. *C. qui accusare non possunt*, Roland. *cons.* 30. *num.* 18. *lib.* 1. & alii per Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 66. Clar. §. *fin. quæst.* 2. *versic. Ex hac* Magon. *decis. Lucen.* 41. *à num.* 7. Gratian. *discep. forens. cap.* 525. *tom.* 3. Peguera *decis.* 27. *in addit. versic. Verum*, Buccaron. *de differen. int. Concil. civil. & crim. defferent.* 127. *num.* 5. *in fine*, Novar. *grava.* 114. *numer.* 4. *versic. Siquidem*, *& numer.* 6. Merlinus *controvers. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 11. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *numer.* 21. Vermigliol. *consi.* 274. *num.* 3.

17 Sed contrarium quoad contumaciam, quòd scilicet reus per contumaciam convictus possit condemnari ad interesse partis, docet Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 2. *num.* 10. *& 11. ubi firmat hanc opinionem esse communiter receptam*, Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12. *numer.* 12. *ubi ait opinionem Bajardi esse in practica sequendam, & observandam, prout ipsum in judicando semper observasse, & ab aliis observari vidisse, licèt ab aliquibus judicibus vidisse de hoc dubitari.* Sed quidquid sit de hoc, addunt tamen tamquam certum præcitati Doctores, quòd si pœna civilis restitutionis in-
18 teresse, damnatorum esset imposita ab eodem statuto, vel lege, à qua imponitur criminalis, poterit dicta pœna civilis etiam contra contumaces imponi. Clar. §. *fin. quæst.* 2. *versic. Et hæc quidem*, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *nu.* 66. *versic. Adversus*, Costa *de remed. subsid. remed.* 51. *à num.* 1. Merlinus *controv. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 14. *in fine*, & licèt contrarium teneat Magon. *decis. Lucen.* 9. *num.* 10. contra eum est verior opinio, ut per Guazzinum *defens.* 1. *cap.* 12. *num.* 23.

19 Et contrarium quoad testes, quòd scilicet reus per testes convictus, possit condemnari ad restitutionem rei furto subtractæ, & ad interesse partis, cum nulla sit differentia inter confessum, & legitimè convictum docent Jul. Clar. §. *fin. qu.* 2. *versic. Et hæc quidem*, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *numer.* 66. *versic. Sed quoad testes*, Carol. de Gras. *de effect. Clericatus, effect.* 1. *num.* 1159. Peguera *decis.* 27. *in addit. versic. Verum*, Novarrus *tom.* 2. *grava.* 114. *nu.* 4. *versic. Siquidem*, Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. different.* 127. *num.* 5. *in fine*, Merlinus *controvers. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 14. *versic. Quod si*, Vermigliol. *cons.* 274. *num.* 4. à qua opinione in practica non esse recedendum, quam communiter in Curia observari testatur Guazzin. *defens.* 1. *c.* 12. *n.* 24. addens id maximè procedere in delicto, quod solis conjecturis, & præsumptionibus probatur, Costa *de remed. subsid. remed.* 51. *in princ.* Et ita inconcussè practicatur in Regio criminali Cathaloniæ Concilio.

20 Sublimita 3. ut Judex criminalis ita demùm cognoscendo incidenter de causa civili possit condemnare reum ad interesse partis, quando reus est confessus, vel convictus, & condemnatur ad pœnam ordinariam; secus quando reus non est confessus, nec convictus, quo casu non potest condemnari ad interesse & damnum partis: quamvis pro furto seu maleficio essent indicia sufficientia ad torturam, vel condemnetur ad aliquam pœnam extraordinariam, quia tali casu reus imputatus de crimine non dicitur condemnatus tamquam reus, cum ad hoc debeant esse probationes luce meridiana clariores; sed potiùs dicitur condemnatus tamquam de crimine suspectus, quæ suspicio quoad interesse partis non est sufficiens ad condemnandum, ut contra Guazzin. *de pace, quæst.* 42. *nu.* 21. *& defen. reor. defen.* 1. *cap.* 12. *num.* 23. Franchis *decis.* 333. *num.* 6. *& dec.* 460. *nu.* 9. Paschal. *pat. potest. part.* 4. *cap.* 3. *sub nuu.* 38. Costa *de remed. subsid. remed.* 51. *num.* 1. Massul. ad Capicium *decis.* 541. *num.* 8. Capiblanc. *de Baronib. prag.* 6. *n.* 105. Farinac. *cons.* 78. *in addit. littera A. versic. Si tamen*. Verius docent, & probant respondendo contrariis Cabal. *resol. crim. casu* 82. *num.* 14. Scaccia *de re jud. gloss.* 14. *quæst.* 16. *num.* 66. Castillo *decis.* 156. *num.* 8. Gratian., *discept. forens. cap.* 325. *num.* 18. Buccaron. *different.* 121. *num.* 8. Merlinus *contr. forens. lib.* 1. *cap.* 19. *ante num.* 15. *cum. seq.* Vermigliol. *cons.* 174. *à num.* 2. Novar. *tom.* 2. *grava.* 114. *à nuu.* 4. Rovit. *decis.* 67. Sanfelicius *decis.* 57. *num.* 6. *& latè decis.* 226. *à. num.* 4. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo condemnatus, fol.* 186. *& verbo delinquens qui pro delicto, fol.* 286. Capicius Latro *decis.* 75. *tom.* 1. decisum per Senatum Valentinum refert Mattheu *de Regi. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 21. 22. Ita fuit observatum in Cathalonia die 13. Aprilis 1622. ad relationem Magnifici Montsarrati Ramon *contra Petrum de Joan.* Et die 9. Maii 1622. ad relationem Magnifici Michaelis Rollam, *contra Raphaelem Crous*. Et die 20. Novembris 1623. ad relationem Magnifici Michaelis Carreres, *contra Joannem Balaguer*. Et die 19. Septembri 1625. ad relationem Magnifici Montsarrati Ramon *contra Joannem Barri*. Et 17. Septembris 1625. ad relationem Magnifici Montsarrati Ramon *contra Jacobum Jacob.* Et die 24. Maii 1633. ad relationem Magnifici Michaelis Joannis Magarola *contra Stephanum Tor.* Ita fuit observatum in Regio criminali Cathaloniæ Consilio 16. Octobris 1627. ad relationem Magnifici Antonii Vinyola, contra Hyacinthum Suis. Et die 10. Decembris 1630. contra Hyacintum Peret.

Nisi pœnam noretur, seu mitior pœna imponatur 21
propter beneficium minoris ætatis, vel qualitatis delictum excusantis, quo casu cum illa non respiciat delicti probationem, seu culpam offensi, justissimè Judex criminalis post criminalis condemnationem minoris ad pœnam mitiorem illum condemnare potest ad interesse partis, Cabal. *resol. crim. casu* 82. *num.* 15. *versic. Non intelligitur*, Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo delinquens qui, fol.* 286. Vermigliol. *cons.* 274. *num.* 2. Scaccia *de re jud. gloss.* 14. *quæst.* 19. *num.* 70. Rovit. *decis.* 67. *num.* 18. Merlinus *controvers. forens. tom.* 1. *c.* 19. *num.* 24. Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. different.* 127. *num.* 16. Sanfelicius *decis.* 226. *num.* 7. Capicius Latro *decis.* 57. *num. lib.* 1. Ita fuit observatum in Regio Concilio Cathaloniæ ad relationem Magnifici Pauli Gujamet 30. Martii 1634. *contra Antonium Joannem Rosas.* Et eodem die per eumdem Relatorem *contra Petrum Burgada*. Sic fuit observatum in Regio criminali Cathaloniæ Concilio 7. Septembris, 1578. contra quatuor latrones minores decem & octo annorum. Et die 10. Decembris 1612. ad relationem Nobilis. Francisci Gamis, contra Jacobum Puig. Et die 1. Martii 1659. ad relationem Nobilis Michaelis Pallares contra frumentarium Novell. Civitatis Balagarii. Et hæc exemplaria procedunt quando pœna minoratur propter beneficium minoris ætatis, vel qualitatis delictum excusantis; at verò si pœna mitior imponatur minori propter defectum plenæ probationis delicti, eo casu non potest condemnari ad interesse partis *ex dictis nume.* 20. ut fuit in Regio criminali Cathaloniæ Consilio observatum 23. Martii 1634. in causa criminalis Joannis Rius.

Vel nisi reus fateatur delictum, putà homicidium, 22
& dicat illud fecisse ad sui defensionem, vel causa tuendi proprii honoris, nam si veniat puniendus aliqua pœna de aliquo excessu circa modum defensionis, non potest condemnari ad interesse propter illum excessum, quidquid dicat Gomez. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 30. *versic. Adde tamen*, & quæ tradit Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. different.* 42. quia contra eos, & alios est verior opinio, & fuit decisum per Sacrum Neapolitanum Concilium referente eruditissimo Flaminio Constantio 10. Februarii 1733. in favorem Antonii de Villa qui confessus fuit occi-

occidisse Victoriam Ruffum adulterum, fuit enim reus ab interesse absolutus, ut testatur Thoro *in compend. decis. part.* 3. *section.* 1. *verbo condemnatus, folio* 189. *verbo, delinquens, in fine, fol.* 286. *& latè in supplemen. verbo homicida, fol.* 284. Merlinus *controvers. forens. tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 29. qui *num.* 30. post alios dicit, quòd quando quis excedit ad sui defensionem, non potest condemnari civiliter, quamvis aliquatenus criminaliter teneatur, & *num.* 31. censet quòd pro exonerando reo ab interesse sufficit exculpatio damnum passi, citat Rovit. *in pragmat.* 1. *num.* 34. *de pœnit.*

23 Sublimita 4. ut procedat, quando Judex criminalis pronuntiat super interesse in articulo civili in eadem sententia criminali; post latam verò sententiam criminalem Judex criminalis super interesse pronuntiare non potest, *l. Paulus, ff. de re jud.* Thesaur. *decis.* 135. *num.* 1. Scaccia *de re jud. gloss.* 14. *qu.* 17. *num.* 16. quos citat Merlinus *controv. forens. to.* 1. *cap.* 20. *numero* 4. Novar. *grava.* 115. *numero* 2. *tom.* 1.

24 Sublimita 5. ut procedat, quando Iudex criminalis præfertur, reum criminaliter condemnat, nam tunc potest illum condemnare ad restitutionem rei, & ad interesse, secus verò si pro causa criminali reum absolvat, quo casu non potest Judex criminalis civiliter condemnare reum ad restitutionem rei, seu refectionem damnorum, ut post alios docent Farinac. *cons.* 11. *n.* 48. *& cons.* 69. *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 176. *n.* 15. *lib.* 2. & latè probat respondendo contrariis *in praxi. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 65. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 2. *num.* 8. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 12 *num.* 19. *versic. Secundus casus, & num.* 20. *vers. Si verò*, Buccaron. *de differ. int. jud. civile & crim. different.* 127. *num.* 6. Sanfelicius *decis.* 226. *sub n.* 2. Tondut. *de præven. jud. tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 13. quidquid dicat Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *de litteris dispensativis casu* 1. *num.* 220. & 221. Thoro *in compend. decis. in supplemento verbo Judex an & quando fol.* 316.

25 Sed utrùm quando Judex criminalis cognoscit incidenter de articulo civili, & reum non condemnat ad pœnam criminalem, neque expresè absolvit, an possit pronunciare super actione civili ex crimine descendente? vide Farinac. *cons.* 69. *nu.* 4. *in tertio casu, & in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 65. *versic. Verum*, Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 12. *num.* 19. *versic. Tertius casus* Tondut. *de præven. jud. tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 15. Bajard. ad Clar. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *de litteris reservativis casu* 1. *n.* 221. Sanfelicius *dec.* 226. *sub num.* 1.

26 Et an Judex criminalis possit cognoscere de actione civili quandocumque ante sententiam, si pars super hoc institerit, & quieti reipublicæ expedire comperiat? Cabal. *resol. crimin. casu* 83. *numer.* 12. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. Ramon. *cons.* 52. *num.* 8. & alii per Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 23. *num.* 15. *&* 16.

27 An etiam proposita actione criminali, & ex officio petita restitutione rei ablatæ, si instantia sit perempta, possit de novo intentari actio civilis rei ablatæ, quæ priùs ex officio fuit petita, videndus Surd. *cons.* 266. *num.* 14. *lib.* 2. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *titul. de litteris dispensationis casu* 1. *num.* 222. ubi negativè resolvit, sed postea cogitandum reliquit.

28 Et denique an indultatus pro furto possit conveniri civiliter pro re furto subtracta? dic quòd sic, Paris. *cons.* 1. *lib.* 4. Ruinus *cons.* 60. *lib.* 5. Bossius *titul. quomodo procedatur per actum in delictis num.* 41. *&* 51. latè Farinac. *cons.* 46. *tom.* 1. decisum de mense Maii 1608. refert Mastrill. *ad indul. generale cap.* 23. *num.* 20. *in fine.*

29 Intellige quando indulgentia fit parte non concordata, quo casa indultatus non solùm pro re furto subtracta civiliter accusari potest, plures citat Caravit. *ritu.* 273. *num.* 1. refert & sequitur Farinac. *cons.* 46. *num.* 12. secus si indulgentia fuerit concessa cum consensu, & voluntate partis damnificatæ, nam tunc remanet præjudicata quoad suum interesse civile ad Paris. *cons.* 1. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 46. *num.* 5. 8. 9. 11. *& à num.* 21 *tom.* 1. ita fuit declaratum in Regio criminali Concilio Regni Sardiniæ contra Gasparem Fortessa domicellum, & in favorem Baptistæ Garì ferrifabri ad relationem eruditissimi D. Eusebii Carcanosa Judicis Regiæ Curiæ 26. Novembris 1652. Scriba Paulo Ribera pro Diana Secretario.

Suppono secundò è contra, quòd Regia Audien- 30
tia Civilis, seu Judex civilis tantum cognoscere potest de causis civilibus, & non potest se intromittere de criminalibus, Menoch. *de arbit. judic. q.* 82. *n.* 8. Scaccia *de jud. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 1. plures Thoro *in compend. dec. part.* 2. *verbo nullitas fol.* 382. Buccaron. *differen.* 127. *num.* 1. Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 1. *n.* 56. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 13. *num.* 1. & alii *nu.* 33. *allegandi*, de jure Cathaloniæ *constitut. con per la bona administratio* 12. *tit. de la electio dels Doctors de la Audientia, constit. fin. eodem titulo*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 9. *num.* 12. Aliàs judicium redditur ipso jure nullum, 31
Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. etiamsi prorogatum fuerit, Carleval. *de jud. lib* 1. *disp.* 2. *numero* 1170.

Limita 1. Quando Regia Audientia Civilis, seu 32
Judex Civilis cognoscit de aliquo crimine civiliter, nam tunc potest incidenter cognoscere de causa criminali, & ad condemnationem criminalem in eadem instantia contra delinquentem devenire, ut declarat Craveta *cons* 53. *per totum.* Cabal. *resol. casu* 82. *à n.* 11. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 13. *num.* 2.

Limita 2. Ut procedat quando principaliter agitur 33
de causa criminali; secus verò incidenter, quo casu Regia Audientia civilis seu Judex civilis potest cognoscere incidenter de causa criminali, Menochius *de arbit. jud. quæst.* 91. Farinac. *in prax. part.* 1. *nu.* 57. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Cabal. *resol. crim. casu* 82. *num.* 15. Grassis *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 1152. Narbona *l.* 20. *gloss.* 17. *num.* 21. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Buccaron. *de differ. inter. jud. civil. & crim. differ.* 127. *num.* 10. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 13. *num.* 3. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 23. *num.* 10. Fontanella *decis.* 562. *nnm.* 12. *&* alii *numer. sequenti allegandi.* Dummodò causa crimina- 34
lis incidens in civilem sit talis, ut sine eà civilis terminari non possit, Menochius *de arbit. jud. quæst.* 91. *num.* 9. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 58. Guazziu. *defens.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 23. *n.* 11. *in fine.*

Exemplum est, in teste falso deponente coram Ju- 35
dice civili, qui potest à Judice civili de falso puniri, *l. nullum ubi Doctores, C. de testibus*, Covar. *pract. cap.* 18. *num.* 8. Menochius *de arbitr. jud. quæst.* 82. *à num.* 7. *& quæst.* 91. *& de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 552. Cabal. *resol. crim. casu* 82. *num.* 13. *& casu* 116. Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 1. *à num.* 59. *& part.* 2. *quæst.* 67. *à num.* 27. Carol. de Gras. *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 1152. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Afflict. *decis.* 219. *nu.* 1. Franchis *decis.* 46. *num.* 7. Capicius Latro *consul.* 6. *num.* 254. *lib.* 1. Thoro *in compend. decis. part.* 2. *verbo nullitas, fol.* 382. Riccius *in prax. var. resol.* 144. *quidquid ipse aliter dicat resol.* 140. *num.* 11. Buccaron. *differ.* 127. *num.* 11. Galeota *respons. Fiscal.* 1. *num.* 13. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *ca.* 28. *num.* 115. Peguera *decis.* 60. *in fine, & decis.* 79. 36
num. 4. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 13. *num.* 2. Fontanella *decis.* 562. *à num.* 13. Portoles §. *Domini locorum. num.* 42. Cevallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæst.* 67. *num.* 2. Ximenez de Araguez *de off. Bajul. General.* §. 22. *num.* 11. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 23. *num.* 11. Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 394. Xammar. *de off. judicis part.* 1. *quæst.* 2. *n.* 85. *& quæst.* 9. *num.* 262. Pœna tantùm extraordinaria, non autem ordinaria, Covar. *pract. cap.* 18. *nu.* 8. *versic. Quo fit.* Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 59. *in fine, & sub num.* 61. & plures laudat *part.* 2. *quæst.* 67. *numer.* 38. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 13.

numer.

num. 5. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 23. *nu.* 11. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 9. *num.* 259. & 260. Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 28. *nu.*
37 115. *tom.* 2. Buccaron. *differ.* 127. *num.* 11. Sed in Cathalonia, Regia Audientia civilis in similibus casibus, seu factis per Relatorem causæ civilis recipit informationem, & postea illam tradit, factumque illud notificat alicui ex Judicibus Regiæ Cur. & tunc in Regio Concilio de eo cognoscitur puniendo, vel absolvendo, ut testatur Ferrer. *par.* 3. *obs. cap.* 394. *in fine*, sequitur remissivè Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 2. *num.* 79. & 85. Similis praxis viget in Regno Neapolis teste Franchis *decis.* 147. *numer.* 6 Sanfelicius *decis.* 67. *num.* 4. & in Curia Romana teste Guazzino *defen.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. *in fine*, & est conformis opinioni Menochii *de arb. jud. qu.* 91. *num.* 17. Farinacii *in prax. par.* 1. *quæst.* 1. *n.* 61. Cabal. *resol. crim. casu* 116. *num.* 1.

38 Sed dubium est, an Clericus falsum deponens coram Judice sæculari possit ab eo de falso puniri? tres sunt opiniones.

39 Prima, quòd possit puniri, & *hanc tenet glo. in l. nullum, verbo præscriptione, C. de testibus* quam probarunt ibi Guillel. Petrus de Bellapertica *in ver. Teneo legen istam*, Cinius *in versic. Sed non videtur*, & Fulgosinus *dicens neminem illam glossam impugnare*, Bald. *num.* 8. Sicard. *num.* 9. *versic. Quid autem juris sit in Clerico*, Marsil. *in l. fin. numer.* 152. *ff. de jurisdict. omni jud.*

40 Secunda, quòd non possit puniri ad accusationem partis, sed solum ex officio, & in pœna pecuniaria, Federicus *de Sen. consil.* 93. Aufrerius *de potestate sæculari in Eccles. reg.* 1. *fallen.* 2. *num.* 6. Benedictus *in capite Rainuntius, verbo, & uxorem, decis.* 2. *num.* 142. Cassaneus *in consuet. Burg. rubr.* 1. §. 5. *verbo. s'il n'a grace, numero* 81. Marcus *decis.* 215. *num.* 1. Mancellot. *de attentat. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 97. Scobar. *de ratiocin. cap.* 7. *nu.* 28. Xammar. *de off. jud. part.* 1 *questione secunda, num.* 84.

41 Tertia est opinio verior, & magis communis, quòd non possit puniri per Judicem sæcularem, neque in persona, neque in bonis, sed est remittendus Judici Ecclesiastico, ut post antiquos docent Afflict. & ibi Utsil. *decis.* 230. Julius Clarus §. *finali, quæst.* 38. *num.* 14. *versic. Sed hic Quæro*, Scaccia *de jur. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. Covar. *pract. cap.* 18. *num.* 8. *versic. Sed & locus*, Cabal. *resol. crim. casu* 224. Guazzin. *defen.* 1. *cap.* 13. *num.* 10. latè Galeota *respon. Fiscal.* 1. *à num.* 5. Guttierez *pract. l.* 1. *quæst.* 24. Bobadilla *in pol. l.* 2. *cap.* 18. *nu.* 91. remissivè Cenedo *coll. ad decr.* 37. *num.* 10. & *colle. ad decret.* 139. *num.* 2. Anguinan. *delegib. lib.* 3. *contr.* 28. *à num.* 10. Carol. de Gras. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 1148. Giurba *cons.* 59. *nu.* 117. Merlinus *contr. foren. tom.* 2. *capit.* 71. *numer.* 9. Peguera *decis.* 70. *num.* 5. Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 137. Barbosa *de jure Eccles. univer. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *à num.* 90. Morla *in empor. jud. par.* 1. *tit.* 2. *in præmis. num.* 134. *versic. Minus obstat*, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 26. & *part.* 2. *quæst.* 67. *à num.* 54. Faber. *in suo C. lib.* 3. *tit.* 12. *de jurisdict. omn. jud. defin.* 36. Fachineus *contr. jur. lib.* 9. *cap.* 27. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæst.* 67. Squilante *de privileg. Clericor. cap.* 7. *num.* 110. & 111. Azevedo *l.* 1. *à num.* 97. *tit.* 16. *lib.* 8. *recop.* Cutellus *de immun. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 42. *à num.* 22. & *quæst.* 100. Borellus *in sum. decis. par.* 1. *tit.* 43. *num.* 81. Diana *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 41. *versic. Unde, usque ad finem*, & *resol.* 109. & *par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 60. *in prin.* Thomas del Bene *de Parlament. dub.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 13. *fol.* 55. & *de immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 19. *à numer.* 1. Vela *disser.* 44. *à. numer.* 54. *tom.* 2. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *quæst.* 1. *num.* 81. Fermosinus *in cap. at si Clerici quæst.* 3. *à num.* 1. *de judiciis*, plures Thoro *in compen. decis. tom.* 1. *verbo Clericus committens*, *fol.* 94. Riccius *in praxi var. resol.* 140. *nu.* 10. Tondut. *de præven. jud. par.* 2. *cap.* 47. *num.* 1. & 3. Peguera *decis.* 19. *numer.* 7. *vers. Ad primum tom.* 1. Jul. Chart. *decis.* 96. *num.* 12. Azevedo *leg.* 1. *à num.* 97. *tit.* 16. *libr.* 8. *recop.* Riccius *de pub. jud. quæst.* 35. *num.* 19. Ciarlin. *Contr. foren. cap.* 48. *à numer.* 10. *part.* 1. Donat. Anton. de Marinis *resol. quotid. cap.* 50. *tom.* 1. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 4. *de crim. falsi*, & alii apud Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæst.* 18. *à numero* 18. *à numero* 16.

Sed nihilominus licèt Clericus isto casu nullate- 42
nus possit puniri à Judice sæculari pro falsa depositione, potest tamen Judex sæcularis de dicta falsitate cognoscere ad effectum expediendi causam principalem, Covar. *pract. capit.* 18. *numer.* 8. *versic. Illud verò existimo*, Clarus §. *fin. quæstion.* 38. *versic. Sed hic quæro in fine*, Farinacius *in prax. part.* 1. *quæstion.* 8. *numer.* 26. *versic. Limitando*, & *part.* 2. *quæstion.* 67. *num.* 57. Guazzinus *defen.* 1. *cap.* 13. *nu.* 10. *in fine*, Vela *dissert.* 44. *nu.* 55. *tomo secundo*, Carolus de Gras. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1147. & 1151. Peguera, *decisione* 79. *num.* 5. Tondutus, *de præven. jud. part.* 2. *capit.* 47. *num.* 2. & 4. Xammar. *de offic. judicis parte prima, quæstione secunda, num.* 81. Fermosinus *in capite at si Clerici, quæstion.* 3. *num.* 4. & 8. *de judiciis*, Guttierrez *pract. lib.* 1. *quæstion.* 24. *num.* 2. Angujan. *de legibus lib.* 3. *controversiarum* 28. *num.* 11. Diana *resolutionum moralium*, *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 109. *versic. An verò*, Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 13. *num.* 4. *fol.* 56. & *de immunitate Ecclesiæ tom.* 2. *capit.* 9. *dubit.* 19. *num.* 6. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 91. Riccius *de pub. jud. num.* 99. *tit.* 16. *lib.* 8. *recop. ad primum*, *in fine*, *de immunitate Ecclesiæ, tomo primo, parte secunda.*

Cæterùm Clericus pro falsa depositione coram Ju- 43
dice sæculari facta potest puniri per suum Judicem Ecclesiasticum, ne delicta remaneant impunita, Riccius *parte quarta decis.* 81. *per totam*, Diana *resolutionum moralium part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 60. *versic. Sed ut Clericus*, Thomas del Bene *de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 13. *num.* 6. & *de immunitate Ecclesiæ tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 19. *num.* 10. Et si contrarium doceant Squilante *de privileg. Cler. privil.* 7. *num.* 110. Baronius *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad quæst.* 18. *num.* 19. Riccius *de pub. jud. quæst.* 35. *num.* 15. Sed
si Judex Ecclesiasticus Clericum non puniat pro fal- 44
sa depositione facta coram Judice sæculari, an Judex sæcularis possit punire Clericum coram se falsò testificantem in defectu justitiæ Ecclesiasticæ, affirmant Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 18. *num.* 91. *in fine*, Cutellus *de immunitate Ecclesiæ libro secundo*, *quæstione* 110. *num.* 2. sed contra eos, & alios pluribus relatis insurgit Thomas del Bene *de Parlamentis*, *dubitatione quarta*, *sectione decimanona*, *subsectione decimatertia*, *à num.* 2. & *de immunitate Ecclesiæ tom.* 2. *capite* 9. *dubit.* 16. *à num.* 3.

Suppono tertiò, quòd causa constituitur in tripli- 45
ci differentia, nempè civilis, criminalis, & mixta, *gloss. in rubrica, ff. de judiciis*, & *in decretal. extra eodem*, Maranta *de ord. jud. parte quarta, distinctione prima*, Menoch. *de arbitr. jud. quæst.* 88. & *casu* 275. *num.* 6. Paz. *in prax. in proœm. annotat.* 1. *à num.* 19. Farinac. *in praxi parte tertia, qu.* 100. *per totam*, & *consilio octuagesimo quinto à num.* 3. *lib.* 1. Barbosa *in rubrica de judic. in decret. à num.* 2. Narbona *l.* 20. *glossa vigesima prima per totam*, *titulo primo, libr.* 4. *recop.* Cabedo *decisione decima quarta, parte prima*, Suelves *consilio vigesimosecundo, libro* 3. Ripoll. *in addit. ad* Peguer. *in pract. civil. rub.* 32. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *titu.* 2. *resol.* 6. *nu.* 42. Scaccia *de jud. lib.* 1. *c.* 5. & 6.

Quæ autem dicatur causa civilis, vel criminalis 46
grave dissidium inter Interpretes versatur, explicant Julius Clarus §. *fin. quæst.* 1. Cabedo *decis.* 14. *part.* 1. Maranta *de ord. judic. part.* 4. *dist.* 1. Azin. *in prax. cap.* 5. Farinac. *consil.* 85. *ubi additio lib.* 1. & *in praxi part.* 3. *quæst.* 100. *à num.* 1. Heringi. *de fidejuss. cap.* 10. *à num.* 359. Palma *in praxi part.* 1. *gloss.* 3. Rota Avenion. *decis.* 112. Scaccia *de judic.*

lib.

lib. 1. *cap.* 5. *&* 6. Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *à num.* 1. *titulo* 1. *lib.* 4. *recop.* Oliba *in* §. *pœnales de actionibus*, Suelves *cons.* 22. *à num.* 2. *libro* 3. Ripoll. *in addit.* ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 32. *à num.* 9. *& de regal. capit.* 34. *à numer.* 20. Novar. *gravam. libro secundo*, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 4. *cap.* 5. *num.* 16. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tomo* 2. *cap.* 7. §. 5. *nu.* 8.

47 Et quod attinet ad causam civilem. Prima est opinio illorum, qui existimant inspiciendam esse pœnam, numquid sit corporis afflictiva, vel non, & ab hac qualitate pœnæ arbitrati sunt causæ nomen pendere: si enim pœna corporalis afflictiva non est, sed pecuniaria, quamvis illa Fisco applicetur, dicunt causam esse civilem, *ita gloss. in l. si qua per calumniam, verbo auri, C. de Episc. & Cler. & videtur textus expressus in l. Cajus Sejus ff. ad Senat. Consult. Sillanian.* Rota *decis.* 10. *de appellat. in antiquioribus*, Menochius *de arbit. jud. quæst.* 82. *num.* 3. *&* 4. *& casu* 285. *num.* 12. Mattheu *de Regi. Regni Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 8. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 107. *num.* 5. Azevedo *l.* 8. *num.* 6. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop. Saravia de jurisdict. ad junct. quæst.* 18. *à num.* 22. Suelves *consil.* 22. *num.* 3. *lib.* 3. sed reprobatur *infrà num.* 55.

48 Secunda est opinio præcedenti contraria, non esse inspiciendam pœnæ qualitatem, sed à re in judicium deducta nomen esse sumendum, *gloss. in l. lex Cornelia, verbo eorum, ff. de injuriis*, Jul. Clar. §. *finali quæst.* 1. *in princ.* Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 1. *in fine*, sed hæc opinio reprobatur *infrà num.* 54.

49 Tertia est opinio dicentium, neque pœnæ qualitatem, neque rem in judicium deductam esse inspiciendam, sed modum quo delictum deducitur in judicium; nam si deducatur indirectè, resolvunt causam esse civilem, sive pœna applicetur Fisco, sive parti, ita Abbas *in rub. de jud. num.* 5. Scaccia *de jud. lib.* 1. *capit.* 5. *num.* 2. sed reqrobatur *num.* 56.

50 Quarta & ultima est opinio, quæ communior, & verior est, deffinitionem causæ civilis à fine, & commodo sumendam esse, ut causa civilis dicatur, quando principaliter agitur in judicio ad privatum commodum, sive illud descendat ex contractu, sive ex delicto, *ita gl. in l.* 3. *verbo centum aureorum, ff. de sepult. violato*, Felin. *in rub. de jud. n.* 3. ubi Berous *num.* 96. Jason qui de communi, & magis communi testatur *in rub. C. de jud. num.* 2. Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 1. *num.* 2. latè Azinus *in prax. cap.* 5. *à num.* 14. & ab hac communi opinione, neque in judicando, neque in consulendo recedendum esse testatur Jul. Clari §. *fin. q.* 1. *versiculo Ex quorum omnium dictis*, communem, & receptam dicit Scaccia *de jur. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 3 Buccaron. *de different. int. jud. civile & criminale præmiss.* 1. *num.* 3. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 43. Peguera *decis.* 6. *num.* 2. Ripoll. *in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 32. *n.* 10. Novar. *gravam.* 130. *num.* 3. 16. *& à num.* 34. *tom.* 2. Farinac. *part.* 3. *quæst.* 100. *num.* 6. Ciarlin. *controv. forens. capit.* 274. *n.* 42. *part.* 2.

51 Ideòque si pœna pecuniaria applicatur parti privatæ, causa civilis est, Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 100 *num.* 10. *& cons.* 85. *num.* 37. *lib.* 1. Narbona *l.* 20. *gl.* 21. *num.* 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. præmiss.* 1. *num.* 3. Pareja *de instr. editione tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 5. *nu.* 43. Suelves *cons.* 22. *num.* 4. *lib.* 3. Novarius *gravam.* 130. *num.* 34. *tom.* 2. Ripoll. *de regal. cap.* 34. *à nu.* 9. *& in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 32. *num.* 12.

52 Etiamsi pœna applicetur tertiis personis, ut Judici, Alguzziriis, Denuntiatori, vel causæ piæ, causa dicitur civilis, absque eo quòd dici valeat, tertium fuisse in locum Fisci subrogatum, ut post Azevedo, resolvit Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 107. ubi exemplaria refert, *&* *nume.* 3. testatur, quam millies practicari vidisse, Maceraten. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 49. *num.* 11. Suelves *cons.* 22. *num.* 6. *lib.* 4. ubi addit, quòd absque dubio ita intellexit Palma *in praxi part.* 1. *gloss.* 3. *num.* 12. Et in dubio appellatione causæ pecuniariæ venit causa civilis, non autem criminalis, Menochius *de arbit. jud. quæst.* 88. *numer.* 1. 5. *&* 6. Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & criminale, præmiss.* 3. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *n.* 43. *in fine.* 53

Quod autem attinet ad causam criminalem. Prima est opinio, quòd quotiescumque agitur de crimine, causa dicitur criminalis, *gloss. in l. lex. Cornelia verbo eorum, ff. de injur.* 54

Sed hæc opinio communiter reprobatur, ut per Clar. §. *fin. quæst. num.* 1. *in fine*, Aviles *cap.* 1. *prætor. verbo Camara, num.* 2. Farinac. *in praxi part.* 3. *qu.* 100. *nu.* 12. 13. 14. *&* 15. Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *nu.* 3. *&* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.*

Secunda est opinio, quòd causa dicitur criminalis, quando agitur de pœna corporali, idest corporis afflictiva, *glos. in l. si qua per calnmniam verbo auri, C. de Episc. & Cler.* Farinac. *in prax. part.* 3. *q.* 100. *n.* 3. Suelves *cons.* 21. *num.* 3. *lib.* 3. 55

Sed hanc opinionem post alios impugnat Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *num.* 5. *&* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Decius *in rub. de jud.* 1. *lect. num.* 9.

Tertia est opinio, ut quando principaliter agitur, ut ordinaria pœna alicui imponatur, sive condemnatio applicetur Fisco, sive parti, judicatur causa criminalis, Abbas *in rub. de judiciis n.* 5. 56

Sed hanc tertiam opinionem reprobant Decius *in rub. de judiciis in* 1. *lect. num.* 96. Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 1. *num.* 2. Aviles *cap.* 1. *præto. gloss. Camara, nu.* 2. Farinac. *in prax. par.* 3. *quæst.* 100. *n.* 17. *&* 18. Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *num.* 7. *&* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.*

Quarta & ultima est opinio verior, & communis, quòd quando principaliter de delicto tantùm agitur ad commodum publicum, seu ad publicam vindictam, causa criminalis dicitur, Jason *in rub. C. de jud. nu.* 2. Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 1. *sub numer.* 2. Clar. §. *fin. quæst.* 1. *verfic. Secundus autem casus*, Mascard. *de probat. conclus.* 463. *num.* 3. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 6. *in princ.* Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 100. *num.* 4. Buccaron. *de diffet. inter. jud. civile & crim. præmiss.* 1. *num.* 3. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 6. *resol.* 6. *num.* 43. Ripoll. *in addit. ad Peguer. in pract. civil, rub.* 32. *num.* 10. Capiblanc. *pragmat.* 4. *à num.* 105. *de Baronib.* Baldaxar de Angelis *in addit. ad Foller. titul. audiantur excusatores, num.* 134. Sorolzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *sub. n.* 16. Sive agatur principaliter ex delicto ad vindictam publicam, ut pœna corporalis reo injiciatur, *gloss. verdo auri in l. si qua per calumniam, C. de Episcop. & Cler. l. qui sepulcra gloss. verbo videtur, versic. Vel alias, C. de sepulcro violato, l. observare*, §. *proficisci gloss. magna, versic. Tu dic tutius, ff. de off. pro consul.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 1. *num.* 2. *versic. Hinc est*, Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 100. *num.* 3. Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *num.* 9. *tit.* 1. *lib. recop.* Buccaron. *de differ. inter jud. civile & crim. præmiss.* 1. *num.* 3. Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *n.* 43. *&* *alii statim. citandi.* Sive etiam agatur principaliter ex delicto ad vindictam publicam, ut condemnatio pœnæ pecuniariæ Fisco applicetur, *gloss. in l.* 3. *ff. de sepul. violat.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *dist.* 1. *num.* 2. *versic. Idem si aliquis*, Jul. Clar. §. *fin. q.* 2. *versic. Quarta fuit opinio*, alios refert Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 100. *nu.* 10. *&* *cons.* 85. *à. num.* 37. *ubi additio litteræ, C.* plures Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *num.* 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Cabedo *decis.* 14. *n.* 4. *part.* 1. Gail. *li.* 1. *obser.* 65. *n.* 2. Padilla *in l. transigere num.* 106. ubi Martin. del Rio. *à num.* 4. *ad* 22. *C. de transact.* cum relatis per Ripoll. *in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 32. *n.* 11. *&* *de regal. cap.* 34. *à num.* 19. Peguera *decis.* 6. *num.* 2. Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 144. Buccaron. *de differ. inter. jud. civile & crim. præmiss.* 1. *nu.* 3. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *ti.* 2. *resol.* 6. *num.* 45. *& tit.* 5. *resol.* 3. *sub. n.* 56. Portoles §. *capleuta, nu.* 12. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 106. *n.* 2. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 12. *n.* 242. *&* 143. *& c.* 17. *n.* 458. Suelves *cons.* 22. *n.* 4. *lib.* 3. Bobad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *à n.* 120. Capicius Latro 57 58 59

tro *consult.* 48. *num.* 7. *lib.* 1. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *sub num.* 16. Parlador. *differ.* 138. *n.* 1. Novar. *quæst. forens.* 79. *num.* 8. *& gravam.* 130. *nu.* 3. *&* 16. *libr.* 2. Xammar. *de off. jud. part.* 2. *quæst.* 11. *numero* 91.

60 Quod autem attinet ad causam mixtam, duo sunt distinguendi casus.

61 Primus est, quando in simul agitur criminaliter ad publicam vindictam, & pœnam criminalem, & etiam agitur civiliter ad commodum partis, & interesse privatum, quo casu una fuit opinio, quòd hæc causa dicatur mixta, ita Anton. de Butrio, Abbas, Decius & alii quos citat Farin. *in prax. par.* 3. *quæst.* 100. *n.* 54. *& consilio* 85. *in additione littera C. versic. in secundo verò casu.*

62 Secunda est opinio, quòd quando scilicet agitur ad vindictam publicam, ut putà ut fur puniatur, & etiam ad restitutionem rerum ablatarum ipsi accusatori, causa dicatur criminalis Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 1. *versic. Tertius casus est*, Farinac. *in praxi crim. par.* 3. *quæst.* 100. *n.* 55. *& cons.* 85. *in addit. littera C. versic. Contrarium.*

63 Tertia fuit opinio distinguens, quòd si Fisco veniat aliquid applicandum non principaliter, sed in consequentiam ejus quod principaliter parti applicatur, & debetur, tunc tota causa videtur civilis, & non Criminalis; at è contra si interesse partis id quod parti applicatur, venit in consequentiam ejus, quod principaliter Fisco debetur, & applicatur, tunc tota causa reputatur criminalis, & non civilis, ita Bossius *titul. de appellat. num.* 9. Additio ad Clar. §. *fin. quæst.* 1. *littera B.* Farinac. *in praxi par.* 3. *quæst.* 100. *nu.* 56. *& cons.* 85. *in addit. littera C. versic. in hac contrarietate.*

64 Secundus casus est, quando pœna partim applicatur Fisco, & partim parti, quo casu una fuit opinio, quòd causa reputatur criminalis, & non mixta, quia cum concurrat Fiscus, & privatus, Fiscus tamquam magis dignus trahit ad se privatum tamquam minùs dignum, ita post Aretin. & alios Farinac. *in prax. par.* 3. *quæst.* 100. *num.* 51. *& cons.* 85. *num.* 38. *ubi additio littera C.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 1. *versic. Tertius est casus*, Ripoll. *de regul. cap.* 34. *à num.* 20. Larea *alleg. Fiscal.* 95. *num.* 35. *lib.* 2. Et hæc opinio absque dubio procedit, quando una pars pœnæ applicatur Fisco, & altera accusatori, additio ad Clar. §. *fin. quæst.* 1. *littera B. versic. Item si pœnæ pars*, Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 100. *num.* 52. *& cons.* 85. *in addit littera C. versic. Et hæc.*

65 Secunda est opinio, quòd quando applicatur pœna partim applicatur Fisco, & partim parti privatæ, quòd causa non dicitur merè criminalis, nec merè civilis, sed mixta, Bossius *titul. de appellat. num.* Maranta *de ord. jud. parte* 4. *dist.* 1. *num.* 73. Joseph. Ludovic. *concl. num.* 71. & alii per Farinac. *in prax. par.* 3. *quæst.* 100. *num.* 50. *& cons.* 85. *in addit. littera C. in prin.* Cabedo *decis.* 14. *num.* 6. *libro* 1. Suelves *cons.* 22. *num.* 16. *lib.* 3. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 44. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 2. *par.* 9. *numero* 57.

66 Cognitio causæ mixtæ spectat ad Regium criminale Concilium, seu ad Judicem criminalem, ad Parejam *de instru. edit. tom.* 1. *titul.* 2. *resol.* 6. *num.* 46.

67 Sed scias in proposito, quòd quando pœna venit applicanda partim Fisco, & partim parti offensæ, tunc tota pœna debet venire in manus Fisci, & ex illius manu pars offensa debet habere partem suam, Bartol. *in l. Senatus censuit.* §. *Senatus*, *num.* 2. *ff. de iure Fisci* Cabal. *resol. crimin. casu* 202. *à num.* 1. Illustris Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valduara *observ.* 80. *num.* 2. *&* 3. *part.* 2. ita fuit in Cathalonia decisum 8. Augusti 1592. in facto supplicationis Montserrati Barba tutoris, & curatoris Petri Boter Maranca *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 1. *num.* 74. Jul. Clar. §. *fin quæst.* 95. *num.* 9. & alii per Farinac. *cons.* 85. *in addit. littera, C. versi. & in proposito lib.* 1. *& in praxi par.* 3. *quæst.* 100. *num.* 53. Calicius, *in margarita Fisci*, *dub.* 3. *n.* 5. Cancer. *part.* 2. *var. resol. cap.* 11. *num.* 43. Ubi censet, quòd licèt Fiscus possit totam pœnam exigere & ei non possit solutio recusari, si tamen pars solvat privato partem pœnæ, quæ eum tangit, quod remaneret liberata ut advertit Aviles *cap.* 11. *Prætor. in prin.*

Quibus sic suppositis. Quæro primò, an cognitio causæ mandati de manutenendo, seu interdicti summarissimi interim spectet ad Regiam Audientiam Civilem seu Judicem civilem, an autem ad Regium criminale Concilium, seu Judicem; Respondeo quòd spectat ad Regiam Audientiam civilem, & non ad Regium criminale Concilium, cùm illius causa civilis sit, Menochius *de retinen. posse remed.* 5. *numero* 236. Rodericus *de ann. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *numer.* 53. *versi. Primò*, Postius *de manuten. obs. num.* 7. Cutel. *decis.* 20. *num.* 4. & ita quotidie practicatur. 68

Nisi daretur violentia cum armis; quo casu Regium criminale Concilium de violentia tantùm cognoscere potest, remissa causa summarissimi interim ad Regiam Audientiam Civilem, Cutel. *decis.* 20. *nu.* 4. Ramon. noster *cons.* 51. *&* 52. Die 9. Maii, 1597. Joannes Ros, & Dionysius Pellicer I. V. D. Perpiniani, delati, quòd in comitiva aliorum à domo studii Generalis dictæ Villæ vi deiecerunt Raphaelem Regnes, Medicinæ Doctorem, Rectorem dictæ Universitatis, insignia & ornamenta Rectoris deferentem, ad relationem Magnifici Josephi Ferrer fuit conclusum quòd dictus Raphael Regnes, congregato priùs consilio dictæ Universitatis in loco solito, restitueretur, & reponeretur in possessione, seu quasi officii Rectoris dictæ Universitatis, in qua erat die, quo fuit ejectus per vim, & quòd dicti rei bannirentur à Villa & Vicario Perpiniani, & Barcinonæ per annum, quod intellige ut dicam *num.* 70. 71. 72. & 78. 69

Ideòque in proposito advertat Regium criminale Concilium, quòd data violentia cum armis in summarissimo, seu timens ne partes veniant ad arma, ratione scandali vitandi, dum plures contendunt possessionem apud eos esse, ut puta quia ex morte alicujus possessio vacans, & unusquisque properet ad capiendam possessionem, potest & debet possessionem ad se avocare, & in ea sequestrum apponere donec in judi. civil. sit jus dict. ex generalitate rationis, *l. æquissimum*, *ff. de usuf.* Plura alia jura, & Doctores antiquos citat Gomez *in l.* 145. *Tauri*, *num.* 125. benè Valascus *consult.* 191. *à nu.* 33. cum relatis per Barbos. *in capit.* 2. *num.* 4. *de sequest. posse. & fruct.* innumeros Postius *de manuten. obser.* 75. *à num.* 1. Quibus addendi sunt Carroc. *de sequestro par.* 4. *quæst.* 8. Paz *de tenuta*, *cap.* 10. *num.* 41. Surd. *decis.* 335. *num.* 18. Cutel. *decis.* 20. *nu.* 1. Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom.* 1. *fol.* 178. *num.* 13. *pag.* 2. Thoro *in compen. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo sequestrum*, *fol.* 248. cum aliis per Salgad. *de reg. protec. p.* 2. *cap.* 16. *num.* 33. & per Castillo *lib.* 8. *de alimen. cap.* 13. *num.* 17. *&* 19. Exemplare nostri Senatus laudat Xammar. *de offi. jud. p.* 1. *quæst.* 4. *num.* 24. & formam provisionis refert Fontanella *de pac. nup. tom.* 2. *claus.* 7. *glo.* 3. *par.* 9. *num.* 4. *&* 5. Dummodo de suspicione armorum, & scandali priùs in actis per summariam informationem Judici constet, Menochius *de adipiscen. posse. remed.* 6. *à num.* 13. plures alios citat Postius *de manutenen. obser.* 75. *à n.* 7. Barbosa *in cap.* 2. *num.* 4. *in fine de sequest. posse. & fruct.* Valascus *consult.* 191. *num.* 37. Carrocius *de sequestro part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 2. Ferrer *in consti. hac nostra temp.* 1. *decla.* 1. *num.* 30. Et fuit in Cathalonia ad relationem Magnifici Pauli Gujamet I. R. C. 22. Februarii 1622. sequestrata jurisdictio partitæ vocatæ de Costarrubia. At si Regio criminali Concilio constet certum esse possessorem, seu unam ex partibus esse in possessione, non potest ad se possessionem avocare, quamvis adsit timor armorum, Ludovis. *decis.* 69. *numer.* 8. plures alios Postius *de manutenen. obser.* 75. *à num.* 16. cum relatis per Castillo *de alimentis lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 17. *&* 19. Don Franciscus Ramos del Mancano *in discursu super provisione Episcopatuum Luzitaniæ*, *proposit.* 2. *num.* 8. *fol.* 44. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 3. *verbo sequestrum*, *fol.* 248. & fuit in Cathalonia observatum per Magnificos Joannem Sellets, Iosephum Aleny, Josephum Rull, & Iosephum Balaguer 15. Septembris 1661. in facto dubii in favorem Raphaelis de Op. Villæ Rivipulli, contra Franciscum Llopis & Theodoram conjuges. Ferrer. *in const. hac nostra temp.* 1. *decla.* 1. *numero* 30. *&* *à numero* 32. Sic fuit observatum 70 71 72

in

in Regio criminali Cathaloniæ Consilio 3. Decembris 1625. ad relationem Magnifici Ludovici Besturs I. R. C. in favorem Præpositi majoris Monasterii Sancti Cucuphatis Vallen. contra Universitatem dictæ Villæ. Et die 23. Novembris 1628. ad relationem Magnifici Michaelis Angeli Llores I. R. C. in favorem Nobilis Petris de Llorens, contra Nobilem Briandam de Vega, & Riquer, & alios Civitatis Ilerdæ. Similis 7. Octobris 1631. ad relationem Michaelis Ioannis Magarola. Et die 17. Julii 1632. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet I. R. C. in favorem Nobilis Victoriæ de Gilabert, & de Alentorn, contra Nobilem Franciscum de Gilabert. Alia similis 13. Octobris 1632. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet I. R. C. Et die 2. Septembris 1659. in favorem Universitatis Villæ Angulariæ, contra Universitatem Villæ de la Vilagrassa. Sed ne partes contendentes super possessione veniant ad arma, solet manutenentiam, seu assistentiam primo possessori concedere, etiamsi inter easdem partes pendeat lis in Regia Audientia Civili super interdicto interim, *juxta textum in l. si quis ad se fundum.* ubi Bart. *num.* 8. Salicet. *num.* 4. *C. ad leg. Juliam de vi publica*, plures antiquos citat Carroccius *de sequestro, part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 2. Gomez *in l.* 45. *Tauri, num.* 125. *versic. Unum tamen est*, Valascus *consult.* 191. *num.* 38. & 39. Molina *de primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 71. & 72. latè Paz *de tenuta cap.* 10. *à numer.* 1. Hermosilla ad Gregor. Lopez *tom.* 1. *fol.* 178. *num.* 11. & 12. *pag.* 2. Farinac. *in praxi part.* 3. *quæst.* 100. *num.* 134. Faber *in suo C. lib.* 8. *tit.* 3. *defin.* 20. Gail. *libr.* 1. *observ.* 5. *num.* 5. & 6. Covar. *pract. cap.* 17. *nu.* 1. plures alios cumulat Cutellus *decis.* 20. *à num.* 5. *ad* 20. Ursil. ad Afflict. *decis.* 351. *nnm.* 5. Thoro *in compend. dec. part.* 1. *verbo sequestrum rei, fol.* 509. & *part.* 3. *sect.* 3. *verbo sequestrum bonorum, in fine fol.* 250. & *verbo sequestrum fieri, fol.* 254. Beltramin. ad Ludovil. *decis.* 9. *num.* 17. Guttier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 78. *num.* 4. Postius *de manuten. observ.* 75. *num.* 18. Exemplaria nostri Senatus referunt Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 4. *num.* 23. Ramon *cons.* 51. & 52. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 9. *à num.* 8. *ad* 17. Cancer. *post.* 1. *part. variar. respons.* 1. *à num.* 120. Illis adde, ita fuisse decisum 22. Septembris 1631. ad relationem Magnifici Jacobi Mir, tunc emeriti Regentis Cancellariam ad favorem Nobilis Petri Llorens contra Nobilem Briandam de Vega, & Riquer Civitatis Ilerdæ, *quæ est in libro conclusionum criminalium*. Et die 29. Octobris 1632. ad relationem Magnifici Hieronymi Astor antiquioris, junctis tribus Aulis in facto dubii propositi per omnes Magnificos Doctores Regii Concilii criminalis occasione requisitionis illis, & cuilibet illorum præsentatæ pro parte Nobilis Francisci de Gilabert, *est in libro conclusionum, fol.* 83. *pag.* 2.

73 Quæro 2. An causa spolii sit civilis, vel criminalis, hoc est, an tractanda in Regia Audientia Civili, vel Regio Concilio criminali; Prima est opinio, quòd sit criminalis, & sic tractanda in Regio criminali Concilio, quia turbare aliquem in sua possessione, vel ipsum ab ea spoliare est delictum, pro quo datur actio injuriarum, quæ criminalis est, idque etiamsi spolium fuerit factum sine vi, ita post alios tradunt Menochius *de retinen. possess. remed.* 3. *nu.* 549. & *de arbitr. jud. casu* 320. Farinac. *in praxi part.* 3. *quæst.* 100. *à num.* 38. Cutellus *dec.* 20. *n.* 7. & 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 154. *num.* 4. Cacer. *part.* 2. *var. resol. cap.* 7. *num.* 3. & *part.* 3. *cap.* 4. *nu.* 254. Fontanella *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 22. *à num.* 48. & *dec.* 81. *num.* 12. *part.* 1. Ripoll *in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 32. *n.* 33.

74 Secunda est opinio, quòd causa spolii est civilis, & tractanda in Regia Audientia civili, quando spolium fuit commissum sine armis; si autem spolium fuerit commissum cum armis, actio spolii est criminalis, & tractanda in Regio criminali Concilio, ita Bossius *in praxi crim. titul. de pluribus violent. nu.* 37. Boccat. *de manutenen. cap.* 12. *num.* 13. & 14. Cancer. *part.* 3. *var. resol. cap.* 4. *num.* 257. Ripoll. *in addit. ad Peguer. in pract. civili rub.* 32. *num.* 34. Hæc secunda 75
opinio observatur in Cathalonia, & de illius praxi testantur Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 7. *nu.* 4. & *part.* 3. *cap.* 4. *à num.* 253. Ripoll. *var. cap.* 5. *à num.* 271. & *in addit. ad Pegueram in praxi civil. rub.* 33. *à n.* 33. Exemplaria laudat Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gl.* 22. *à num.* 50. & *tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 9. *num.* 2. & 3. Sic fuit in Cathalonia declaratum in facto dubii 3. Februarii 1597. per Magnificos Joannem Sabater, Josephum Ferrer. Hieronymum Astor & Salvatorem Fontanet contra Antonium Rossell, & Petrum Michaelem Serra. Et die 18. Martii 1595. Joannes Banrich, delatus de spolio violenter commisso in bonis possessis per Michaelem Montmany, fuit condemnatus, quòd banniretur à loco, & terminis Sancti Baudilii de Lupicatico, & à Civitate, & Vicaria lata Barcinonæ per triennium, positis priùs omnibus bonis, & rebus per eum apprehensis, & asportatis à domibus dictis Montmany in pristinum statum. Dicto die, duo mulieres delatæ de eodem spolio fuerunt relaxatę sub Sacramento & homagio.

Estque sciendum pro praxi Cathaloniæ, quòd licèt 76
exstimet Ripoll. ad Peguer. *in prax. rub.* 31. *nu.* 35. violentiam cum armis ita demum esse criminalem, si ex delatione armorum aliquis excessus secutus fuerit. Tamen ejus doctrina vera non est, quia violentia dicitur illata cum armis, eo ipso quòd pars habeat arma ad latus, licèt ea non extraxerit, & sic ut pro spolio commisso cum armis agatur criminaliter, non est necessarium, quòd spoliator usus fuerit armis in spolio, sed sufficit quòd ad spolium committendum armatus venerit, *l.* 3. *& ibi gl. ff. de vi, & vi armata, glo. in l.* 1. *ff. ad leg. Jul. de vi publica*, Cancer. *part.* 2. *var.* 7. *n.* 4. Ripoll. *var. resol. c.* 1. *n.* 273. Font. exemplare laudans *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 5. *glo.* 22. *n.* 53. & 54. Padilla *in l. cum proponas, la* 1. *n.* 7. *C. de transact.* Guttier. *cons.* 16. *n.* 8. & 9. Garcia *de Nobilit. glo.* 17. *n.* 19. Riccius *decis.* 54. *nu.* 3. *par.* 2. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 4. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disput.* 5. *nu.* 5. etiamsi arma deposuerit, cum possit eis uti, Guttier. *cons.* 16. *n.* 10. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disput.* 5. *nu.* 5. *versic. Idem dicendum est*, notat Fontanella *de pact. nupt. to.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 22. *num.* 53.

Ideòque ex spolio commisso cum armis agatur crimi- 77
naliter, debet in actis per summarias informationes constare, quòd spolians quando spoliavit, venit, & extitit armatus, exemplare refert Fontanel. *de pact. nupt. to.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 22. *n.* 54.

Sed ad evitandam actionem criminalem ex prædicta 78
violentia cum armis resultantem, optimum est remedium, quòd pars compareat in Regia Audientia civili, & ibi alleget esse in possessionem, & evocata causa, ac expeditis litteris citatoriis, & inhibitoriis alteri parti, moveat dubium, an causa sit civilis, vel criminalis, nam absque dubio obtinebit, quòd supersedeatur in causa criminali, donec sit in civili jus dictum, *juxta text. in l.* 1. *C. de appellation.* Farinac. *in prax. part.* 3. *q.* 100. *n.* 62. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 256. & 257. latè probat, & decisum refert Thoro *in compend. decis. part.* 2. *verbo causa criminalis, fol.* 59. Siquidem communis est Doctorum resolutio, quòd possessor potest propria authoritate manu armata, & convocans amicis propriam defendere possessionem, ac turbatores rejicere, *l. clam. possidere*, §. *qui ad nundinas, ff. de acquir. possess.* Peregrin. *de fideic. art.* 47. *numer.* 23. & 24. cum relatis per Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 7. *num.* 62. & *cap.* 10. *à num.* 31. & *part.* 3. *cap.* 4. *num.* 79. alios citat Fontanella *dec.* 527. *num.* 26. *part.* 2. plures Farinac. *de homic. part.* 4. *quæst.* 125. *à num.* 175. quibus addendi sunt Roderic. *de annu reddit. lib.* 1. *qu.* 17. *nu.* 47. *versic. Nec verum est*, Grat. *discept. foren. ca.* 100. *n.* 16. idem Farin. *de furtis q.* 175. *n.* 84. & *frag. crim. par.* 2. *littera I. n.* 331. Esse *de inhib. c.* 9. §. 1. *n.* 18. & 19. latè Postius *de manutenen. obs.* 1. *à n.* 55. Fermos. *in cap. cum olim, p.* 1. & 2. *de restit spoliat.* Dummodo id fiat in continenti; secus si ex intervallo *l.* 1. §. *vim, l.* 3. §. *cum igitur ff. de vi, & vi armato, l.* 1. *C. unde vi*, Grat. *disc. for. c.* 89. *n.* 35. innumeros,

Fariuac.

Farinac. *de homic. part.* 4. *q.* 125. *n.* 211. *& de furtis qu.* 175. *numer.* 80. cum aliis per Postium *de manutent. observ.* 1. *n.* 76. Fermosin. *in cap. cum olim qu.* 1. *num.* 5. *de foro compet.* Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 7. *num.* 62. Id-est, antequam possessor ad alios extraneos actus divertat, Cutell. *dec.* 20. *n.* 100. Fermosin. *in cap. cum olim q.* 1. *n.* 6. *de restit. spoliat.* Seu ut verius alii dicunt, quam primùm commodè poterit possessor, arbitrio Judicis juxta personarum qualitatem, ut tradunt post antiquos Fermosin. *in cap. cum olim, quæst.* 1. *n.* 7. *de restit. spoliat.* Farinac. *part.* 4. *de homicid. quæst.* 125. *n.* 218. *& de furtis quæst.* 174. *num.* 83. Et dummodò id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, Gratian. *discept. forens.* 80. *num.* 35. Barbosa *in cap. cum olim, num.* 5. ubi Fermosin. *quæst.* 1. *num.* 1. *de restit. spoliat.* Secus si cum excessu, ut tradunt Farinac. *de homicid. part.* 4. *quæst.* 125. *num.* 258. Postius *de manutent. observ.* 1. *num.* 77. Quo dato, etiamsi mors sequatur, non est puniendus possessor pœna ordinaria, Gratian. *discept. forens. c.* 110. *n.* 20. Farinac. *de homicid. part.* 4. *quæst.* 125. *n.* 262. Quod facti remedium non consulo, quòd fiat à possessore, sed quòd utatur via juris Judicem adeundo remedium retinendæ possessionis intentando, Post. *de manutent. observ.* 17. *n.* 53. ex Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 4. *à n.* 61. latè Fontanella *dec.* 321. *à num.* 26. *part.* 2.

79 Quæro 3. An causa damni dati sit civilis, vel criminalis? quidam tenent, quòd est civilis, Portoles §. *damnum, n.* 17. Pereira *decis.* 58. *num.* 17. Alii existimant, quòd est criminalis, Farinac. post alios *in praxi part.* 3. *q.* 100. *n.* 37. plures Portoles §. *damnum, n.* 16. notant Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 7. *n.* 3. Suelves *cons.* 6. *n.* 1. *& 2. libr.* 2. Quòd causa damni dati nulla interveniente violentia sit civilis, si de damno dato principaliter agitur: Ita fuit facto verbo provisum 16. Octobris 1664. referente Magnifico Josepho Ruli, in causa inter Josephum Aquilera ex una, & Joannem Pradel Pharmacopolam ex altera *infrà* referenda ad aliud propositum *n.* 89. Sed vera, & communis est resolutio, quòd causa damni dati cum violentia, & injuria est criminalis, Bartol. & Alexand. *in l. fin. ff. de privat. delict.* Boss. *de plurib. violent. num.* 48. Molinus *in repertor. verbo damnum ad finem*, ubi Portoles *num.* 16. sic est intelligendus Suelves qui eos citat *cons.* 6. *n.* 1. *lib.* 2. Novar. *gravam.* 64. *n.* 2. *part.* 2. Causa autem damni dati nulla interveniente violentia est civilis, Novar. *gravam.* 64. *n.* 1. *& 3. part.* 2. nisi damnum fieret cum amissione, & rei contractatione, nam tunc esset furtum, & non damnum, quo casu talis causa erit criminalis Novar. *qui suprà num.* 4.

80 Quæro 4. An causa habilitationis, & inhabilitationis, seu privationis officii sit civilis? distingue duos casus.

81 Primus est, quando agitur de habilitatione, & inhabilitatione, seu privatione officii privati, quo casu causa est civilis, & in Regia Audientia civili tractanda, *cap. per tuas*, ubi Abbas & Felin. *de simon.* Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 1. *n.* 32. Clar. §. *fin. quæst.* 1. *vers. Quintus est casus*, Farinac. *cons.* 25. *n.* 9. *& in praxi part.* 3. *q.* 100. *n.* 21. Suelves *cons.* 22. *n.* 8. *libr.* 3.

82 Secundus casus est, quando agitur de habilitatione & inhabilitatione, seu privatione officii publici, quo casu & si aliqui existiment, quòd causa sit criminalis, quos refert, & sequitur Farinac. *in prax. part.* 3. *q.* 100. *num.* 22. Veritas est, quòd causa est civilis Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 1. *vers. Quintus est casus*, notat Suelves *cons.* 22. *sub n.* 8. *libr.* 3. & hanc amplectitur noster Senatus Cathaloniæ, ut per Ferrer. *part.* 3. *observant. cap.* 144. *&* 463. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 17. *n.* 458. Ripoll. *in addit. ad Peguer. in pract. civili rubr.* 32. *num.* 36. maximè causa est civilis, quando præter officii publici privationem alia adjungitur pœna, ut post alios docet Palma *in praxi part.* 1. *gloss.* 3. *n.* 24. Suelves *cons.* 22.

83 *sub n.* 8. *libr.* 3. Intellige ut procedat, quando pœna privationis officii publici non est pœna delicti, & pro eo ultra privationem alia imponitur pœna, tunc enim causa dicitur civilis; secus verò quando pro delicto non imponitur alia pœna à lege, vel statuto quàm privationis, quia tunc causa est criminalis, & non civilis, ut post antiquos docent Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 1. *n.* 33. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 1. *vers. Quintus in casus in fine*, Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 100. *num.* 23. *& 27. & cons.* 25. *in addit. littera D.* Suelves *cons.* 22. *sub n.* 8. *libr.* 3. Sesse *de syndicatu post tract. de inhibit. num.* 42.

Hinc causæ syndicatus Deputatorum Generalis Ca- 84
thaloniæ, Officialium Regiorum inferiorum, & Officialium Universitatum, & si criminaliter dicantur, & in eis more criminali procedatur, Sesse *de syndicatu post tract. de inhib. num.* 42. Berart. *in specul. visit. c.* 5. *num.* 49. *& 52. & cap.* 6. *num.* 7. Fontanella *decis.* 499. *n.* 12. *& 16. part.* 2.

Tamen quando à sententiis, & declarationibus Syn- 85
dicatorum Visitatorum, seu Judicum tabulæ recurritur, vel appellatur, introducendæ, & tractandæ sunt in Regia Audientia civili, ut latè probat respondendo contrariis Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 144. & testatur ita resolutum junctis tribus Aulis per majorem partem in notabili numero Doctorum illarum, *& c.* 463. ad quem se referunt Cancer. & Ripoll. *locis citatis n.* 82. conducunt post Mieres Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 12. *n.* 87. Berart. *in specul. visit. cap.* 3. *num.* 16. Fontanella *dec.* 285. *n.* 7. *part.* 1. *& dec.* 390. *num.* 20. *&* 21. *part.* 2. & licèt sciam causas recursus à sententiis Visitatorum Generalis Cathaloniæ latis in his duobus ultimis trienniis introductas fuisse in Regio criminali Concilio, à cætero fieri non debet, ut benè probat Ferrer. *part.* 3. *observ.* 144. *in fine*, & fuit observatum in causa syndicatus Jacobi Guasch olim Subvicarii Civitatis Gerundæ ad relationem Magnifici Philippi Vinies 21. Januarii 1632. *est in libro conclusionum civilium, fol.* 33. *pag.* 2.

Hinc etiam causa est civilis, quando adversùs tuto- 86
rem actio intentatur, ut tamquam suspectus à tutela removeatur, Bartol. *in l.* 1. §. *sciendum, ff. de suspect. tutor.* ad quem se refert Maranta *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 1. *num.* 18. quidquid dicat Additio ad Clar. §. *fin. quæst.* 1. *littera B.* & ex aliis prosequitur Palma *in praxi part.* 1. *gloss.* 3. *à n.* 13. Intrigliol. *cons.* 17. *à n.* 12. Suelves *cons.* 22. *num.* 10. *libr.* 3. qui *num.* 11. Addit, quòd quando 87
agitur de privanda uxore dote ob adulterium, causam etiam dici civilem, & citat Decium *cons.* 112. Franch. *dec.* 184. 312. *&* 421. Palmam *in prax. part.* 1. *gloss.* 3. *num.* 8. addo Marant. *de ord. jud. part.* 4. *dist.* 1. *n.* 34. Farinac. *in praxi part.* 3. *qu.* 100. *num.* 9.

Quæro 5. An causa in qua agatur ad pœnam conven- 88
tionalem propter fractam pacem & treugam, sit civilis, vel criminalis? Respondeo quòd est civilis, & in Regia Audientia civili tractanda, Corneus *cons.* 42. *l.* 2. ad quem se refert Additio ad Clar. §. *fin. q.* 1. *littera B. vers. Item si pœnæ pars in fine*, Scaccia *de jud. libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. *vers. Sed tu*, Foller. *in pract. crimin. tit. audiantur excusatores, n.* 91. *in fine*, quos & alios citat Farinac. *in praxi part.* 3. *quæst.* 100. *n.* 33. Guil. *de pace publica libr.* 1. *cap.* 9. Guazzin. *de pace part.* 1. *c.* 8. *n.* 16. Novar. *gravam.* 130. *lib.* 2. ex nostris Capicius *de pace & treuga dubio* 9. *vers. Item quia*, Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 144. *vers. Simile servatur, & latè cap.* 145. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 8. *n.* 16. Peguera *in pract. civili rubr.* 27. *num.* 10. ubi Ripoll. *num.* 106. idem Ripoll. *de regal. c.* 34. *n.* 20. *&* 27. Oliba *de actionib. lib.* 3. *part.* 1. *cap.* 4. *num.* 55. Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri II. part.* 1. *col.* 2. *cap.* 45. *num.* 1. *&* 3. *fol.* 55. Oliba *de jure fisci cap.* 14. *numer.* 32. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 15. *numer.* 111. *&* 113. Intellige post comparitionem querelati, nam tunc civilis est, civiliterque in ea proceditur, sed ante comparitionem ea causa criminalis est, criminaliterque in ea proceditur per receptionem informationis secretæ de delicto ex officio, vel ad instantiam querelantis, per captionem personæ, exactionem depositionis querelati, & liberationem ejusdem sub idonea manulenta, ut pulchrè tradit Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 144. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 15. *num.* 74. 75. *&* 114. Sic in Regio criminali Cathaloniæ Concilio 22. Aprilis 1591. fuit facta provisio executionis contra Petrum de Millas, & Montserratum de Millas, Domicellos pro quingentum libris, quia fregerunt treugas factas per tres menses cum Philippo de Ribes, & Joanne de Ribes, Domicellis, invadendo, & occidendo dictum

Joannem de Ribes. Similes proviſiones executionis fuerunt factæ in Regio criminali Cathaloniæ Conſilio diebus 2. & 9. Maji, 17. & 24. Julii 1591. pro treugis factis vulnerando, vel occidendo aſſecuratum. Et die 3. Julii 1610. contra Franciſcum Percalba. Et die 11. Septembris 1628. ad relationem Magnifici Monſerrati Ramon I. R. C. contra Jacobum Olives, & alios Villæ de Reus.

In iiſque executionibus oppoſitiones, ſi quæ ſint, fieri debent coram eodem Regio criminali Conſilio, ut fuit obſervatum 16. Januarii 1591. in dicto proceſſu executionis Petri Millas.

Veriſſimum tamen eſt, quòd appellatio à proviſione executionis pecuniarum conventionalium facta per ordinarium ratione fractionis treugarum interponenda eſt ad Regiam Audientiam civilem, Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 37. Peguer. *in pract. civil. rubr.* 27. *n.* 10. rationemque aſſignat Ripoll. *ibidem n.* 105.

Nota obiter, quòd judicium eſt civile quoties pro injuria ita agitur, ut dicatur eam eſſe Titio illatam, quam noluiſſet pro centum aureis pati, quos petit ſibi ſolvendos & injuriantem condemnari, Fontanella poſt alios *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſ.* 15. *n.* 113.

89 Quæro 6. An cauſa contrabanni, & fraudum duanæ, pedagii, ſive gabellarum ſit civilis vel criminalis: & in Regio criminali Conſilio tractanda, poſt deciſionem noſtri Senatus tradit Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 446. & ſequendo iſtam deciſionem fuit ita proviſum in Regia Audientia, facto verbo in Aula Reverendi Cancellarii 2. Julii 1660. ad relationem Magnifici Joannis Baptiſtæ; Paſtor in favorem Fiſci Procuratoris Bajuli Barcinonæ, & Petri Pauli Torres arrendatarii jurium Leſdæ, tàm Realis quàm de Mediona, contra Petrum Fizes Civem Barcinonæ, Scriba Bas. Et in cauſa contraventionis proclamatum, publicatum per Bajulum Barcinonæ, contra ingredientes agros alienos, ita fuit facto verbo proviſum die 16. Octobris 1664. in favorem Joſephi Aguilerla Agricolæ, & Fiſci Procuratoris Curiæ Bajuli Barcinonæ contra Joannem Pradell Pharmacopolam, referente Magnifico Bull, ſcriba Riambau: videndi ſunt Farinac. *conſ.* 85. *à num.* 37. ubi probat, quòd eſt criminalis, Suelves *conſ.* 22. *n.* 4. *libr.* 3. dicit quòd eſt civilis, & citat Palmam *in prax. part.* 1. *gloſſ.* 3. *num.* 9. & 10. vide Capicium Latro *conſult.* 18. *num.* 4. 5. & 6. *libr.* 1. Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 446. ubi cum deciſione noſtri Senatus tradit, quòd eſt criminalis.

90 Quæro 7. An cauſa in qua agitur ad pœnam provenientem ex contractu illicito, etiam Fiſco applicandam, ſit civilis, vel criminalis? videndus Maranta *de ordin. jud. part.* 4. *diſt.* 1. *num.* 39. qui dicit quòd eſt civilis, ad quem ſe refert Additio ad Clar. §. *fin. quæſt.* 1. *littera B.* Scaccia *libr.* 1. *de jud. quæſt.* 6. *num.* 1. *in fine* Farinac. *in praxi part.* 3. *cap.* 100. *numer.* 34. qui *num.* 35. declarat, ut procedat quando agitur ad inſtantiam partis, & ad pœnam ipſi applicandam; ſecus ſi agitur ad inſtantiam Fiſci, & ad publicam vindictam, quia tunc videtur criminalis, Rota Avenionen. *dec.* 112. *num.* 2. & 4. Ripoll. *in addit. ad Peguer. in pract. civil. rubr.* 32. *num.* 13. videndus Chartar. *deciſ.* 130. *à num.* 18. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 91.

91 Quæro 8. An cauſa ruptæ ſalvaguardiæ ſit civilis vel criminalis? Reſpondeo quòd criminalis, & ſic tractanda in Regio criminali Concilio, ut deciſum refert Re-
92 gens Leon *deciſ.* 2. *in princ. libr.* 3. Eo quia pœna frangentis, & violantis ſalvaguardias eſt capitalis, vel ſaltem arbitraria juxta delicti qualitatem, de quo videndi ſunt de jure communi Guid. Pap. *dec.* 418. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 29. *à num.* 12. Decian. *tract. crimin. libr.* 7. *cap.* 16. Menoch. *de arb. jud. caſu* 336. latè Capic. Latro *dec.* 105. *à n.* 66. *tom.* 1. Vico *ad pragmat. Regn. Sard. libr.* 2. *tit.* 46. *cap.* 3. *num.* 9. & de jure Cathaloniæ Calic. *in extravag. Curiar. dub.* 7. *prærog.* 88. Peguera *in pract. crim. cap.* 13. Ripoll. *de regal. c.* 21. *à num.* 66. Oliba *de jure Fiſci cap.* 14. *num.* 142. ubi & *nu-*
93 *mer.* 141. & 143. Tractat, an Dominus Rex poſſit procedere contra Clericos non ſervantes ſalvaguardias, & manutenentias per eum conceſſas, & affirmativè reſolvit; ſequuntur Cancer. *part.* 3. *var. capit.* 14. *num.* 11. Ripoll. *de regal. cap.* 21. *numer.* 82. Bobad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *numer.* 73. Regens Vico *ad pragm. Regn. Sard. libr.* 2. *tit.* 46. *cap.* 3. *n.* 11. & dixit Regium Concilium Cathaloniæ in conſultatione miſſa Domino Imperatori Carolo V. Dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. his verbis: *concedit litteras manutenentiæ in beneficiis Eccleſiaſticis, & illis ſtantibus cognoſcit contra Clericos de perturbationibus, & ſpolio.* Et fuit deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus, Benach, & Puigmiia, 18. Maji 1606. *contra Canonicos, & Communitatem de Manlleu.* Intellige ut per Olibam, Bobadill. & Vico *locis citatis.*

Quæro 9. Contra Dimam Pobla fuit facta proviſio 94
capturæ inſtantibus ſuis creditoribus 14. Februarii 1632. in Regio criminali Concilio Cathaloniæ, poſteà 31. Auguſti 1636. inter dictum Pobla, & alios ſocios ex una, & ſuos creditores ex altera fuit facta tranſactio, & concordia, qua conventum fuit ut dictus Pobla, & ejus ſocii certis terminis ſolverent ſeptuaginta pro centum remiſſo reliquo, aliter ſalvæ remanerent illæ actiones criminales, quæ primitùs creditoribus competebant, fuitque hujuſmodi concordia per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem generalem approbata & à Regio criminali Concilio authorizata, cumque Dimas Pobla promiſſa non adimpleverit, creditores proteſtati ſunt accuſando moram, declarando velle redire ad primævas criminales actiones, prout in effectu redierunt, & obtinuerunt provideri de novo capturam 13. Decembris 1654. referente eruditiſſimo Felice de Miralles Judice Regiæ Curiæ. Dictus Pobla 15. Decembris dicti anni 1654. introduxit cauſam querelæ in Curia Vicarii Barcinonæ, & ea evocata ad Regiam Audientiam firmavit dubium juxta formam conſtitutionis, prætendens cauſam eſſe civiliter tractandam, non criminaliter, firmatoque dubio nominati fuerunt pro illius declaratione pro Regia Audientia Civili, Magnificus Franciſcus Llunes, & ego: & pro Regio Concilio criminali Magnifici Paulus Puig, & Felix de Miralles, & omnes convenimus, & declaravimus, 3. Februarii 1655. dubio propoſito per dictum Pobla locum fuiſſe, & eſſe quod fuit in effectu dicere cauſam civilem, & in Regia Audientia civili tractandam.

Moti fuimus ex eo, quòd remiſſiones in cauſis cri- 95
minalibus ſub conditione fieri non poſſunt, ut remitto tibi talem injuriam, quam mihi feciſti, ſi tale quid feceris, vel ſervaveris, vel dederis; ſin minùs reincidas in primas pœnas, & ſalvæ mihi maneant actiones, & accuſationes criminales: nam hac pactione non obſtante, etiamſi fides ex parte delinquentis remiſſi non ſervetur, non poterit offenſus ad accuſationem redire, quia priores pœnæ ſublatæ fuerunt per remiſſionem illius virtute ſecutam. Unde ad illas denuò deveniri non poteſt etiamſi pactum conventum in contractu remiſſionis non impleatur, quinimò remiſſio valet, ac ſi ſine aliqua conditione facta eſſet, & tantùm offenſor compelletur adimplere promiſſa, textus eſt expreſſus *in l. ſi unus*, §. *pactus ne peteret, verſic. Sed ſi pactum*, ubi Bart. *num.* 26. Alexander *num.* 26. Fulgoſius *num.* 21. Jaſon. *num.* 46. Jacob de Sancto Georgio *num.* 37. Bolognet *num.* 66. Hypolit. Himinard. *num.* 336. *ff. de pactis, l. quamvis*, ubi Bald. *C. ad Senat. Conſult. Turpilian. facit textus in l. Imperator, ff. de manumiſſ. teſtam.* confer textus *& ibi gloſſ. & Doctores in l. donatio, C. de donat. arg. l. ſicut*, §. *quædam, ff. de pœnis*, Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 58. *num.* 19. Decian. *tract. crim. libr.* 7. *cap.* 34. *n.* 71. Farinac. *in prax. part.* 1. *q.* 5. *n.* 11. *verſic. Sublimita* 2. & alii quos citat Ameſcua *de poteſt. in ſeipſum libr.* 2. *cap.* 18. *n.* 34. addo Guttier. *in authent. Sacramenta puberum n.* 173. *C. ſi adver. vendit.* Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 11. *num.* 94. Siquidem ex pa- 96
cto non poteſt corporalis pœna oriri, *dicta l. ſi unus*, §. *pactus ne peteret, verſic. Sed ſi pactum, ff. de pact.* Bald. *in l. penultim. num.* 5. *C. de pactis* latè Ameſcua *de poteſt. in ſeipſum lib.* 1. *cap.* 14. *per totum*, Maſtrill. *deciſ.* 38. *libr.* 1. Thoro *in compend. dec. part.* 3. *ſect.* 2. *verbo pœna mortis, fol.* 266. *& verbo pœna mortis, fol.* 274. Farinac. *in prax. part.* 3. *qu.* 107. *à num.* 262. Muta *ad leg. Panorm. c.* 10. Riccius *collect.* 2080. ergo

nec

nec possunt illæ priores pœnæ imponi, ita Amescua *de potest. in se ipsum libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 34. *vers. Aut vero, in fine.*

97 Et licèt pro parte creditorum replicaretur, prædictam transactionem, remissionem, & concordiam per Excellentissimum Dominum Locumtenentem generalem fuisse approbatam, & per Regium criminale Concilium authorizatam, quo casu dicebatur pactum reservationis actionis, & accusationis criminalis validum esse, nam quando remissio conditionalis à principe confirmatur, valida est, & contraveniens incidit in priores pœnas etiam criminales, sic intelligendus Thoro *in compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verbo jura antiqua, folio* 636. Caravit. *ritu* 275. Mastrill. *decis. trigesima octava, num.* 4. *in fine, & sub n.* 14. *lib.* 1. *& ad indul. generale cap.* 24. *num.* 41. *&* 42. Amescua *de potest. in se ipsum libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 36. decisum testatur Gamma *dec.* 63. Bolognet. *in l. si unus, §. pactus ne peteret, num.* 66. *ff. de pactis*, & tenent alii *ex allegatis n.* 95. Et Prorex in Provincia Princeps reputatur, ut dixi *decis.* 10. *num.* 8.

98 Sed respondebamus deducta in argumento vera esse, quando Princeps qui confirmat remissionem conditionalem, & pactum reservativum actionis criminalis, habet potestatem legem condendi, secus si non habet potestatem condendi legem, ita Bartol. *in l. si unus, §. pactus ne peteret, num.* 26. *ff. de pactis* & cæteri relati *num.* 95. Amescua *de potest. in se ipsum libr.* 2. *cap.* 18. *n.* 34. *vers. Aut ista, & vers. Aut sumus*, Mastrill. *ad*

99 *indul. generale cap.* 24. *num.* 41. *&* 42. & in casu decisionis Gammæ 63. remissio fuit approbata ab ipso Rege. Et loquendo in Prorege argumentum verificari posset in Prorege Siciliæ, de quo Mastrill. *ibi relatus*, qui habet potestatem legem condendi, Mastrill. *de magistrat. libr.* 5. *c.* 6. *num.* 34. 44. 46. *&* 246. Carolus de Grass. *except.* 1. *num.* 48. Giurba *cons.* 19. *num.* 45. Fon-

100 tanella *decis.* 3. *num.* 24. *part.* 1. Et in Prorege Neapoli de quo Caravit. *ritu* 275. qui etiam habet potestatem condendi legem. Novar. *ad pragmat. Regn. Neapol. propos.* 2. *à num.* 1. Amendola ad Franchis *dec.* 165. *num.* 3. Capiblanc. *de Baronib. pragmat.* 1. *num.* 23.

101 Prorex autem Cathaloniæ non habet talem potestatem legem condendi, sed solùm illam condere potest Dominus Rex cum Curia *toto tit. de celebrar. Crots, & toto titulo de usatges*, Calicius *in usat. hæc sunt usualia, num.* 2. *& in margarita Fisci, dubit.* 8. *vers.* 16. Marquil. *in usat. judicium in Curia datum, fol.* 229. *col.* 8. *vers. Quæro* 3. *& in usat. hæc sunt usualia nota* 4. *folio* 22. Ferrer. *part.* 3. *observ. cap.* 14. *num.* 11. Despujol ad Mieres *verbo constitutiones Cathaloniæ non possunt fieri, fol.* 47. idem Calicius *in usat. cum Dominus, n.* 9. *& 10. & in margar. Fisci dubit.* 8. *vers.* 46. *& in extravag. curiar. dubio* 7. *n.* 45. *speciali* 16. *& in prærog. milit. num.* 33. Oliba *de jure fisci cap.* 1. *n.* 17. *& de actionibus tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 52. *in fine*, Mieres *in Curia Perpiniani Regis Petri part.* 1. *col.* 6. *de jure dotium, num.* 6. *& in Curia Barcinonæ Regis Ferdinandi part.* 2. *col.* 9. *cap.* 37. *num.* 53. *folio* 355. Ferrer. *in constit. los impubers gloss.* 6. *num.* 34. *& in constit. hac nostra evid.* 3. *num.* 9. Cancer. *part.* 1. *var. c.* 3. *n.* 87. *& part.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *versiculo Accedit, & part.* 3. *c.* 3. *n.* 67. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *num.* 68. *& dec.* 3. *num.* 35. *part.* 1. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 15. *num.* 75. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 24. *num.* 27.

102 Ad authorizationem Regii Concilii criminalis dicebamus, Senatum nostrum non habere potestatem condendi legem, *ut ex practicis nostris* traditi *dec.* 24. *n.* 24. & in Luzitania ubi Senatus non habet potestatem condendi legem, Valascus *consult.* 148. *num.* 26. *&* 27. Cabedo *dec.* 212. *num.* 4. *part.* 1. non potest confirmare tale pactum, sed solùm Rex, Gamma *dec.* 63.

103 Hinc diximus, quòd licèt edicta quæ facit Prorex cum deliberatione Concilii, sint perpetua, Mastrill. *de magistrat. libr.* 5. *c.* 6. *num.* 47. Capiblanc. *de Baronibus pragmat.* 14. *num.* 66. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 177. latè Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 24. *à n.* 47. *præcipuè num.* 52. Novar. *ad pragmat. Regn. Neapol. in præfat. propositione* 8. *signanter num.* 3. Regens Vico *ad pragmat. Regn. Sardin. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 1. *à num.* 25. *præcipuè num.* 30. Mattheu *de Regim. Regni Valent. tom.* 1. *c.* 2. *§.* 2. *num.* 55. Non tamen sunt perpetua in Cathalonia, sed temporalia, & tantum durant, quantum durat officium, & eo finito expirant, latè Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 3. *à n.* 52. cumque officium Excellentissimi Domini Proregis, qui prædictam concordiam confirmavit, per adventum novi successoris expiravit, meritò declaravimus causam illam civilem esse, & in Regia Audientia civili tractandam.

Quæro 10. Quando est dubium, an aliqua causa sit 104 civilis, vel criminalis, ad quem Judicem est remittenda, Respondeo quòd remitti solet ad Judicem causæ civilis, Fontan. *dec.* 478. *n.* 10. *part.* 2.

Ad institutum deveniens, contentio an causa sit ci- 105 vilis, & in Regia Audientia civili tractanda, an criminalis, & in Regio criminali Concilio tractanda, dupliciter oriri solet in Cathalonia Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 52. *à num.* 4. *ad* 8.

Primò, quando vertitur causa in Regia Audientia 106 civili, & per aliam partem fiunt aliqua procedimenta, quæ sapiunt criminalitatem, & deducuntur in judicio criminali, ut ad punitionem alterius partis procedatur, quo casu offertur supplicatio coram Relatore causæ civilis narrando factum concludendo quòd prædictorum cognitio ad Regiam Audientiam civilem pertinet, & sic firmando jus, & de jure forma solita supplicat nominari Judices ambarum Aularum civilis, & criminalis, qui dictum dubium decidant, *juxta formam constit. unicæ, tit. com se deu declarar lo dupte, si la causa es civil, ò criminal*, ut tradit Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 32. *num.* 4. *&* 5.

Secundò, quando nulla causa civili præcedente pars 107 dubitat, ne contra eam criminaliter in Regio criminali Concilio ob aliquod factum procedatur, si prætendit se legitimè illud fecisse, statim Advocatus partis curet ea de re litem movere contra adversarium in Regia Audientia civili, & confestim offerat supplicationem narrando factum, super quo Regium Concilium criminale vult manus apponere, vel apposuit, dicendo esse civiliter tractandam, & ad Regiam Audientiam civilem remittendam, supplicans nominari Judices ambarum Aularum civilis, & criminalis, qui dictum dubium decidant, *juxta formam const. unicæ com se deu declarar lo dupte, si la causa es civil ò criminal*, quæ observari mandatur *in constit. finali tit. de la electio dels Doctors de la Real Audientia*, hanc praxim tradunt Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 67. *& cap.* 17. *num.* 456. Fontanella *decis.* 478. *num.* 9. *part.* 2. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 32. *num.* 6. *&* 7. Leon *dec.* 2. *in princip. libr.* 3. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *c.* 7. *§.* 5. *num.* 6. *&* 7.

Formam supplicationis ad firmandum dubium an 108 causa sit civilis, vel criminalis, tradit Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rubr.* 32. *in fine*.

Data supplicatione, cùm Dominus Locumtenens 109 generalis debeat nominare Doctores in numero pari civilis, & criminalis, *dicta constit. unica tit. com se deu declarar lo dupte si una causa es civil, ò criminal*, statim sua Excellentia ad dictum dubium decidendum nominat in Cathalonia duos Doctores Regiæ Audientiæ civilis, & alios duos Regii Concilii criminalis, ut tradunt Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 67. *in fine*, Fontanella *dec.* 478. *num.* 9. *part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civili rubr.* 32. *n.* 7. Idemque observatur tempore Vice Regiæ, nam si oritur dubium an causa sit civilis, vel criminalis, Gerens Vices Generalis Gubernatoris procedens Vice Regia, ad hujusmodi dubium decidendum nominat pro observantia constitutionis duos Doctores Regiæ Audientiæ civilis, & alios duos Regii Consilii criminalis, ita observatum in causa Teresiæ de Rialp ex una, & Universitatem & aliquos particulares Villæ Angulariæ ex altera, die 21. Augusti 1662. Scriba Riambau.

Sed si dubium tempore Vice Regiæ declaratum non fuerit, evocanda est causa ad Regiam Audientiam, ut fuit observatum in dicta causa Teresiæ Rialp, & Universitatis Villæ Angulariæ sub forma sequenti.

Excellentiſſime Domine.

Præſentem cauſam in Vice Regia vertentem dignetur Excellentia veſtra ad ſuam Regiam Audientiam evocare, illamque committere eiſdem Nobilibus, & Magnificis Doctoribus utriuſque Concilii, qui juſtitiam omni meliori modo miniſtrent offic.

Altiſſimus.
Ripoll.

Cui quidem ſupplicationi fuit facta decretatio ſequens.

Evocata cauſa committatur eiſdem Nobilibus, & Magnificis Don Joſepho Marti de Ferran, Don Michaeli de Cortiada, Don Michaeli Pallares, & Joſepho Rull ut ſupplicatur.

Proviſa per Magnificum Regentem Cancellariam 21. *Februarii* 1663. *Barcinona.*

Fabregues, & Serra.

In Regno Valentiæ Locumtenens generalis ſuæ Majeſtatis eligit, & nominat aliquos Doctores Conciliorum civilis, & criminalis in numero pari, hoc eſt tot Concilii criminalis, quot Regiæ Audientiæ civilis, *ut diſponit Regia pragmatica anni* 1564. *cap.* 3. & aliquando nominat unum ex Senatoribus Aulæ civilis, & alium Aulæ criminalis, Mattheu *de Regimin. Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 5. §. 5. *num.* 6. & 7. Aliquando nominat duos Auditores Regiæ Audientiæ civilis, & duos Doctores Regii Concilii criminalis, ut refert Regens Leon *deciſ.* 2. *in princ. libr.* 3. In Regno Sardiniæ *per cap.* 21. *novæ Regiæ pragmaticæ fundationis Aulæ criminalis expeditæ* 4. *Julii* 1651. ſi adeſt dubium, an cauſa pertineat ad Aulam civilem, vel criminalem, duo antiquiores Aulæ criminalis illud decidere debent. In Regno Caſtellæ *per l.* 20. *tit.* 5. *in fine libr.* 2. *recop.* & in Regnis Indiarum *per ſchedulam annorum* 1571. & 1584. *quæ habetur in ſecundo tomo pag.* 90. & 93. ſi diſceptatur inter Auditores civilis & quæſtores criminum, an aliqua cauſa ſit civilis, vel criminalis, unus ex Auditoribus civilibus, & alter ex quæſtoribus criminum, qui antiquiores ſint, ſimul cum Prorege declarare tenentur, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libro* 4. *cap.* 5. *num.* 16.

110 Nominatis Doctoribus utriuſque Concilii, ipſi in Cathalonia congregantur in Domo antiquioris. In Regno Sardiniæ *per c.* 21. *dictæ Regiæ pragmaticæ* congregantur poſt prandium in Aula civili, ne curſus negotiorum impediatur; & viſis per eos proceſſibus, habitoque colloquio ſuper illis declarant, an civiliter, vel criminaliter ſit procedendum, vel quòd procedatur in criminali, donec ſit in civili jus dictum, quod eſt dicere articulum eſſe civilem, & ad Judicem civilem eſſe remittendum, ſive tradit Fontanella *deciſ.* 478. *num.* 9. *part.* 2. Si per Doctores nominatos per Dominum Proregem declaratur cauſam eſſe civilem, ſi reus eſt captus, fit proviſio in Regio Conſilio, quòd talis reus pro obſervantia declarationis dubii relaxatur à carceribus, ut fuit obſervatum 29. Aprilis 1595. in favorem Ludovici Brunet. Idemque fuit obſervatum de menſe Februarii 1655. in favorem Dinæ Pobla.

111 In Cathalonia ad dictum dubium declarandum, & ſi ſit præfixus terminus octo dierum, *dicta conſtitut. unica titulo com ſe deu declarar lo dupte ſi una cauſa es civil ò criminal*, tamen in practica non obſervatur, *vide exemplare relatum ſuprà num.* 93. In Regno verò Sardiniæ illud eſt declarandum intra tres dies præciſos, admonito Domino Prorege ſi in his aſſiſtere voluerit, *ut diſponit c.* 21. *dictæ Regiæ pragmaticæ relatæ ſuprà num.* 107. In Regno Valentiæ intra terminum octo dierum, *Regia pragmatica anni* 1564. *cap.* 3. Mattheu *de Regim. Regni Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 6.

112 Formam proviſionis & declarationis hujus dubii tradit ex Cathalanis Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 144. *in princ.* aliam refert Ripoll. ad Pegueram *in pract. civili, rubr.* 32. *in fine*, & in Archivo Regio legi infinitas proviſiones in omnibus ferè libris concluſionum, de Regno Valentiæ Regens Leon *deciſ.* 2. *in fine principii libr.* 3. de Regno Sardiniæ videat lector plura exemplaria anni 1652. in libro concluſionum criminalium.

Salarium pro declaratione hujus dubii non exigitur 113
à Judicibus nec exigi poteſt, *dicta conſtit. unica in fine, titulo com ſe deu declarar lo dupte ſi una cauſa es civil ò criminal*, & ita obſervatur in Cathalonia, Valentia, & Sardinia.

Determinationi autem Doctorum nominatorum, 114
vel majoris partis eorum ſtandum eſt, & illud quod major pars ipſorum deciderit, eſt exequendum, de jure Cathaloniæ *conſtit. unica, tit. com ſe declarar lo dupte, ſi una cauſa es civil ò criminal*, de Regno Valentiæ, *pragmatica Regia anni* 1564. *c.* 3. Regens Leon *dec.* 2. *in princ. lib.* 3. Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *c.* 7. §. 5. *num.* 6. de Regnis Indiarum Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 4. *cap.* 5. *num.* 16. adde in confirmationem *tradita deciſ.* 27. *num.* 41.

Data autem paritate votorum inter Doctores nomi- 115
natos pro declaratione hujus dubii, Dominus Prorex votum ſuum præbet in Cathalonia, & adhæret quibus vult. Ita fuit obſervatum 20. Februarii 1570. occaſione dubii propoſiti pro parte Raphaelis Llobregat Vicarii & Bernardi Alzina Aſſeſſoris Comitatus Empuriarum an eſſet ſuperſedendum in proceſſu regalia contra eos formato ob prætenſam contraventionem cujuſdam proviſionis, referente Magnifico Barnaba Serra in cauſa quæ indeciſa pendebat inter Comitem Empuriarum ex una, & Joannem de Vallgornera ex altera, & cum pro obſervantia conſtitutionis fuiſſent nominati quatuor Doctores utriuſque Concilii Magnifici Adrianus Vilana Ludovicus Sors, Joannes Pontius Seſcaſes, & Antonius Negrell, & eſſent pares in voto, Excellentiſſimus Locumtenens generalis fuit voti, & intentionis dictorum Sorts & Seſcaſes & pro obſervantia conſtitutionis concluſit cum eorum voto. In 116
Regno Sardiniæ in caſu diſcordiæ inter duos Doctores antiquiores utriuſque Aulæ intrat Regens Cancellariam ad dubium decidendum, & Secretarius Aulæ in cujus favorem dubium declaratur, deliberationem actuare debet, *ut diſponit Regia pragmatica fundationis Aulæ criminalis, capit.* 21. *expedita* 4. *Julii* 1651. Ita fuit obſervatum in facto dubii propoſiti per Procuratorem Fiſcalem Regiæ Curiæ in cauſa vertente in Regia Audientia civili ad relationem Nobilis Joſephi Andreu inter Didacum Carta Presbyterum, & Michaelem Angelum Pinna de Tori Villæ de Senis, contra Procuratorem cauſarum Baroniæ de Senis. Et cum pro obſervantia Regiæ pragmaticæ congregari fuiſſent 23. Septembris 1652. Nobilis Michael Bonfant, & Nobilis Joſephus Andreu antiquiores Regiæ Audientiæ civilis Franciſcus Cartrò, & Franciſcus Gomez antiquiores Regii Concilii criminalis, exiſtentibus ipſis paribus in voto, fuit cauſa devoluta ad Nobilem Jacobum Mir Regentem Regiam Cancellariam, & die 25. Sept. 1652. adhæſit voto dictorum Cartrò & Gomez declarando dictam cauſam remittendam fore & eſſe ad Regium criminale Concilium.

Regulare enim eſt in Cathalonia tam in civilibus 117
quàm in criminalibus, quando Senatores ſunt in pari num. votorum, ſolet Locumtenens generalis ſuæ Majeſt. votum ſuum præbere, & prævalet pars, cui adhæret, Ferrer. *part.* 1. *obſerv. Gub. c.* 86. *verſ. reduco ad memoriam*, Font. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 35. Berart. *in ſpecul. viſit. c.* 9. *à n.* 23. Et in cauſis civilibus ita fuit practicatum 29. Novembris 1603. in cauſa relata per Font. *dec.* 384. *n.* 10. *part.* 2. Et die 9. Julii 1606. in cauſa Joannis, & Eliſabeth Sorts Civitatis Minoriſſæ ex una, & Petrum Clergue Pharmacopolam dictæ Civitatis ex altera. Aliud exemplare anni 1612. refert Cancer. *part.* 1. *var. c.* 15. *n.* 62. *verſic. Quid plura in fine*. Aliud anni 1626. laudat Ripoll. *var. c.* 3. *n.* 391. Aliud anni 1629. tradit Fontan. *dec.* 186. *n.* 11. *part.* 1. Et aliud anni 1635. refert idem Font. *dec.* 6. *n.* 19. *p.* 1. Et in cauſis crimin. ita etiam obſervatum fuit 18. Febr. 1599. in cauſa Joannis Baptiſtæ aliàs Vincentii Antich. Et die 3. Octobris 1608. in facto cauſæ ſupplicationis interpoſitæ per Jacobum Fons Botiguerium pannorum lanæ Civitatis Barcinonæ. Et die 13.

Maji

Maji 1621. in facto propositionis super remissione petita per Justitiam ordinariam Civitatis de Tarazona Regni Aragonum de persona Dominici Pelegrin Civitatis Cæsaraugustæ in carceribus Regiis Barcinonæ detenti. Et die 27. Octobris 1624. in causa Pauli Riera. Et die 26. Augusti 1631. in causa Petri Anfòs. Alia exemplaria tam antiqua, quàm moderna referunt Ferrer. Fontan. & Berart. *locis suprà citatis*. Quod procedit etiam si Prorex non sit præsens in Aula, eo quod verba, *constit. 1. vers. E tota hora, tit. de la forma del votar*, in quantum comprehendunt Cancellarium, Vice Cancellarium, seu Regentem Cancellariam sunt correcta per *constit. statuim. 7. vers. Vol. tit. de la electio dels Doctors de la Real Audientia*, ut fuit resolutum & observatum in Aula Regentis Cancellariam 6. Septembris 1593. Et die 19. Februarii 1659. in causa Nobilis Mariæ Gallart, & Cador ex una & Christinam Cassador ex altera. Et in criminalibus sic practicatum legi 20. Decembris 1611. in causa Joannis Girona. Et die 22. Februarii 1633. in facto exceptionis malæ capturæ allegatæ per Raphaelem Graell. Et quod magis est, si Senatores sunt dispares in suis votis, Locumtenens generalis Domini Regis votum suum dat: & si cum eo adest paritas, datur sententiæ illorum, quibus ipse adhæret, quamvis paritas non adesset, nisi ipse suffragium suum præstitisset, *juxta constitutionem 1. tit. de la forma del votar*, quæ & si aliter explicetur ex observantia, consuetudine, & stylo Regiæ Audientiæ per Ferrer. Fontan. & Berart. *locis in principio hujus numeri relatis*, Ita tamen fuit observatum, & observatur ut dixi, 2. Decembris 1598. in causa Gacelcerandi Pi. Et die 26. Martii 1599. in causa Quirici Salvador. Et die 18. Februarii 1611. in facto recursus interpositi per Joannem Paulum Rabdster. Et die 4. Julii 1611. in facto sequestri instati per Quiricum March Procuratorem singularium Villæ Rivipulli jurisdictionis ejusdem Villæ. Et die 9. Decembris 1638. in facto causæ supplicationis interpositæ per Jacobum Beulò. In Regno Siciliæ habet votum Prorex data paritate Senatorum, Mastrill. *de magistr. l. 5. c. 6. n. 39.* & vide *dec. 183. l. 2.* Idem in Regnis Indiarum in generali visitatione carcerum, Solorzano *de jure judic. tom. 2. l. 4. cap. 10. num. 26.* In Regno Valentiæ data paritate inter Senatores subintrat votum Regentis, si ipse non interfuit; si autem interventum habuit, Prorex sententiam dicit, *forus 3. Curiarum anni 1564.* Mattheu *Regn. Valent. tom. 1. c. 2. §. 2. num. 90. in fine*. In Regno Sardiniæ dato inter Senatores pari numero in votis vincit ea pars in omnibus causis civilibus, & criminalibus cui Regentis, vel antiquioris suffragium concurrit, Regia pragmatica apud Regentem Vico *l. 1. tit. 1. cap. 14.* Sed hodie tantùm in Aula criminali si Prorex assistit, dat, *ut habetur in Regia pragmatic. fundationis Aulæ criminali cap. 3. data Matriti 4. Julii 1652.* In Regno Aragonum data paritate inter Senatores prævalet votum, in quo Relator causæ concurrit, Suelves *cons. 34. in fine l. 3.* In Senatu Pedemontano quid observetur, tradunt Thesaur. *dec. 1. à num. 3. & dec. 2. num. 1. vers. Dubitatum fuit*, Faber. *in suo C. libr. 1. tit. 7. de Senatoribus defin. 2.* Quid in Regno Neapolis, Franchis, & ibi Addentes *decis. 252. & 359.* Ponte *dec. 31.* Rovit. *in pragmat. 1. num. 2. de caus. decid.* Thoro *in compend. dec. part. 1. verbo sententia in Regiæ Cameræ fol. 498. & part. 2. verbo Reus an verè fol. 612.* Et quid in Parlamento Delphinali, Marchus *dec. 495. l. 1.* Quid observetur in Regno Castellæ, Hermosilla ad Gregor. Lopez *in prologa gloss. 2. num. 91. tom. 1. fol. 10.*

118 A declaratione hujus dubii non licet supplicari; nec recurri neque per viam restitutionis in integrum, nec aliàs, de jure Cathaloniæ *constitut. unica, tit. com. se deu declarar lo dupte si una causa es civil ò criminal*, de Regno Sardiniæ *cap. 7. Regiæ pragmaticæ fundationis Aulæ criminalis, expeditæ 4. Julii 1552.* de Regno Valentiæ *capit. 3. Regiæ pragmaticæ publicæ 4. Maji 1565.* & testatur decisum Leon *decis. 2. libr. 3.* fundamenta refert Leon *loco relato*, & illa tradidi *supra decis. 25.*

119 Pendente dubio, an aliqua causa sit civilis, vel criminalis, nihil est innovandum, imò utraque Aula civilis, & criminalis acquiescere debet in causa principali, usque quo dubium fuerit declaratum, latè Cancer. *part. 3. var. cap. 10. à num. 64.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civili rubr. 32. num. 26.* Fontanella *dec. 413. numer. 14. in fine part. 2.* Intellige dummodo dubium sit 120
probabile, nam si non est probabile, non tenetur Regium criminale Concilium supersedere, sed solet procedere ad capturam personæ non obstante, quòd pendeat decisio dubii, ita practicatum vidisse ad relationem consultissimi Senatoris Joannis Magarola, & aliàs sæpe, & benè testatur Cancer. *part. 3. var. cap. 10. numer. 68.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civili rubr. 32. numer. 27. & 28.* condunt *latè tradita dec. 33. à num. 8.*
Cogi tamen potest una Aula, quæ non vult dubium ac- 121
ceptare ad firmandum dubium, an primum dubium sit probabile, vel non, ut latè probavi *dec. 15. à num. 7.* & licèt hoc intelligat Cancer. *loco relato dicta decis. 15. num. 16.* data quali dubii probabilitate, dixi *num. 17.* ejus dictum procedere respectu dubii principalis, non verò respectu dubii notorietatis *& latius comprobavi à num. 18.*

Quæstio tamen est, utrùm declarato dubio, an cau- 122
sa sit civilis, vel criminalis *juxta formam constit. unicæ, tit. com. se à de declarar lo dupte*, possit pars quæ succubuit supplicare ab evocatione causæ criminalis juxta formam, *cap. Curiæ 10. anni 1599.* Respondeo quòd sic, ut probat, & duo exemplaria nostri Senatus refert Fontan. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 11. num. 73. vers. Faciamus.*

Sed quid è contra si aliqua causa regaliæ, vel alia 123
causa criminalis fuerit evocata ad Regium Concilium criminale, & pars conquesta fuerit de provisione regaliæ seu evocatæ causæ, opposueritque exceptionem contra evocationem prætendendo evocationi locum non esse; si querelans succubuerit, & provisio in favorem evocationis facta fuerit, an qui succubuit, possit firmare dubium forma solita, an causa sit civilis, vel criminalis? Respondent quòd sic, ita Cancer. *part. 3. var. cap. 18. num. 116.* sequitur Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr. 32. num. 30. 31. & 32.* & fuit observatum in causa Galcerandi Cohors ex una, & Universitatis, & particularium Villæ Turricellæ de Montegrino ex alia 4. Februarii, & 14. Martii 1632. *vidi in libro conclusionum civilium fol. 46. pag. 2. & fol. 64. pag. 2.*

Et quid firmato dubio super contraventione alicu- 124
jus Regiæ sententiæ, fuerit contraventum, vel non, & declarato quòd supersedeatur in causa criminali, donec super civili sit jus dictum, si per Regiam Audientiam civilem declaratur casum esse comprehensum, an pars possit redire ad Regium Concilium criminale, ut procedat contra venientem? Respondeo quòd non ut benè probat Fontanella *decis. 478. à numer. 12. part. 2.*

Unum scias, quòd vidua quæ fraudem committit in 125
confectione inventarii bonorum mariti, & aliqua mobilia occultat, non dicitur de eis committere furtum, & consequenter non est accusanda in Regio criminali Concilio, sed est convenienda in Regia Audientia civili. Ut in facto dubii orti super prætensione Margaritæ Riera agentis ex una, & tutores, & curatores pupillæ Cabrida, & Mariam Cabrida viduam ex altera, ita fuit decretatum per Magnificos Petrum Liobregat, Petrum Sabater, Paulum Pla, & Bernardum Joannem Pol Doctores utriusque Concilii die 5. Julii 1567. his verbis: *pro nunc dictam causam ad Regiam Audientiam civilem pertinere, & in ea esse tractandam*, vidi in Archivo Regio in libro conclusionum illius anni *fol. 99.*

An autem causa criminalis faciat cessare civilem, 12
& è contra, an & quando ambæ simul concurrere possint, Jul. Clar. & ibi Bajardus §. *fin. quæst. 2.* Guazzinus *defens. 1. cap. 24.* Mastrill. *dec. 220. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 394. à num. 17.* Trentacinquius *var. l. 2. de judiciis resol. 7.* Fachin. *controv. jur. l. 9. cap. 2.* Tuschus *pract. concluf. littera C. concluf. 1087.* Hieronymus Laurent. *decis. 10.* Coccinus *decis. 123.* Faber. *in suo C. libr. 9. tit. 18. defin. 1. & 3.* Lancellotus *de*

attentat. part. 2. cap. 5. limit. 23. Riccius *collect. 3450.* Berart. *dec. 47. 69. & 415.* Tondutus *de prævent. judic. part. 1. c. 15. à num. 24.* Farinac. *in praxi part. 3. q. 100. à num. 59.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. l. 4. cap. 5. num. 4.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civili rubr. 32. à numer. 16. ad 25.* Fontanella *dec. 71. l. 1. & decis. 562. & 563. l. 2.* Larrea *alleg. Fiscal. 95. à num. 32. & dec. 98.* Barbosa *in l. 2. part. 1. à num. 138. & in l. si ab hostibus §. fin. à num. 47. ff. solut. matrim.* Sanchez *de matrim. l. 10. disp. 8. à num. 18.* Laynez addit. ad Gomez *var. resol. l. 3. c. 1. num. 12.* Scaccia *de re judicata gloss. 14. q. 19. à num. 52.* Carleval *de judic. libr. 1. tit. 2. disp. 6.* Peguera *decis. 9.* Xammar. *de offic. jud. part. 1. qu. 14. à num. 122.*

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter ipsam Regiam Audientiam civilem, & ejus Senatores.

SUMMARIUM.

1 *Contentio jurisdictionis quoties suscitatur inter ipsam Regiam Audientiam civilem, & ejus Senatores, summatissimè, & de plano sine strepitu judicii expeditur.*

2 *Dubium quando suscitatur, an causa pertineat ad unam, vel ad aliam Aulam civilem, ad unum vel alterum Relatorem, expeditur media conferentia in Senatores, quibus causa commissa est.*

3 *Praxis judicii de conferant Relatores refertur n. 3. & est juri communi conformis, num. 4.*

5 *Relatores qui conferre tenentur, congregantur in una ex Aulis Regiæ Audientiæ.*

6 *Relatores si fuerint concordes in judicio de conferant, illud executioni demandatur.*

7 *Relatores si fuerint discordes in judicio de conferant, quid de jure faciendum sit, num. 7. quid practicetur in Regno Valentiæ, n. 8. & quid in Cathalonia, num. 9.*

10 *Supplicari licet à declaratione facta per Relatores in judicio de conferant.*

11 *Supplicatio quæ interponitur à declaratione facta per Relatores in judicio de conferant, an possit esse in forma, vel debeat esse tantum contraria imperio, & num. 12. & 13.*

14 *Supplicatio à declaratione facta in causis de conferant Relatores ad quam Aulam est interponenda, & num. 15. 19. 20. & 21.*

16 *Supplicatio à provisione facta post denuntiationem processus, ad quam Aulam, & quomodo interponenda sit, & num. 17. & 18.*

22 *Supplicatio à declaratione facta per conferant Relatores cui ex Relatoribus est committenda, & num. 23. 24. 25. 26. & 27.*

28 *Supplicari an liceat à sententiis super declarationibus de conferant Relatores revocatoriis primæ declarationis latis in causa contrarii imperii.*

29 *Causa de una, & eadem re duobus Senatoribus commissa illi relinquitur, cui prius commissa fuit, num. 29. quod est juri communi conforme, & num. 30.*

31 *Debitor ob unam & eamdem rem coram diversis judicibus non est molestandus.*

32 *Continentia causæ non est dividenda.*

33 *Judicium ubi est cœptum, ibi finem accipere debet*

34 *Præferri is debet, qui prævenit*

35 *Causa duobus Senatoribus commissa illi est relinquenda, cui prius commissa fuit habito respectu ad commissionem.*

36 *Judicium universale trahit ad se particulare, numer. 36. sive judicium universale fuerit prius sive posterius intentatum, num. 37.*

38 *Judicium in quo de hæreditate, legitima, peculio, & de quolibet patrimonio agitur est universale.*

39 *Judicium concursus creditorum est universale.*

40 *Causæ judicii concursus creditorum coram uno Judice & sub uno, & eodem processu sunt tractandæ.*

41 *Causæ judicii concursus creditorum omnes creditores afficiunt.*

42 *Clerici, & alii privilegiati creditores in judicio universali concursus creditorum, coram Judice laico comparere tenentur.*

43 *Judicium intentatum per filium contra creditores patris prætendendo non teneri solvere censualia, violaria, & cambia per patrem suum vendita est universale & trahit ad se quælibet alia judicia particularia.*

44 *Judicium tutelæ, pro socio, vel negotiorum gestorum quod generale est, coram uno, & eodem Judice tractandum est.*

45 *Causæ uno Senatori sunt committendæ, quando datur identitas vel connexitas meritorum.*

46 *Cumulatio actorum; sive processuum fit apud Notarium apud quem prius est lis cœpta, nisi judicium fuerit seu generale.*

47 *Cumulatio actorum, sive processuum quibus ex causis fieri debeat.*

48 *Continentia causæ quibus modis dicatur.*

49 *Exceptio ne continentia causæ dividatur, est omninò diversa ab exceptione litis pendentiæ.*

50 *Exceptio ne continentia causæ dividatur, est à parte opponenda.*

51 *Exceptio litis pendentiæ debet à parte opponi.*

52 *Exceptio ne continentia causæ dividatur, opponi potest in quacumque parte judicii.*

53 *Exceptio litis pendentiæ opponi debet ante litem contestatam.*

54 *Exceptio ne continentia causæ dividatur, quare opponi potest in quacumque parte judicii, & quare exceptio litis pendentiæ debet opponi ante litem contestatam.*

55 *Causa de una & eadem re duobus Senatoribus eodem die commissa antiquiori est relinquenda.*

56 *Clericus hæres laici litem cœptam cum defuncto coram Judice sæculari apud eumdem Judicem sæcularem prosequi tenetur num. 56. maximè lite contestata, num. 57. sufficit tamen sola citatio, numer. 58. & 59. Pro executione quis Judex sit adeundus, num. 60. Fallit si judicium sit nullum, vel instantia sit perempta, quibus in casibus Clericus hæres lite cœpta conveniendus est in Curia Ecclesiastica, num. 61.*

62 *Clericus hæres laici nondum lite cœpta adversùs defunctum coram Judice sæculari conveniendus coram Judice Ecclesiastico.*

63 *Clericus hæres laici nondum lite cœpta cum defuncto coram Judice sæculari conveniendus est coram Ecclesiastico, etiam si defunctus cujus est hæres ordinasset, ut coram sæculari conveniretur.*

64 *Clericus possidens bona per specialem hypothecam submissa cuicumque foro est conveniendus coram Judice Eccles.*

65 *Clericus hæres laici lite nondum cœpta cum defuncto conveniendus est apud Judicem Ecclesiasticum loci domicilii defuncti.*

66 *Clericus legatarius, seu successor singularis laici an litem cœptam cum defuncto coram Judice sæculari apud eumdem Judicem sæcularem prosequi teneatur.*

67 *Clericus fideicommissarius laici, an litem cœptam cum testatur coram Judice sæculari apud eumdem Judicem sæcularem prosequi teneatur.*

68 *Clericus fideicommissarius laici, an litem cœptam cum hærede gravato coram Judice sæculari, apud eumdem Judicem sæcularem prosequi teneatur.*

69 *Clericus successor universalis, sed non hæres laici, an litem cœptam cum defuncto coram Judice sæculari, apud eumdem sæcularem prosequi teneatur.*

70 *Instantia casibus in quibus transit in successores, sive universales, sive particulares, qui non sint hæredes defuncti, requiritur quòd lis sit cum defuncto contestata.*

71 *Laicus hæres Clerici litem cœptam cum defuncto coram Judice Ecclesiastico apud eumdem Judicem Ecclesiasticum prosequi tenetur; lite verò nondum cœpta conveniendus est apud Judicem secularem.*

72 *Laicus effectus Clericus post litem cœptam coram Judice seculari, apud eumdem Judicem secularem eam continuare tenetur.*

73 *Executio contra laicum effectum Clericum post litem cœptam per quem Judicem sit facienda.*

74 *Laicus effectus Clericus lite nondum cœpta coram Judice seculari conveniendus est coram Judice Ecclesiastico.*

75 *Laicus obligatus cum guarentigia seu ut nos dicimus cum scriptura tertii si postea efficiatur Clericus an debeat exequi per Judicem Ecclesiasticum, an verò exequi possit per Judicem secularem, & num. 76. & 78.*

77 *Clericus obligatus cum guarentigia si postea fiat laicus, an debeat exequi per Judicem Ecclesiasticum, an verò possit exequi per Judicem secularem, & num. 78.*

DECISIO XXXVI.

1 COntentio jurisdictionis quando suscitatur inter ipsam Regiam Audientiam civilem, & ejus Senatores, nempè an cognitio pertineat ad unam vel alteram Aulam, seu ad unum, vel alterum Senatorem, summarissimè & de plano sine strepitu, & figura judicii expeditur Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 5. numer. 2.*

2 Nam quando est dubium, aliqua causa pertinet ad unam, vel ad alteram Aulam civilem, seu ad unum, vel ad alterum Regium Senatorem, illud expediri debet media conferentia habenda inter Senatores, quibus causa commissa est, quod judicium de conferant appellatur. Fontan. *dec. 458. num. 1. part. 2.* Matth. *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. c. 7. §. 5. n. 3.*

3 Praxis enim hujus judicii de conferant talis est; siquidem pars dubium suscitans supplicationem offert, & in ea factum proponit, ac propterea supplicat, quòd revocata commissione tali Senatori citra ejus infamiæ notam, committatur causa alii Senatori, & quòd ad hunc effectum conferant Relatores, sic practicatur in Cathalonia Fontanella *decis. 71. num. 22. versic. Quinimo, part. 1. & decis. 458. num. 1. part. 2.* At in Regno Valentiæ concluditur in libello, quòd conferant inter se Auditores, & causa remaneat penes illum, ad quem spectat juxta pragmaticam, Mattheu, *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 5. num. 3.* Et in calce hujus supplicationis, seu libelli decretatur per Cancellarium, seu per Regentem Cancellariam, & suo casu per antiquiorem in Aula, quòd conferant Relatores, Mattheu *ubi proximè num. 4.* Hæc praxis est juri com-

4 muni conformis, etenim quando Judices sunt pares in jurisdictione, & de ea contendunt, tunc ipsi se concordare debent, & sibi invicem deferre, *juxta notata in cap. Pastoralis, de rescript.* ubi Decius *n. 21.* Socin. *in cap. proposuisti, num. 21. quæst. 7. vers. Sed si omnia, de foro compet.* Azevedo *l. 10. n. 79. tit. 13. lib. 8. recop.* Decian. *tract. crim. libr. 4. cap. 22. num. 14.* Farinac. *in prax. part. 1. qu. 7. n. 63. vers. Et in proposito in fine,* & de dicto Rotæ, Rota *decis. 13. de offic. deleg. in novis,* Saravia *de jurisdict. adjunct. quæst. 35. §. 10. vers. Antequam fol. 374.* Et absque partium consensu, ut probat Decius *in cap. Pastoralis, num. 21. de rescript.* quamvis contrarium teneat Tondutus *de prævent. jud. part. 2. cap. 9. n. 58.*

5 In executionem hujus decreti, quod conferant Relatores, congregantur Senatores, qui conferre tenentur, si ambo sint unius Aulæ, in sua Aula, si verò sint diversarum Aularum, in Aula Antiquioris Senatoris. Quod practicatur, etiamsi conferentia habenda sit cum Cancellario, seu Regente Cancellariam: vidi enim pluries observatum Cancellarium, seu Regentem Cancellariam, & Senatorem pro his conferentiis declarandis in Aula Cancellarii, seu Regentis Cancellariam congregari. Et Dominus noster Rex sua Regia Epistola, data Matriti 26. Novembris 1660. mandat Regenti Regiam Cancellariam, quòd pro his conferentiis se congreget cum Regio Senatore in Aula civili Regiæ Audientiæ Regentis Cancellariam.

Si habita conferentia inter Senatores, concordes sint, 6 id executioni demandatur, Mattheu *de Regim. Regni Valent. tom. 2. cap. 7. §. 5. num. 4.* & in continenti per Cancellarium, seu Regentem Cancellariam in calce decreti de conferant Relatores, fit aliud decretum, quo revocatur commissio uni Senatori citra illius infamiæ notam & causa alteri committitur, per quem fit provisio, quòd partibus intimetur.

Si autem Senatores discordes sunt de jure secun- 7 dùm aliquos forte est dirimenda hæc conferentia, *juxta text. in l. cum ambo. ff. de judic.* Socin. *in cap. proposuisti, num. 21. quæst. 7. ante finem, de foro compet.* Decian. *tract. crim. libr. 4. cap. 22. num. 14.* Farinacius *in praxi part. 1. quæst. 7. ante finem, de foro compet.* Decian. *tract. crim. libr. 4. cap. 22. num. 14.* Farinacius *in praxi part. 1. quæst. 7. num. 63. vers. Et in proposito, in fine,* Zanger *de except. part. 2. cap. 3. num. 31.* Tondutus *de prævent. jud. part. 1. cap. 9. num. 57.* Sed secundùm alios superior est adeundus, Azevedo *l. 10. numer. 79. libr. 13. tit. 8. recop.* Dummodo Judices sint sub eodem Principe; secus quando sunt sub diversis Principibus, nam tunc conferentia forte est dirimenda, Bossius *tit. de foro compet. num. 104.* Farinacius *in praxi part. 1. quæst. 7. num. 63.* Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst. 38. n. 86.* Guazzinus *defens. 1. cap. 8. num. 24. & 25.* remissivè Carleval *de judic. libr. 1. disp. 2. n. 896.*

In Regno Valentiæ Regens Cancellariam summaris- 8 simè declarare debet ad quem causæ cognitio pertineat, & tunc causæ commissionem alteri abrogat, Mattheu *de Regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 5. numer. 4.*

In Principatu Cathaloniæ si Senatores sint unius 9 Aulæ, faciunt verbum in Aula, & in ea resolvitur, cui causa pertineat, si autem sint diversarum Aularum, unusquisque facit verbum in sua Aula, & deinde junctis ambabus Aulis capitur resolutio, revocaturque commissio uni Senatori facta, & alteri iterum causa committitur, ut observatum refert Fontanella *decis. 458. num. 1. part. 2.* Et fuit etiam practicatum in causa Benedicti Rocafort. & Michaelis Ferran *de qua infrà num. 55.* Adde quòd si junctis duabus Aulis ad effectum prædictum Senatores unius Aulæ sint unius voti, & Senatores aliæ Aulæ alterius voti si sunt plures in numero in una Aula quàm in altera, non datur paritas, sed datur determinationi majoris partis votorum, sic fuit resolutum junctis tribus Aulis Senatus Cathaloniæ die 2. Junii 1662. occasione causæ Nobilium de Gilaberts referendæ *infrà n. 30.* ex his quæ tradunt Ferrer. *parte tertia observationum cap. 312. & capit. 505.* Thoro *in compend. dec. part. 2. verbo Vota trium, fol. 741. & in supplement. verbo Major pars, fol. 392.*

Dubium tamen est, an à provisione decretationis fa- 10 cta per Relatores licitum sit supplicari, de jure Decius *in cap. Pastoralis n. 23. de rescript.* in Cathalonia quotidie ab istis decretationibus supplicatur, ut in exemplari relato per Fontanellam *decis. 458. num. 1. in fine, & decis. 459. à num. 15. part. 2.* & mille aliis.

Sed videamus an supplicatio, quæ interponitur à de- 11 cretatione facta per Relatores, possit esse in forma, vel debeat esse tantùm contrario imperio; distinguendi sunt duo casus.

Primus est, quando decretatio in causis de conferant 12 Relatores fit ante denuntiationem processus, & conclusionem in causa, nam tunc supplicatio interponi potest nedum contrario imperio, sed etiam in forma, Fontanella *decis. 459. num. 17. & 18. part. 2.*

Secundus casus est, quando decretatio in causis de 13 conferant Relatores fit post denuntiationem processus, & conclusionem in causa, quo casu si decretatio fit per Relatores, seu Senatores facto verbo in Aula, licet tantùm supplicari contrario imperio; si verò decretatio fit non facto verbo in Aula, interponi potest supplicatio contrario imperio, & in forma, Fontanella *decis. 459. à num. 20. part. 2.*

Ad quam autem Aulam est interponenda suppli- 14 catio

BIBLIOTECA GRANADA

catio a decretatione facta in cauſis de conferant Relatores? diſtinguendi ſunt quatuor caſus.

15 Primus eſt, quando decretatio in cauſis de conferant Relatores fit poſt proceſſus denuntiationem & concluſionem in cauſa, & ambo Relatores ſunt unius Aulæ, nam tunc ſive decretatio ſit facta per Relatores facto verbo in Aula, vel non facto verbo, ſupplicatio tantùm interponi poteſt ad eamdem Aulam, Fontanella 16 *dec.* 459. *num.* 21. *&* 22. *part.* 2. Etenim in Cathalonia à proviſione facta poſt denuntiationem proceſſus tantùm prodeſt ſupplicari ad eamdem Aulam, ſi proviſio ſit facta non facto verbo, contrario imperio, & in forma; facto verbo, contrario Imperio tantùm, *conſtit.* 12. *verſ. Declarant, de ſupplicat. de ſententiis*, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 18. *num.* 119. Fontanella *dec.* 450. *à num.* 20. *part.* 2. Peguera *in pract. civil. rubr.* 16. *n.* 5. 17 ubi Ripoll. *num.* 52. Roman. *conſil.* 90. *à n.* 4. Etiam ſi proviſio facta ſit ſuper articulo falſitatis, poſt denuntiationem proceſſus ſuſcitato, ut bis deciſum junctis tribus Aulis refert Ramon. *conſ.* 90. *part.* 1. *per totum; præcipuè num.* 9. *&* 11. Fontanella *deciſ.* 459. *numer.* 2. *part.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 16. *numer.* 44. *&* 45. Excepta proviſione facta facto verbo, ſuper articulo attentatorum ſuſcitato poſt denuntiationem proceſſus à qua licet ad aliam Aulam in forma ſupplicare, Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 500. benè Ramon. *conſil.* 90. *à num.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rubr.* 16. *à num.* 43. *ad* 48. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 116.

19 Secundus caſus eſt, quando decretatio in cauſis de conferant Relatores fit poſt proceſſus denuntiationem, & concluſionem in cauſa, & Relatores ſunt diverſarum Aularum, quo caſu ſive decretatio ſit facta facto verbo, vel non facto verbo, ſupplicatio interponitur ſecundùm aliquos ad ambas Aulas, ut in exemplari relato per Fontanellam *dec.* 458. *num.* 1. *in fine, deciſ.* 459. *à num.* 15. *juncto num.* 20. *part.* 2. Vel ſecundùm alios interponi poteſt ad eam Aulam in qua remanet cauſa, juxta deciſionem factam in cauſa Nobilis Franciſci Albanell. & Almugaver olim de Monſuar, *num.* 21. *referendam*.

20 Tertius caſus eſt, quando decretatio in cauſis de conferant Relatores fit ante denuntiationem proceſſus, & concluſionem in cauſa, & ambo Relatores ſunt unius Aulæ quo caſu ſi decretatio ſit facta non facto verbo, ſupplicatio tam contrarii imperii, quàm in forma committenda eſt in eadem Aula: ſi autem decretatio ſit facta facto verbo, ſupplicatio contrarii imperii eſt committenda in eadem Aula; ſupplicatio verò in forma eſt committenda in alia Aula. Ita fuit obſervatum in cauſa OEconomii Monaſterii Monialium Carmelitarum Diſcalceatarum Barcinonæ contra Nobilem Michaelem de Rocabarti, *quæ declarata fuit per magnificum Raymundum Rubi de Marimon* 28. *Septembris* 1628. juxta text. *in conſtit.* 6. *tit. de commiſ. cauſ. conſtit.* 15. *de ſupplicat. de ſentent.* Peguera *in pract. civil. rubr.* 16. *n.* 2. Fontanella *deciſ.* 460. *num.* 1. *part.* 2.

21 Quartus caſus eſt, quando decretatio in cauſis de conferant Relatores fit ante denuntiationem proceſſus, & concluſionem in cauſa; & Relatores ſunt diverſarum Aularum; nam tunc ſi declaratio ſit facta facto verbo, ſupplicatio contrarii ſecundùm aliquos committenda eſt in ambabus Aulis, ut in caſu relato per Fontanella *dec.* 459. *à n.* 15. *part.* 2. Secundùm alios verò committi debet Aulæ, cui cauſa remanet. Ut fuit obſervatum in cauſa Nobilis Franciſci Albanell, & de Almugaver olim de Monſuar, contra Egregiam Comitiſſam de Monte Acuto, & diverſos creditores, *quæ fuit declarata per Magnificum Ludovicum Beſturs* 13. *Julii* 1628. Sed fuit revocata ad relationem Magnifici Hieronymi Aſtor 27. *Novembris* 1628. ſupplicatio autem in forma ſecundùm aliquos committenda etiam eſt in ambabus Aulis, Fontanella *dec.* 459. *num.* 18. *&* 16. *part.* 2. Sed verius eſt, quòd committi debet tertiæ Aulæ, *juxta caput Curiæ* 4. *anni* 1599. ut in caſu relato per Fontan. *deciſ.* 459. *num.* 23. *part.* 2.

22 Sed cui ex Senatoribus, ſive Relatoribus ſupplicatio à decretatione facta per conferant Relatores, eſt committenda? diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus eſt, quando ſupplicatio interponitur contrario imperio, quo caſu quidam tenent, quòd eſt committenda ſoli Cancellario; vel Regenti Cancellariam, ei ſcilicet qui decretationem fecerit, & ipſe poſtea in utraque Aula, & ſeu ambabus Aulis junctis verbum faciat, & de eorum conſilio procedat, tum quia ſupplicationes contrarii imperii ſolent remitti iis, qui faciunt proviſiones, & non aliis, tum etiam quia ſupplicationes contrario imperio interpoſitæ à decretationibus factis per Cancellarium eidem Cancellario, & factis per Regentem Cancellariam ipſi Regenti committuntur, ita Fontanella *deciſ. num.* 16. *part.* 2. 23

Aliqui autem exiſtimant, quòd eſt committenda non Cancellario, ſeu Regenti Cancellariam, ſed eiſdem Senatoribus, ſive Relatoribus, qui habuerunt conferentiam, quia cum actus ſemper tribuatur ordinanti, non exequenti, *l. item eorum*, §. *ſi decuriones, ff. quod cujuſque univer. nomi. cum aliis vulgatis*, & Cancellarius, ſeu Regens Cancellariam qui decretationem fecit, ſolùm videatur fungi officio meri executoris eorum, quæ per iſtos Relatores fiunt, fit inde, ut proviſio, & decretatio reputetur pro proviſione, & decretatione illorum & non Cancellarii, ſeu Regentis Cancellariam, atque ideo cauſa eſt ei committenda pro ut ſit in contrariis imperiis, ita Fontanella *dec.* 459. *n.* 16. *in fine, & num.* 17. *part.* 2. 24

Alii veriùs docent, quòd ſupplicatio quæ contrario imperio interponitur à decretatione facta per conferant Relatores eſt committenda non Cancellario, ſeu Regenti Cancellariam, qui decretationem fecit, nec eiſdem Relatoribus qui conferentiam habuerunt, ſed illi ſoli Relatori cui cauſa remanet, ſive Relatores ſint unius Aulæ. Ut fuit obſervatum in cauſa Univerſitatis Villæ del Arbos, contra Joannem de Aguilar, Peralta, & Camporells, quæ fuit declarata per Magnificum Michaelem Salba de Vallſeca 10. Martii 1605. Et in cauſa Dionyſiæ Segui, contra Elenam Roſell, quæ fuit declarata per Magnificum Ludovicum Beſturs 12. Julii 1628. Et in cauſa conjugum Monners Villæ de Sitges contra Matronam Nin viduam, quæ fuit declarata ad mei relationem 7. Novembris 1658. Scriba Preve. Et in cauſa illuſtris Marchionis de Quirra Don Joachimi Carroz, & Centelles, contra Bartholomæum Montras & alios litis conſortes ad relationem Nobilis Hieronymi de Codina *die* 29. *Novembris* 1659. *ſcriba Almunia, & Caſaſſes*, ſive ſint diverſarum Aularum, ut fuit obſervatum in cauſa Nobilis Franciſci Albanell, *relata num.* 14. & ita hodie practicatur, & à cætero venit practicandum. 25

Secundus caſus eſt, quando ſupplicatio ab iſtis decretationibus de conferant Relatores interponitur in forma, quo caſu quidam tenent, quòd ſi decretatio fit per Relatores diverſarum Aularum, eſt cauſa ſupplicationis committenda duobus Senatoribus, nempè uni ex qualibet Aula, vel uni Senatori unius, vel alterius Aulæ, dum tamen iſte de voto ambarum cauſam terminet, ita Fontanella *dec.* 459. *n.* 18. *&* 19. *part.* 2. 26

Sed alii veriùs docent, quòd ſupplicatio in forma ab iſtis decretationibus de conferant Relatores committenda eſt uni Senatori illius Aulæ, cui cauſa remanet, ſi Relatores ſint unius Aulæ, & reſolutio non fuit capta facto verbo. Ut fuit obſervatum in cauſa Univerſitatis Villæ del Arbos, *relata num.* 15. & in cauſa Prioriſſæ, & Conventus Monialium Sanctæ Magdalenæ Ordinis Sancti Auguſtini Civitatis Barcinonæ contra Joſephum Poblet, quæ fuit declarata ad relationem Magnifici Raphaelis Viloſa 8. *Julii* 1658. *Scriba Congoſt.* At ſi reſolutio ſit capta facto verbo committenda eſt uni Senatori alterius Aulæ, *ut in exemplari relato num.* 20. Si autem Relatores ſint diverſarum Aularum, committi debet Doctori tertiæ Aulæ, *juxta caput Curiæ* 4. *anni* 1599. ut in exemplari relato per Fontanellam *deciſ.* 459. *n.* 23. *par.* 2. & in altero tradito infrà *num.* 55. 27

A ſententiis autem ſuper his decretationibus de conferant Relatores revocatoriis primæ decretationis latis in cauſis contrarii imperii, licitum eſt ſupplicare, ut in exemplari relato per Fontanellam *deciſ.* 459. *numer.* 23. *part.* 2. & in exemplari Nobilis Franciſci de Albanell, 28

Albanell, *relato nu. 21. & pluribus aliis*, latis verò in causis supplicationis in forma, sive confirmatoriis, sive revocatoriis, non admittitur alia supplicatio, *juxta constitu. 6. de commis. de causes & constitut. 15. de supplicat. de sentent.* Cancer. *part. 3. var. cap. 18. n. 11.* Fontanella *decis. 460. par. 2. præcipuè à nu. 9.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 16. nu. 34.*

29 Ad has causas de conferant Relatores declarandas regula est generalis, quòd causa da una, & eadem re duobus Senatoribus commissa, apud illum relinquitur, cui prius commissa fuit, & ita practicatur, Ferrer. *par. 3. obser. cap. 445.* Cancer. *par. 3. var. cap. 1. à num. 50.* Fontanell. *decis. 71. nu. 21. vers. Quinimo part. 1.* & decisum in causa Sindici Universitatis Villæ del Arbos contra Jacobum de Aguilar. Peralta, & Campurrellis, ad relationem Magnifici Michaelis Calba, & de Vallseca 10. *Martii* 1604. & idem observatur in Regno Valentiæ, Mattheu *de Regi. Reg. Valen. to. 2. c. 7. §. 5. num. 5.* & in Regno Neapolis, Thoro *in compen. decis. par. 2. verbo Judex, fol. 305.*

30 Amplia nedum quando actio descendit ex eodem fonte, ut casu relato per Ferrer. *part. 3. obser. c. 445.* sed etiam quando descendit ex diverso fonte, ut puta ex diversis testamentis, vel ex diversis contractibus, nam tunc similiter causa de una & eadem re duobus Senatoribus commissa apud illum relinquitur, cui prius commissa fuit, & hoc non fit ex eo quòd continentia causæ dividatur, & possint sequi diversæ sententiæ, sed potius ex eo, ne pars ob unam & eamdem rem coram diversis judicibus vexetur, sumptibus, molestiis & expensis gravetur, ut sentit Cancer. *par. 3. var. c. 1. num. 50.* & videtur colligi ex Fontanella *decis. 71. n. 22. vers. Quinimo par. 1.* Thoro *in compen. decis. par. 3. sect. 1. verbo Exceptio rei judicatæ an obstet. fol. 382.* ubi ait exceptionem rei judicatæ obstare in lite intenta inter easdem personas de eadem re, sed diverso modo agendi, Regens Leon *decis. 114. num. 6. par. 1.* Valenzuela *cons. 2. num. 92.* confirmatur ex Ripoll. *de regal. c. 26. à num. 16. ad 19.* Ita fuit in Cathalonia junctis duabus Aulis resolutum per majorem partem Dominorum 26. Maii 1662. Relatoribus Magnificis Raphaele Vilosa, Aulæ Regente Cancellariam, nunc Regente Regiam Cancellariam in S. S. R. Aragonum Concilio, & Michaele Alegre, Aulæ Reverendi Cancellarii, in favorem Nobilis Michaelis de Gilabert, contra Nobilem Alexium de Gilabert. Quæ in gradu supplicationis in tertia Aula referente Magnifico Ludovico Ferrer. 7. Maii 1663. fuit confirmata, Scriba Fores, & Montagut, nunc Cortes. Verùm ut mihi dixit Relator causæ supplicationis, pro confirmatione sententiæ fuerunt duo considerata. Primum, quòd poterant sequi diversæ sententiæ. Secundum, quòd agebatur de eadem re, & si actio non descenderet ex eodem fonte.

Quod est juri communi conforme, probant jura, *in l. cum quædam, ff. de jurisdict. omni. jud. l. siquis posteaquam, ff. de jud. c. proposuisti*, ubi Sozin. *num. 27. de foro compet.* Capicius, *decis. 122. n. 8.* Decian. *tract. crim. lib. 4. c. 22. num. 1.* Franchis *decis. 147. num. 5.* Azevedo *l. 10. à nu. 80. tit. 13. lib. 8. recopil.* latè Giurba *cons. 46. à num. 31.* Gail. *lib. 1. obser. c. 26. num. 6.* Tondut. *de præven. jud. par. 1. c. 2. num. 2.* Martha *de jurisd. part. 2. c. 2. à num. 4.* Cancer. *part. 3. var. c. 1. sub num. 51.* Scaccia *de judiciis lib. 1. c. 12. numer. 57.* Salgado *in labyrint. credit. part. 1. c. 4. §. 1. à numer. 37.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 7. numer. 52.* Villadiego *in polit. c. 1. vers. De accumulatione processus à num. 13.* Carleval. *de judic. libr. 1. disp. 2. numer. 899.*

31 Tum ne debitor ob unam, & eamdem rem coram diversis judicibus vexetur, molestiis, sumptibus, & expensis afficiatur, contra tex. *in l. licet, §. fin. ff. naturæ, caupon. & stabul. l. sepulcri ff. de sepul. violato, l. qui de crimine 9. & ibi gloss. C. de accusat.* Bossius *tit. de de foro compet. 108.* Menochius *de arbit. jud. casu 371. num. 14.* Scaccia *de jud. lib. 1. c. 12. numer. 57. in fine*, Giurba *decis. 112. numer. 6.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 7. numero 52. in fine*, Azin. *de execut. §. 7. c. 91. numero 1. & 2.* Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. sub num. 899.* Salgado *in labyrint. cred. part. 1. cap. 4. numero*

32 5. Tum ne continentia causæ dividatur, & sequantur diversæ, seu contrariæ sententiæ, contra regulam, *l. 1. & 2. ff. de quibus rebus ad eumdem judicatur, l. nulli, C. de jud. c. 1. de causa posse. & propriet. l. cognitio, §. si plures, ff. de liber. legat.* Capicius *decis. 122. & 173.* Afflict. & ibi Ursil. *decis. 354.* Franchis *dec. 426. & 582.* Peguera *decis. 25. par. 2.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. 9.* Trentacinq. *var. resol. lib. 2. de jud. resol. 3.* Tuschus *pract. conclus. 976.* Minsinger. *cont. 1. observan. 97.* Scaccia *de jud. lib. 1. c. 11. num. 24.* Gail. *lib. 1. obser. cap. 62.* Menochius *de arbit. jud. casu 371.* Cancer. *par. 3. vari. c. 1. à numer. 50.* Tondut. *de præven. jud. part. 1. c. 13.* Salgado *in labyrint. credit. part. 1. c. 3. à num. 13. & c. 4. à num. 15.* Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. sub num. 899. & latè lib. 1. tit. 2. disp. 2. per totam.*

Tum quia ubi cœptum est judicium, ibi finem acci- 33
pere debet, *l. ubi acceptum, ff. de jud.* & expresè dixit Senatus noster in illa causa Universitatis Villæ del Arbos *relata nu. 29.* notat Farinac. *in prax. par. 1. quæst. 2. nu. 57.* de qua regula cum suis ampliationibus Felin. *in c. ex tenore à num. 15. de rescrip.* Gabriel. *com. conclus. lib. 2. de jud. conclus. 1.* Tuschus *pract. conclus. 487.* Trentacinquius *var. resol. lib. 2. de judiciis, resol. 10.* Fachineus *controv. juris lib. 11. c. 78.* Carleval. *de jud. lib. 1. tit. 1. disp. 2. à num. 890. ad 905. & tit. 2. disp. 2. & 3.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 7. c. 18. n. 8.* Cancer. *p. 2. var. c. 8. n. 58.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civili rub. 9. à num. 35.* Farin. *frag. crim. part. 2. littera I. à num. 355.* Barbosa *axiomate 132.* alios laudat Giurba *decis. 23. à num. 1. decis. 82. num. 2.* plures Salgado *in labyrint. cred. part. 1. cap. 7. num. 78.* & mille alii *infra à num. 56.* Tum denique quia regulare est in quacumque materia, ut præferatur is, quis qui prævenit *l. neganda 19. C. qui accusare non possunt, l. si pluribus, ff. de legat. 1.* Decian. *tract. crim. lib. 4. c. 22. num. 3.* Franchis *decis. 147. num. 5.* Farinac. *in prax. part. 1. quæst. 7. num. 52.* Carleval. *de jud. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 899. in fine*, Salgado *in labyrint. cred. part. 1. c. 4. §. 1. num. 42.* Giurba, *consil. 46. à num. 31.* alia ponderat in proposito Thoro *in compen. decis. part. 2. verbo Judex, fol. 305.*

Et adeò prædicta regula est vera, ut causa sit relin- 34
quenda illi Senatori, cui prius fuit commissa, habito dumtaxat respectu ad commissionem, eo quia decretum ex tunc vires accepit, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. 7. §. 5. sub num. 5.* sed de stylo Rotæ Romanæ si causa commissa sit duobus Auditoribus, ille cognoscit de causa, cui prius commissio est præsentata, Rota *decis. 1. de constit. & decis. 6. de rescript. in antiquis*, Saravia *de jurisdictione adjunctorum, quæst. 35. §. 10. vers. Si aliqua, fol. 375.* quamvis ad citationem, aut alios actus non processerit, ut tradunt Rota recentiorum, & Tondutus *locis statim allegandis*, & licèt contrarium quando secundus Auditor prius procedens in causa partem citaverit, decisum referat Thoro, *in compen. decis. part. 2. verbo Judex, fol. 305. vers. Quæ quidem regula, colum. 3.* solum allegat Rotam *decis. 9. num. 3. de dolo, & contu. in antiquis*, quæ sanè intelligenda est de judicibus extra Rotam, ita declarat eadem Rota *decis. 289. à nu. 8. par. 6. recentior.* Tondutus *de præven. jud. part. 2. c. 3. num. 8.* Vide exemplare infrà relatum *num. 55.*

Intellige quando causa est particularis de una, & ea- 35
dem re coram diversis judicibus intentata, nam tunc apud eum Judicem remanet, cui prius commissa fuit; secus verò si commissa causa particulari formetur causa universalis, quo casu hæc causa universalis trahit ad se illam causam particularem: semper enim judicium universale trahit ad se quodlibet aliud judicium particulare, ne continentia causæ dividatur, & ne ex diversis processibus diversæ, aut contrariæ sequantur sententiæ, & ne partes sumptibus superfluis, & immoderatis graventur, *l. si quis libertatem ff. de petit. hæred.* Guido Papa, *decis. 428.* Carroc. *de excus. bonor. part. 3. quæst. 15.* Osascus *decis. 74.* Tond. *de præven. jud. p. 1. c. 10. à num. 6.* Salgado *in labyrint. cred. p. 1. c. 3. num. 4.*

Limita 1. quando pendente judicio universali putà petitione hæreditatis, iste possessor universalis intenta-

verit

verit judicium particulare contra eos qui sunt debitores hæreditatis, aut res hæreditarias occupant, quo casu judicium universale non trahit ad se particulare, sed unusquisque Judex debet procedere in sua causa, *leg. fin. C. de petit. hæred. leg. si bonæ fidei 49. ff. eodem*, nam certum est quòd pendente judicio universali puta petitione hæreditatis, potest possessor universalis agere contra debitores hæreditarios, vel occupatores aut possessores bonorum ipsius, quia possessor universalis hæreditatis, vel alterius juris similis lite pendente manutenendus est, Lancellot. *de attenta. p. 2. c. 4. limit. 26. per totam.* Tondut. *de præven. jud. p. 1. c. 10. num. 8. ver si. Unde si quæratur*, Rota apud Burat. *decis. 257. ubi Addit. littera B.* Salgado *in labyrint. credit. par. 2. c. 22. à num. 72.* quidquid dicat Capic. Latro *consul. 7.* nam contra eum, & secundùm nostram sententiam per Senatum Neapolitanum judicatum testatur *num. 26. tom. 1.* Quod procedit, etiam si pars in judicio particulari opponat de litis pendentia in judicio universali, quia non potest iste tertius per oppositionem exceptionis litis pendentiæ privare possessorem universalem commodo possessionis, & ideo nihil illi prodest oppositio, & fuit repulsa per Senatum Neapolitanum, refert Capic. Latro *consul. 7. nu. 26. tom. 1.* & docent Salgado *in labyrint. credit. p. 2. c. 22. num. 118.* quidquid dicat Lancellot. *de attentat. p. 2. c. 4. limit. 26. num. 8.* Procedit etiam, si iste tertius debitor hæreditarius occupans bona hæreditaria citatus fuit in judicio universali petitionis hæreditatis; nam nihilominus possessor universalis potest contra illum intentare judicium particulare; nam licèt in contrarium videatur militare ratio, ut sumptibus, & expensis parcatur *de dec. 36. numer. 31. p. 1.* Tamen magis adstringit in favorem possessoris universalis, ut lite pendenti manuteneri debeat in sua possessione, quæ est ratio in terminis adducta per Tondut. & Salgado *ubi proximè*, non enim sub motivo evitandorum sumptuum judicii particularis impediendus est possessor debitorem hæreditarium convenire in judicio particulari, aliàs enim esset in manu intentantis judicium universale petitionis hæreditatis privare possessorem universalem commodo possessionis citando debitores, & occupatores bonorum hæreditariorum simul cum possessore universali, & hac via impedire, ne possessor universalis movere possit judicium particulare contra debitores hæreditarios, quod neutiquam dicendum, & permittendum est. Sic fuit in Cathalonia observatum per Nobiles Hieronymum de Codina, & Fabricium Pons de Castellui die 21. Junii 1664. in favorem Excellentissimi Marchionis de Aytona, contra Nobilem Josephum Tord uti patrem, & legitimum administratorem filiorum suorum, actuariis Jose-
37 pho Ferrer, & Josepho Payssa, nunc Fabra. Fallit quando judicium particulare dependeret à decisione judicii universalis, vel esset ei præjudiciale, quo casu est locus unioni processuum, Tondut. *de præven. jud. p. 1. c. 10. nu. 14.* Idque sive judicium universale fuerit priùs, sive posterius intentatum, Tondut. *de præven. jud. p. 1. c. 10. num. 6. in fine*, & ita quotidie practicatur in
38 Cathalonia Font. *dec. 71. num. 22. vers. Quinimo, p. 1.* quidquid dicat Salgado *in Labyrin. credit. p. 1. c. 4. §. 1. à nu. 30.* Ut si agatur de hæreditate, legitima, peculio, & de quolibet patrimonio, judicium enim in quo de hæreditate agitur, est universale, *l. hæreditas, ff. de petit. hære. l. Papinian. ff. de inoff. testa.* latè Barbosa *in rub. ff. solu. matri. p. 3. à nu. 7. & à num. 61.* plu-
39 res Giurb. *dec. 65. à num. 3.* Tondut. *de præven. jud. p. 1. c. 10. num. 2.* cum aliis Salgado *in labyrint. cred. par. 1. c. 3. num. 2.* Quapropter judicium concursus credi-
40 torum ex quo in eo de universo patrimonio debitoris agitur, est universale, latè Salg. *in labyr. cred. p. 1. 3.*
41 *per totum*. Et causæ hujus judicii coram uno judice sunt tractandæ, & sub uno, & eodem processu, idem
42 Salgado *in labyr. p. 1. cap. 4. nu. 15.* Et omnes creditores afficiunt, Tond. *de præven. jud. par. 1. c. 10. num. 46.* plures Salg. *in labyrint. p. 1. c. 4. num. 21. & alii proximè allegandi*. Adeò ut Clerici, & cæteri privilegiati creditores non obstante fori privilegio in judicio universali concursus creditorum coram judice laico comparere tenentur, ut contra Martham *de jurisd. par. 4. casu 123.* Carpium *de execu. test. p. 3. c. 10. n. 37. juncto nu. fin.* Ambros. *de imm. Eccl. c. 20. nu. 73.* & Dianam *res. mor. p. 1. tr. 2. res. 22.* docent & probant respondendo contrariis Mastrill. *dec. 79.* Ursil. ad afflict. *dec. 289. nu. 7.* Cevall. *de cog. per viam viol. p. 2. q. 72.* Tondut. *de præven. jud. p. 1. c. 10. nu. 47. &* 48. Carol. de Gras. *de effect. Cler. eff. 1. num. 475.* Amat. *res. 32. num. 7. &* 8. Noguerol. *alleg. 19. num. 130. &* 131. Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit. 1. res. 3. §. numer. 106.* Novar. *de elect. fori sect. 3. q. 24.* & alii citati *dec. 9. nu. 80.* latissimè Cutel. *de imm. Eccl. lib. 2. q. 23.* Thom. del Bene *de imm. Eccl. tom. 2. c. 9. dub. 12.* Salg. *in labyr. cred. p. 1. c. 6. per totum*, Fermos. *in cap. proposuisti, q. 5. nu. 28.* 43
de foro compet. Paz. *de tenuta. p. 2. c. 63. num. 18.* Idcirco si quis movet litem contra creditores prætendendo non teneri solvere censualia, violaria, & cambia per partem suam vendita, eo quia possidet bona non ut ejus hæres, sed vigore vinculorum, & fideicommissorum super dictis bonis per avos, & alios prædecessores suos impositorum, hoc judicium est universale, & trahit ad se quælibet judicia particularia, tam priùs quàm posterius intentata, ut declaravit noster Senatus in illa causa Nob. Franc. Albanell, & Almugaver contra Egr. Com. de Montagut, & alios div. creditores ad relationem Mag. Hier. Astor. 27. *No.* 1628. quæ decisio est singularis in materia omninò videnda.

Quod autem dictum fuit de judicio, & causa universa- 44
li, idem statuendum est de judicio, & causa generali, & ideò si fuerit institutum judicium tutelæ, pro socio, vel negotiorum gestorum, quod generale est. Tond. *de præv. jud. p. 1. c. 10. n. 2.* coram uno eodemq; Judice tractandum est, ne continentia causæ dividatur, Jason *in l. nulli, n. C. de jud.* Menoch. *de arb. jud. casu 371. n. 10.* Galerat. *de renunt. cent. 2. c. 146. n. 3. ver si. Tertio*, Gail. *l. 1. obs. 32. nu. 5.* Grat. *dec. 180. n. 5. 6. &* 7. Tond. *de præv. jud. p. 1. c. 10. n. 16. & c. 13. n. 16. & p. 2. c. 24. n. 6.* Salg. post alios *in labyr. p. 1. c. 4. n. 19.* Carrasc. *tr. 1. de casibus cur. nu. 33. &* 34. Et uno 45
verbo dicam quoties datur identitas, vel connexitas meritorum, omnes causæ committuntur uni Senatori, ne continentia causæ dividatur, & ita practicari quotidie in Cathalonia in omni genere materiæ, refert Fontan. *dec. 71. n. 22. ver si. Quinimo, p. 1.* Salg. *in labyr. p. 1. c. 4. nu. 19.*

Idem dicendum est in cumulatione actorum sive pro- 46
cessuum, nam cumulatio fit apud Notarium, apud quem prius est lis cœpta, & ideò Notarius qui prævenit, est aliis præferendus, & solus in causa scribere debet, *ex l. 2. C. de sportul.* Parlad. *rer. quotidian. l. 2. c. 9. à n. 6.* Avendaño *de exequen. mandat. par. 2. c. 25. n. 6.* Bobad. *in polit. lib. 3. cap. 14. n. 85.* Villadiego *in polit. c. 1. tit. de accomulacion. n. 13. §. Y quando*, Tond. *de præv. jud. p. 1. c. 1. n. 3.* Carlev. *de jud. lib. 1. tit. 2. disp. 2. n. 26. &* 27. Salg. *in labyr. cred. par. 1. c. 4. §. 1. n. 38.* Cancer. *par. 3. variar. c. 1. n. 50.* fallit si judicium fuerit universale, seu generale, nam tunc actorum & processuum cumulatio fit apud Notarium, ad quem pertinet causa judicii universalis, vel generalis, per ea quæ dixi *à n. 36.* Adde Cancer. *par. 3. variar. cap. 1. n. 48.* ubi decisum refert Tond. *de præv. jud. par. 2. cap. 94. n. 7.* Capicius Latro *consul. 55. n. 6. to. 1.* Salgad. *de suppl. ad Sanctis. par. 2. cap. 14. n. 2.* Modernè in causa de conferant fuit in Cathalonia provisum quarta Julii millesimo sexcentesimo sexagesi. primo in causa Nobilis Franciscí Altarriba & Franciscí de Sacirera Domicelli, Scriba Vila ubi ex quo Franciscus de Sacirera opposuit exceptionem fideicommissi inter diversos creditores in causa mota coram Magnifico Josepho Aleny, fuit revocata commissio alterius causæ, instante dicto Altarriba, mihi facta, licèt pro me facta fuisset assignatio ad sententiam.

Cumulationem istam actorum, sive processum tribus 47
ex causis fieri debere tradit Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. 9. n. 1.* Prima ratione exceptionis rei judicatæ, *ut in l. & an eamdem, ff. de excep. rei jud. & in c. 1. de litis contest.* Secunda, ratione exceptionis litis pendentiæ, *l. ubi acceptum, ff. de jud.* Tertia, ratione exceptionis ne continentia causæ dividatur, *l. nulli, C. de judiciis*, quem sequuntur Villadiego *in polit. c. 1. ex n. 13.* Cancer. *p. 3. var. c. 1. n. 51.* Salg. *in labyr. p. 1. c. 4. §. 1. nu. 43.* Verùm, etsi sententia Parladorii vera sit, ex una sola causa cumulationem actorum fieri debere, quæ sub se omnes alias comprehendit, scilicet cum non facta cumulatione

conti-

continentia causæ divideretur, ideòque sola exceptio ne continentia causæ dividatur, locum facit unioni, & cumulationi actorum, ita Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 2. *nu.* 2. & 3.

48 Continentia causæ quibus modis dicatur, videndi sunt Afflictis *decis.* 354. *nu.* 5. & 13. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 2. Villadiego *in polit. c.* 1. *num.* 52. *versic. Causæ*, Menochius *de arb. jud. casu* 371. Trentacinquius *var. resol. lib.* 2. *de judiciis resol.* 2. *num.* 3. Gail. *libr.* 1. *observ. c.* 32. *ex num.* 3. Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disput.* 2. *num.* 3. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *c.* 13. *ex nu.* 4. & *part.* 2. *c.* 14. *ex nu.* 3. Salgado *in labyrint. cred. part.* 1. *c.* 4. §. 1. *à num.* 44. Tuschus *pract. concl. littera C. concl.* 975.

49 Exceptio ne continentia causæ dividatur, *de qua in l. nulli*, *C. de judiciis*, est omnino diversa ab exceptione litis pendentiæ, *de qua in l. ubi acceptum*, *ff. de jud.* Siquidem in materia *l. ubi acceptum*, agitur de judicio mutato, veluti si quis pro eadem re coram alio Judice reum convenire vellet dimisso primo Judice, coram quo lis cœpta erat. At in materia *l. nulli* agitur de judicio diviso, nempe quando non agitur de eadem causa, sed de connexa, quam quis vult coram alio Judice intentare, ita explicant Jason. *in l. nulli*, *numero* 2. Canstren. *numero* 2. *C. de jud.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 354. *num.* 3. Trentacinquius *var. resol. lib.* 2. *de jud. resol.* 3. *num.* 2. Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 2. *num.* 4. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *c.* 13. *nu.* 1. & *part.* 2. *c.* 14. *num.* 4. alio modo exemplificat Gallerat. *de renuntiat. c.* 146. *n.* 1. & non solùm istæ duæ exceptiones sunt diversæ, sed etiam incompatibiles, adeò ut una aliam impediat, illique adversetur, Nata *cons.* 135. *num.* 4. Monachus *decis. Florent.* 66. *num.* 4. Tondutus *de præven. jud. par.* 1. *c.* 13. *nu.* 2.

50 Ut habeat locum hæc exceptio, ne continentia causæ dividatur, necesse est, quòd à parte opponatur; nam si opposita non fuerit, validum est utrumque judicium, Jason. *in l. nulli*, *num.* 5. *C. de jud.* Afflict. *decis.* 354. *nu.* 2. Menochius *de arb. jud. casu* 371. *nu.* 20. Gail. *lib.* 1. *observ. c.* 32. *num.* 12. & 13. Trentacinquius *var. resol. libr.* 1. *de jud. resol.* 3. *num.* 10. Tondut. *de præven. judic. part.* 1. *c.* 13. *num.* 3. Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 2. *num.* 7. Salgado *in labyrint. part.* 1. *c.* 4.

51 §. 2. *num.* 56. & *sub num.* 58. Et idem est in exceptione litis pendentiæ, quæ si non opponatur, valet utrobique processus, Bossius *de foro compet. num.* 81. Gabriel. *commun. concl. lib.* 2. *de judiciis concl.* 1. *num.* 20. Tuschus *pract. conclus. littera L. conclus.* 381. *nu.* 15. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *c.* 4. *limit.* 2. *à num.* 56. Azevedo *l.* 10. *num.* 66. 67. & 68. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopil.* Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 7. *num.* 54. Barbosa *in l. si quis posteaquam à num.* 82. *de jud.* Scaccia *de jud. lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 67. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *c.* 22. *num.* 9. & 10. Portoles §. *exceptio*, *num.* 120. Maschard. *de prob. conclus.* 1233. *num.* 23. Cancer. *par.* 2. *var. c.* 8. *nu.* 59. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub.* 9. *num.* 35. Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *num.* 900. Idem Carleval. Afflict. Trentacinq. Gail. & Salzedo *locis proximè citatis*.

52 Illa autem exceptio ne continentia causæ dividatur, quamvis sit dilatoria opponi potest in quacumque parte judicii, ut contra Jason. *in l. nulli*, *num.* 6. *C. de jud.* Gail. *libr.* 1. *observ. c.* 32. *numer.* 13. Minsinger. *cent.* 1. *observ.* 97. *num.* 3. & 4. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 3. docent, & constanter probant Albericus *in l. nulli*, *num.* 2. Alexand. *num.* 6. *C. de jud.* Afflict. *decis.* 354. *num.* 8. & 9. Ursil. ad Afflict. *decis.* 155. *num.* 5. & *decis.* 354. *sub num.* 3. Ponte *cons.* 70. *nu.* 13. Trentacinquius *var. resol. lib.* 2. *de jud. resol.* 3. *num.* 11. Riccius *collect.* 368. Azin. *in prax.* §. 13. *c.* 2. *limit.* 18. latè Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disput.* 2. *à numero* 8. Salgado *in labyrint. part.* 1. *cap.* 4. §. 3. *num.* 5. & ita practicari in Regia Audientia Cathaloniæ Cancer. *par.* 3. *var. c.* 1. *num.* 52. Ripoll. *var. resol. c.* 4. *num.* 97. &

53 *millies vidi observatum*. Hæc verò exceptio litis pendentiæ ante litem contestatam est opponenda, & post litem contestatam non admittitur, ut post Bald. & alios antiquos tradunt Afflict. *dec.* 354. *num.* 9. Gabriel. *commun. conclus. lib.* 2. *de jud. conclus.* 1. *num.* 30. Tuschus *practicar. concl. littera L. conclus.* 381. *numero* 34. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *c.* 4. *limit.* 2. *num.* 25. Trentacinq. *var. resol. libr.* 2. *de jud. resolut.* 3. *numero* 11. *versic. Secunda*, *circa medium*, remissivè Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 7. *numero* 54. *in fine*, Gail. *libr.* 1. *observ. c.* 29. *numero* 7. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *c.* 9. *numero* 2. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 7. *disput.* 2. *numero* 9. *in fine*, Ripoll. *var. resol. c.* 4. *numero* 22. & *alios laudat in addit. ad Peguer. in prax. civil. rub.* 9. *numero* 35. Cancer. *part.* 3. *var. c.* 1. *numero* 52. Ratio- 54
nem autem diversitatis, quare exceptio ne continentia causæ dividatur, potest opponi in quacumque parte judicii, exceptio autem litis pendentiæ debet opponi ante litem contestatam, tradunt Afflict. *decis* 354. *num.* 8. & 9. Trentacinquius *var. resol. lib.* 2. *de jud. resol.* 3. *numero* 11. Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 2. *numero* 10. Cardos. *in prax. verbo exceptio*, *numero* 12. *prope finem*, Salgado *in labyrint. part.* 1. *c.* 4. §. 3. *numer.* 7. *versic. Et quod*.

Adde etiam in hac materia de conferant Relatores, 55
quòd si causa de una, & eadem re duobus Senatoribus eodem die sit commissa, antiquiori est relinquenda, ita observatum in Regno Valentiæ refert Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 5. *sub numer.* 5. Et sequendo hanc doctrinam ita fuit declaratum in Cathalonia in causa Benedicti Rocafort, & Michaelis Ferran, quæ cùm esset de una & eadem re, duobus Senatoribus eodem die commissa fuit, scilicet Magnifico Raphaeli Vilosa Aulæ Regentis Cancellariam, & Nobili Fabricio Pons de Castellui Aulæ Reverendi Cancellarii: & remisso negotio ad judicium de conferant Relatores, non potuerunt concordare. Quare unusquisque fecit verbum in sua Aula, & deinde junctis ambabus Aulis die 11. Octobris 1660. non obstante quod prætenderetur, Nobilem Fabricium Pons de Castellui, cui erat commissa causa dicti Ferran, ad citationem dicti Rocafort processisse capta fuit resolutio pro Magnifico Raphaele Vilosa, ex quo erat antiquior dicto Nobili Fabricio Pons de Castellui, illique causa commissa fuit. Ab hac declaratione fuit per dictum Michaelem Ferran supplicatum, & causa commissa in tertia Aula Magnifico Ludovico Ferrer, per quem insequendo conclusionem in Regia Audientia factam de mense Maji 1661. fuit decisum, quòd commissio de hujusmodi causa facta Magnifico Raphaeli Vilosa revocaretur; & quòd prædicta causa dicto Nobili Fabricio Pons de Castellui committeretur. Eo quia ex noviter deductis & probatis in causa supplicationis constabat dictam commissionem licèt eodem die prius fuisse factam dicto Nobili Fabricio Pons de Castellui, quàm dicto Magnifico Raphaeli Vilosa. Et sic intellexit Regia Audientia doctrinam Doctoris Mattheu intelligendam esse in casu dubio; secus si constaret de prioritate, etiamsi facta esset commissio eodem die duobus Senatoribus, & unus altero esset antiquior. De jure videndi sunt Socin. *in capit. proposuisti*, *num.* 2. *qu.* 7. *de foro compet.* Decian. *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 22. *num.* 10. Azevedo *l.* 10. *à numer.* 74. *tit.* 13. *libr.* 9. *recop* Farinac. *in prax. part.* 1. *quæst.* 7. *nu.* 63. Carleval *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 896.

Ex prædicta regula ubi cœptum est judicium, ibi fi- 56
niri debet, *de qua in l. ubi acceptum*, *ff. de judic.* infertur, quòd Clericus hæres laici litem cœptam cum defuncto coram Judice sæculari, apud eumdem Judicem sæcularem prosequi tenetur, nec fori declinatoriam opponere potest. Maximè lite contestata con- 57
tra laicum defunctum. Et licèt aliqui præcisè requi- 58
rant litis contestationem, ut Clericus hæres laici litem cœptam cum defuncto continuare teneatur coram Judice sæculari; adeò quòd si lis non sit contestata, sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico. Verius tamen 59
est, quòd ad istum effectum translationis instantiæ cœptæ cum defuncto in Clericum ejus hæredem universalem non requiratur, ut lis fuerit cum defuncto contestata; sed satis est, quòd defunctus citatus fuerit coram Judice sæculari. Ita tamen ut pro executione adeun- 60
dus sit Judex Ecclesiasticus. Sed in Cathalonia fit executio per Judicem sæcularem cum assistentia Judicis Ecclesiastici. Nisi judicium fuerit nullum, quo casu 61

Clericus

Clericus hæres laici cœpta conveniendus est coram Judice Ecclesiastico. Vel nisi instantia perempta sit, etiamsi restauraretur per insuflationem spiritus vitæ, *ut latè de his dicam part. 4. decisionum.*

62 Notanter dixi, litem cœptam cum defuncto coram Judice sæculari. Nam Clericus hæres laici defuncti nondum lite cœpta contra defunctum conveniendus est
63 coram Judice Ecclesiastico. Etiamsi defunctus in suo testamento ordinasset, ut Clericus ejus hæres conveniretur coram Judice sæculari, qua ordinatione non obstante conveniendus est coram Judice Ecclesiastico.
64 Adeò quòd si Clericus hæres laici possideat bona specialiter hypothecata submissa per defunctum cuicumque foro, non potest ratione talis hypothecæ conveniri coram Judice sæculari, sed est conveniendus coram Ju-
65 dice Ecclesiastico. Debet tamen Clericus hæres laici lite nondum cœpta cum defuncto, conveniri necessariò apud Judicem Ecclesiasticum fori domicilii defuncti, non autem in suo domicilio, *ut probabo par. 3. decisionum.*

66 Notanter etiam dixi, *Clericus hæres laici*, quid si Clericus fuerit legatarius seu successor singularis laici, an litem cœptam cum defuncto coram Judice sæculari apud eumdem Judicem sæcularem prosequi teneatur?
67 Quid etiamsi Clericus fuerit fideicommissarius laici, an litem cœptam cum testatore coram Judice sæculari apud eumdem Judicem sæcularem prosequi teneatur?
68 Quid rursus si Clericus fuerit fideicommissarius laici, an litem cœptam cum hærede gravato coram Judice sæculari, apud eumdem Judicem sæcularem prose-
69 qui teneatur? Quid denique si Clericus fuerit successor universalis licèt non hæres laici, an litem cœptam cum defuncto coram Judice sæculari, apud eumdem Judicem sæcularem prosequi teneatur? *vide quæ dicam in 3. & 4. part. decisionum.*

70 Unum in his addo, quòd in casibus quibus instantia transit in successores sive singulares, sive universales, qui non sint hæredes, requiritur quòd lis sit cum defuncto contestata, ita conciliando Molin. *de primog. Hispan. lib. 4. cap. 8. num. 6.* & Covar. *pract. cap. 8. num. 3. in fine*, post Angel. *in l. tam ex contractibus, num. 3. & 4.* Castren. *nu. 3. ff. de jud.* & Barbos. *in l. hæres absens, in num. 25. 143. & 144. ff. de jud.* tradit Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. num. 297. in fine*, sicque sunt intelligendi Peregrin. *de fideic. art. 53. nu. 17.* Peguera *decis. 20. nu. 1. par. 2.*

71 Infertur etiam è converso, quòd laicus hæres Clerici litem cœptam cum defuncto coram Judice Ecclesiastico apud eumdem Judicem Ecclesiasticum prosequi tenetur, lite verò nondum cœpta vocandus est pro actione hæreditaria apud Judicem sæcularem, *ut dicam part. 3. decisionum.*

72 Infertur etiam, quòd laicus effectus Clericus post litem cœptam coram Judice sæculari non potest opponere fori declinatoriam, sed eam continuare tenetur apud
73 eumdem Judicem sæcularem. Requiritur tamen de jure quòd executio fiat per Judicem Ecclesiasticum contra laicum lite cœpta effectum Clericum, ut dicam *part. 4. decisionum.*

74 Notanter dixi, laicum effectum Clericum lite cœpta apud Judicem sæcularem. Nam si laicus post contractas obligationes sit effectus Clericus ante litem cœptam coram Judice sæculari pro eis est conveniendus coram Ju-
75 dice Ecclesiastico. Adeò quòd si laicus obligatus fuerit per publicum instrumentum cum clausula guarentigia, seu ut nos dicimus cum scriptura tertii, & postea efficiatur Clericus, solùm exequi debet per Judicem Eccle-
76 siasticum. Sed contrarium, quòd possit exequi per Judicem sæcularem, ita tamen ut executio fiat contra ejus bona cum assistentia Judicis Ecclesiastici, secus contra personam, *ut probabo in 3. & 4. par. decisionum.*

77 An autem è converso, si Clericus post obligationes contractas cum instrumento guarentigio, & scriptura tertii fiat laicus conveniendus sit in Curia Ecclesiastica, an verò possit conveniri in Curia sæculari, & per eam illius bona exequi? Quidam tenent, quòd est con-
78 veniendus in Curia Ecclesiastica. Alii autem docent, quòd est conveniendus in Curia sæculari, *de quo latius in 3. & 4. parte decisionum.*

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter Regiam Audientiam civilem, seu Regium criminale Concilium, & Judices sæculares inferiores tam Regios, quàm Baron.

SUMMARIUM.

1 *Contentio jurisdictionis, quæ oritur inter Regiam Audientiam civilem, & Judices sæculares inferiores tàm Regios, quàm Baronales, per ipsam Regiam Audientiam terminanda est, & numero 29.*
2 *Judex in causa propria quis esse nequit, & numero 27. & 30.*
3 *Princeps potest esse Judex in causa propria, & numero 28.*
4 *Regia Audientia in omnibus, quæ justitiæ administrationem concernunt, Principem repræsentat.*
5 *Contentionis declaratio ad superiorem pertinet, & num. 8.*
6 *Contentio jurisdictionis si oriatur inter Regium criminale Concilium, & Judices sæculares inferiores in Regno Sardiniæ per ipsum Regium criminale Concilium declaranda est, & nu. 7. & respondetur contrariis, à nu. 8.*
9 *Concilium criminale eamdem superioritatem habet in causis criminalibus, quam Regia Audientia in causis civilibus.*
10 *Contentio jurisdictionis inter Regiam Audientiam, & Regium criminale Concilium quomodo declaretur, remissivè.*
11 *Prorex est immediatus præses tàm Aulæ civilis, quàm criminalis.*
12 *Aulæ Senatus civilis, & criminalis postquam fuerunt divisæ, unaquæque ex illis separatam cognitionem habet.*
13 *Aula quælibet Senatus unum Senatum, & unum Auditorum in solidum repræsentat.*
14 *Aula quælibet Regiæ Audientiæ, quod expedit, dicitur expediri per Regiam Audientiam.*
15 *Prorex existente causa an possit omnes Aulas Senatus ad libitum congregare.*
16 *Leges, & consuetudines locales ad alias Provincias non extenduntur.*
17 *Provincia unaquæque suo sensu abundat.*
18 *Rescriptum Principis ad unum Præsidem, seu ad unam Provinciam directum in aliis quoque observari debet, intellige si Provinciæ gubernantur per unum Concilium, n. 19. Intellige etiam, si est generale, & in omnibus Provinciis eadem militat ratio, nu. 20.*
21 *Contentiones jurisdictionis in Regno Sardiniæ quomodo antea expediebantur inter Regium criminale Concilium, & Judices sæculares inferiores.*
22 *Articulus competentiæ jurisdictionis est civilis, amplia ut procedat, etiamsi incidat in causa criminali, nu. 23. & quid practicetur in Regno Valentiæ, nu. 24. & quid in Cathalonia, num. 25.*
26 *Incidentiæ ratione quis cognoscit de quæstionibus, de quibus aliàs judicare non poterat.*
31 *Praxis terminandi contentiones inter Regiam Audientiam civilem, & Judices sæculares inferiores, remissivè.*
32 *Praxis terminandi contentiones in Cathalonia inter Regium Concilium criminale, & Judices sæculares inferiores tàm Regios quàm Baronis.*
Supplicari potest in Cathalonia per Baronem vel per alium ordinarium Regium ab evocatione causæ criminalis, & quomodo.
33 *Copia procedimentorum non est danda ordinario, sive Regio, sive Baroni prætendenti non esse locum Regaliæ, vel evocatæ causæ criminalis.*

34 *Testes,*

34 *Testes, qui sunt recipiendi pro parte ordinarii, sive Regii, sive Baronis ad probandum contra regaliam, vel causæ evocationem examinari debent coram Judice dictæ causæ.*

35 *Supplicare potest ab evocatione causæ ordinarius tàm Regius, quàm Baronis qui succubuit in causa dubii.*

36 *Dubium an causa sit civilis, vel criminalis firmare potest ordinarius tàm Regius quàm Baronis, postquam conquestus est de evocatione causæ criminalis, & in causa supplicationis succubuit.*

DECISIO XXXVII.

1 QUando oritur contentio jurisdictionis inter Regiam Audientiam ejusdem, & Judices sæculares inferiores tàm Regios, quàm Baronis, ipsa Regia Audientia ex propria prærogativa cognoscit, an sua sit jurisdictio ut ex Petro Gregorio notat Mattheu *de Regim. Reg. Valen. to.* 1. *c.* 2. §. 2. *nu.* 28. & ex latè deductis per nostrum Fontanellam docet idem Mattheu *tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *sub nu.* 2. & alios plures laudat *dicto tom.* 1. *c.* 7. §. 5. *num.* 29. Regens Viñes *in primo discursu anni* 1638. §. 3. *versi. En el anno fol.* 24. & in hoc nulla est difficultas in Principatu Cathaloniæ, & in Regnis Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum, & quotidie ita observatur, & practicatur.

2 Ratio est, quia licèt regulariter nemo possit esse Judex in causa propria, *l. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. omn. jud. l. unica, C. ne quis in causa sua, l. nullus, C. de judiciis*, Trivisan. *decis.* 10. *à num.* 34. *lib.* 2. Aviles *c.* 5. *prætor gloss. Abogados num.* 9. Tuschus *pract. conclus. littera I. conclu.* 403. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmiss. num.* 206. Narbona *l.* 20. *gloss.* 18. *numero* 24. *&* 25. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Ramon. *cons.* 3. *num.* 9. Carleval. *de jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 786. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *q.* 14. *num.* 1. plures Barbosa *in dicta l.*

3 1. *C. ne quis in sua causa.* Tamen Princeps judicat in propria causa, & cognoscit an sua sit jurisdictio, ut præcitati Doctores tradunt Aviles *ex num.* 6. Tuschus *ex nu.* 1. Ramon. *num.* 68. Xammar. *num.* 2. Carleval. *num.* 876. Maranta *de ord. jud. part.* 6. *de appellat. à num.* 33. Bossius *de foro compet. ex nu.* 170. Trentacinquius *var. lib.* 2. *de jud. resol.* 5. *ex num.* 1. Mastrill. *de magistr. lib.* 3. *c.* 5. *per totum.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 140. *&* 164. Carolus de Gras. *except.* 24. *à nu.* 96. Anguian. *de legib. lib.* 3. *contr.* 24. *à num.* 1. Suelves *cons.* 14. *n.* 41. *lib.* 3. Tapia *decis. Supr. Italiæ* 24. *nu.* 7. Cabedo *dec.* 76. *part.* 2. Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 54. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *littera I. nu.* 721. & si de honestate, & decentia causas suas cognoscendas aliis committat, *ut advertunt Doctores citati, & dixi decis.* 18. *num.* 21.

4 Et Regia Audientia in omnibus, quæ justitiæ administrationem concernunt, Principem repræsentat, Solorzano *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *nu.* 18. *in fine, & c.* 19. *nu.* 97. Ramon. noster *cons.* 3. *nu.* 68. Larrea *alleg. Fiscal.* 1. *sub nu.* 26. *&* *alleg.* 51. *nu.* 28. Gail. *lib.* 1. *observ.* 1. *nu.* 7. *in fine* Grivel. *decis.* 72. *num.* 25. Afflict. *decis.* 120. *num.* 6. Mastrill. *decis.* 261. *num.* 2. Guido Papa *decis.* 29. Crayeta *cons.* 144. *num.* 20. Ponte *de potest. Proreg. tit.* 12. *de deleg. causar. nu.* 18. Cabedo *decis.* 212. *num.* 1. *par.* 1. de cujus repræsentatione, jurisdictione, authoritate, & præstantia latè agunt Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *per totum, qui nu.* 5. *plures videndos citat, in polit. lib.* 5. *c.* 3. *per totum* Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 2. §. 2. *per totum, num.* 18. *alios plures laudat* Fontanella *decis.* 282. *cum seq. part.* 1. Mastrill. *de magist. lib.* 5. *c.* 8. *& lib.* 2. *c.* 1.

5 Præterea, quia declaratio contentionis, & competentiæ inter duos Judices ad superiorem pertinet, & superior in hoc casu est Regia Audientia, *ut dicam infrà decis. sequenti*, & advertit Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 8. §. 1. *sub num.* 2. *&* §. 5. *sub nu.* 29.

6 Quid tamen dicendum est, si oriatur contentio, seu competentia jurisdictionis inter Regium criminale Concilium, & alios Judices sæculares inferiores tàm Regios, quam Baronis, cui pertineat, & spectet illius cognitio, & declaratio? Hoc dubium tractat Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *à nu.* 17. & resolvit, quòd in Regnis Indiarum in Provincia Mexicana solus Prorex has differentias pro suo captu, vel arbitrio componit; sed in Provincia Limæ, commissa est declaratio per Dominum Regem ad Regalem Audientiam, in civilibus, & refert schedulas Regias.

Ex quibus cum iste casus successisset disputandus in 7
Regno Sardiniæ 12. Januarii 1651. transactis quatuor mensibus post separationem Aularum civilis, criminalis, incepit enim Aula criminalis 7. Septembris 1650. mihi semper visum fuit quòd ad Aulam criminalem, seu Regium criminale Concilium pertinebat, & spectabat cognoscere an sua esset jurisdictio, & sic fuit executum, ac practicatum, & inconcussè practicatur. Sed quia Doctores Regiæ Audientiæ civilis id acriter ferebant moti doctrina Solorzani, audiamus ejus fundamenta, & solutiones, quæ tunc in medium adductæ fuerunt. In Cathalonia verò servatur, quæ dicam *n.* 32.

Fundat primò Solorzanus suam resolutionem *nu.* 18. 8
quòd orta difficultate super competentia jurisdictionis inter Judices inferiores adeundus est superior, ut eam componat, & decidat *juxta infrà decis. sequenti*, & quòd superior hoc in casu est Regia Audientia civilis, *quod latè confirmat à nu.* 24. *cum seq.*

Respondetur primò, quòd Regium Concilium cri- 9
minale in causis criminalibus eamdem superioritatem habet, quàm Regia Audientia civilis in causis civilibus, argumento eorum quæ tradit ipse Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *nu.* 48. Et omnes Auditores sive Senatores utriusque Aulæ in genere causarum sibi commissarum sunt æquales, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 69. *in fine, & cap.* 5. *num.* 20. ergo si sunt æquales, non habet superioritatem Regia Audientia civilis in Regiam Audientiam criminalem quia par in parem non habet imperium *vulgatis juribus.*

Respondetur secundò, quòd quando est competen- 10
tia, seu contentio jurisdictionis inter Regiam Audientiam civilem, & Regium criminale Concilium, an aliqua causa sit civilis, vel criminalis, in Regno Sardiniæ duo Antiquiores Aulæ civilis, & duo antiquiores Aulæ criminalis illam decidere debent, & quomodo sit decidenda in Cathalonia, Valentia, & Castella *dixi decisione* 35. *à num.* 107. ergo nulla est superioritas inter ambas Aulas.

Respondetur tertiò, quòd Prorex est immediatus 11
Præses tàm Aulæ civilis, quàm criminalis, & provisiones, ac sententiæ ambarum Aularum nomine suæ Excellentiæ proferuntur, notat Ramon. *cons.* 3. *nu.* 78. ergo inter eas non datur aliqua superioritas.

Respondetur quartò, quòd postquam Aulæ civilis, 12
& criminalis commodiori exercitii gratiæ fuerunt divisæ, licèt unaquæque ex illis separatam cognitionem habeat, probat Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 70. Fontanella *decis.* 282. *à num.* 10. *part.* 1. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 2. §. 2. *sect.* 2. *num.* 62. latè Salzedo *in l.* 63. *à num.* 20. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil. fol.* 46. Utraque enim unum Senatum, unum- 13
que Auditorium in solidum repræsentat Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 4. *c.* 3. *numer.* 72. Et quod per 14
unam Aulam expeditur, semper, & indefinitè expediri, & determinari dicitur per Regiam Audientiam, cum apud eam in habitu, & potentia totius Regiæ Audientiæ jurisdictio resideat, ut in actu expediat, & decidat quælibet negotia, quæ sibi pro tempore obtigerint, Solorzano *de jure Indiar. to.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 22. Unde quando adest causa, potest, & solet Prorex 15
omnes Aulas coadunare, non solùm quo ad res gubernationis, vel ad consulendum ea, quæ Dominus Rex jubet cum Senatu consulere; sed etiam ad tractandas res justitiæ, & lites aliquas expediendas, ut observatur in Senatu Neapolitano Franchis *dec.* 252. *nu.* 7. *par.* 2. in Senatu Pedemontano Thesaurus *in præfat. dec. nu.* 32. in Regnis Indiarum latè Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *l.* 4. *c.* 3. *à numer.* 67. bis observatum in Regno Valentiæ in causis judicialibus testatur Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *sect.* 2. *à numer.* 63.

viden-

videndus Valenzuela *conſ.* 94. *à nu.* 24. ſed in Cathalonia ſolùm coadunare poteſt circa ſtylos Regiæ Audientiæ, Ferrer. *par.* 3. *obſ. cap.* 505. Fontanel. *deciſ.* 284. *num.* 28. *par.* 1. & quo ad res gubernationis, non autem quo ad tractandas res juſtitiæ, & lites expediendas, Fontanella *dec.* 283. *à n.* 6. *&* *dec.* 296. *num.* 4. *&* 11. *par.* 1. niſi in abſtracto tacitis partium nominibus Fontanella *dec.* 284. *à nu.* 25. *par.* 1. ſi enim utraque Aula civilis, & criminalis unum Senatum repræſentat, non eſt Aula civilis ſuperior ad declarandas competentias Aulæ criminalis.

16 Fundat ſecundò Solorzano *num.* 21. hunc eſſe antiquum, & diu obſervatum Cancellariæ ſtylum in Regia Audientia Limana, ut ipſa cognoſcat de competentia juriſdictionis inter Regiam Audientiam criminalem, & Judices inferiores ordinarios & addit, quòd in Provincia Limæ tempore quo expedita fuit ſchedula Regia, unum tantùm Auditorium reperiatur; & ei ſoli dictam juriſdictionem indulſit.

Reſpondetur primò, quòd leges, conſuetudines, ſtyli, & obſervantiæ locales ad alias Provincias non extenduntur *ut l.* 1. *ubi Doctores ff. de conſ. Princ. l. de quibus l. cum de conſuetudine, ff. de leg.* Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *nu.* 4. Garcia. *de Nobil.* §. 1. *gl.* 1. *num.* 63. Guttier. *pract. l.* 3. *quæſt.* 17. *nu.* 23. *&* *q. nu.* 10. plures Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 21. *num.* 57. Ramon. *conſ.* 1. *nu.* 44. Regens Leon *deciſ.* 2. *nu.* 32. *l.* 1. *&* *dec.*
17 9. *à nu.* 1. *l.* 3. Fontanella *dec.* 163. *nu.* 7. *par.* 1. Etenim unaquæque Provincia ſuo ſenſu abundat, & ſuis legibus regitur, *can. jus quiritum* 1. *diſt. can. utinam* 76. *diſt. c. certificari, de ſepul. l. ſemper* 34. *ff. de regul. juris*, Regens Leon *dec.* 9. *num.* 81. *l.* 3. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *l.* 2. *c.* 21. *nu.* 58.

18 Ex quibus infertur, quòd licèt regulariter reſcriptum Principis ad unum Præſidem, vel unam Provinciam directum in aliis quoque Provinciis obſervari debeant, *l.* 3. §. *divus ff. de ſepul. violatio.* Bart. communiter receptus *in l. relegatorum* §. *interdicere per iſtum tex. ff. de intera. & releg.* Jaſon *in l.* 1. *num.* 7. *ff. conſt. Princ.* Parlad. *rer. quotid. l.* 2. *c. fin. par.* 5. §. 10. *num.* 26. Aviles *in proœm. c. prætor. verbo Islas num.* 1. *&* 3. Lazarte *de decim. vend. in add. ad præfat. num.* 20. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 21. *num.* 56. *&* *l.* 3. *c.* 10. *num.* 111. Salgado *de Regia protect. par.* 1. *c.* 1. *prælud.* 5. *num.* 296. Pareja *de inſtru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſ.* 6.
19 *numero* 111. Hoc tamen intelligendum eſt, quando Provinciæ ſubſunt uni Principi, & gubernantur per unum Concilium juxta doctrinam Bart. *in l. ſi convenerit*, §. *ſi numero de, ff. de pigno. act.* Pareja *deciſ.* 2. *numero* 2. 10. *&* 17. Suar. *de legib. lib.* 8. *c.* 26. *numero* 5. Guttier. *pract. l.* 3. *quæſt.* 17. *à numero* 215. Peguera *dec.* 66. *numero* 7. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *numero* 829. quos, & alios citat Mattheu *de Regim. Reg.*
20 *Val. tom.* 2. *c.* 8. §. 9. *à num.* 117. Et quando reſcriptum eſt generale, & in omnibus Provinciis eadem militat ratio, aliter enim nec leges, nec conſuetudines, & obſervantiæ locales ad alias Provincias extendi debent, ita declarat poſt alios Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *l.* 2. *c.* 21. *num.* 57.

21 Reſpondetur ſecundò, quia tempore quo in Regno Sardiniæ erat una Aula, quæ manè cognoſcebat de cauſis civilibus providendo ſupplicationes, & ſchedulas facto verbo in Regia Audientia, & veſperè de cauſis criminalibus cum facto verbo in Regio Concilio, ſi erant competentiæ inter Regium Concilium, & Judices ſæculares inferiores, expediebantur cauſæ competentiarum cum facto verbo in Regio Concilio: & poſt quam fuerunt Aulæ diviſæ, Regium criminale Concilium cognoſcit de hujuſmodi competentiis à quo ſtylo temerè recedendum non eſt, ut poſt alios probat Solorzano *de jure Indiarum to.* 2. *l.* 4. *c.* 5. *nu.* 21.

22 Tertiò ponderat Solorzano *num.* 23. quòd articulus
23 competentiæ juriſdictionis eſt civilis. Amplia ut procedat, quamvis incidat in cauſa criminali, Sanfelicius *dec.* 4. *nu.* 7. Capicius Latro *dec.* 165. *à num.* 42. *&* *dec.*
24 173. *num.* 8. *&* *dec.* 187. *à num.* 7. *l.* 2. Sed hoc intelligit Mattheu *de Regim. Reg. Val. to.* 2. *c.* 7. §. 5. *nu.* 8. ſi agatur de juriſdictione criminali in abſtracto, nam tunc dicit cauſam eſſe civilem, & ad Judicem civilem ſpectare; at ſi agatur de juriſdictione criminali in certo, nempe an talis Baro cognoſcere poſſit de crimine necis Sempronii à Mevio patratæ, cum agatur de impoſitione pœnæ criminalis, inquit cauſam eſſe criminalem, & ad Judicem criminalem pertinere dicendum eſſe, *&* *teſtatur hoc de jure in Valentia uti:* In Cathalo- 25
nia autem partibus non contradicentibus plures cauſæ contentionis juriſdictionis criminalis inter Judices ſæculares inferiores in quibus agebatur de juriſdictione criminali in concreto, fuerunt evocatæ ad Regium criminale Concilium, & per eum declaratæ. Sic fuit obſervatum 28. Septembris in facto contentionis juriſdictionis ortæ inter Capitulum Sedis Elnen. ex una, & Regentem judicaturam Vicarii Roſſellionis ex altera, *ſuper repetitione perſonæ Petri Xuram Bajuli Loci de Salelles.* Et die 1. Octobris 1624. ad relationem Magnifici Michaelis Carreres in facto contentionis juriſdictionis vertentis in Regio criminali Concilio inter Egregium Comitem de Peralada ex una, & Nobilem Raymundum Xammar ex altera, ſuper repetitione perſonæ Bertrandi Borderes impetiti de nece proditoriè perpetrata in perſonam Petri Ramon, *fuit declaratum cognitionem dictæ cauſæ, & punitionem dicti homicidii ad Egregium Comitem de Peralada pertinere, & ſpectare & conſequenter repetitioni per eum inſtatæ de perſona dicti Bertrandi Borderes locum fuiſſe, & eſſe.* Et die 25. Novembris 1628. ad relationem Magnifici Antonii Viñola, in facto contentionis juriſdictionis vertentis in Regio criminali Concilio inter Fratrem Raphaelem Cotoner Ordinis Sancti Joannis Hieroſolimitanen. Commendatori loci de Bañoles Elnen. Diœceſis ex una, & Gerentem Vices Gubernatoris Comitatuum Roſſellionis, & Ceritaniæ ex altera, occaſione evocationis cauſæ criminalis intentatæ contra Michaelem Barrera ad inſtantiam Annæ Suellel viduæ, prætextu illius viduitatis ad Audientiam dicti Gerentis Vices Gubernatoris, *fuit declaratum dictam cauſam prætextu dictæ viduitatis evocari non potuiſſe, illiuſque cauſæ criminalis cognitionem ad Commendatorem de Banoles tamquam ſuum ordinarium pertinere, & ſpectare, & cauſam, & partes ad illum fore, & eſſe remittendas.* Et die 28. Novembris 1633. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet in facto contentionis juriſdictionis inter Didacum de Boxados Ordinis, & Militiæ Sancti Joannis Hieroſolimitanen. Commendatorem de Orla & Bonpas ex una & Vicarium Roſſellionis ex altera, *ſuper repetitione perſonarum Antonii Pibernat, & Franciſci Vidal loci de Bonpas.* Et die 19. Decembris 1633. ad relationem Magnifici Pauli Gujamet Judicis Regiæ Curiæ in facto contentionis juriſdictionis inter Galcerandum de Foxà Dominum cujus eſſe dicebatur locus de Foxà ex una, & Spectabilem Gerentem Vices Gubernatoris Cathaloniæ ex altera, *ſuper repetitione perſonæ Nicolai Felin dicti loci de Foxà.* Legi tamen in libro concluſionum civilium anni 1603. fol. 68. cauſam contentionis juriſdictionis criminalis partibus non contradicentibus in qua agebatur de juriſdictione criminali, in concreto fuiſſe evocatam ad Regiam Audientiam civilem, & per eam declaratam de prima Martii dicti anni 1603. ad relationem Magnifici Joſephi Dalmau in facto contentionis juriſdictionis ortæ inter Bajulum Oppidi Caſtellionis Farfaniæ ex una, & Regentem Vicariam Civitatis Balagarii ex altera, *ſuper repetitione perſonæ Joannis Fortunii de Olate, quam concluſionem ad litteram refero deciſ.* 38. *nu.* 99. Ex his verò diſputato plenè articulo in contradictorio judicio in quo agebatur de juriſdictione criminali in concreto in facto dubii orti inter Regiam Audientiam civilem, & Regium Concilium criminale, moti per Fiſci procuratorem Patrimonialem, & officium Magiſtri Rationalis, contra Vicarium, & Bajulum Barcinonæ ſuper repetitione perſonæ cujuſdam Lignifabri dicti officii Magiſtri Rationalis in anno 1656. per Magnificos Raphaelem Viloſa, Franciſcum Lunes, Felicem de Mirales, & Joſephum Aleny *fuit declaratum cognitionem dictæ cauſæ ad Regiam Audientiam civilem pertinere, & in ea eſſe tractandam.*

Reſpondetur quòd licèt verum ſit quòd articulus 26
competentiæ juriſdictionis, quamvis incidat in cauſa crimi-

criminali dicatur articulus civilis, *ut latè in argumento deductum fuit*. Tamen cum ille articulus civilis incidat in nostra specie in criminale Concilium incidenter de articulo civili cognoscere *ut tradidi decis.* 35. *à num.* 7. nam non est novum, ut quis ratione incidentiæ de aliquibus causis, quæstionibus, vel personis cognoscat, & judicet, de quibus aliàs principaliter judicare non posset, *l. quoties, C. de jud. l. cum proponas, C. de rub. cred.* Felin. *in cap. cæterum, in prin. de jud.* cum multis aliis quæ adducunt Pavin. *de off. & potest capit. Sede vacante, par.* 2. *quæst.* 12. *nu.* 22. & Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 162. quos laudant Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 113. Cancer. *par.* 3. *cap.* 11. *nu.* 170. Merlinus *controvers. tom.* 2. *cap.* 92. *nu.* 2. Fontanella *decis.* 340. *num.* 7. *& decis.* 562. *à numer.* 14. *part.* 2.

27 Quartò & ultimò ponderat Solorzano *dicto numer.* 23. quòd Regium criminale Concilium si cognosceret de hujusmodi competentiis, cum sit pars formalis, esset Judex in causa propria, contra *l.* 1. *C. ne quis in sua causa.*

28 Respondeo primò, quòd regula *l.* 1. *C. ne quis in sua causa* limitatur in Principe, qui in propria causa judicat, & cognoscit, an sua sit jurisdictio *ut dixi nu.* 2. *&* 3. & Regium Concilium, seu Regia Audientia in omnibus, quæ justitiæ administrationem concernunt, Principem repræsentat, *tradidi supra nu.* 4.

29 Respondetur secundò, quòd Regia Audientia civilis cognoscit, an sua sit jurisdictio *dixi nu.* 1. ergo pariter Regium criminale Concilium cognoscere debet, an sua sit jurisdictio, cum quælibet Aula unum Senatum, & Auditorium in solidum repræsentet, *tradidi nu.* 13. *&* 14.

30 Respondetur tertiò, & ultimò, quòd regula *l.* 1. *C. ne quis in sua causa*, procedit quando causa ita est sua, ut in ea Judex proprium commodum prætendat, *l.* 1. §. *in propria in fine ff. quando appell. sit*, habere tamen jurisdictionem ad cognoscendum de causa non est judicare in causa propria cum illud non sit commodum, imò magis onus, *l. fin.* §. *judicandi ff. de muner. & honorib.* & sic sumus extra terminos *dictæ l.* 1. *C. ne quis in sua causa*, sic respondent *gloss. in l.* 2. *ff. si quis in jus vocatus non jerit*, Barbosa *in l. si quis ex aliena nu.* 113. *cum seq. ff. de jud.* Surd. *cons.* 286. *n.* 6. 14. *& seq.* Pareja *de instr. edit. to.* 1. *tit.* 2. *specie* 6. *n.* 5. Sesse *de inhib. cap.* 5. §. 6. *n.* 63.

31 Praxis terminandi contentiones, & competentias inter Regiam Audientiam civilem, & Judices inferiores sæculares talis est in Cathalonia, nam evocata causa ad Regiam Audientiam civilem debet Judex inferior, seu pars privata cum supplicatione, vel cum schedula apponere exceptionem irrevocabilitatis in vim dilatoriæ, *juxta constit. fin. titul. de exceptione*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 11. *num.* 65. Ripoll. *ver. cap.* 4. *nu.* 103. formam supplicationis, vel schedulæ tradit Rippoll. in addit. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 9. *in fine*. Deinde transactis triginta diebus fit in Regia Audientia per Relatorem causæ provisio, si pro evocatione non facto verbo, vel facto verbo ut vult ita Fontanella *dicta claus.* 4. *gloss.* 11. *n.* 65. formam hujus provisionis tradunt Peguera *in pract. civil. rub.* 6. *nu.* 5. *versic. Limitatur nunc*, Ferrer. *par.* 3. *observ. c.* 131. Ripoll. in addit. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 9. *in fine*. Si pro irrevocabilitate fit provisio per Relatorem causæ facto verbo in Regia Audientia, Fontanella *dicto num.* 65. formam hujus provisionis tradunt Ferrer. *part.* 1. *observ. c.* 15. *& part.* 3. *c.* 461. *vers. Item die* 18. *& vers. Undecima Maji*, Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 10. *numero* 71.

32 Praxis verò terminandi competentias in Cathalonia inter Regium Concilium criminale, & Judices sæculares inferiores tàm Regios quàm Baronis talis est, nam evocata aliqua causa criminalis vel provisa aliqua Regalia, si Officialis Regius, aut Baronis prærendat non potuisse fieri evocationem, vel provideri Regaliam, debet à provisione supplicare ad unam ex duabus Aulis civilibus modo, forma expressis *in cap. Curiæ* 10. *anni* 1599. ita Peguera *in pract. crim. c.* 13. *num.* 6. Cancer. *part.* 3. *var. c.* 18. *nu.* 100. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 11. *num.* 66. *& decis.* 282. *num.* 16. *part.* 1. Ripoll. *de regaliis, c.* 21. *nu.* 79. juxta formam traditam per Ripoll. in addit. ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 16. *in fine*.

An autem copia procedimentorum sit danda ordinario sive Regio, sive Baronis prætendenti non esse locum regaliæ, vel evocatæ causæ criminalis? Respondeo quòd non, sed in his Relator causæ supplicanti verbo dicere debet, quo prætextu fuerit facta evocatio, ut possit illam impugnare, ita Fontanella qui testatur ita practicari vidisse in pluribus causis, *to.* 1. *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 11. *à nu.* 67. vide in confirmationem latè tradita *decis.* 21. *à nu.* 145. 33

An etiam testes qui recipiendi sunt pro parte ordinarii sive Regii, sive Baronis ad probandum, contra regaliam, seu causæ evocationem examinari debeant coram Judice dictæ causæ? Respondeo quòd sic, probat Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *cl. us.* 4. *gloss.* 11. *à nu.* 71. 34

An rursus supplicare possit ab evocatione causæ criminalis ordinarius sive Regius, sive Baronis postquam succubuit in causa dubii? Respondeo affimativè ut probat, & decisum refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 11. *num.* 73. *vers. Faciamus*, tradit *decis.* 35. *num.* 123. 35

An similiter dubium utrùm causa sit civilis, vel criminalis firmare possit ordinarius tàm Regius, quàm Baronis postquam conquestus est de evocatione causæ criminalis, & succubuit in causa supplicationis? Respondeo quòd sic, ut post Cancer, & Ripoll. cum decisionibus nostri Senatus *tradidi decis.* 35. *num.* 123. 36

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter ipsos Judices sæculares inferiores, tàm ordinarios, quàm delegatos.

SUMMARIUM.

1 *Judex utrùm possit cognoscere, an sua sit jurisdictio, num.* 1. *affirmativè resolvitur, numero* 2. *sive sit Judex ordinarius, sive etiam delegatus nu.* 3. *non solùm quando partes ipsæ inter se contendunt de jurisdictione Judicis, utrùm etiamsi contentio sit inter Judicem, & partem, num.* 4. *etiam si sentiret commodum sportularum, & expensarum litis num.* 5. *& si se pronuntiet incompetentem, potest agentem in expensis condemnare, num.* 6.

7 *Judex in quibus casibus non potest cognoscere, an sua sit jurisdictio.*

8 *Judex cognoscit, an sua sit jurisdictio, quando controversia est inter ipsas partes, vel inter ipsum Judicem, & partem; at quando controversia de jurisdictione est inter duos Judices, tunc Judex non cognoscit, an sua sit jurisdictio sed quis isto casu cognoscat, cujus sit jurisdictio, num.* 8.

9 *Judices sæculares inferiores, delegatus, & ordinarius si super jurisdictione contendunt, delegatus uti major cognoscit, an sua sit jurisdictio.*

10 *Judices sæculares inferiores delegati si super jurisdictione contendunt, quis cognoscat, ad quem jurisdictio pertineat, variæ sunt opiniones numer.* 10. *&* 11. *sed veritas est, quòd ipsi Judices delegati Arbitros juris eligere tenentur, ut hujusmodi contentionem dirimant, num.* 12. *vel cognoscet delegans amborum superior, cujus sit jurisdictio, num.* 13.

13 *Judices sæculares inferiores ordinarii si super jurisdictione contendunt, quis cognoscat, ad quem illorum jurisdictio pertineat variæ sunt opiniones numer.* 14. 15. *&* 16. *sed veritas est, quòd est adeundus amborum superior, ut causam contentionis declaret, num.* 17. *fallit, si non subduntur eidem Principi, num.* 27.

18 *Superior qui est adeundus pro declarandis competentiis inter Judices sæculares inferiores ordinarios,*

rios, est Dominus Rex, & eo absente Dominus Locumtenens generalis, numer. 18. *& illis absentibus, Gerens Vices generalis Gubernatoris Viceregia procedens, num.* 19. *superior etiam est Regia Audientia à Domino Rege pro declarandis similibus competentiis jurisdictionum deputata, num.* 20.

21 *Princeps solus directò de concessionibus, & privilegiis ab eo elargitis cognoscit.*

22 *Causa prætextu interpretationis Regiorum privilegiorum potest evocari ad Regiam Audientiam.*

23 *Princeps solus interpretatur sua beneficia, & rescripta.*

24 *Princeps est adeundus, ubi legis intellectus non est consuetudine, vel alia lege declaratus.*

25 *Princeps est fons omnium jurisdictionum.*

26 *Princeps dicitur habere intentionem fundatam quo ad jurisdictionem activam in omnibus ditionibus, & Regnis suis.*

28 *Causa contentionis jurisdictionis vertens inter duos Regios Officiales evocatur in Cathalonia ad Regiam Audientiam num.* 28. *Fallit in causis Bajuliæ generalis Cathaloniæ, num.* 29. *Quid in Regno Valentiæ, nu.* 30. 31.

32 *Causa contentionis jurisdictionis vertens inter Capitaneum generalem guerræ, sive belli, & Vicarium, vel alium Officialem Regium ordinarium evocatur ad Regiam Audientiam, nu.* 32. *Idem est in regno Sardiniæ, num.* 33. *Fallit in regno Sardiniæ quando oritur competentia inter Capitaneum generalem, & Regium Procuratorem, num.* 34.

35 *Causæ evocantur in Cathalonia ad Regiam Audientiam in prima instantia contra Capitaneum guerræ nu.* 35. *& tenetur Capitania generalis hujusmodi inhibitionibus parere; aliàs potest Regia Audientia contra ejus Assessores, & alios ministros procedere nu.* 36.

37 *Jurisdictio Locumtenentis generalis Domini Regis est major quàm Capitanei generalis.*

38 *Appellatur à sententiis latis per Capitaneum generalem ad Locumtenentem generalem Domini Regis, & quid observetur in Cathalonia, & in Regno Valentiæ.*

39 *Jurisdictio Capitanei generalis major aliàs censetur, quàm Locumtenentis generalis quoad modum procedendi.*

40 *Prorex non potest condemnare aliquem de mandato sine solemnitatibus, terminis, & processu de jure necessariis.*

41 *Prorex suam potestatem habet subordinatam legibus, & constitutionibus Regni.*

42 *Prorex non potest procedere ex abrupto, juris ordine non servato.*

43 *Dominus Rex in Cathalonia non potest uti absoluta potestate, sed tenetur judicare per directum citatis, & auditis partibus.*

44 *Dominus Rex non potest in Cathalonia de mandato aliquem condemnare sine solemnitatibus, terminis, & processu de jure necessariis.*

45 *Capitaneus generalis in delictis militaribus in exercitu, & tempore belli commissis in quibus dilatio est periculosa, & requiritur prompta executio pœnæ, potest reum secundum suæ authoritatis modum castigare, num.* 45. *Id est, militaribus modis, velo levato, ex abrupto, & ad modum belli, sine solemnitatibus juris civilis, sine processu, sine terminis, & reo inaudito, num.* 46. *Exemplum est, in transfugis ad hostes in dormientibus, vel deserentibus excubias in illo qui existens in acie prior fugam fecerit, in conspirante in exercitum, seu secreta hostibus, vel inimicis nunciante nu.* 48. *Nec iste modus procedendi per Capitaneum generalem est contra constitutiones Cathaloniæ, imò est illis conformis, num.* 47.

49 *Capitaneus generalis in aliis delictis, quæ non ita promptam pœnæ executionem requirunt, non potest procedere rigorosè, sed delato audito, & dato competente arbitrario termino ad se defendendum.*

50 *Causa contentionis jurisdictionis inter consules logiæ maris, & Vicarium Barcinonæ, & alios Regios Officiales evocatur ad Regiam Audientiam.*

51 *Consules logiæ maris habent privilegium, ne illis inhibitio fieri possit, antequam petitio, sive demanda coram ipsis data fuerit.*

52 *Causa quoad articulum contentionis evocata ad Regiam Audientiam à Consulatu logiæ maris declaranda est intra dies octo, intellige num.* 51. *ver. Adverte. Interpellatio an requiratur trina ibidem.*

53 *Causa contentionis jurisdictionis inter Judicem capibreviationis, & Alcados Sicciæ, vel alios Regios Officiales evocatur ad Regiam Audientiam, & nu.* 53.

54 *Causa contentionis jurisdictionis inter Clavarium Civitatis Barcinonæ, & alium Officialem, sive Regium sive Baronis evocatur ad Regiam Audientiam.*

55 *Causa contentionis jurisdictionis inter Baronem & Officialem Reg. evocatur ad Reg. Aud. num.* 55. *amplia nu.* 56.

57 *Causa contentionis jurisdictionis inter duos Barones evocatur ad Regiam Audientiam.*

58 *Praxis refertur contentionis jurisdictionis inter Judices sæculares inferiores, & forma supplicationis, & litterarum.*

59 *Judex qui habet jurisdictionem, inhibere potest alteri Judici etiam pari, ne ad ulteriora procedat intel. num.* 60.

61 *Judex inhibitus parere tenetur Judici inhibenti, si inhibens in ea causa habet jurisdictionem.*

62 *Judex inhibitus si videt ipsum esse Judicem competentem, & in causa habere jurisdictionem tenetur supersedere in causæ cognitione, sed potest ad ulteriora procedere, & de praxi litterarum responsivarum nu.* 63.

64 *Praxis refertur evocationis causa quoad articulum contentionis jurisdictionis tantum, n.* 64. *& forma supplicationis, & litterarum, num.* 69.

65 *Causa contentionis jurisdictionis inter officiales inferiores, ut evocari valeat ad Regiam Audientiam, quæ sint observanda, ne declaretur contentionem non procedere.*

67 *Evocata causa contentionis jurisdictionis inter Judices sæculares inferiores ad Regiam Audientiam, partes respectivè inhibent processus suarum Curiarum, & deducunt quidquid eis videtur ad bonum exitum causæ.*

68 *Actorum, & processuum transportatio fieri debet ab illo, qui vult in causa procedere, & ejus expensis.*

69 *Evocans causam de consuetudine Cathaloniæ propriis expensis acta, & processus transportare tenetur, num.* 60. *& quid si retardet illos transportare num.* 70.

71 *Appellans transportare tenetur coram Judice appellationis omnia acta primæ instantiæ coram Judice à quo fabricata, nu.* 71. *& quid si retardet illa trasportare, num.* 72.

73 *Causa contentionum jurisdictionis inter Judices inferiores tractantur in Senatu Summariè, absque assignatione ad sententiam, & refertur forma schedulæ.*

74 *Causæ contentionum jurisdictionis inter Judices sæculares inferiores expediuntur per Senatum cum sola provisione, num.* 74. *& refertur forma provisionis, numer.* 75. *& forma conclusionis, num.* 76.

77 *Salarium quod solvitur Relatori pro facienda provisione in causis contentionis jurisdictionis inter Judices sæculares inferiores est tertia respectu quantitatis, cùm de contentione agitur.*

78 *Salarium regulatur in Cath. secundum quantitatem petitam.*

79 *Supplicari an possit à provisione facta in Regia Audien-*

Audientia in causa contentionis jurisdictionis inter Officiales inferiores, Affirmativa opinio, num. 79. & hæc servatur in Cathalonia, & Valentia, n. 81. negativa opinio, n. 80.

82 *Provisio, quæ fit in Regia Audientia in causa contentionis jurisdictionis inter officiales inferiores, non exequitur præstita cautione, si ab ea fuerit in forma supplicatum, & n. 87.*

83 *Supplicatio contrarii imperii regulariter impedit executionem cujuscumque provisionis, etiam alimentorum, n. 83. limita, si necessitas famis urgeat, num. 84.*

85 *Sententiæ, & provisiones Regiæ executioni demandantur præstita cautione, non obstante quòd ab eis sit supplicatum.*

86 *Sententiæ quibus declaratur super competentia, vel incompetentia jurisdictionis, habent vim deffinitivæ.*

88 *Contentione jurisdictionis pendente in Regia Audientia inter officiales inferiores, nihil potest per ipsos innovari.*

89 *Sententia confirmatoria provisionis factæ per Relatorem in causa contentionis jurisdictionis inter officiales inferiores refertur remissivè.*

DECISIO XXXVIII.

1 DIfficultas gravis est inter Doctores, an judex cuius jurisdictio negatur opposita coram eo exceptione declinatoria, possit examinare, & cognoscere, an sua sit jurisdictio, Judicemque competentem se declarare; tractat breviter Carolus de Graf. *excep. 18. num. 9.* latissimè post alios Sesse *de inhibit. cap. 5. §. 6. à numer. 54. usque ad finem.* In qua constituo regulam affirmati-
2 vam, quòd potest declarare se Judicem competentem, atque examinare, & cognoscere; an sua sit jurisdictio, *l. si qui ex aliena 3.* ubi communiter Doctores, præcipuè Petrus Barbosa *à numer. 111. ff. de judi. l. 2. §. sed si dubitetur ff. de judi. l. 2. §. sed si dubitetur ff. de judi. l. 2. ff. si quis jus vocat. non jerit, cap. cæterum, de judi. cap. super litteris,* ubi Panormit. *numer. 10.* latè Felin. *à num. 18.* Imola *ex num. 12.* Butrius, *ex num. 37.* Barbosa *num. 17. & 25. de rescrip.* Jason. *in lib. 2. à numer. 10. ff. si quis in jus vocat. non jerit,* Aviles *cap. 3. prætgl. Abogados sub num. 12.* Gratian. *regul. 123. numer. 1.* Afflict. *dec. 354. numer. 15.* Trentacinquius *var. l. 2. de judi. resol. 5. num. 8.* Gail. *l. 1. obser. 34. num. 1.* Scaccia *de jud. l. 1. cap. 101. à numen. 29.* Tuschus *pract. conclu. littera I. conclu. 414.* Cabedo *decis. 41. par. 1.* Decianus *tract. crim. l. 4. c. 18. num. 9. & lib. 5. cap. 23. numer. 9.* Rosental. *de feud. cap. 12. concl. 4. num. 20. ubi addit. littera I. N. & V.* Ponte *dec. 33.* Martha *de jurisdiction. par. 2. cap. 4. & par. 4. casu 129. num. 20.* Sesse *de inhib. cap. 5. §. 6. à num. 62.* Augustin. Barbosa *in l. unica num. 5. C. de quis in causa,* Valanzuela *cons. 52. à num. 53. l. 1. & cons. 200. à num. 55. libr. 2.* Fontanella *decis. 260. num. 9. & 10. par. 1.* Belluga *in specu. Princip. rub. 11. §. viso num. 3.* Regens Vines *in primo discursu ad favorem Capit. general. edito anno 1638. §. 4. versic. El punto, fol. 16.* Fermosin. *in rub. quæst. 1. num. 4. & in c. si Clericus quæst. 20. num. 1. & in cap. proposuisti quæst. 26 num. 1. de foro compet.* Carrasco *ad leg. recop. cap. 9. nu. 293.* Don Didacus Frances Urrutigoyti *in pastor. regul. par. 1. quæst. 3. à num. 11.* Carleval. *de judi. lib. 1. tit. 1. disp. 9. & l. 1. tit. 2. disp. 5. num. 10.* Salzedo *l. 68. nu. 49. tit. 1. l. 3. recop. fol. 154.* plures alios Xammar *de off.*
3 *jud. part. 1. quæst. 15. num. 24. & 25.* Sive sit Judex ordinarius, *ut probant jura supra allegata,* Afflict. *decis. 354. nu. 25. & alii proximè relati.* Sive etiam delegatus, *c. Pastor.* ubi Barb. *n. 2. cap. super litter. de rescrip. præscriptione l. C. si contra jus, vel pub. utilit.* & docent Doctores supra laudati Felin. *num. 18.* Jason. *num. 6. & 17. in fine,* Aviles *sub n. 12.* Gail. *n. 3.* Valenzuela *num. 53.* Xamm. *n. 24.* Sesse *n. 52.* Fermos. *in c. proposuisti, q. 26. n. 2. de foro comp.* Non solùm quando partes ipsæ inter
4 se contendunt de jurisdictione Judicis, *ut dicit glo. in c. statutum verbo copia de rescrip. in 6.* Verùm etiam si contentio sit inter Judicem, & partem, cognoscit ipse Judex, an sua sit jurisdictio, ut benè probat Sesse *de inhib. c. 5. §. 6. nu. 64. versic. Et superiora, & num. 65.* quidquid dicat Valenzuela *cons. 200. num. 55. & 56. lib. 2.* Etiam si sentiret commodum sportularum, & expensa- 5
rum litis, Jason. *in l. 2. num. 17. ff. si quis in jus vocat. non jerit,* Aviles *c. 3. prætor. gloss. Abogados sub num. 12.* Sesse *de inhibit. c. 5. §. 6. à num. 75.* Xammar. *de off. jud. part. 1. quæst. 14. num. 29.* Adeò ut si ipse Judex pronuntiat se incompetentem, potest agentem in expensis condemna- 6
re, ut post alios tradunt Gail. *lib. 1. observat. 34. num. 4. & 5.* Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 20. nu. 3. & de juramento confir. part. 3. c. 5. à num. 21.* Xammar. *de off. jud. parte 14. num. 26.*

Verùm prædicta regula plures patitur limitationes, 7
quas prosequuntur Doctores *nu. 2. citati,* Felin. *à num. 21.* Jason. *à nu. 20.* Gratian. *à num. 2.* Valenzuela *à num. 54.* Sesse *à num. 66.* Tuschus *à num. 20.* Afflict. *num. 16.* remissivè aliis citatis Trentaciñquius *numer. 8.* Carleval. *num. 12.* Regens Viñes *versic. El punto,* Fermosin. *in c. si Clericus qu. 20. numer. 2. & in c. proposuisti quæst. 26. à num. 10.*

Inter quas ea præcipua est, quæ nostro discursui ap- 8
plicatur, ut dicta regula procedat, quando controversia est inter ipsas partes vel inter ipsum Judicem, & partem; at verò quando controversia, seu contentio de jurisdictione est inter duos Judices, quia unusquisque dicit eam ad se pertinere, quo casu ipse Judex non cognoscit, an sua sit jurisdictio: & tunc si sunt ordinarii, cognoscit amborum superior, si sunt delegati, cognoscit delegans amborum, vel ipsi ambo, aut à partibus eligendi sunt Arbitri, ita Angel. *in l. 2. num. 7.* Jason. *num. 27. ff. si quis in jus vocat. non jerit.* Felin. *in c. super litteris numer. 35. de rescriptis,* Tuschus *pract. concl. littera l. concl. 414. num. 25.* Valenzuela *consil. 200. num. 57. l. 1.* Xammar. *de off. part. 1. qu. 14. d. 25. in fine,* Portoles *foro 1. à num. 3. de compet. jurisdict.* Cancer. *part. 3. var. c. 10. à num. 1.* Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. c. 7. §. 5. à nu. 9. & alii citandi num. 10. 11. 12. 13. & à num. 14.*

Pro perfecta verò intelligentia hujus limitationis distinguendi sunt tres casus.

Primus est, quando duo Judices sæculares inferiores 9
ordinarius scilicet, & delegatus super jurisdictione contendunt, quo casu delegatus uti major cognoscit, an sua sit jurisdictio, nec ne ut docent Portoles *foro 1. num. 8. de comp. jurisd.* Cancer. *part. 3. var. c. 10. num. 88.* alios plures laudavi *dec. 34. nu. 1.*

Secundus casus est, quando duo Judices sæculares in- 10
feriores delegati super jurisdictione contendunt & quilibet eorum Judicem competentem esse prætendit, quo casu variæ sunt scribentium opiniones. Quidam existimant ipsos ambos Judices posse cognoscere cujus eorum sit jurisdictio, ut post Alexand. tradit Tuschus *pract. concl. littera l. concl. 414. num. 25. in fine,* Carrasco *ad leg. recop. c. 9. num. 292.* Alii cognitionem tribuunt Arbitris à partibus eligendis, ut
ex Alexandro tradit idem Tuschus *loco proximè citato,* 11
Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. specie 1. nu. 141. & 156.* Veritas tamen est quòd ipsi Judices delega- 12
ti Arbitros juris eligere tenentur, qui hujusmodi contentionem dirimant, *c. Pastoralis §. sancimus verbo copia de rescriptis, facit gloss. in c. statutum, §. sancimus verbo copia de rescrip. in 6. & in l. inter convenientes cum gloss. ff. ad municipal.* Jason. *in l. 2. num. 27.* ubi Angel. *num. 7. versic. Sexto fallit ff. si quis in jus vocat. non jerit.* plures refert Portoles *foro 1. num. 6. & 7. de compet. juris.* Sesse *de inhib. c. 9. §. 1. num. 24.* Ramirez *de leg. Regia §. 2. num. 5.* Valenzuela *cons. 200. num. 55. l. 2.* & alii relati
dec. 33. nu. 1. Vel cognoscit delegans amborum superior, 13
cujus sit jurisdictio, ut post Angel. & Felinum docet Valenzuela *cons. 200. num. 57. lib. 2.* & dixi *dec. 33. num. 2.* & rationem tradidi *num. 3.*

Tertius casus est, quando Judices sæculares infe- 14
riores ordinarii de jurisdictione contendunt, & quilibet eorum jurisdictionem, & causæ cognitionem ad se pertinere prætendit, & alter alterum inhibet, ne in causa procedat, quo in casu variæ etiam sunt scribentium opiniones. Quidam existimant utrumque 15
Judicem posse cognoscere cujus eorum sit jurisdictio, *per gloss. in l. in offerendis verbo decernendum,*

C. de appellat. Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 12.
16 *num.* 5. Alii cognitionem Judicii digniorem tribuunt, ex Jaſone *in l.* 2. *numer.* 19. *ff. ſi quis in jus vocat. non jerit*, Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 12. *numer.* 7. & explicat idem Tondutus *num.* 8. ex Rota *deciſ.* 29. *nu.*
17 5. *part.* 4. *recent.* Alii dicunt recurrendum eſſe ad electionem Arbitrorum, Tondut. *de præven. jud. part.* 1. *cap.* 12. *numer.* 7. Pareja & Diana citati *dec.* 32. *num.* 2. Veritas tamen eſt, quòd non ipſimet Judices contendentes ex quo in juriſdictione pares ſunt, ſed adeundus eſt amborum ſuperior, ut prædictam cauſam competentiæ juriſdictionis declaret, & finiat *l. de jure, ff. ad municipal.* ita docent Angel. *in lib.* 2. *numer.* 7. Caſtren. *numer.* 8. Jaſon. *numer.* 27. Socin. *numer.* 31. *ff. ſi quis in jus vocatus non jerit*, Butrius *in cap. cæterum, numer.* 9. *de jud. & in cap. verum, num.* 7. Panormit. *numer.* 15. *de foro comp.* Imola *in cap. Paſtor. num.* 4. Felinus *nu.* 4. *de reſcript.* idem Felinus *in cap. ſuper litteris, num.* 35. *de res* Aufrer. *in tract. de rec. nu.* 44. *verſic. Quod ſi duo ordinarii*, quos citat Portoles *foro* 1. *num.* 3. *de comp. juris.* quem ſolum refert Don Didacus Frances Urrutigoyti, *in Paſtor. regul. par.* 1. *clauſ.* 10. *num.* 5. quibus addendi ſunt Tuſchus *pract. concluſ. littera I. concl.* 414 *nu.* 25. Velenzuela *conſ.* 200. *nu.* 57. *lib.* 2. Ferrer. *par.* 3. *obſer. cap.* 117. *& cap.* 166. *cum ſeq.* Azevedo *l.* 4. *nu.* 10. *&* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. & l.* 1. *nu.* 86. *tit.* 16. *lib.* 7. *recop.* Carraſco *ad leg. recop. c.* 9. *n.* 292 Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 21. *num.* 20. Riccius *collect.* 1968. Fermoſin. *in rub. q.* 1. *num.* 3. *de foro comp. & poſt tit. de foro compet. alleg.* 1. *pro Tribun. Sacti Officii art.* 11. *nu.* 21. Xammar. *de off. jud. par.* 1. *q.* 7. *n.* 27. *& quæſt.* 14. *num.* 25. *in fine*, Cutellus *dec.* 20. *num.* 99. Cancer. *par.* 3. *var.* 10. *à nu.* 1. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. *& par.* 2. *cap.* 31. *num.* 3. *& cap.* 38. *num.* 7. *& cap.* 57. *n.* 4. Boſſius *tit. de foro compet. nu.* 104. Rota. *dec.* 19. *nu.* 2. *par.* 4. *recent. & dec.* 289. *num.* 15. *par.* 6. *recent.* Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 4. *capit.* 3. *num.* 1. *&* 4. Petrus à Silva *in Prætor. compet. nnm.* 3. *& ſeq.* quem refert Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 18. *& in politica lib.* 5. *verſ. Teſſo, fol.* 790. *& lib.* 6. *cap.* 14. *verſic. Los que fol.* 1014. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1 *claſ.* 4. *gloſſ.* 12. *ſub nu.* 148. Regens Vines *in primo diſcurſu edito anno* 1638. *ad favorem Capit. general.* §. 4. *verſic. Eſtas teoricas, fol.* 18. Salgado *in labyrint. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. Ripoll. *de regal. c.* 25. *à num.* 42. Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *ſub n.* 2. *&* §. 5. *n.* 29. vide tradita *dec.* 32. *n.* 3.
18 Superior enim, qui adeundus eſt pro decidendis competentiis, quæ oriuntur inter Judices ſæculares inferiores ordinarios, eſt Dominus Rex, & eo abſente Dominus Locumtenens generalis, Ferrer. *par.* 3. *obſerv. cap.* 117. *&* 166. *num. ſeq.* Portoles. *foro* 1. *num.* 3. *de compet. juriſd.* Boffius *de foro compet. num.* 104. Regens Vines *ubi proximè citatus*, Valenzuela *conſ.* 200. *numer.* 31. *verſ. Ideo, & num.* 58. *in fine*, Regens Vico *ad prag.*
19 *Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 3. *num.* 1. *in fine, & num.* 4. Et illis abſentibus Gerens Vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ procedens Viceregia, Ferrer. *par.* 1. *obſer. Gubern. cap.* 65. *& par.* 3. *obſer. Reg. Aud. c.* 167. *verſic.*
20 *Quarto*. Seu ſuperior hoc in caſu eſt Regia Audientia à Domino Rege pro declarandis ſimilibus competentiis juriſdictionum deputata, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 18. Fontanella *de pact. nupt. to.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *ſub num.* 148. Catraſco *ad leg. recop. c.* 9. *n.* 292. *in fine*. Martheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſub num.* 2. *&* §. 5. *n.* 29. Quæ in omnibus, quæ juſtitiæ adminiſtrationem concernunt, Principem repræſentat, ut ex Solorzano, Ramon, Larrea, & Gail. *tradidi dec.* 37. *num.* 4.
21 Ratio prædictorum eſt, tum quia ſolus Princeps directè de conceſſionibus, & privilegiis ab eo elargitis cognoſcit, licèt incidenter, & indirectè per modum cauſæ poſſit cognoſcere inferior, *c. cum veniſſent, de jud. l. ex facto, ff. de vulgari, l fin. de conſtit. Princip. cum tempore de arbitris, c.* 1. *&* 2. *de confir. util. vel inutili*, Calicius *in Margar. Fiſci dub.* 8. *prærog.* 74. Ferrer. *par.* 3. *obſerv. c.* 166. *verſic. Primo*, Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 3. *n.* 2. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 3. *à n.* 145. Gail. *lib.* 1. *obſer.* 1. *num.* 7. *&* 13. Garcia *de Nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *num.* 1. latè Regens Leon *dec.* 147. *à num.* 12. *lib.* 2. Maſtrill. *de mag. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 168. Gonzalez, *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 52. *num.* 35. Gabriel. *com. concl.* 6 *de regul. jur. concluſ.* 8. *à num.* 7. Ripoll. in addit ad Peguer. *in pract. civil. rub.* 4. *à n.* 97. *& de regal. c.* 41. *à n.* 26. Caſtillo *de tertiis c.* 41. *n.* 192. latè Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæſt.* 7. *à num.* 31. Regens Vines *in primo diſcurſu edito anno* 1638. *ad favorem Capit. general.* §. 4. *verſ. Eſtas dos, fol.* 17. *pag.* 2. videndus Fermoſinus *in c. cum veniſſent, q.* 1. *&* 2. ubi Barboſa *n.* 2. *de judiciis*, Urrutigoyti *in Paſtor. regul. par.* 1. *q.* 3. 22
n. 20. *&* 34. Caſtillo *de tertiis c.* 12. *n.* 14. Et quando incidenter coram inferiore agitur de interpretatione Regii privilegii poteſt eo prætextu evocari cauſa ad Regiam Audientiam Ferrer. *par.* 1. *obſer. c.* 23. *&* 24. Peguera *in pract. civil. rub.* 4. *nu.* 12. *&* 20. ubi Ripoll. *nu.* 98. idem Ripoll. *de regal. cap.* 25. *n.* 31. Cancer. *par.* 3. *var. c.* 3. *nu.* 128. Regens Leon *dec.* 147. *num.* 17. *lib.* 2. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *q.* 10. *c.* 75. *& de privileg.* 23
Barcin. §. 14. *nu.* 13. Tum etiam quia ſolus Princeps interpretatur ſua beneficia, & reſcripta *l. Neratius, ff. de re jud.* Calicius *in Margar. Fiſci dub.* 8. *prærog.* 174. Michael Ferrer. *par. obſer. c.* 24. *&* *par.* 3. *c.* 166. *verſ. Secundo*, Peguera *in pract. civil. rub.* 4. *n.* 12. *in fine, & n.* 20. Ripoll. *de regal. c.* 25. *n.* 32. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 25. Tum quia ubi legis intel- 24
lectus non eſt conſuetudine, vel alia lege declaratus, Princeps eſt adeundus, *l.* 1. *cum de novo, l. fi. verſic. Si enim, C. de legib.* Ferrer. *par. obſer. c.* 166. *verſic. Tertio*, Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 3. *num.* 3. Morla *in empor. jur. par.* 1. *tit.* 1. *de legib. q.* 11. *num.* 21. Fachineus *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 3. *verſ. Tertia eſt concluſio*, Xammar. *de off. jud. par.* 1. *queſt.* 7. *à* 25
num. 28. Tum & denique, quia Princeps eſt fons omnium juriſdictionum, & ab eo fluunt, & ad eum refluunt ſicut flumina ad mare, Bald. *in c.* 1. *num.* 2. *de allodiis in uſib. feudor* plures Portoles § *juriſdictio num.* 3. alios citat Ramirez *de lege Reg.* 3. 24. *num.* 1. Menochius *lib.* 2. *præſumpt.* 14. *num.* 4. Azevedo *l.* 1. *num.* 7. *&* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 1. *proœm. à num.* 9. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 393. *à numer.* 20. Giurba *conſ.* 52. *numer.* 24. *&* *conſ.* 59. *numer.* 3. Covar. *pract. cap.* 1. *nu.* 2. *&* 9. Aviles *c.* 1. *Prætor. gloſſ.* 1. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 76. *in fine*, Salgado *de ſupplicat. ad ſanctiſſ. par.* 2. *cap.* 33. *num.* 31. Caſtillo *de tertiis cap.* 4. *num.* 10. Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 1. *num.* 4. Calicius *in Margarita Fiſci dub.* 8. *prærog.* 213. Ferrer. *par.* 1. *obſerv. cap.* 2. Peguera *deciſ.* 36. *numer.* 1. Ramon. *conſ.* 24. *numero* 53. Regens Vines *in primo diſcurſu edito anno* 1638. §. 4. *verſic. Eſtas territas, & verſ. Eſtas dos, fol.* 18. *& in ſecundo diſcurſu edito anno* 1639. *puncto* 5. *verſic. En quanto fol.* 75. Carraſcus *tractat.* 1. *de caſib. cur. num.* 30. Et ſic dicitur ha- 26
bere intentionem fundatam quoad juriſdictionem activam in omnibus ditionibus, & Regnis ſuis, Covar. *practicar cap.* 1. *numer. Primo* Boer. *deciſ.* 8. Portoles §. *juriſdictio, num.* 1. Peregrin *de jure Fiſci lib.* 1. *titul.* 1. *num.* 10. *&* 11. Cabedo *deciſ.* 9. 10. *&* 11. *part.* 2. Oliba *de jure Fiſci cap.* 10. *num.* 2. Peguera *deciſ.* 36. *num.* 2. *&* 3. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 3. *c. à num.* 1. *ad* 8. Ramirez *de lege Regia* §. 24. *num.* 24. Valenzuela *conſ.* 84. *num.* 5. Cevallos *com. cont. tom.* 4. *quæſt.* 397. *à nu.* 373. Caſanate *conſ* 47. *nu.* 1. *&* 2. Cancer. *p.* 2. *v. res. c.* 2. *n.* 115. *&* 326. Seſſe *de inh. c.* 5. §. 10. *n.* 60. *&* *c.* 30. *num.* 207. *&* *dec.* 187. *n.* 71. Ramon. *conſ.* 24. *ſub n.* 53. Suel. *conſ.* 42. *nu.* 3. *libro* 2. plures alios citat Pareja *de inſtru. edit. tom.* 1. *titul.* 2. *reſol.* 1. *num.* 3.

Hęc autem ſententia quòd Princeps eſt adeundus, quã- 27
do duo Judices ſæculares inferiores ordinarii de juriſdictione contendunt, intelligenda eſt, ut procedat, quando hujuſmodi Judices ordinarii ſub eadem Provincia degunt & ſub eodem Principe militant, nam tunc ad dirimendam prædictam contentionem juriſdictionis Judex ſuperior amborum judicum ordinarium adiri debet, ut notat poſt alios Tond. *de præven. jud. par.* 2. *c.* 31. *n.* 3. *& c.* 18. *n.* 7. *& c.* 57. *n.* 4. At verò ubi ipſi Judices ordinarii non ſubduntur eidem Principi, ſed in diverſis Regnis morantur, ſeu ſunt diverſis Principibus ſubjecti, variæ ſunt opiniones de quibus Boſ. *tit. de foro comp. n.* 104. *in fine* Tondutus

de

de præven. jud. par. 2. cap. 31. à num. 4. Veritas tamen est, quòd eligendi sunt Arbitri juris per ipsosmet judices ordinarios contendentes, qui hanc competentiæ jurisdictionis controversiam sopire debent, ut sentit glo. & apertius Bartol. *in l. de jure ff. ad municipal.* Idem sentit Butrius *in cap. sane num. 9. de foro compet. jurisd.* Don Didacus Frances Urrutigoyti *in Pastor. regul. par. 1. claus. 10. n. 5. vide tradita dec. 32. n. 4.*

28 Ex quibus omnibus sequitur, quòd causa contentionis jurisdictionis vertens inter duos Officiales Regios, quæ antea declarabatur in Cathalonia per Advocatum Fiscalem, Ferrer. *par. 3. observ. cap. 269.* hodie evocatur ad Regiam Audientiam Ferrer. *part. 1. obser. capit. 40. & part. 3. cap. 166. cum seq.* Peguera *in prac. civil. rub. 4. numer. 20. versic. ampliatur quarto* ubi Ripoll. *numer. 103.* idem Ripoll. *de regal. cap. 25. numer. 42.* Fermosin. *in rub. de foro compet. quæst. 1. num. 3.* Cancer. *p. 3. var. cap. 10. à numer. 1.* Fontanella *de pact. nup. tom. 1. clau. 3. gloss. 2. num. 56. & latè clau. 4. gloss. 11. à numer. 147.* & fuit practicatum in illa causa Magistri Rationalis, cum Curia Vicarii Barcinonæ *relata dec. 37. numer. 25. in fine, & pluribus aliis.* Fallit in causis

29 Bajuliæ generalis Cathaloniæ, quæ nec quoad articulum contentionis jurisdictionis inter duos Regios Officiales quicumque illi sint, evocari possunt ad Regiam Audientiam, sed tenetur talis Officialis Regius in eadem Bajulia generali comparere, & in ea de jure suo deducere, & allegare, & in Bajulia generali declaratur, cujus sit jurisdictio, *ex Reg. prag. Serenissimi Domini Regis Philippi III. Data en el Pardo 5. Novembris 1617 & ex Reg. prag. Serenissimi Domini nostri Regis nunc feliciter Regnantis, Data Matriti 11. Julii 1630.* latè probat Ripoll. *de regal cap. 25. à num. 43. ad 60.* Bosch. *dels titols de honor lib. 2. cap. 36. §. 30. versic. tores les causes* & dixi *decis. 10. num. 154.*

30 At in Regno Valentiæ, si de jurisdictione contendatur inter Officiales Regios inferiores non evocatur causa ad Regiam Audientiam, sed Advocatus Fiscalis de ea cognoscit, & judicat, *ex foro 111. cum seq. de jurisdict. omni jud.* Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. cap. §. 1. sub numero 2. & numer. 6.* Etiam si de contentione

31 tione jurisdictionis disceptetur cum Bajulo Generali, ut latè probat, & plura exemplaria laudat Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 2. capit. 7. §. 5. à nu. 9. ad nu. 21.*

32 Causa contentionis jurisdictionis inter Capitaneum generalem guerræ, sive belli, & Vicarium, vel alium Regium Officialem ordinarium declarari & terminari debet per dominum Regem, vel ejus Locum tenentem generalem, & sic evocari solet ad Regiam Audientiam pro ut ita observari in Cathalonia, exemplare refert Ferrer. *part. 1. obser. cap. 40. versic. De contentione & part. 3. cap. 116. versic. In facto contentionis, & capit. 117. & 170.* Bosch. *dels tit. de hon. lib. 3. cap. 9. versic. En casos*, Cancer. *part. 3. var. cap. 10. numer. 4.* Ripoll. ad Peguer. *in pract. civil. rub. 4. numer. 102.* Et in

33 Regno Sardiniæ adest Regia pragmatica apud Regentem Vico *lib. 1. tit. 4. cap. 3. ubi gloss. à numer.* Fallit in

34 Regno Sardiniæ, quando oritur competentia inter Capitaneum generalem, & Regium Procuratorem quo casu tam Prorex uti Capitaneus generalis cum Regente Cancellariam, ex una, quàm Regius Procurator per suum Tribunal ex alia processum facere debent, & facta inter eos collatione & communicatione, si amicabiliter convenire, & concordare nequeant, ad quem scilicet jurisdictio, & cognitio pertineat, per transmissionem actorum utriusque partis consultatio cum Domino Rege iniri debet, Dexar. *ad cap. Reg. Sard. cap. 1. nu. 12. de Reg. Proc.* juxta Reg. Epist. quam idem Dexar. *fol. 559.*

35 Contra Capitaneum guerræ etiam evocantur causæ in Cathalonia ad Regiam Audientiam in prima instantia, eo quòd ordinarii contra eum non sunt potentes, Ferrer. *par. 1. obser. cap. 50.* Ripoll. *de regal. cap. 25. nu. 34. & in addit. ad. Pegueram in pract. civil. rub. 4. num. 96.* vel quia agitur de viribus, & interpretatione Regiorum privilegiorum, *juxta tradita numero 22* Tene-

36 turque Curia Capitaniæ generalis hujusmodi inhibitionibus Regiæ Audientiæ obtemperare, & aliàs potest Regia Audientia procedere contra quoscumque ministros, etiam Assessores Capitaniæ generalis exequendo in eos quascumque pœnas, non solùm pecuniarias, sed etiam corporales, ut disponit Regia Epistola Serenissimi Domini Regis Philippi Tertii in facto Capitaniæ generalis contra Gasparem Oriol Civitatis Dertuzæ, *Data in S. Laurentio, 4. Augusti 1618.* quæ junctis tribus Aulis 5. *Novembris 1618.* fuit mandata exequi juxta illius seriem, & tenorem, *& eam invenies in libro conclusionum civilium dicti anni 1618.* & fuit ad mei relationem observatum anno 1654. habito prius colloquio cum omnibus Doctoribus trium Aularum contra Notarium Capitaniæ generalis, qui post evocationem causæ vertentis in Tribunali Capitaniæ generalis contra Josephum Piñana mercatorem Civem Barcinonæ nolebat tradere processum hujusmodi causæ, fuit enim captus, & in Regiis carceribus detentus per aliquos dies, quousque mandatis Regiæ Audientiæ obtemperavit processumque tradidit.

Ex his colligo majorem, & potiorem esse pote- 37
statem, & jurisdictionem Domini Locum tenentis generalis suæ Majestatis, quàm Capitanei generalis, Dexart. *ad cap. Reg. Sardin. in reb. de officio Proregis numero 9.* graviter Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 4. cap. 3. numero 1.* Et propterea, quia à sententiis latis per Proregem uti Ca- 38
pitaneum generalem datur appellatio ad eumdem Proregem uti Locumtenentem generalem, & Regiam Audientiam, Mastrill. *lib. 5. de magist. cap. 6. num. 209.* Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib. 1. tit. 4. cap. 4. num. 27.* & ita sæpè sæpiùs in Regno Sardiniæ practicatum vidisse testatur Dexart. *in rubrica de officio Proregis, num. 9.* & ita observabatut antea in Cathalonia, exemplaria refert Ferrer. *par. 3. obser. cap. 42.* Ripoll. *var. cap. 1. num. 562.* Oliba *de jure Fisci cap. 4. num. 63. & 64.* Bosch. *dels titols de honor lib. 3. cap. 8. vers. En casos.* Sed hodie causa committitur per Proregem uti Capitaneum generalem duobus Doctoribus Regiæ Audientiæ, *juxta cap. Curiæ 44. anni 1590.* & hoc si causa est Capitaniæ generalis Cathaloniæ, nam si causa est gentis bellicæ, & declaratur per Auditores exercitus appellatur ad Concilium Supremum belli. In Regno verò Valentiæ appellatur ad Supremum Aragonum Concilium, *forus 25. anni 1604.* Mattheu *de Regimine Regni Valentiæ tomo primo capite secundo §. secundo sectione prima numero quinquagesimo octavo in fine* Peguera *in practica civili rub. 27. num. 5.* ubi Ripoll. *à num. 76.*

At quamvis hoc verum sit, in eo autem quod attinet ad modum procedendi in casibus executivis belli, major est potestas, & jurisdictio Capitanei gener. quàm Locumten. gener. Doñi Reg. Dexa. *in rub. de off. Proreg. numero 10.*

Siquidem licèt Prorex non possit condemnare ali- 40
quem de mandato, id est sine solemnitatibus, terminis, & processu de jure necessariis, Italia *de immu. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 7. num. 42.* Mastrill. *de magistrat. lib. 5. cap. 6. sub nu. 87.* Diana *resol. moral. par. 3. tract. 5. Miscel. resol. 98. & in summa verbo Princeps numer. 16.* Cum ejus ampliss imam potestatem, & jurisdictionem habet subordinatam legibus Regni, Oliba *de jure fisci ca.* 41
4. num. 61. Fontanella *decis. 3. numer. 25. & 26. part. 1.* Berart. *in specu. visit. cap. 9. num. 20.* Mastrill. *libr. 5. de magistra. cap. 6. num. 37.* Bobad. *in polit. lib. 1. cap. 2. n. 5.* Cancer. *par. 3. var. cap. 3. nu. 340.* Solorzanus *de jure indiarum tom. 2. lib. 4. cap. 10. num. 39.* Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 1. num. 57.* Nec possit procedere ex abrupto, & juris ordine conservato, Ma- 42
strill. *de magist. lib. 5. cap. 6. n. 37. & 78.* Berart. *in specu. visit. cap. 9. num. 21.* Osascus *dec. 79. à num. 44.* Giurba *consilio 1. n. 35.* Solorzano *de jure indiar. t. 2. lib. 4. c. 10. & n. 43.* Mattheu *de Reg. Valen. t. 1. c. 2. §. 1. sub n. 57.* Maximè in Cathalonia ubi Dominus Rex salva ejus Regia clementia non potest uti potestate absoluta, sed te- 43
netur procedere, & judicare per directum citatis, & auditis partibus, *usat alium namque, de jure Fisci*, notant practici *in usat. quoniam per iniquum de guatges*, Calicius *in margarita Fisci dub. 8. prærog. 182. & in prærog. militari nu. 35. & 36.* Mieres *in Curia Perpiniani*

Reg. Petri 3. *part.* 1. *col.* 6. *de condemnatione in criminalibus numero* 5. Bosch. *dels titols de honor. libr.* 5. *cap.* 28. *versic. Ni condemnar. à mort*, Oliba *de jure Fisci cap.* 3. *à n.* 25. Cancer. *par.* 3. *c.* 3. *n.* 44. Ramon. *cos.* 37. *num.* 233. Berart. *in spec. visit. cap.* 9. *num.* 22. *& cap.* 12. *num.* 41. Font. *de pac. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 19. *par.* 1. *num.* 72. *& tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *par.* 10. *num.* 37. *& dec.* 221. *num.* 18. *& dec.* 268. *num.* 9. *par.* 1. & ex Aragonensibus idem dicunt Portoles §. *juris. num.* 16. Sesse *de inhib. cap.* 1. §. 5. *num.* 80. Ramirez *de lege Regia* §. 25. *num.* 9. Suelves *cons.* 16. *num.* 1. *& cons.* 42. *num.* 2. *tom.* 2. *& cons.* 40. *nu.* 20. *tom.* 3. Adeò ut nec possit Dominus Rex ex abrupto, & de plenitudine potest de mandato aliquem condemnare sine solemnitatibus, terminis, & processu de jure necessariis; *l. si vindicari, C. de pœnis Clement. Pastoralis, de re judicata*, Clar. §. *fin. q.* 39. *num.* 13. *&* 14. ubi Bajard. *à nu.* 53. Caballus *in tra. de omni genere homicid. à num.* 421. Afflict. *decis.* 391. Gail. *de pace publica lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 8. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 1. *à numer.* 1. Rota Avenionen. *decis.* 15. Farinac. *in praxi part.* 1. *quæst.* 39. *à num.* 18. *& cons.* 4. *num.* 12. Mastril. *de magist. lib.* 3. *cap.* 4. *à. n.* 25. Berat. *in specu. visit. cap.* 17. *nu.* 84. Giurba *cons.* 39. *num.* 44. Barbosa *in cap.* 1. *num.* 7. *de causa posse. & propter.* Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 5. Miscel. *resol.* 98. *& in summa verbo Princeps*, *num.* 26. Tamen Capitaneus militaribus in exercitu, & in tempore belli commissis in quibus dilatio est periculosa, & requiritur prompta executio pœnæ, ne propter tarditatem punitionis delicti inde deterius sequatur, potest reum secundùm suæ authoritatis modum castigare, *l. officium Regentis* §. *officium Tribunorum, ff. de re milit.* Gail. *de pace publica lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 25. Ajala *de jure belli lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Cabal. *resol. crim. casu* 294. *num.* 268. Farinac. *cons.* 4. *num.* 10. *&* 17. *in fine*, *& in prax. part.* 1. *quæst.* 4. *num.* 4. *ampli.* 4. Amaja *in l.* 2. *num.* 34. *C. si servus aut liberus*. Idem est militaribus modis, velo levato, ex abrupto, & ad modum belli, sine solemnitatibus juris civilis, sine processu, sine terminis: & reo inaudito, ut dici *gloss. in dicta l. officium Regentis* §. *officium Tribunorum ff. de re milit* & explicant Ponte *de potest. Proreg. tit.* 1. §. 3. *num.* 1. Mastrill. *de magist. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 13. Dexart. *in rubr. de off. Proreg. num.* 10. Farinac. *cons.* 4. *num.* 21. *&* 22. *lib.* 1. Michael. Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 115. *versic. Nec supersest*, *cum seq.* Bosch. *dels titols de honor. lib.* 3. *cap.* 10. *versi. Guardar.* Baro de Auchi. *in arte militari regula* 12. *versic. El Preboste fol.* 160. Nec iste modus procedendi per Capitaneum generalem contrariatur constitutionibus Cathaloniæ, imò est illis conformis, ut latè probat Michael Ferrer. *part.* 3. *obser. ca.* 115. *versi. Nec est verum*, *cum seq.* Exemplum est in transfugis ad hostes, Baro de Auchi *de arte militari regula* 12. *versic. El Preboste*, *fol.* 160. in dormientibus re vel descendentibus excubias, Farin. *cons.* 4. *sub. nu.* 21. *lib.* 1. in illo qui existens in acie prior fugam fecerit, in conspirante in exercitum, seu secreta hostibus, seu inimicis nunciante, Don Francisc. Melo *aviso* 30. *&* 48. vel similia committentibus de quibus Michael Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 115. *versic. Nunc supersest*, *& versic. His premissis in fine*. In aliis tamen delictis, quæ non ita requirunt promptam pœnæ executionem, ut est in delictis, quæ extra aciem committuntur durante bello, vel in delictis, quæ committuntur tempore pacis, non potest Capitaneus generalis procedere executivè, & rigorosè, sed audito delato, & dato competente arbitrio termino ad se defendendum, ita Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 115. *versic. His præmissis*, Bosch. *dels titols de honor. lib.* 3. *cap.* 10. *versic. Guardar.* & probat textus qui sic debet intelligi *in l.* §. *ad diem, ff. de re milit.* Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 6. *sub num.* 2. Farinac. *in prax. part.* 1. *q.* 39. *sub num.* 1.

Causa contentionis jurisdictionis (ut ad institutum redeam) inter Consules logiæ maris, & Vicarium Barcinonæ, & alios Regios Officiales ratione litterarum cambii, & rerum mercantilium antea declarabantur in Cathalonia per Advocatum Fiscalem, Ferrer. *loco allegando c.ap.* 169. *post medium*, sed hodie evocatur ad Regiam Audientiam Ferrer. *part.* 1. *obser. Guber. cap.* 40. *& part.* 1. *obser. Reg. Aud. c.* 40. *& par.* 3. *c.* 169. Cancer *par.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 2. Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub.* 4. *n.* 100. Regens Vines *in* 1. *disc. edito anno* 1638. *ad favorem Capitan. generalis*, §. 4. *versi. Estas dos razones, fol.* 18. *pag.* 2. Fermosin. *in rub. de foro comp. qu.* 1. *num.* 3. Sorolzano. *in polit. libr.* 6. *cap.* 14. *versic. Los que, fol.* 1014. solet tamen Regia Audientia, si causa est mercantilis, declarare contentionem in favorem Consulum logiæ maris, ut in casibus relatis per Bosch. *dels titols de honor. lib.* 4. *ca.* 24. §. 2. *versic. Tenen. fol.* 456. *& versic Lo Roy*, *fol.* 457. cujuscumque conditionis, & præeminentiæ siti gantes sint, Bosch. *dels titols de honor. lib.* 4. *c.* 14. §. 2. *vers. jurisdict. fol.* 458.

Circa hujusmodi evocationem contentionis jurisdictionis inter Consules logiæ maris, & alios Regios officiales adverte, Curiam Consulum logiæ maris habere privilegium, ne illis inhibitio fieri possit, antequam petitio, sive demanda coram ipsis Consulibus data fuerit, aliàs si causa contentionis iurisdictionis evocetur à Consulatu ante petitionem, seu demandam in eo factam solet Senatus illam restituere Consulibus, juxta privilegium Domini Regis Alphonsi, *datum in fœlicibus Castris apud Masonem Rosarum* 20. *Augusti* 1453. ita decisum, & in gradu supplicationis confirmatum testatur Ferrer. *par.* 1. *obser. cap.* 40. *& par.* 3. *cap.* 199. & observatum referunt Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 6. Bosch. *dels titols de honor lib.* 4. *c.* 24. §. *ver.* 10. *Nos post evocar. fol.* 470. *in fine*, Ripoll. *de magist. log. mar. c.* 6. *à. n.* 9. & de meis temporibus ita observatum vidi ad relationem Magnifici Ludovici Ferrer.

Sed scias, quòd dictum privilegium Domini Regis Alphonsi etiam disponit, causam quo ad Regiam Audientiam declarandam esse intra octo dies, aliàs possunt Consules ad ulteriora in ea procedere, Ripoll. *de magist. log. mar. cap.* 6. *à num.* 16. Quod primò intellige, si Judex sit à parte instatus, requisitus, & interpellatus, ut infrà dictum tempus octo dierum causa expediat, aliàs secus, ut docent post antiquos Bossius *tit. de offic. corrup. pecul. num.* 25. Cavalcan. *de bra. Reg. part.* 5. *num.* 74. *&* 171. Avil. *cap.* 1. *prætor. verbo fol. num.* 43. Portoles *in tract. de liber. capti.* §. 10. *num.* 3. *&* §. *requisitio, num.* 3. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 95. Bobad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 145. Sesse *de syndicatu num.* 26. *& à nu.* 80. Gomez. *tom.* 3. *var. cap.* 9. *nu.* 9. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 11. *num.* 18. *& formam. tradit. nu.* 19. Farinac. *in praxi part.* 3. *qu.* 111. *nu.* 429. Mastrill. *de magist. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 48. Buccaron. *deffert.* 151. *num.* 7. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 12. *à num.* 244. *& cap.* 18. *nu.* 106. *versic. Illud*, Berart. *in specul. visit. cap.* 24. *à num.* 38. *ad* 44. Fontan. *decis.* 360. *à num.* 4. *par.* 2. Hujusmodique interpellatio fieri debet, postquam processus est instructus, & in puncto ferendæ sententiæ, Bossius *de offic. corrupt. pecul. nu.* 24. Aviles *cap.* 1. *prætor. gloss. fiel. num.* 44. Osascus *decis.* 12. *nu.* 10. Portoles §. *requisitio*, *num.* 4. Buccaron. *diffen.* 151. *nu.* 7. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 249. *&* 250. *& cap.* 18. *num.* 106. *vers. Illud.* Et postquam pars salarium, seu mercedem deposuerit, Bossius *tit. de off. corrupt. pecul. num.* 25. Buccaron. *differ.* 151. *num.* 7. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *nu.* 250. Sed utrùm necessaria sit trina interpellatio, vel sufficiat una sola? tractat remissivè Xammar. *de of. jud. part.* 1. *qu.* 17. *num.* 49. Veritas est, quòd regulariter sit necessaria trina, & diversis temporibus facta, ut contra Aviles *c.* 1. *prætor. verbo fiet n.* 46. Portoles §. *requisitio, n.* 4. Osasc. *decis.* 12. *& alios*, docent & probant reprobatis contrariis idem Portoles *deliberat. capt.* §. 10. *à n.* 4. Cavalcan. *de brachio reg. par.* 5. *n.* 74. Farinac. *in praxi par.* 3. *qu.* 111. *n.* 431. *&* 432. Muscatel. *in praxi appel. par.* 2. *gloss. primum a. n.* 18. & aliis citatis Fermosin. *in cap. qualiter*, *& quando qu.* 10. *de judi.* & hanc opinionem receptam esse in Cathalonia testantur Socarrats *in comm. Petri Alberti cap. si aliquis n.* 58. *fol.* 465. Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Iacobi I. par.* 1. *col.* 4. *cap.* 7. *n.* 113. *fol.* 198. *in novis*, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 12. *à n.* 244. *præcipuè nu.* 256. *&* 264. Berart. *in specu. visit. cap.* 24. *n.* 41. *&* 42. Fontan. *dec.* 360. *n.* 8. *par.* 2. *& fuit ita de meo tempore resolutum junctis tribus Aulis in interpellationibus, quæ sunt Officialibus præsentandæ per Deputatos generales Cathaloniæ*. Verùm in isto casu contentionis jurisdictionis Consulatus maris propter brevitatem

tempo-

temporis octo dierum videtur, quòd unica sufficiat interpellatio, Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 18. *numero* 106. *versic. Illud.* Secundò intellige, si Judex impeditus non sit; aliàs si multitudine causarum, aut aliquo alio modo justè impeditus sit, non currit ei tempus dictorum octo dierum: sed potest illo termino elapso suam proferre sententiam, Farinac. *in prax. part.* 3. *quæst.* 111. *numero* 434. Cavalcan. *de brac. reg. part.* 5. *numero* 212. Berart. *in specu. visit. cap.* 24. *sub numero* 38. & alios citat Bobad. *in polit. libr.* 5. *cap.* 1. *num.* 146. Peguera *in pract. civil. rub.* 20. *num.* 4. *& rub.* 24. *sub num.* 1. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 78. Et in his terminis fuit observatum in causa Antonii Duran *infra referenda à numer.* 58. *ad* 76. quæ cum fuisset evocata quo ad articulum contentionis à Consulatu logiæ maris ad Regiam Audientiam 26. Octobris 1637. & in ea petitum processum portari 4. Septembris 1638. fuit ea declarata 23. Novembris 1638. Verum enim est, quòd de tali privilegio non fuit oppositum. Sed in alia causa Antonii Solet nautæ evocata ad Regiam Audientian 31 Augusti 1660. à Consulatu logiæ maris quo ad articulum contentionis ad mei relationem, scriba Preve, fuit oppositum de lapsum dictorum octo dierum supplicatione oblata 16. Septembris 1660. sed intempestivè, quia nec erat processus instructus, & in puncto ferendæ sententiæ, nec depositum salarium, & ideò impeditus ob multitudinem causarum illam declaravi provisione facta die 3. Novembris 1660.

52 Causa contentionis jurisdictionis ex una, & Alcados Siccæ, vel alios Regios Officiales consuevit evocari ad Regiam Audientiam, Ferrer. *part.* 1. *observ. cap.* 18. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *num.* 29. *& var. cap.* 3. *num.* 213. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 4. Peguera *in pract. civili rub.* 4. *num.* 20. *versic. Ampliatur* 4. *in fine*, ubi Ripoll. *num.* 84. Solsona *in stylo capibre. fol.* 31. *ver. Similes litteræ, & fol.* 36. *versic. Præinsertis*, Fontan.
53 *de pac. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 12. *num.* 147. *&* 148. ubi reprehedit Olibam *in* §. *præjudiciales relect.* 2. *num.* 8. *de action.* Solet tamen Regia Audientia causam remittere Judici capibreviationis, exemplaria refert Ferrer. *part.* 1. *obser. cap.* 18. sequitur Peguera *in prac. civil. rub.* 4. *num.* 20. *versic. Ampliatur* 4. *in fine*, alia exemplaria laudat Solsona *in stylo capibrevi. fol.* 32. *pag.* 2. *in princ. & fol.* 26. *versic. Præinsertis litteris in fine*.

Adde, quòd quando est contentio jurisdictionis inter Baronem Ecclesiasticum, & Baronem laicum, evocari debet causa ad Regiam Audientiam, sic fuit in Cathalonia decisum per Cancellarium Cassador, Consultoribus Serra, Ros, & Vilana 10. Martii 1568. inter Nobilem Hieronymam de Crudiles, & Descoll, Baronissam de Locustaria, Calidarum de Malaveteri, de Loreto, & Bajulum dicti loci de Loreto ex una, & Monserratum de Cartiliano Canonicum, & Præpositum de Loreto in Ecclesia Gerunden. partibus ex altera, his verbis: Sententiat, pronuntiat, & declarat contentionem eo modo quo facta fuit, non procedere cum cognitio dicti articuli jurisdictionalis, an scilicet compulsio firmæ treugarum, de qua contendebatur, competat dicto Præposito de Loreto Ecclesiæ Gerunden. ut domino ratione dictæ præposituræ jurisdictionis civilis dicti Castri, Villæ, & termini de Loreto, vel Bajulo Nobilis Hieronymæ de Crudilis, & Descoll, ut dominæ jurisdictionis criminalis ejusdem Villæ, & termini, ad Dominum Regem pertineat, & spectet.

54 Causa contentionis jurisdictionis si moveatur inter Clavarium Civitatis Barcinonæ & alium Officialem, sive Regium, sive Baronis, cognoscit Regia Audientia, cujus sit jurisdictio, ita observatum in anno 1605. testatur Viñes *in primo discursu edito anno* 1638. *in favorem Capitaniæ generalis* §. 4. *versic. Estas dos razones in fine fol.* 18. *pag.* 2. Ferrer. *part.* 1. *obser. cap.* 40. *in fine*.

55 Similiter quando est contentio jurisdictionis inter Baronem, & Officialem Regium; evocatur causa ad Regiam Audientiam, & in ea cognoscitur, cujus sit jurisdictio, Ferrer. *part.* 1. *obser. Guber. cap.* 65. *& part.* 1. *obser. Reg. Aud. cap.* 40. *& part.* 3. *cap.* 167. Peguera *in pract. civil. rub.* 4. *numero* 20. *versic. Ampliatur quartò*, Cancer. *part.* 3. *cap.* 10. *numero* 3. Ripoll. *de regal. cap.* 25. *numero* 42. ita etiam observatur in Regno Valentiæ Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 4. §. 1. *sub numero* 2. *&* §. 5. *nu.* 29. Etiamsi con- 56
tentio jurisdictionis esset inter Ecclesiasticum ut Baronem, & Officialem Regium evocatur causa ad Regiam Audientiam, & ipsa cognoscit, ad quem jurisdictio pertineat, Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 168. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 15. *& cap.* 13. *num.* 349. Peguera *decis.* 92. *num.* 11. Fontan. *decis.* 75. *num.* 13. *cap.* 1. *& decis.* 341. *num.* 16. *part.* 2.

Pariter si contentio jurisdictionis inter duos Barones, 57
evocatur causa ad Regiam Audientiam, & ipsa cognoscit, ad quem jurisdictio spectet, per rationes adductas *num.* 21. ita fuit declaratum in Regio Cathaloniæ Consilio ad relationem Magnifici Bernardi de Olzina, & de Vilallonga 31. Octobris 1661. in facto juris firmæ per Petrum Anguerà Bajulum, & Franciscum Anguerà Subajulum procedimentis factis contra eos per Fratrem Angelum Philibet, Carmelitam S. T. D. assertum Conservatorem Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. De alio casu inter Monasteria Scalæ Die Cartusien. & Populeti meminit Fontanella *decis.* 341. *sub numero* 1. *part.* 2. Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 168. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 14.

Ex his subsequitur, quòd si forsan licèt malè contentio firmetur inter duos Judices sæculares cum nominatione Arbitrorum in Principatu Cathaloniæ, & Regnis Valentiæ, Sardiniæ, & Majoricarum juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & in Regno Aragonum juxta forum: tunc Cancellarius debet pronunciare supplicata locum non habere, latè Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. *à num.* 53. ubi idem dicit si forsan firmetur contentio juxta nostram concordiam, seu juxta dictum forum Aragonum inter duos Judices Ecclesiasticos, sequitur Suelves *cons.* 33. *n.* 18. *l.* 1.

Deveniendo ad praxim quę in Cathalonia servatur in 58
casu contentionis jurisdictionis inter Judices sæculares inferiores, sciendum est. Quòd quando reus Civis Barcinonæ convenitur in Curia Consulum logiæ maris, seu in alio Tribunali, cui non subest, ipse per se, vel suum legitimum Procuratorem accedere debet ad Regentem Vicariam Barcinonæ suum Judicem ordinarium, & coram eo firmare jus, & de jure pro decem solidis cum legitimo augmento, supplicans dictis Consulibus scribi, ne de ipso, & ejus bonis se intromittant: & tunc causa commissa Priori suæ Curiæ, admittitur firma juris si & in quantum, & expediuntur litteræ juxta stylum, hanc practicam referunt Michael Ferrer. *part.* 3. *obser. capit.* 169. Solsona *in stylo capibreviandi fol.* 25. *versic. Verum*, Ripoll. *var. cap.* 3. *numero* 207. Fontanella *de pac. nup. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss. sub numero* 55. *& claus.* 4. *glo.* 12. *numero* 147. & offertur supplicatio tenoris sequentis.

Magnifice Domine.

NOn obstante quòd Antonius Paulus Duran Aromatarius Civis Barcinonæ non possit conveniri nisi coram Magnificentia vestra uti suo Judice competente, non dubitavit Gablier Gatuelles illum convenire, & molestare coram Consulibus logiæ maris præsentis civitatis, occasione cujusdam prætensi debiti, narra factum, cumque actor debeat sequi forum rei, & non è contra. Ideò & aliàs dictus Duran comparens coram Magnificentia vestra firmat jus, & de jure dicto Gatuelles, & dictis Consulibus pro decem solidis cum legitimo augmento forma solita supplicam juris firmam admitti, scribique dictis Consulibus logiæ maris ne molestent dictum Antonium Paulum Duran omniaque procedimenta contra eum facta cassent, revocent, & annullent, & partes, & causam ad Magnificentiam vestram tamquam Judicem suum verum, & indubitatum remittant, & ad id præsentem causam alicui assidenti, suæ Curiæ committere, qui litteras firmæ juris opportunas juxta stylum expedire provideat, & justitiæ complementum ministret omni meliori modo, off. &c. quæ licèt, &c.

Altissimus.

Cellers

Cui quidem ſupplicationi ſolet fieri decretatio ſequens.

Oblata 26. Octobris 1637. Domino Regenti Vicariam Barcinonæ, qui ſibi in aſſidentem aſſumpſit honorabilem Franciſcum Ferruz legum Doctorem, qui &c.

Scriba major.

Talavera Notarius

Proviſio Judicis.

Recepta dictis die & anno, admiſſa juris firma ſi, & in quamtum expediantur litteræ, opportunæ petitæ juxta ſtylum.

Ferruz.

Et in continenti vigore dictæ proviſionis expediuntur litteræ per Scribam proceſſus in modum ſequentem, quas breviter notat Solſona *in ſtylo capibreviandi fol. 25 verſic. Verum.*

Honorabilibus Conſulibus logiæ maris præſentis Civitatis Barcinonæ, & cuilibet eorum in ſolidum, ſeu eorum locatenentibus. Nos Don Franciſcus N. Barcinonæ populacus, Regens Vicariam Barcinonæ, Aqualatæ, Vallenſis, & Mediolani ſalutem, & honorem. Noveritis quòd die præſenti datarum ſcilicet præſentium coram Nobis, & in noſtra Curia comparuit Antonius Paulus Duran Aromatarius Barcinonæ, qui Nobis obtulit, & præſentavit quamdam in ſcriptis ſupplicationis ſchedulam tenoris ſequentis. Inſeratur tota ſupplicatio, Magnifice Domine, uſque ad fitmam Advocati, poſtea addatur, *in calce cujus quidem ſupplicationis per Franciſcum Ferruz I. V. D. Priorem, & ſeptimanerium Curiæ noſtræ Judicem in his per nos aſſumptum fuit proviſum, quòd admiſſa juris firma ſi, & in quantum expedirentur litteræ opportunæ petitæ juxta ſtylum. Cujus quidem proviſionis tenorem inſequendo harum ſerie, & ex parte Sacræ Catholicæ, & Regiæ Majeſtatis, & auctoritate officii, quo fungimur, inſtante, & requirente dicto Antonio Paido Duran vos requirimus, & monemus, & ex noſtra deprecamur, quatenus in continenti viſis præſentibus, & ſine mora omnia, & quæcumque procedimenta de veſtri mandato ad inſtantiam dicti Gabrielis Gatuelles facta adversùs, & contra dictum Antonium Paulum Duran jus firmantem diſtrictualem noſtrum, & à veſtra juriſdictione totaliter exemptum caſſetis, revocetis, & annulletis, ſive caſſari, revocari, & annullari faciatis, pro ut Nos harum ſerie caſſamus, revocamus. & annullamus & de dicto jus firmante diſtribuali noſtro, nec de ejus bonis minimè vos intromittatis; ſed partes, & & cauſam ad noſtrum examen remittatis, eo præmaximè quia nos parati ſumus, paratoſque nos offerimus de dicto jus firmante, & aliis perſonis de eo querelantibus breve, & expeditum reddere juris, & juſtitiæ complementum. Dat. Barcinonæ die 16. menſis Octobris anno à Nativitate Domini* 1637.

Quæ quidem litteræ fuerunt præſentatæ, intimatæ, & notificatæ dicto die inter undecim, & duodecim horas ante meridiem Conſulibus logiæ maris præſentis Civitatis Barcinonæ dimiſſæ, & traditæ Hieronymo Boſch Notario, & Scribæ dicti Conſulatus per Franciſcum Bertran Nuncium ſic referentem Ponit hanc praxim Michael Ferrer. *part. 3. obſervant cap. 169.*

59 Nota ex his, quòd licèt Judex qui habet juriſdictionem, inhibere poſſit alteri Judici etiam pari, ne ad ulteriora procedat, Lancelot. *de attentat. part. 2. c. 20. in præfat. num.* 100. Farinac. *in prax. part. 1. quæſt. 7. nu.* 52. Giurba *conſ.* 48. *num.* 41. quos & alios citat Salgado *in labyrint. part. 1. c. 5. num.* 5. Tondut *de præven. jud.*
60 *part. 2. c. 57. num.* 3. Dumtaxat intelligo in caſu noſtro ad effectum, ut contentio procedat inter Judices ſæculares inferiores, & ut cauſa poſſit evocari ad Regiam Audientiam, *per ea quæ dicam num.* 89. & notat idem Tondutus *loco relato num. 3. & 4.*

62 Benè tamen aliàs verum eſt, quòd ſi Judex inhibens eſt competens, & in ea cauſa habet juriſdictionem, tenetur Judex inhibitus ſtatim illi parere, Salgado *in la-*
63 *byrint. part. 1. c. 5. nu.* 5. Sed ſi Judex inhibitus videt ipſum eſſe Judicem competentem, & in ea cauſa habere juriſdictionem, & non Judicem inhibentem, non tenetur ſuperſedere in cauſæ cognitione; ſed poteſt ad ulteriora in ea procedere, Solſona *in ſtyllo capibreviandi, fol. 25. pag. 2. verſic Eſt ſciendum, & fol.* 27. Ripoll. *var. c. 3. à num* 208. Fontanella *de pact. nup. tom. 1. clau. 4. glo. 12. ſub num.* 148. Salgado *in labyrint. part. 1. c. 5. num.* 13. & 14. Donec fuerit evocata cauſa ad Regiam Audientiam quod ad articulum contentio, & per eam ſit inhibitus, Ripoll. & Fontanella *ubi proximè, ille n.* 213. *iſte num.* 148. *in fine.*

Sed continuando hanc praxim, ſi actor prætendit 63
Conſules logiæ maris eſſe Judices competentes cauſæ, & non Regentem Vicariam Barcinonæ, ipſe per ſe, vel ſuum legitimum Procuratorem comparere debet coram dictis Conſulibus logiæ maris, (quod non exiſtimo neceſſarium, ſed ratione urbanitatis) & illis ſupplicare, quatenus reſcribant ipſi Regenti Vicariam Barcinonæ, ne in hujuſmodi cauſa illos perturbet, formam hujus ſupplicationis, & litterarum reſponſivarum extensè tradit Solſona *in ſtyllo capibreviandi fol. 27. & 28. 29. &* 30. aliam formam refert *fol. 32. pag. 2. & fol. 33. 34. & 35.*

Præſentatis litteris ab una Curia emanatis alteri Cu- 64
riæ, ſolet reus eodem die præſentationis litterarum evocare facere cauſam ad Regiam Audientiam, quoad articulum contentionis juriſdictionis tantùm, ut patet ex practica enarrata per Ferrer. *part. 3. obſer. c.* 169. Cancer. *part. 3. var. c.* 10. *num.* 5. Fontan. *de pact. nup. tom. 1. clau. 3. gloſſ. 2. n.* 56. *& clau. 4. gloſ. 12. nu.* 147. Rippoll. *var. cap. 3. nu.* 213. Solſon. *in ſtyllo capibreviandi fol.* 31. *verſic. Similes, & fol. 36. verſic. Præinſertis.* Quæ eſt qualitas ſufficiens ad cauſam evocandam, Ferrer. *part. 1. obſerv. cap.* 40. *& part. 3. cap.* 166. *cum ſeq.* Fontanella *de pactis nup. tom. 1. clauſ. 3. gloſſ. 2. nu.* 56. & ſic communiter dici ſolet hujuſmodi cauſas contentionum juriſdictionis abſque qualitate aliqua evocari Fontanella *de pac. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 12. nu.* 148. *in fine*, Ripoll. ad Peguer. *in prac. civil. rub. 4. n.* 84.

Dixi præſentatis litteris, nam utcauſa contentionis 65
juriſdictionis introduci, & evocari valeat ad Regiam Audientiam, requiritur, quòd priùs per reum ſit facta firma juris coram ſuo ordinario, aliàs enim ea non facta, ac litteris non expeditis, nec præſentatis evocari non poteſt, & ſi per inadvertentiam evocetur ad Regiam Audientiam, non declaratur ſuper meritis contentionis; ſed imò dicitur contentionem non procedere, condemnaturque pars evocans in expenſis, ſicuti pluries obſervatum vidiſſe in Senatu, & ſignanter die 11. Julii 1608. in cauſa Reverendi Epiſcopi Selſonen. & nonnullorum vaſſallorum contra Joannem Baptiſtam Ollers Canonicum Urgellen. ad relationem Magnifici Gieronymi Seniuſt, ſcriba Michaele Perez, teſtatur Fonta. *de pac. nup. tom. 1. clau. 3. glo. 2. n.* 57. ſequitur Ripoll. ad Peguer. *in prac. civl. rub. 4. n.* 104.

Illud autem adverto, quòd quando evocatur cau- 66
ſa contentionis juriſdictionis ad Regiam Audientiam, non firmatur jus, & de jure in poſſe Regiæ Audientiæ, ut voluit Cancer. *part. 3. var. capit.* 10. *numero* 5. Nam Ferrer. ab eo citatus tale non dicit, ſed offertur ſupplicatio in ſequentem modum.

Excellentiſſime Domine.

CAuſam contentionis juriſdictionis vertentem inter Curiam Regentis Vicariam Barcinonæ, ex una, & Curiam Conſulum logiæ maris ex altera, occaſione procedimentorum in utraque Curia factorum inter Antonium Paulum Duran Aromatarium Civem Barcinonæ, & Gabrielem Gatuelles paſſamanerium Civem dictæ Civitatis, ut apparet ex ſupplicatione, & litteris à Curia Regentis Vicariam Barcinonæ emanatis, quæ cum illarum præſentatione exhibet, ut inſerantur. Dignetur excellentia veſtra quod articulum contentionis tantum ad ſe, ſuamque Regiam Audientiam evocare, illamque committere alicui ex Magnificis Doctoribus illius, qui de cartellis inhibitoriis (ſeu de litteris citatoriis, & inhibitoriis, ſi Judices contendentes ſint extra locum ubi celebratur Regia Audientia *debitè provideat, & juſtitiæ complementum partibus adminiſtret, officio, &c.*

Altiſſimus.

N.

Cui quidem ſupplicationi ſolet fieri decretatio ſequens.

Evocata cauſa quoad articulum contentionis tantùm, committatur Magnifico Michaeli Carrere qui audiat,

diat, colligat, & referat, & si non est major quadringentarum librarum decidat, & super intermediis, & aliis debitè provideat.

Provisa per Magnificum Michaelem Carreres Antiquiorem in Aula, die 26. Octobris 1637. Barcinonæ.

Provisio Judicis.

Puiguert.

Recepta dictis die, & anno, inserantur exhibita, fiat inhibitio servatis constitutionibus juxta stylum, & int.

Carreres.

Quæ fuerunt intimata, & notificata dicto Gabrieli Gatuelles personaliter invento inter quartam, & quintam horas post meridiem per Jacobum Crez Regium Portarium Civem Barcinonæ sic referentem.

Vigore dictæ provisionis, expediuntur Cartella inhibitoria tenoris sequentis.

De part del Excellentissime Sennor Loctinont, y Capitan general en los præsent Principat de Cathalunna, y Comptats de Rossello, y Cerdanna, è per provisio feta per lo Magnifich Miser Miquel Carreres Doctor, y Jutge, eo Relador de la present causa, que ara novament en dita Real Audientia es estada evocada, y enten portar entre les parts deuall scrites, inhibits, y manats al Noble Regent la Vegueria de Barcelona y a sa Cortoy Consistori; y als Consols de la Lotja de la mar de la present Ciutat, que desta hora en hauant per via directa, ni indirecta no se entrometen, ni cosa alguna fassen, ni enanten en la causa eo questio que deuant dells, y quiscuna de dites Corts se aporten entre Antoni Pau Duran de una, y Gabriel Gatuelles passamaner Ciutadans de Barcelona de part altra, ates aquella quant al article de contentio tan solament es estada a dita Real Audientia evocada, y provehit de inhibitio, ans le les dites parts, y causa a Nos, eo al dit Magnifich Jutge remetau, abdicant vos tot poder de fer lo contrari sots decret de nullitat, servades les constitutions, lo qual cartell se fa a instantia de dit Duran, Dat, en Barcelona 26. de Octubre 1637.

Scriba pro Collegio.
Vila Not.

Quod quidem cartellum fuit intimatum, præsentatum, & notificatum Nobili Regenti Vicariam Barcinonæ, & propter ejus absentiam Salvatori Magi Notario, & scribæ causæ primitivæ inter quintam, & sextam horas post meridiem per dictum Croz sic referentem.

Item etiam fuit intimatum præsentatum, & notificatum Consulibus logiæ maris dimissum propter eorum absentiam Hieronymo Bosch. Notario, & scribæ dicti Consulatus personaliter inter quintam, & sextam horas post meridiem per dictum Croz sic referentem.

67 Deinde continuando processum pars quæ causam evocavit, cartella inhibitoria, & primitivum processum suæ Curiæ reproducit, ac etiam deducit, articulat, & probat testibus, ac instrumentis, quod sibi conveniens judicat ad bonum exitum causæ. Similiter altera pars reproducit etiam suæ Curiæ, deducit, articulat, & probat testibus, ac instrumentis, quod sibi videtur necessarium pro bona expeditione causæ, ut patet ex practica quam refert Michael Ferrer. *par.3. obser.c.169.* Solsona *in stylo capibreviandi, fol.31. versic. Similes, & fol.36. vers. Præinsertis.*

68 Sed quid si partes unaquæque illarum acta, & processus suarum Curiarum respectivè non exhibeant & producant, quæ ex illis hujusmodi acta, & processus procedere teneatur? Respondeo quòd licèt regulariter actorum, processuum transportatio fieri debeat ab illo, qui vult in causa procedere & ipsius expensis, *l. quoniam, liberi,* ubi Barbosa *ex numer.11. C. de testibus,* Gratian. *discept. forens. c.121. num.8.* Scaccia *de appell. lib. c.2. qu.20. num.9. &* Coccin. *decis.424. num.1.* Franchis *dec. 332. num. 3.* & alii plures relati per Postium *de manut. observ.69. num.31.* Salgado *de reg. protect.part.1. c.2. à num.126.* Tondutus *de præven. jud. part.1. c.7. nu. 23. &* 24. Pareja *de instrum. edition. tom.1. tit.2. res.7.*
69 *num.33. & tit.3. res. 3. num.73.* De consuetudine tamen apud nos, ille tenetur propriis expensis acta, & processus transportare, qui evocationem institit, sive sit actor, sive reus Ripoll. in addit. ad Peguer. *in pract. civil. rub.4. num.126.* Sed si pars evocans retardat transportare acta, 70 & processum, observatur in Cathalonia praxis sequens, quòd pars petit cum schedula mandari alteri parti evocanti intra breve tempus per Judicem assignandum reportet processum primitivum, aliàs concedatur licentia ipsi petenti illum expensis communibus reportare: quòd sic provisio, & elapso tempore assignato pars exhibet, & reportat processum cum alia schedula, & instrumentum apochæ factum per scribam causæ, petens executionem decerni pro bistractis processus respectu alterius partis tantùm, & providetur per Judicem, quòd pro bistrictis expediantur litteræ executoriales: quod solùm practicatur, quando coram ordinario tempore evocationis erat jam libellus oblatus, & petitio facta; secus quando petitio tempore evocationis non erat data coram ordinario, quo casu cum ex necessitate illam faciat, propriis sumptibus tenetur dicta acta reportare, ita Ferrer. *par.3. observ. c.4.* Ripoll. in addit. ad Peguer. *in pract. civil. rub.4. num.127.* de jure videndi sunt Coccin. *decis.424. num.3. &* 4. Postius *de manuten. obs. 69. num.28.* Anton. Thomas *dec. Maceraten.116. à num.69.* Farinac. *decis. 54. post tom. 23. cons.* Tondut. *de præven. jud. part.1. c.7. num.23. &* 24. Pareja *de instru. edit. tom. 1. tit.3. res.2. à num.70.*

Eodem modo Appellans transportare, & producere 71 tenetur coram Judice appellationis omnia acta primæ instantiæ coram Judice à quo fabricata tàm ex parte ipsiusmet appellantis, quàm appellati, *l. in eos, §. super his, C. de appellat. c. cupientes, 16. versic. In omnibus actis, de elect. in 6. Concil. Triden. sess. 24. de refor. c. 20. vers. Præterea,* Gratian. *discep. foren. c.121.* Tuschus *pract. concl. littera A. concl.421.* Osascus *decis. 13.* Marescot. *lib.2. resol.4. à num. 1.* Mascard. *de probat. concl. 115. num.7.* Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.11. titu. 11. c.2. num.53. &* 54. Scaccia *de appellat. quæst.20. à nu. 8.* Thom. *dec. Maceraten.9. & dec. 80. à num. 3. & dec. 116. à nu.59.* Riccius *collect. 1336. &* 1964. Portoles §. *copia num.4.* Giurba *dec.29. à num.1.* Suelves *cons. 16. à nu.1. lib.3.* Pareja *de instr. edit. tom.1. tit.3. res.3. à num. 14.* Sed si appellans retardat facere transportationem 72 actorum, & processuum, servatur in Cathalonia praxis, ut Judex soleat concedere licentiam parti appellantæ reportandi acta, & processus expensis partis appellatis. Quod procedit si causa appellationis non erat introducta tempore evocationis coram Judice ordinario appellationum, sed directò causa appellationis, introducitur in Regia Audientia, aut erat introducta coram Judice ordinario appellationis, & non esset facta realis productio auctorum primitivorum: nam tunc expensis appellantis illa acta primitiva reportanda sunt, ne aliàs pars appellata sine facto & culpa sua gravetur in reportatione actorum, & appellans ex sua culpa commodum, & exonerationem sentiat, & reportet; secus autem si causa appellationis tempore evocationis erat jam introducta coram Judice ordinario appellationum, & ibi essent acta primitiva realiter producta, quo casu quamvis ad supplicationem appellantis evocetur causa appellationis, reportatio actorum est facienda communibus expensis, ne aliàs appellans bis gravetur onere reportationis dictorum actorum ita Ferrer. *part.3. obser. c.4.* Ripoll. ad Pegueram *in pract. civil. rub.4. num.127.* de jure videndi sunt Postius *de manuten. observ.69. num. 31.* Pareja *de instru. edit. tom.1. tit.3. resol.3. num.17.* de Regno Aragonum Suelves *cons. 16. numer.4. &* 5. *lib.3.* Portoles §. *copia, num.4.*

Hujusmodi causæ contentionum jurisdictionis sum- 73 mariè in Senatu tractantur, absque assignatione ad sententiam, Fontanella *de pact. nup. tom.1. clau.4. gloss.13. num.249.* & in eis pars quæ declarationem instat, offert schedulam sequentem.

Processum portari, & causam Consulibus logiæ maris præsentis Civitatis restitui mandari, & ad id inhibitionem tolli, petit hæc pars, & protestatur.

N.

Provisio Judicis.

4. *Septembris* 1638. *Viso providebitur, & in.*

N.

Quæ

Quæ fuerunt intimata, & notificata dicto die dicto Antonio Pavio Duran personaliter invento inter quartam, & quintam horas post meridiem per dictum Croz sic referentem.

74 Similiter hæ causæ contentionum jurisdictionis expediuntur per Senatum cum sola provisione, qua declaratur locum fore, vel non fore firmæ juris coram ordinario factæ, & etiam ad quem causæ cognitio pertineat, Fontanella *de pac. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. nu.* 149. & fieri potest provisio per solum Relatorem, & fit in modum sequentem.

Provisio Regiæ Audientiæ.

75 *Die* 23. *Novembris* 1638. *Viso processu, & partium altercatis super contentione jurisdictionis evocata ad Regiam Audientiam cum supplicatione oblata die* 17. *Maii proximè præteriti inter Curiam Regentis Vicariam Barcinonæ & Logiam maris præsentis Civitatis, occasione firmæ juris factæ in Curia dicti Regentis Vicariam Barcinonæ per Jacobum Torrents contra Gasparem Rau, eo quòd negotium de quo agitur tractandum erat coram dicto Regente Vicariam cum dictus Torrents esset reus, & ipsius jurisdictionis Visa causæ commissione facta Relatori infrascripto. Visis inhibitionibus dictis Curiis factis Visis schedulis, & articulis hinc inde per partes respective oblatis. Viso processu primitivo inter dictas Curias actitato. Visis videndis meritis processus attentatis. Et maximè attento, quòd partes sunt in confesso, negotium de quo agitur totum esse in emptione suis, cujus pretium ita inter partes erat conventum, ut si esset ponderis septuaginta librarum tantùm, nihil venditori liceret pretii nomine petere; si verò excederet dictum pondus, tunc certa quantitas solveretur excessiva, & immodica: ex qua conventione deprehendi vult dictus Gaspar Rau non fuisse emptionem contractam, imò potius incertam aleam contrahentes subjisse, adeò ut instar ludi res acta fuerit, quæ potius negotiationem mercantilem sopiunt, quàm negotium civile, & contractum. Quia tamen negotiatio mercantilis non est illa, quæ ex specie certa particulari, & individua geritur sicuti in præsenti est unicus usus, & conventio de pretio majori, vel minori, modo, aut pacto adjecto non mutat naturam rei. His igitur & aliis meritis processus attentis & aliàs providet, & declarat dictæ firmæ juris factæ per Jacobum Torrents Civem Barcinonæ in Curia Regentis Vicariam Barcinonæ locum fuisse, & esse, & consequenter cognitionem dictæ causæ inter dictas partes vertentis non pertinere, nec spectare ad Consulatum logiæ maris; imò ad dictam Curiam Regentis Vicariam Barcinonæ, & coram eo esse tractandam, & debito fine terminandam, & ad dictum effectum tollendam esse inhibitionem dicto Regenti Vicariam factam, ut cum præsenti illam tollit, & pro his fiant cartella opportuna juxta stylum neutram partem in expensis condemnando, sed pro bistractis solita fiat executio, Int.*

Rubi de Marimon.

Quæ fuerunt intimata, continua ut suprà *numero* 96. *in fine*.

Sed si Relator causam cum facto verbo expedire voluerit, conclusionem facere debet in modum sequentem.

76 *Die prima Martii* 1603. *in Aula Reverendi Cancellarii, Præsidente Reverendo Cancellario Raphaele de Rovirola interfuerunt sequentes, Magnifici Josephus Dalmau, Salvator Fontanet, & Bernardus Roig. Hieronymus Torner, & Hieronymi Senjust non votarunt, scilicet dictus Torner quia non interfuit lecturæ processus, nec Senjust quia non interfuit ex causa.*

In facto causæ contentionis jurisdictionis orta inter Mattheum Llavaneres Bajulum Oppidi Castellionis Farfaniæ. pro Illustri Duce Albæ, Comestabili Navarræ ex una, & Nobilem. Onofrium de Vega Regentem Vicariam Balagarii, & Joannem Fortunium de Olate Oppidi Castellionis Farfaniæ ex altera, occasione procedimentorum in Curia dicti Bajuli Castellionis factorum contra dictum Furtunium de Olate facta relatione per Josephum Dalmau Regiæ Audientiæ Doctorem dictæ causæ Relatorem.

Attento ex meritis processus constat Joannem Fortunium de Olate esse habitatorem Oppidi Castellionis Farfaniæ, in qua Villa constat Illustrem Ducem Albæ exercere omnem jurisdictionem, & non constat modo, quo constare debebat de militia per dictum Olatè prætensa, & sic de intentione Nobilis Onofrii de Vega Regentis Vicariam Balagarii. His & aliis meritis processus attentis & aliàs fuit conclusum, quod declaretur cognitionem causæ criminalis instante Fisci Procuratore Curiæ dictæ Villæ Castellionis Farfaniæ contra dictum Joannem Fortunium de Olatè ad Bajulum dictæ Villæ Castellionis Farfaniæ pertinere, & spectare. Intellecto tamen & declarato, quòd per provisionem faciendam nullum fiat præjudicium dicto Joanni Fortunio de Olatè juri si quod illi competit in petitorio super dicta prætensa militia, & quòd neutra pars in expensis condemnetur.

Notata conclusione per alterum ex Scribis mandati, Relator causæ faciet sua manu provisionem in processu & dicet *die prima Martii* 1603. & procedendo per omnes visos postea illis finitis dicere debet, *Attento ex meritis processus*, usque ad illa verba conclusionis, *conclusum quod declaretur*, quorum loco dicet, *conclusionem in Regia Audientia factam insequendo, providet &c.* & deinde continuare debet usque ad finem conclusionis, & addet *intimetur*. Binas provisiones poterit lector legere apud Solsonam *in stylo capibreviandi, fol.* 31. *pag.* 2. *& fol.* 36. *pag.* 2.

Antequam huic capiti finem imponam. Quæro primò quod salarium sit solvendum Relatori pro facienda provisione in his causis contentionum jurisdictionis; Quidam dicebant, solvendam esse tertiam salarii majoris, nempè vigintiquinque libras, eo quia agitur de jurisdictione, cujus causa honoris est. Sed semper existimavi solummodo solvendam esse tertiam salarii respectu quantitatis de qua in contentione agitur, eo quòd in Cathalonia regulatur, & solvitur salarium secundùm quantitatem peritam *constit.* 10. *de sal. de senten.* Ferrer. *part.* 3. *obs. cap.* 481. Xammar. *de off. jud. part.* 1. *quæst.* 19. *nu.* 75. Fontanella *dec.* 214. *nu.* 1. *par.* 1. Ripoll. ad Peguer. *in prac. civil. rub.* 30. *nu.* 63. de jure notant Doctores *in* §. *tripl. de actionib. l. penultima* §. *fin. ff. de jurisd. omn. jud.* Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *à n.* 220. Guttier. *de jurament. confir. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 28. *&* 31. Gratian. *dec.* 227. *num.* 9. Mastril. *de magist. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 13. *&* 14. Faber. *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 24. Et in nostris terminis sic fuit observatum per Magnificum Raymundum Rubi de Marimon, qui pro provisione sua *suprà relata num.* 98. solum exegit quindecim solidos, ut in margine illius sua manu inveni notatum, & ita observatur, & practicatur. 77

Quæro 2. an à provisione, seu declaratione facta per Relatorem in causa contentionis jurisdictionis inter Judices inferiores facto, vel non facto verbo in Regia Audientia supplicari possit; De jure gravis est quæstio, quidam tenent affirmativam, de qua latè Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *à num.* 22. Tum quia supplicatio in omni casu est permissa, *ut probavi dec.* 25. *nu.* 15. nisi expresè reperiatur prohibita, *dixi dicta decisione* 25. *nu.* 39. & non reperitur à jure, neque à nostris constitutionibus expresè decisum, quòd à provisione Judicis in his contentionibus non admittatur supplicatio. Tum etiam quia à sententia qua Judex pronuntiat se esse, vel non esse Judicem competentem, appellari, seu supplicari potest, *ut tradidi dec.* 25. *num.* 30. Alii tenent negativam, de qua idem Mattheu & si non sequatur *de Regim. Reg. Valen. tom.* 2. *c.* 7. §. 5. *nu.* 21. Tum quia quando Judex tertius pronuntiat cujus ex judicibus inferioribus sit jurisdictio, appellari, seu supplicari non potest, *ut exornavi dicta dec.* 25. *nu.* 31. Tum quia secundùm veriorem sententiam ab Arbitris ex necessitate juris eligendis appellari non potest *dixi dicta dec.* 25. *n.* 24. *&* 34. Sed quidquid sit in puncto juris opinio affirmativa in Cathalonia practicatur, exemplare refert Solsona *in stylo capibreviandi fol.* 36. *pag.* 2. *in fine*, alterum tradit Ferrer. *p.* 1. *obser. c.* 40. *& p.* 3. *c.* 166. & aliud Font. *de pact. nup. tom.* 1. *cl.* 3. *gl.* 2. *n.* 58. *&* 59. De Reg. Valentiæ decisiones laudat Mattheu *de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *c.* 7. §. 5. *num.* 19. 27. *&* 28. 78 79 80 81

Quæ-

82 Quæro tertiò, an provisio quæ fit in Regia Audientia in causa contentionis jurisdictionis inter Officiales sæculares inferiores, si ab ea fuerit in forma supplicatum, possit exequi pendente causa supplicationis; videbatur dicendum quòd sic. Quia licèt regulariter supplicatio contrarii imperii impediat executionem cujus-
83 cumque provisionis etiam favorabilis ut alimentorum juxta stylum nostræ Regiæ Audientiæ, Fontanella *de pact.nup.tom.1.clau.4.gl.18.part.4. à nu.90. & decis.144. num.11. & dec.296.num.2.part.1.& dec.385.num.11. & dec.420.num.4.in fine part.2.*Cancer.*part.1.var.cap.16. num.11. & par.3. c.16. num.152. in fine* Ripoll. *var.c.fin. num. 210. & in addit. ad Peguer. in pract. civil. rub.* 16.
84 *num.*51. Nisi necessitas famis urgeret, taliter quòd pars quæ præstationem alimentorum obtinuit, esset adeò pauper, quod aliundè non haberet, unde se aleret: nam tunc non obstante contrario imperio fit executio provisionis alimentorum præstita cautione, vide decisionem relatam per Cancer. *part.3. var.c.16. num.*152. Font. *de pact. nup.tom.1.claus.4.gl.18. nu.*91. & decisionem trium Aularum per eumdem Fontanel. relatam *dec.296. per totam præcipuè nu.*10.& 22.*part.*1. Tamen ubi est supplica-
85 tum in forma, Regiæ sententiæ definitivæ, quæ in Senatu proferuntur, & Regiæ provisiones, quæ in eodem fiunt, vim definitivæ habentes, non obstante quòd ab eis sit supplicatum, pendente causa supplicationis habent executionem, & executioni demandantur, præstita idonea cautione, ut probat de jure communi *authent. quæ supplicatio C. de precib. Imper. offe.* & de jure municipali *const.9.*10. *& fin. titu. de execu. de senten.* Peguer. *in pract. civili rub.*20.*num.*5.*& dec.*181. *num.*1. Cancer. *part.3.var.c.17.nu.*117.124. *& nu.*247. Font.*de pact.nup. tom.1.claus.3.gl.2.nu.*58.*clau.4.gl.18.part.4.nu.*69.*& 92. & dec.*116.*n.*13.*& dec.*117. *n.*24.*& dec.* 296.*n.*2. *p.*1. *& dec.*385.*n.*10.*& dec.*402. *num.*4.*p.*2. Ripoll.ad Peguer.*in pract.civil.rub.*16. *num.*39. *& rub.*29. *nu.*49. Afflict. *dec.* 232. *tom.*2. plures alios citat Carleval. *de jud. lib.*1. *tit.*1. *disp.*2.*n.*947. *& tit.*2.*disp.*8. *sub n.*12. Regens Leon.*dec.* 29.*nu.*19.*lib.*3. Regens Vico *ad prag.Reg.Sard.lib.*1.*tit.* 11.*c.*19.*nu.*18. Et sententiæ quibus declaratur super com-
86 petentia, vel incompetentia jurisdictionis habent vim definitivæ plures Tondutus *de præven.jud.part.2.cap.*38. *nu.*4. Gratian.*discep.foren.cap.*76. Cevallos *de cognit.per viam violen.part.2.qu.*156. Font.*de pac.nup.tom.*1.*claus.* 3.*gl.*2.*sub nu.*59. & alii relati *dec.*28.*n.*80.
87 Contrarium tamen est verius, quòd talis provisio facta in Regia Audientia in causa contentionis jurisdictionis inter Officiales inferiores sæculares etiam si ab ea fuerit solùm in forma supplicatum, non habet executionem, nec executioni demandatur, donec causa supplicationis sit terminata, propter inconveniens quod cum resolutione nostri Senatus verbo facta ponderat, & refert Fontanella *de pact. nup.tom.*1.*clau.*3.*gl.*2.*nu.*58. *&* 59. & licet dubitet, in hoc resident *tom.*2. *de pact.nupt. claus.*6.*part.*3. *nu.*85.
88 Quæro quartò, an pendente contentione jurisdictionis in Regia Audientia inter Officiales sæculares inferiores possit per ipsos aliquid innovari? Respondeo quòd non Fontanella *de pac.nup.tom.*1.*claus.*3.*gl.*2.*nu.*56. vide in confirmatione latè tradita *dec.*22. *per totam*.
89 Si provisio facta per Relatorem facto, vel non facto verbo in causa contentionis jurisdictionis inter Officiales inferiores confirmetur in gradu supplicationis, vide formam sententiæ confirmatoriæ penes Solsonam *in stylo capibreviandi fol.*37.

ARGUMENTUM.

De contentione jurisdictionis inter Regia Suprema Concilia Domini nostri Regis in sua Regia Curia residentia.

SUMMARIUM.

1 *Competentiarum Tribunal ad decidendas contentiones, quæ in dies oriuntur inter Regia suprema Concilia, fuit institutum anno* 1625. *& de praxi ibidem.*

2 *Competentiæ jurisdictionis jam erant inter Magistratus tempore Romanorum, & declarabantur per Principem.*

3 *Senatores congregati pro decidendis competentiis inter Suprema Regia Concilia sunt veri Judices, & jurisdictionem habent, num.* 3. *non delegatam, sed ordinariam, num.* 4. *& censeri privativè concessam, nu.*5.

6 *Contentio inter Regia Suprema Concilia an firmetur reo non existente capto in Regiis carceribus.*

7 *Contentione semel decisa inter Regia Suprema Concilia an possit iterum nova firmari contentio.*

8 *Supplicatio, nec alius recursus non datur à sententiis latis à generali Prætorio competentiarum.*

9 *Sententiæ latæ à generali Prætorio competentiarum habent vim legis.*

10 *Contentione pendente inter Suprema Regia Concilia nihil est innovandum.*

11 *Naufragia inimicorum ad Bajulum generalem. Cathaloniæ pertinent, & non ad Capitaneum generalem, num.*11. *& latè probatur à num.* 12. *cum sequentibus, & num.* 28. *referuntur Doctores id tenentes, num.* 29. *proponuntur remissivè argumenta contraria, & num.*30. *illis respondetur.*

17 *Pragmaticæ Bajuli generalis Regni Valentiæ locum habent, & observari debent in Bajulia generali Cathaloniæ.*

19 *Bona vacantia Fisco deferuntur.*

20 *Bonorum vacantium cognitio spectat in Cathalonia ad Bajulum generalem.*

21 *Bajulus generalis Cathaloniæ procedit contra quascumque personas etiam Ecclesiasticas bona vacantia detinentes.*

22 *Bonorum vacantium occupatio per Fiscum praxis remissivè refertur.*

23 *Bonorum vacantium appellatione, bona naufragii continentur, num.*23. *sive amicorum, sive inimicorum, num.*24. *cum distinctione tradita num.* 25. 26. *& 27.*

31 *Naufragia inimicorum non efficiuntur capientium, num.*31. *solitum tamen est dari certa quantitas pecuniarum capientibus mancipia in casu naufragii num.*32.

33 *Naufragia si fuerint ex bello causata, illorum cognitio pertinet ad Capitaneum generalem.*

34 *Capta ab inimicis in bello cui acquirantur.*

35 *Capta ab inimicis in bello an primis Dominis sint restituenda.*

36 *Navis si naufragium passura erat si ab aliquo Castellano propinquo abcædatur non cadit in utilitatem illius, sed Regii Fisci Bajuliæ generalis, assignatur tamen aliqua certa portio Castellano, & militibus.*

DECISIO XXXIX.

INvictissimus & Potentissimus Dominus noster Rex Philippus Quartus cognominatus, Magnus, Gemini Orbis Monarcha Catholicus, exemplo Summorum Pontificum *in cap.* 1. *de appell. in* 6. *cap. ut finem litibus de dolo & contu. Clement. dispendiosam de jud.* Romanorum Imperatorum *in §. sit sibi quoque, in authen. de mandat. Princ.§. audient, in authent. de judicib. l.terminato C. de fruct. & lit.expen.* & juris Consultorum *in l.minor. ff.de minorib. l.item si res §.*1. *de alienat. indi.mut.causa, l. singulis ff. de excep. rei jud. ut punctim ponderant* Auctor allegationis Prætorii competentiarum *pro Antonio Vaz Brandon nu.*8. *&* 10. Barbosa *in prax. exig.pen. parquæst.*2. *nu.*18. *&* 19. Pareja *de instru.edit.tom.*1.*tit.*2.*ref.* 6.*n.*6. Considerans grave damnum, & præjudicium, magnam dilationem, & alia diversa inconvenientia, quæ partibus sequuntur ex competentiis jurisdictionum, quæ in dies oriri solent inter Regia Suprema Concilia in sua Regia Curia residentia utendo sua potestate, *de qua præsenti dubitandum non est, ut punctim post alios docent, & probant Auctor allegationis Prætorii competentiarum pro Antonio Vaz Brandon à nu.*2. Pareja *de instr.edit.tom.*1. *tit.*2.*ref.*6. *specie* 1. *nu.*124. *addo Salzedo l.*63. *nu.*13.*tit.* 4. *lib.*2.*rec. f.*45. justissimè ac prudentissimè super dirimendis hujusmodi controversiis *juxta factum Imperat.*

Justi-

Justiniani in prin. juncto §. vetus in authent. de jud. Aucto. alleg. prætor. controv. sub num. 40. Tribun. Prætor. sive junctam compet. in sua Reg. Cur. instituit, & juxta præcep. Deut. *c.* 16. & Exod. *c.* 18. de quibus Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *specie* 1. *nu.* 122. Salz. *de leg. pol. lib.* 1. *c.* 13. *nu.* 13. *&* 51. *& in l.* 63. *à num.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *rec. f.* 45. Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *à num.* 11. unum Senatorem, sive Consiliarium ex unoquoque Conc. scilicet status Castellæ, Aragon. Italiæ, Inquisit. Belli Luzitan. India. Ordin. Patrimonii, & Cruciatæ Commissarium general. assumpsit & nominavit, dandoque formam his compet. mandavit, & ordinavit, quòd hujusmodi competentiæ tractentur summariè, *de quo latè Auctor. alleg. Prætor. compet. num.* 33. & quòd in præd. Juncta interveniant Secretarii originarii, penes quos sint acta competentiæ, ac etiam Relatores, & Consiliarii illorum Conciliorum, inter quæ competentia mota sit, & quòd auditis Fiscalibus, & partium Advocatis si informare velint, Consiliarii prædicti vota sua dent, & postea, quia loco partium esse videntur à juncta recedant, de quo Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *lib.* 2. *ref.* 2. *specie* 2. *à num.* 227. & reliqui Senatores aliorum Conciliorum in Juncta congregati vovere debent, & regularis votis omnium Senatorum, etiam Consiliariorum illorum Conciliorum, inter quæ competentia mota sit, prævalere debet, quòd à majori parte fuerit determinatum, & quo in casu paritatis votorum Senatores dictæ Junctæ eligant unum, duos, vel tres alios Consiliarios, ut omnibus congregatis declarent, & decidant, cui causæ cognitio pertineat absque supplicatione, nec alio recursu, *de quo infra n.* 8. & quod decisum sit, pro lege in similibus causis observetur, *de quo infra n.* 9. ut habetur in schedula Regia, Dat. Matriti 9. Decemb. 1625. & referunt Valenzuela *cons.* 200. *in prin. lib.* 2. Barbos. *in prax. exigendi pen. p.* 1. *q.* 3. *nu.* 20. Marius Cutel. *in patroc. pro Reg. jurisd. Inquisitoribus Siculis concessa in prin. nu.* 6. Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resolut.* 6. *spec.* 1. *à num.* 119. Auctor allegat. Prætorii compet. pro Ant. Vaz Brand. *nu.* 1. *f.* 2. Fermosin. *in rub. de for. comp. q.* 1. *nu.* 3. *in fin.*

2 Occasione hujus Tribunalis sive Junctæ competentiarum, quærit Valenz. *cons.* 200. *lib.* 2. an tempore Romanæ Reipublicæ Regum, & Imperatorum Romanorum in Urbe, & Provinciis eis subjectis essent inter Magistratus competentiæ, & controversiæ jurisdictionis, & resolvit quòd sic pluribusque probat, & confirmat *à nu.* 1. *ad* 31. Quærit etiam Valenzuela, qualiter prædictæ competentiæ dirimi solerent, & resolvit, quòd dirimebantur per Principem, vel Judices ab eo deputatos, pluraque in ornatum adducit *à num.* 31. *ad* 53. & quia in illo responso omnia benè digesta sunt, ad eum Lectorem remitto.

3 Quæro primò, an Senatores dum congregantur pro declarandis, & dirimendis contentionibus seu competentiis inter Regia Suprema Concilia ortis aliquam jurisdictionem habeant; hanc quæstionem tractat Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *secunda resolutione sexta specie prima per totam*, & postquam *à nu.* 126. *ad* 149. probavit nullam eis esse concessam jurisdictionem, sed solùm esse constitutos administratores, ac dispensatores Supremæ Domini Regis; postea *à nu.* 149. *ad* 176. resolvit veros Judices esse, & jurisdictionem habere, & à numero 177. ad 194. contrariis argumentis satisfacit, vide quæ dixi *dec.* 16. *nu.* 37.

4 Quæro secundò, an Senatores deputati ad digladiandas contentiones jurisdictionum inter Regia Suprema Concilia ortas sint Judices ordinarii, vel delegati; hanc quæstionem tractat Pareja de *instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *specie* 1. *num.* 182. quòd sunt ordinarii, vide quæ tradidi *dec.* 16. *à num.* 41. *ad* 47.

5 Quæro tertiò, an jurisdictio quam habent Senatores ad dirimendas contentiones ortas inter Regia Suprema Concilia censeatur privativè concessa? hanc quæstionem latè tractat Autor allegationis prætorii competentiam pro Antonio Vaz Brandon *à num.* 4. ubi affirmativè resolvit, & contrariis respondet, sequitur Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *spec.* 1. *nu.* 121.

6 Quæro quartò, an contentio inter Regia Suprema Concilia formari possit reo non existente capto in Regiis carceribus; tract. à Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *specie* 2. *per totam*, & postquam *à num.* 195. *ad* 226. septem rationibus probavit, firmari non posse; postea *à nu.* 226. *ad* 258. per sex rationes resolvit hujusmodi contentionem posse firmari, & definiri, *& nu.* 257. exempla refert *& nu.* 258. contrariis argumentis satisfacit, vide per me tradita *dec.* 9. *à num.* 25.

Quæro quintò, an contentione semel decisa, & de- 7
clarata inter Regia Suprema Concilia possit iterùm nova firmari contentio? tractat latè Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *specie* 4. *à n.* 313. *ad* 341. regula est quòd non, vide illam cum applicationibus, & limitationibus *dec.* 12. *num.* 40.

Quæro sextò, an à sententiis latis à generali Præto- 8
rio competentiarum inter Regia suprema Concilia licita sit appellatio, supplicatio, aut alius recursus? in schedula Regia *nu.* 1. *relata* statuitur quòd non, Pareja *de instru. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *specie* 1. *nu.* 147. 168. *&* 169. *& specie* 4. *num.* 313. vide tradita *dec.* 25. *per totam*.

Quæro septimò, an sententiæ latæ à generali Præto- 9
rio competentiarum inter Regia Suprema Concilia habeant vim legis ad decisionem illarum similium causarum; in schedula Regia *num.* 2. *relata* statuitur quòd sic Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *specie* 1. *nu.* 168. *& specie* 2. *nu.* 247. vide tradita *dec.* 24. *à nu.* 20.

Quæro octavò, & ultimò, an pendente contentione 10
jurisdictionis in generali prætorio, sive juncta competentiarum inter Regia Suprema Concilia possit aliquid innovari? Respondeo quòd non Pareja *de instr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *ref.* 6. *à nu.* 1. vide latè tradita *dec. per totam*.

Pro coronide hujus decisionis, quia potest in dies ori- 11
ri competentia jurisdictionis inter Sacrum Supremum Regium Aragonum Concilium, & Supremum Concilium belli super navibus inimicorum Domini nostri Regis naufragantibus in littore maris hujus Principatus. Dubium propono, an naufragia inimicorum Domini Regis quæ eveniunt vi ventorum, ac tempestate maris extra tamen belli districtum, pertineant ad Bajulum generalem Cathaloniæ an verò ad Capitaneum generalem? Et semper pro constanti habui, quòd non pertinent ad Capitaneum generalem, sed ad Bajulum generalem Cathaloniæ, & quòd bona inde processa applicanda sunt patrimonio Domini Regis, & ejus Bajuliæ generalis, ex sequentibus breviter adnotatis. Celebris est Regia pragmatica Serenissimi Domini Regis Philippi Secundi Dat. Vallisoleti 1. Octobris 1555. quæ declarat, quæ pertineant ad Thesaurarium generalem, seu Regentem Thesaurariam, quæ ad Bajulum Generalem Cathaloniæ, & Procuratorem Regium Comitatuum Rossellionis, & Ceritaniæ, & quæ ad Capitaneum Generalem dictorum Principatus, & Comitatuum.

Primò ex Regia ordinatione quam refert Ferrer. *part.* 12
3. *obser. Reg. Aud. c.* 53. ex qua à contrario sensu colligitur, quòd absente Domino Rege à Civitate, Villa, seu Loco ubi successerit naufragium, Bajulus generalis Cathaloniæ occupet naves, merces, & personas inimicorum Domini Regis, ita Berart. *in spec. visit. capit.* 15. *nu.* 2.

Secundò ex Regia pragmatica Serenissimi Domini 13
Regis Alphonsi *Data in Monasterio Sancti Cucuphatis Valen.* 24. *Octobris* 1419. quæ mandat Bajulo generali Cathaloniæ, quòd faciat apprehensionem navium, bonorum & mercium captarum ex inimicis, & ab eis venientium, refert Bosch. *dels titols de honor. lib.* 2. *c.* 36. §. 21. *vers. En virtut. fol.* 257.

Tertiò ratione consuetudinis diu observatę in Catha- 14
lonia, ut naufragia inimicorum pertineant ad Dominum Regem, & ejus Bajulum generalem ut fuit in contradictorio judicio in Regio Senatu declaratum *in favorem Fisci Procuratoris contra Nobilem Laufredum de Crudilles Dominum qui dicebatur Castri de Petracisa, & de Begur* 24. *Decembris* 1422. refert noster Xammar. *de fin.* 113. *in principio part.* 2.

Quartò, ex Regia pragmatica Serenissimi Domini 15
Regis Ferdinandi *data Barcinonæ* 15. *Octobris* 1493. *confirmata cum alia*, quæ præcipit Bajulo generali, quatenus apprehendat bona inimicorum suorum, refert Bosch. *dels titols de honor, lib.* 2. *c.* 26. §. 21. *vers. Per altres pragmatiques, folio* 257.

Quintò, ex Regia epistola data Matriti 10. Maii 1617. 16

dire-

directa Duci de Albuquerque proregi Cathaloniæ super naufragiis duarum navium, unius quæ erat Gallorum in littore maris Civitatis Barcinonæ, & alterius in littore maris Villæ Turicelæ de Montegrino, qua rescribitur, naufragia, & eorum causæ cognitionem, apprehensionem, & venditionem bonorum, & mercium ad Bajulum generalem Cathaloniæ, & non ad Capitaneum generalem pertinere, & spectare, ac illi tamquam de Regio Patrimonio prædicta bona, & merces applicari debere, prout ita in aliis suis Regnis Coronæ, & Insulis adjacentibus observatur. Et ex alia Regia Epistola data en el buen Retiro 27. Maii 1656. super naufragio navis inimicæ Gallorum, quæ à Mauris capta fuerat, & postea naufragium passa fuit in littore maris Villæ de Taja, qua declaravit Dominus noster Rex apprehensionem bonorum, & mercium dictæ navis ad Bajuliam generalem spectare, & non ad Capitaniam generalem, tradit Xammar. *defin.* 113. *num.* 1. & 2. *p.* 2.

17 Sextò, quia pragmaticæ Bajuliæ generalis Valentiæ locum habent, & observari debent in Bajulia generali Cathaloniæ, ex Regia pragmatica Domini Regis Alphonsi *Data Valentiæ*, 20. *Augusti* 1417. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 39. §. 18. *vers. Per lo qual*, *fol.* 251. Et in Regno Valentiæ Bajulus generalis cognoscit de naufragiis, eorumque jure, ex privilegio 53. Domini Regis Alphonsi adit Mattheu *de Regimine Regni Valentiæ*, *tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 17.

19 Septimò, quia bona vacantia uti de Regalibus Principis *c.* 1. *tit. quæ sint Regalia*, *in usib. feudor.* Fisco deferuntur, & ad Regium Fiscum regulariter pertinent, *l.* 1. *ff. de jure Fisci*, *l.* 1. *vacantia*, *C. de bon. vacant. lib.* 10. Calicius *margar. Fisci dub.* 8. *casu* 83. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 9. Bossius *tit. de bon. vacant. num.* 1. Peregrin. *de jure Fisci lib.* 4. *tit.* 3. *à nu.* 1. Belluga *in spec. Princ. lib.* 24. §. *& primo videamus*, *nu.* 11. *&* 12. Mastrill. *de magistr. lib.* 3. *c.* 10. *à nu.* 359. Surd. *cons.* 518. *lib.* 4. Grivell. *decis.* 144. *nu.* 3. & 4. Tuschus *pract. concl. littera V. concl.* 9. *n.* 3. Borrell. *de Reg. Cathol. præst. cap.* 14. Ramirez *de leg. Reg.* §. 26. *n.* 51. Cabedo *dec.* 51. 57. & 58. *part.* 2. Solorzano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *à nu.* 37. *& in politica lib.* 6. *cap.* 6. Alfaro *de offic. Fiscal. gloss.* 20. §. 9. *à n.* 119. Pichard. *de acqui. hæred. cap.* 5. Farinac. *frag. crim. part. littera F. à num.* cum aliis per Ramon *cons.* 5. *n.* 2. Bobad. *in polit. lib. cap.* 16. *à n.* 216. plures Castillo *tom.* 7. *de tertiis*, *c.* 150. Novar. *in l. vacantia*, *n.* 1. *C. de bon. vacan. lib.* 10. Amaja *in l.* 1. *n.* 3. *C. eod.* Ripoll. *de regal. cap.* 9. *nu.* 18. Rotental. *de feud. cap.* 5. *concl.* 12. *cum seqq.* Fontanel. *dec.* 528. *à n.* 2. *part.* 2. Gallus *de except. par.* 1. *tit.* 3. *excep.* 6. *à nu.* 12. Thoro *in compen. dec. par.* 3. *sect.* 1. *verb. Fiscus an succedat fol.* 466. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 132. Lara *de anniversf. lib.* 1. *cap.* 22. *à n.* 11. Guttier. *canonic. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 16. & 17. Solorzan. *in polit. lib.* 6. *cap.* 6. *in Princip. cum seq. fol.* 459. *& vers. y por. estos fol.* 662. Et

20 in Cathalonia cognitio bonorum vacantium pertinet Bajulo generali, & Curiæ sæculari Regii Patrimonii, Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 573. Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 20. *vers. Los bens vagans fol.* 255. Ferrer. *par.* 3. *obs. cap.* 54. Despujol. ad mier. *verbo Bajulus generalis dicitur*, *fol.* 17. Berart. *in spec. visit. cap.* 15. *num.* 3. Ut in casu relato per Ramon *cons.* 5. Privativè ad Regiam Audientiam, ut ex pluribus Regiis pragmaticis probat Ripoll. *de reg. cap.* 9. *à n.* 46. Adeò ut Bajulus generalis Ca-

21 thaloniæ procedat contra quascumque personas etiam Ecclesiasticas bona vacantia detinentes, ut bis decisum per nostrum Cancellarium refert Ripoll. *de regal. cap.* 9. *n.* 48. & 49. aliam decisionem tradit Bosch. *dels titols de honor*, *lib.* 2. *cap.* 36. §. 21. *col.* 1. *in fine*, *fol.* 261. & fuit decisum per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Torner, Senjust, & Puigmya 11. Octobris 1601. *in favorem Procuratoris Regii Civitatis Dertuzæ*. Praxim

22 autem procedendi per Fiscum ad captionem bonorum vacantium *ex l. fin. C. de bon. vacan. lib.* 10. tradunt Bossius *titul. de bon. vacan. n.* 3. Peregrin. *de jure Fisci*, *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 30. Mascard. *de probat. concl.* 208. Tuschus *pract. concl. littera V. concl.* 9. Alfaro *de off. Fiscal. gl.* 20. §. 10. *n.* 146. Montanus *de regal. tit. bona vacantia*, *nu.* 2. Farin. *in prag. crim. par.* 1. *littera F. n.* 126. Ramon *cons.* 5. *n.* 11. & 12. Solorzano *in politica lib.* 6. *cap.* 6. *in princ.* Ripoll. *de regal. cap.* 9. *n.* 43. 44. & 45. de praxi Bajuliæ generalis Cathaloniæ idem Ripoll. *var. cap.* 1. *nu.* 573. & 574. *& de regal. c.* 9. *n.* 50. 51. & 52. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 133. Lara *de annivrs. lib.* 1. *c.* 22. *à n.* 12. Guttier. *canonicar. lib.* 2. *cap.* 9. *à nu.* 18. Solorzan. *in polit. lib.* 6. *cap.* 6. *vers. yome contento cum seq. sixtim. de regal. lib.* 6. *num.* 30.

Sub specie bonorum vacantium continentur bona naufragii, Montanus *de regal. titul. bona vacantia*, *n.* 6. Ramirez *de lege Reg.* §. 26. *nu.* 53. Ripoll. *de regal. c.* 9. *n.* 59. *in fine*, *& var. c.* 1. *n.* 573. Mastrill. *de magist. lib.* 3. *c.* 10. *nu.* 393. & aliis citatis Solorzano *in polit. lib.* 6. *c.* 6. *vers. Pero*, *& vers. Yaunque*, *fol.* 964. Sive sint amicorum, sive 24 inimicorum, Novar. *in l. vacantia nu.* 14. *C. de vacan. lib.* 10. Mastrill. *de magist. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 394. Cum hac tamen distinctione, quòd si sint amicorum, Dominis 25 restituenda sunt, non obstante quacumque contraria consuetudine, *l.* 1. *C. de naufrag. lib.* 21. *authent. navigia*, *C. de furtis*, Covar. *in cap. peccatum*, §. 1. *nu.* 5. Guttier. *canonicar. lib.* 2. *cap.* 9. §. 20. Ramirez *de lege Regia* §. 26. *nu.* 53. latè Gail. *lib.* 1. *obs.* 18. Xammar. *defin.* 113. *n.* 10. *part.* 2. Solorzano *in politica*, *lib.* 6. *cap.* 6. *vers. Y. de esta fol.* 963. Mastrill. *de Mag. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 395. Ponte *decis.* 21. *nu.* 10. Ripoll. *de magist. leg. mar. cap.* 21. *à num.* 11. Sive compareant intra triginta dies, Ripoll. *var. cap.* 1. 26 *nu.* 574. *& de regal. cap.* 9. *n.* 50. *cum seqq.* Sive post triginta dies etiam audiri solent, & solutis omnibus sumptibus, & expensis bona naufragii sive eorum pretia restituuntur, quidquid aliàs sit de jure Bossius *tit. de bon. vacan. à nu.* 9. Peregrin. *de jure Fisci lib. tit.* 3. *num.* 30. *in fine* ita in Bajulia generali Cathaloniæ practicari testantur Ripoll. *de regal. cap.* 9. *n.* 53. Xammar. *defin.* 113. *n.* 5. *par.* 2. Et si sint inimicorum, applicantur Regio Patrimonio 27 Bajuliæ generalis, Ferrer. *part.* 3. *obser. cap.* 430. Xammar. *defin.* 113. *part.* 3. & alii infra *nu.* 28.

Octavò & ultimò, quia ita observatur, & practica- 28 tur in Hispania, Italia, Francia, Anglia, Navarra, Britannia, Polonia, Venetia, & aliis citatis Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 3. *à n.* 91. Borrell. *de præst. Reg. Cat. cap.* 75. Solorzano *in polit. Ind. lib.* 6. *cap.* 6. *vers. Yaunque fol.* 964. De nostro Principatu Cathaloniæ sic tenent Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 574. *& de regal. cap.* 9. *nn.* 60. & 61. qui licèt videatur loqui in naufragio amicorum, ut advertit Xammar. *defin.* 113. *n.* 3. & 4. *par.* 2. idem est in naufragio inimicorum, Ferrer. *part.* 3. *obs. cap.* 430. Xammar. *defin.* 113. *part.* 2. & colligitur ex eodem Ferrer. *part.* 3. *obs. cap.* 53. Berart. *in spec. visit. c.* 15. *num.* 2. Et fuit decisum per Cancellarium Erill. Consultoribus Carreres, Rubi de Marimon, & Llorens 17. Martii 1632. *contra Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ*, *& in favorem Procuratoris Regii Campi*, *& Vicariæ Tarraconæ*. De Regno Valentiæ, *ex privilegio* 53. *Domini Regis Alphonsi Tertii*, Mattheu *de Regim. Reg. Valen. tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 17. De Regno Sardiniæ *ex pragmatica Domini Regis Alphonsi in volumine Regiarum pragmaticarum Regiæ procurationis*, *fol.* 22. Dexart. *in capit.* 1. *n.* 11. *de Regio Procuratore*, & habetur in Regia ordinatione diei 13. Septembris 1621. de qua Dexart *fol.* 635. *cap.* 4. De Regno Neapolis *ex ordinationibus Regiis*, *& decisionibus*, Aponte *dec.* 21. Thoro *in compen. dec. par.* 1. *verbo bona hostium*, *fol.* 72. *& part.* 2. *verbo naufragata bona fol.* 367. Riccius in addit. ad Franchis *decis.* 268. Constantius *in l. unica*, *nu.* 135. *C. de classicis*, *lib.* 11. De Regno Siciliæ Mastrill. *dec.* 254. *n.* 30. *& dec.* 284. *num.* 44. *lib.* 3. *& de magist. lib.* 3. *c.* 10. *à n.* 593. *ad* 397. videndus Castillo *dec.* 107. *à n.* 51. *vers. Nec possunt*, *lib.* 2. Et de consuetudine quasi totius orbis Choppin. *de deman. Fran. lib.* 1. *tit.* 16. *n.* 9. & 10. quem citat Novar. *in l. vacancia n.* 14. *C. de bon. vacan. lib.* 10.

Modò expendenda erant argumenta contraria, quæ 29 in favorem Capitanei generalis à Doctoribus ponderantur, sed quia promisi hæc breviter adnotare, remitto lectorem ad Lanar. *cons.* 84. Aponte *cons.* 93. Castillo *decis.* 107. *à nu.* 21. *lib.* 2.

Verùm hujusmodi argumentis, quæ in favorem Ca- 30 pitanei generalis adduci possunt, benè respondent Aponte *dec.* 21. Castill. *dec.* 107. *à nu.* 51. *vers. Nec possunt*, *usque ad n.* 61. *lib.* 2. & breviter resolvit Mastrill. *de magist. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 394. 395. & 396.

Amplia prædicta adeò vera esse, ut bona omnia, & 31 personæ hostium naufragata, & naufraganda non effician-

ciantur capientium, ſed expectent, & pertineant Regio Fiſco Bajuliæ generalis, ut tradunt Doctores relati *nu.*28. & deciſum refert Xammar. *deſin.* 113. *par.* 2. & fuit etiam declaratum in Regia Procuratione Regni Sardiniæ 11. Septembris 1628. *in favorem Fiſci Procuratoris, contra Siſſinium Piſu, & alios litis conſortes.*

32 Benè tamen aliàs verum eſt, quod capientibus mancipia, ſeu mauros in caſu naufragii ſolitum eſt dari certa quantitas pecuniarum pro unoquoque mancipio vel mauro, ut referunt obſervatum Aponte *dec.*21. Riccius in addit. ad Franchis *dec.*268. Thoro *in compen. dec. par. verbo bona hoſtium, fol.* 72. quæ ſolet eſſe in Cathalonia decem librarum, & in Regno Sardiniæ vigintiquinque librarum monetæ illius Regni, *ut habetur in exemplari diei* 11. *Septembris* 1611. *proximè relato.* Adde quòd ſervi, ſi fuerint turcæ capti à Regnicolis, non efficiuntur Proregis, uti Ducis belli, Thoro *in compen. deciſ. par.*3.*ſect.*3.*verſ. ſervi, fol.*258.

33 Limita prædicta ut procedant, quando naufragia inimicorum eveniſſent extra belli diſtrictum, puta vi ventorum, ac tempeſtate maris, nam tunc pertinent ad Bajulum generalem, & bona inde proceſſa applicantur Regio Fiſco Bajuliæ generalis ut notant Aponte, Riccius, Thoro, Xammar. & alii *num.* 28. *citati*, ſecus ſi naufragia eveniſſent ex belli conflictu nam tunc illorum cognitio pertinet ad Capitaneum generalem, Dexart. *in c.*1. *n.* 12. *Regio Procuratore.* Qui bona hujuſmodi tamquam capta in bello dividere debet inter Principem exercitus, & milites facta diſtinctione mobilium, prout latè explicant, & declarant Franchis & ibi addentes *dec.*268. Grammaticus *dec.*71. Boerius *dec.*178. Maſtrill. *dec.*180. *part.*2. Theſaurus *quæſt. foren.*98. *lib.*2. Cabedo *dec.* 88. *part.*2. Aponte *dec.*22. Caſtillo *dec.*107. *lib.*2. Covar. *in regn. peccatum, part.* 2. §. 11. *à numer.* 1. Morla *in empor. jur. part.*1. *quæſt.*12. *à nu.* 1. Tuſchus *pract. concluſ. littera B. concl.*39.40. & 41. Caſtillo *de tertiis, tom.* 7.*c.*41. *num.*91. 92. & 93. Cabal. *reſ. crim.* 140. Novar. *ad prag. Reg. Neapol. pract.*1. *collect.*1. *de militibus, fol.* 506. Galeota *reſponſo Fiſcal.*13. *à n.* 1. Diana *reſ. moral. part.*6. *tract.*4. *reſ.*23. Conſtantius *in l.*1. *à nu.* 97. *C. de claſſicis, lib.*11. Solorzanus *de jure Indiar. tom.*1. *lib.*2. *c.*6. *à nu.*23. Thoro *in compen. dec. part.*1. *verbo Capta ab hoſtibus, fol.* 75. Ajala *de jure belli, lib.* 1. *c.*5. & ex noſtris Socarrats *ad conſuetudines Cathaloniæ c. ſi quis Dominus à n.*44. *fol.*366. Ripoll. *de regal. c.*31. *à numer.*85. Cenedo *collectan. ad decretum* 59. *nu.* 1. Borrel. *de Reg. Cathol. præſt. c.*47. *à nu.*135. Azevedo *leg.*20. *tit.*3. *lib.*6. *recop.* Solorzan. *in polit. lib.* 1. *c.*9. *verſ. Y. aunque eſtuvienſſen. ſequent. fol.*39. Paſchal. *de patr. poteſt. part.*3. *c.*3. *num.*39. latè Aponte *de poteſt. Proreg. tit. de triremibus à nu.* 3. Latiſſimè Illuſtriſſim. Domin. Vice-Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſ.*16. remiſſivè Barboſa *in can.*1. *num.*1. 2. 3. *quæſt.* 1. Apud quos etiam reperies tractatam illam famoſam quæſtionem, 34
utrùm bona amicorum ſi ab hoſtibus recuperentur primis Dominis ſint reſtituenda? Et facta diſtinctione immobilium, & mobilium, & iſtorum, an habeant poſtliminium, ſi recuperentur in continenti, vel ex in- 35
tervallo, & quomodo iſto caſu intelligatur in continenti, vel ex intervallo, latè tractant, & declarant Franchis *n.*4. Covar. *à n.* 7. Morla *n.* 7. benè Theſaurus *à nu.* 1. Cabal. *à n.*7. Diana *reſ. mor. part.*6. *tract.*4. *reſ.*23. remiſſivè Paſchal. *de patr. poteſt. part.*3. *c.*3. *n.*41. & in Cathalonia, & aliis Regnis habemus *c.*290. *in libro conſulatus* Socarrats *n.*44. & 46. Ripoll. *n.*87. *&* 88. *& alii ex proximè citati*, & omnium latiſſimè, & ſi confusè Galeota *deſponſo Fiſcali* 13. quem explicavit Capicius Latro *conſul.* 96. & ab illo plura tranſcripſit Regens Vico *ad pragmat. Reg. Sard. lib.*2. *tit.*58. *c.*3. *à num.* 11. breviter notavit Thoro *in ſupplemento dec. verbo Bona capta fol.*66. latè Caſtillo *dec.*141. *par.*2. Gamma *dec.* 384.

Unum tibi ultimò adverto, quòd ſi navis inimico- 36
rum vi ventorum, ac tempeſtate maris veniat ad littora hujus Principatus aliquantulum quaſſata ut naufragium factura ſit ſi ab aliquo Caſtellano propinquo cum ſuis militibus obſidatur inimicis timorem incutientibus, non debet cedere in utilitatem ipſius Caſtellani, ſed Regii Fiſci Bajuliæ generalis, aſſignatur tamen aliqua certa portio dictis Caſtellano, & militibus adductis per Conſtantium *in l. unica n.* 136. *&* 137. *C. de claſſicis lib.* 11. quem refert, & ſequitur Thoro *in compend. dec. par.* 2. *verbo Navis hoſtium fol.*368.

Et cum his labori meo cœpto anno 1650. finem impono die 2. Februarii 1660. ad laudem, honorem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatiſſimæ, & ſemper Immaculatæ Virginis Mariæ, ac Sanctorum Michaelis Archangeli, & Joannis Baptiſtæ patronorum meorum, Amen.

LAUS DEO.

FACULTAD DE
BIBLIOTECA